

DILVCIDATIONVM R E R V M

A' Supremis Regni Neapolitani Tribunalibus
IVDICATARVM,

Q V A E

A' REGENTE
D' IO: FRANCISCO SANFELICIO
PATRITIO NEAPOLITANO

In Primo Libro referuntur.

AVCTORE SAC. THEOL. ET V.I.D:
IOANNE BAPTISTA MVCCI
IN S.R.C. NEAP. ADVOCATO:

Liber Primus.

In quo omnia in ijsdem Decisionib^s exarata vberimè dilucidañt^r, attento Iure
Pontificio, Cæsareo, Regni huius Neapolitani, cæterarumque, re
gata, Regionum, potissimum secundùm hodiernum
stylum, & praxim,

ET QY AMPLIYRIMAE ALIAE QVAESTIONES, TAN AD RES
fendates, quæc burgenses, necnon ciuitates, & criminaltes,
sistentes, examinantes,

QVINIMO' NONNVILLAE QVAESTIONES THEOLOGICAE MORALES
resoluuntur, omnesque tandem materiæ nouis decisionibus, Recentio-
rum Doctorum auctoritatibus, argumentis, rationi-
busque politicis exornantur,


Vberimè seruum omnium, verbisunque adiecio Indice:



NEAPOLI MDCLXXXII.

Typis, & Sumptibus HAEREDVM CABALLI.

SUPERIORUM FERNISSV, & PRIVILEGI.



ILLVSTRISSIMO DOMINO D. CAROLO CALÀ. DVCI DIANI,

Marchioni Ramentis, & Villenouæ, Regis à latere Consiliario, ac Re-
giae Cancellarie Regenti meritissimo.

Heres des Caballi S. P. D.

 Vid tibi, Illustriſſ. Domine, cūm dilu-
cidationibus? Lucem offerre Phœbo,
aut incongruens, aut vefanum. Tot,
tantisque refulges radijs, vt nullum, vel sublime,
te contemplari queat ingenium. Sic Sol ipſe, nō
modò non solum, sed altero se dignoscet inferio-
rem, cūm à quauis Aquila valeat impunè respi-
ci. Enumeret quisquis sit p̄ræclara Maiorum
tuorum gesta, quæ mirari quisque valet, contem-
plari nemo: illos, qui potest, enumeret: contem-
pletur, qui audet; nām tantæ audaciæ poenam,
defessus, luet, subibit cæcutiens. Descendat ad
tuas trutinandas virtutes, & deserat quidēm intē-

gritatem, humanitatemque, quas egregijs in viris
supponere est, non mirari: quini in omni ceteris om-
nibus, tanquam infinitis, parentet, illasque tan-
tum ponat ob oculos, quae te praeceteris reddunt
sublimiorem, omnium nempè temporum hi-
storiarum eruditissimum, Politicarum Trismegi-
stum, Eloquentię Præceptorem, Iurispruden-
tiæ Munimen, Regij Diadematis Defensorem,
quorum omnium duos adhibeat testes omni sa-
nè exceptione maiores, Philippum IV. eiusq; fi-
lium Carolum II. potētissimè Regnantē, quorū
iura tuus Calamus, tua Doctrina, tua Eloquētia,
tua denique mira apud omnes Scientia non se-
mèl, sed pluriès, quotiès scilicet opus fuit, Sole
clariora demonstrarunt; si que optasti semèl no-
mine Larcādi Laci Personatus tantum tueri Re-
gem; iam tuę doctrinę radij te statim propalarūt
auctorem. Adeò verum, posse Solem tegi nubi-
bus, non celari. Hos, inquam, paucos, ex innu-
meris, quibus refulges, radios, tentet, quisquis
sit, contemplari, si velit, se allucinatum fateri, teq;
vel Phœbum, vel Phœbo propalare lucidiorē.
Nec immeritò tot, tantaque dignates, & mu-
nera, quibus inexplicabili solertia functus es, &
fungeris, lucem à te recipiunt, non præstant, cum
hoc

hoc pròprium Solis fit, sideribus etiam præstare
lucem. Ne igitur, Illustrissime Domine, mire-
ris, si Dilucidationes hasce tibi dicare ausi simus,
dum tua etiam indigebant humanitate, ut vera
Solis luce fruerentur. Illas ergo, nosque tibi de-
uoto dicantes animo, protege, & Vale.

F R A T E R N A
L E C T O R I ; E T S C R I P T O R I B V S
M O N I T I O

*Ab omnibus ad omnium necessariò legenda
utilitatem.*

Familiari, ut libentius audiari; sermone loquar. Eram opus hoc Typis daturus, sed nescio quo fati, quoque consilio: placuit proptere à amici cuiusdam censoris exposcere sententiam, ut, adulazione quacunque posthabita, quid vere sentiret, fideli lingua patefaceret. Hoc ille ad meam, tuamque, Lector, utilitatem, promptè rescripsit:

Si à me tantum legendū hic liber esset, posses profecto à me quoque tantum sententiam habere; at, quoniā multos habebit lectores, multorum etiā exquirenda opinio erit. Et putas, posse te omnibus placere lectoribus? Utinam ne pluribus displiceas. Si ergo, antequām opus hoc aggredieris, me consuluissem, aliter respondissem utique, quām respondeo: nunc verò ab re loquerer, si suaderem, ne Typis traderes, quæ perfecisti. Igitur, dum vel nullum; re peracta; consilium, vel inutile, hæc, quæ dicturus sum; deseruient saltē; ut videant scriptores; quid ipsis faciendum sit, quidque fugiendum.

Et quidēm, si Salomonis temporibus lucem vidisset Typographia, hanc ille, inter cæteras, numerasset elementias, scilicet, hominem, ut sui ingenij famam posteritati tradat, viuendi posthabita cura, vitæ breuitati appensatè consulere. Fabulam putavi sempèr, quam fingunt, Pellicani historiam suis visceribus filiōs alentis, cum nunquam id suadere queat natura; sed euidentiōtem sanè fabulam dixisse, posse queri reperiri, qui proprio interitu leuissimam, futuramque gloriam studeat comparare, ni innumeros id genus inspexi: quia verò miserrimos hos ignotus tenet error, videamus quæso, quid mali scribat scribendi ars; quid boni: sique minimum quid boni viderimus, omnes ad scribendum suadeamus; sin autem nil boni, sed innumerā parari ærumnas scriptoribus inspiciemus, credam ego, errore iam detecto, facile esse negotium eos aliter suadere.

Vt igitur ab ærumnis incipiamus, scribendi ars suos auctores primò è mundo separat, dum, domesticis, publicisque curis posthabitatis, assidua illorum familiaritas cum libris est, qui eos adeò propalant insulso, ut inutiles iam eosdē reddant sibi ipsis; & alijs:

Deindè continua illos torquent studia, infirmosque reddunt, & imbecilles, nec unquam visu hilares, sed mestos semper, & querulos, ac si naturam accusarent, cum verius propria ijs esset reprehendenda dementia: quinimò valetudinem iactant amissam, nullaque ipsis quiete frui, sed somno iam pa-

parentasse, vigilijs despontatos. Et hos appellamus sapientes, qui vitam ducere insipiunt, hcs peritos, hos prudentes, quorum amentia eosdem imprudentes demonstrat, & imperitos.

Præterea, vt alias scribendi angustias silentio committamus, vix lucem videt liber, & iam, quid mali habeat, exquiritur, tantisque premitur censuris, vt à Pedagogis ipsis reprehendatur, si quę desint interpunctiones, vel discursus aliquis non bene eorum regulis respondeat. Cætera autem, quę bona habet, prætermittuntur: omnes tandem, quid de libro sentiant, interrogati, si auctorem non oderint, mussitando saltē, illum non improbant: quod si inuidia serpiat, innumerę pullulant satyrę, & contumelię.

Mala hęc certa sunt, sed quid boni expectari queat, videamus, vt, re nata, cætera etiā mala enarremus. Insipiens auctor opus quandoque Typis tradit, vt, eius patefacta doctrina, dignitates assequatur, & honores: nec sèpè numero defunt, qui aliorum scripta maximo vel pretio emant, multosque ex his mihi credas notos, cum non paucos nummulariæ mensē viderim apocas, licet subdolè factas. Id hominum genus ijs comparandi sunt, qui putant, litium victorias à scriptis aduocatorum sermonibus dependere, cum verè dependeant à defensorum arte curantium blandis verbis, affectata Religione, gratis obsequijs, humilibus seruitijs, ceterisque modis prætereundis Iudicū animos illaqueare. Quod adeò verūm præsefert, vt extrà nostrę Italię ora Iudex quidam gloriosus Palladis assecla nescio quem reprehenderit Aduocatum, eo quod non ex ijs erat, qui cum Iudicibus sèpè confabulabat, quosq; nos Boni Itali, vt barbarè potius, quam latinè loquar, Trafichinos appellamus: quarè suum hortabatur familiarem, vt alium litis patronum reperiret. Quemadmodum ergo litium victorias ab aduocatorum scriptis non dependere, palam est, ita credamus oportet, dignitates à Typis non haberí; non enim Principes scriptis suadentur paginis, nec Typographia homines fecerit, sed eos confundens, doctos simùl, indoctosque amplexatur: & quamplurimos præterea videris scriptores, quorum calamus appellares pretiosū, ad dignitates ferendas quam maximè ineptos, necnon inumeros aduocatos, alioquin egregios, ad iudicandi munus cuectos, ineptissimos ad id præseferre: & ratio vtique est, quia, vel non omnia scimus, quę scribimus, vel scribimus, cùm ediscimus, non cùm edocemus, vel non quę scribuntur, hominem constituunt sapientem; fallimur enim, si sapientiam vel à Philosophorum speculationibus, vel à Iurisconsultorum responsis, vel à fuco, orandique arte experiemus, cum multa ad proficiam rēquirantur sapientiam, sine quibus, nec ea haberi valet, nec iustè teruntur iudicia, nec bene gubernantur Republicæ, nec munera aptè excentur, nec denique dignitates, honoresque conferuntur utiliter: si que inspicias, vnum, aut alterum scriptorem ad dignitatem aliquam cuectum, ne quæso imprudenter credas, illam ab ijs folijs comparatam, sed ab alijs fortè virtutibus, quæ Principi, ijsque, ad quos dignitatum spectabat collatio, vel notæ fuere, vel relate: sin autem virtutibus cam tribuere

no-

nolueris, quibus arridet, tribue, non autem folijs ijs, que non raro miserrimorum scriptorum spem alunt, semper vero & vulgum decipiunt, & lenonum officio fungentia, multa tegunt, & celant.

Legant Scriptores historias, aliorumque periculo credant, non proprio ediscant, tempusque non in scribendo terant, sed in legendō impendant, si ab alijs edoceri cupiant, quomodo dignitates comparentur, & honores. Nec vrgeas, hoc idem probare, ab omnibus semper esse scribendum, ut alij in posterum edoceantur; habent enim posteri libros perè innumeros, à quibus imbuantur, nec antè Ioannis Guttenbergij Typographicę artis inuentoris tempora carebat mundus sapientibus, sed potius posteā, ex Ioanne de Busfieris, priorum temporum amisimus felicitatem: iuuat ergo, vt, veritate detecta, modum imponamus errori, aliorumque speculo nostras inspicientes ærumnas, ad antiquam, quoad possumus, felicitatem redeamus.

Sed, vt ylterius progrediamur, putant sepe Scriptores librorum editionē omnium consequi venerationem, famam defatigare, liberis tandem, & posteris vtramque relinquere gloriosam. O errorem sanè inexcusabilem! etenim id hominum genus, non modò nullo prorsū modo eam consequi inspicimus, sed despici, & irrideri. Hos superiores ipsi graui respiciunt supercilio, & vix pileo tegi patiuntur; nec profectò errarem, si affererem, humaniùs ab ijs recipi scurras, histrionesque, quām hos, quos nescio quo consilio, sapientes appellamus, si miseris, humiles, abiectosque, & sepiùs victum mēdican tes, redi à stulta hac philosophia iustinerem, siq; tandem omnibus vel inuitos cogi obedientiam prēstare, & seruitia, affirmarem. Famam prētereā tunc Scriptores defatigant, cùm, vel fame pereunt, vel eorum impugnantur sententię, vel notantur errores, vel contumelijs afficiuntur. Sed demus vtique ijs venerationem, & famam, quid boni he ferant, certè ignoro. Docti appellantur, volet vndique fama prēdicans, benè eos, & ad rem scripsisse, si ijdem, prētè famam hanc, venerationemque, nil aliud habeant, ad quid fama, ad quid veneratione, que tot pepererunt ærumnas, quot initio exposuimus? Deserant liberis, posterisque famam, ni bona deserant, & opes, irridetur ipsi, irridetur & posteri. Dum in mundo versamur, à mundo abstrahi yesanum est.

Non desunt prētereā, qui libros edunt, vt eos Superioribus dicantes, honores, & præmia excerptant, laudibusque, quibus nonnullos ex ijs, re nata, decorarunt, aliquid boni consequantur. Sed vtinam aliquid mali non recipi rent; cum enīm ij non omnes queant Superiores decorare, quos prētermittunt, afficiunt moerore, ni iniuria; prēterquamquod frequens scribentium numerus adeò vulgates reddidit laudes, vt pudeat sanè, nostris præcipue tempestatibus, quemcunque prudentem à Typis citius laudari, quām ab homine. Alia vtique extant media Superioribus placendi, quibus laudes illę adulantes, non modò placere non debent, sed displicere, nec ullum vidimus scriptorem tali medio ea assequutum, que optabat.

Tan-

Tandem, ne longior sim, multi sunt stulti mundi Moderatores, putantes, scriptis eorum paginis prodesse Reipublicę, cum potius noceant. Et credam verè, plus mali, quam boni, peperisse nostrae Italie literas, quæ cæteris Regionibus mox eadem iamiam paraturæ sunt mala. O si tandem aliquando literas deserentes, aliò verterent animum homines, quot latrocinia arcerentur, quot Administrantium rapinę, quot Politicorum arcana, quot Superiorum Tyrannides, quot tandem mala, quæ, tanquam incauti prorsus discipuli, patimur, literas sequuti magistras. Et mirum sanè, voluisse Deum fide tantum firmam reddere Religionem, non scientia; homines vero putare, posse eos omnia à scientijs habere, à quibus sèpè numero cruciantur; non enim te latet, Amice, maximum esse nostrarum mentium flagellum cognitionem illam, quam nonnullarum rerum habemus: quandoquidem multa inspicimus, quæ sufferenda non essent, &, vel inuiti, sufferimus, ipsamque libertatē, quam à natura, eiusque Auctore dignoscimus, adeò deploramus deuinctam, vt, quænam ea sit, ni ignoramus, nequeamus certè periclitari: quinimò id tantum quandoque nobis licere, quod alijs placet, nostramque voluntatem, non pro ratione, sed pro aliorum placitis stare, dicendum est. O Felices pæcætis rusticos, quorum felicitas ab huiusmodi cognitionis carentia dependet, dum oculis plenè credentes, vel omnia, vel multa bene gesta putant, & plura, quæ sapientes iniuriæ tribuerent, summam ipsi arbitrantur mercedem.

Sentiunt plerique Principes, literas alentes, tutiores redi à subditorum motibus animos habentium continuo depresso labore, sed errant, cum longe tutiores redderentur, si eosdem haberent militari deditos disciplinæ.

Ne autem paradoxum hoc explicemus, vtq; politicum hunc iustis ex causa discursum deseramus, non pandentes celanda, profint quidem Reipublicę literę, nonne summa erit insanía incertam publicam utilitatem propria vita, propriaque ægritudine comparare? Si hanc omnes dementiam citius, quam sententiam, sequerentur, iam omnes etiā, vt Reipublicæ sic prodeßent, vitæ parentare, tenerentur, & damnum potius ex eorum obitu reciperet Respublica, quam ex eorum scriptis utilitatem. Igitur, vt vela tandem contraham, dum à Typis nil boni, sed, quicquid mali excogitari potest, habemus, si mala, Amice, optas, Typos sequere, si bona, desere.

Hæc, Lector, Amicus. hæc ego. Quid facturus sim in posterum, videbis, quid tibi faciendum sit, consule, & Vale.

ECCLESIASTICA APPROBATIO.

IN Congregatione habita coram Em. Domino Card. Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub die 20. Aprilis 1681. fuit dictum, quod Reu. P. Antonius de Rossi Soc. Iesu reuidet, & in scriptis referat eidem Congregationi.

Steph. Menatt. Vic. Gen.

Joseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Emin.

EMINENTISSIME DOMINE,

IUSSU Em. V. sedulo consideravi *Dilucidationes in Reg. Sanfelici decisiones*, Auctore S. Th.ologiz, ac V.I.D. Jo. Baptista Mucci; & nihil in ipsis aduertere potui, quod sanæ doctrinæ, aut bonis moribus repugnet; sed plurima, quæ hominem ex vero auctorem ostendunt, non collectorem: quamobrem imprimi posse, censco, sub censura Em. V. Neapol. die 22. Julij 1681;

Em. V.

Humillimus Seruus

Antonius de Rossi Soc. Iesu.

In Congregatione habita coram Em. Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neap. sub die 9. Martij 1681. fuit dictum, quod, stante supradicta relatione, imprimatur.

Steph. Menatt. Vic. Gen.

Joseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Emin.

REGIA APPROBATIO.

EXCELENTISS. SIGNORE.

Lvdovico Cauallo Stampatore de' libri supplicando espone à V.E. come desidera dar alle Stampe due Tomi del Doctor Gio. Battista Mucci, intitolati, *Dilucidationes decisionum Regalis Sanfelici*; supplica per tanto à V.E. restar seruata commettere la revisione di quelli, a chi meglio gli parrà, ut Deus &c.

Magnificus Doctor Raphaël Garganus videat, & in scriptis referat.

Carrillo Reg. Calà Reg. Soria Reg.

Prouisum per S. E. Neap. die 3. Martij 1681.

Spectabilis Reg. Florillus non interfuit.

Villanus.

EXCELENTISSIME DOMINE.

Dilucidationes V.I. & S.T.D. Jo. Baptista Mucci ad primum, & secundum Tomum decisionum Supremorum buius Regni Tribunalium Jo. Francisci Sanfelici, olim Regiam Cancelleriam Regentis sedulo perlegi, mandatis patens E.V. in eisq; nihil, quod Regiam Jurisdictionem violer, inueni; sed cuuncta nimis castigatè scripta, hærentia rationi, reæque Iurisprudentie. Quamobrem cudi posse, arbitror, si videbitur E.V. quam Deus Opt. Max. diutissime incolument seruet. Neap. Nonis Maij 1681.

E. Vestræ

Seruus obsequentiissimus
Raphael Garganus V.I.D.

Tijsa supradicta relatione, imprimatur, & in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Carrillo Reg.

Calà Reg.

Soria Reg.

Prouisum per S. E. Neap. die 29. May 1681.

Spectabilis Reg. Florillus non interfuit.

Mastellonus.

DILV-

DILVCIDATIONVM RERVM IVDICATARVM;

Q V AE

A REGENTE D. IO: FRANCISCO

S A N F E L I C I O

PATRITIO NEAPOLITANO

IN PRIMO LIBRO REFERVNTVR:

AVCTORE S. THEOL. ET V.I.D.

IOANNE BAPTISTA MVCCI

IN S.R.C. NEAP. ADVOCATO MINIMO.

Liber Primus.

S V M M A R I V M .

- 1 Famuli, &c ceteri Familiares Ecclesiastici, sanguineant fori priuilegio? Recensentur opiniones.
- 2 Familia Clericorum an teneatur munera extraordianaria subire.
- 3 Famuli Clericorum non vocantur ad foridam.
- 4 Pena imposta à Iure communis affientibus iniuria ministros Ecclesiae, que sit.
- 5 Ministri Ecclesiastici cur ab Imperatoribus varijs prerogatiis decratis sint.
- 6 Serui Ecclesiarum non possunt defatigari publicis angariis.
- 7 Spoliantes rusticos Ecclesia à quibus puniendi sint.
- 8 Malefactores Ecclesiarum possunt in utroque foro conueniri.
- 9 Administrator rei Ecclesiastice conueniri potest in foro Ecclesiastico ratione administrationis.

- 10 Minores Ecclesiae quinam dicantur.
- 11 Priuilegia concessa famulis Ecclesiae an extendenda sint ad famulos personarum Ecclesiae, scitarum.
- 12 Famuli clericorum cognoscuntur à Indicibus secularibus.
- 13 Famuli seruientes Superioribus Ecclesiasticis an possint dici minores Ecclesiae.
- 14 Superior Ecclesiasticus duplice modo considerari potest.
- 15 Famuli superiorum Ecclesiasticorum sunt duplices generis.
- 16 Episcopi vigilancia exemplificatur in Cardinali Philamarino, cuius occasione fit mentione de eius nepotibus.
- 17 Minores Ecclesia non dicuntur tantum eius ianitores, sed omnes ij, qui quoquo modo illi servitia praestant.
- 18 Episcopi in Regno nostro an possint tenere familiam armatam? Recensentur opiniones.
- 19 Clerici coniugati gaudent priuilegio fori, &c

A

Can-

- Canonis, dummodo tonsuram, & uestes clericales deferant.
- 20 Clerici coniugati gaudent his priuilegijs etiā, attento iure Regni, quicquid, etiam attento tali iure, antea fuerit.
- 21 Clerici syluatici duplicitis sunt generis, alijs scilicet qui tonsuram recipiunt, alijs secūs.
- 22 Clerici syluatici, licet tonsuram non habeant, dicuntur tamē minores Ecclesie.
- 23 Clerici syluatici ante decretum Sacra Congregationis multiplicabantur in fraudem Iurisdictionis laicalis.
- 24 Sacra Congregatio quid decreuerit anno 1623. de clericis pure syluaticis. Reservatur integra determinatio.
- 25 Clerici pure Syluatici ex decreto Sacrae Congregationis gaudent fori priuilegio in criminalibus, non autem priuilegio Canonis.
- 26 Priuilegium canonis datur tantum clericis insignitis prima tonsura, & alijs ordinibus.
- 27 Clerici syluatici male conditionis excluduntur per Sacram Congregationem à fori priuilegio.
- 28 Sacra Congregatio pro clericis syluaticis semper respondit idem, quod decreuerat anno 1623. decreto generali.
- 29 Bizoche quo priuilegio gaudeant.
- 30 Vxores clericorum coniugatorū quibus priuilegijs gaudeant.
- 31 Imperatores quancum poterant Ecclesie dererunt.
- 32 Sacra Congregatio modum prefixit clericis syluaticis ad fraudes arcendas.
- 33 Rex Robertus prohibuit, ne familiares Regis arma deferrent in propria patria.
- 34 Lites remouenda sunt ab utraque Iurisdictione ad fraudes arcendas.
- 35 Pontifices quandoque ad eorum defensionem implorarunt opem à Principibus secularibus.
- 36 Carolus Magnus vocatus fuit à Leone III. ad reprimenda scelera Romanorum; quare corona retulit, & Christianissimi nomen sortitus est.
- 37 Rex noster Catholicus dicitur eo quod a Regnis suis hæreses arceat.
- 38 Clerici coniugati an gaudeant fori priuilegio in ciuibus.
- 39 Familiae Regis conueniendi sunt in M.C.V. quicquid antea aliter fuerit.
- 40 Coloni rerum patrimonialium Regis, eiusq; conductores debent conueniri in Regia Camera; sed an semp̄r.
- 41 Locati Regia Dohane an semp̄r etiam pro tribus non spēctantibus ad Dohanam habeant Regiam Cameram pro causis appellationum. Affertur nouum exemplum Collateralis Consilij.
- 42 Famuli Proregis cognoscendi sunt ab Auditore exercitus, sed petita ventia ab ipso Prorege.
- 43 Proreges in Regno delegant causas pro arbitrio,

- trio, & personam Regis representant:
- 44 Priuilegia scholarium extenduntur ad famulos, sed an semp̄r.
- 45 Famulus clerici ex decisione Regiae Camere gaudet ea immunitate, quam franchitiam appellamus.

DILVICIDATIO DECIS. I.

R Eperimus in hac prima decisione nimis projecto elaborata, fuisse Subdiaconum syluaticum à fori priuilegio exclusum: ad quam decisionem fundandam *Sanfelicius* examinat questionem illam, an famuli, ceterique familiares Ecclesie, & Ecclesiasticorum personarum gaudeant fori priuilegio.

Verum Reg. de Marin. resol. iur. lib. I. cap. 117. in princ. scripsit, voluisse communiter Doctores ab ipso relatos, gaudere eos priuilegio fori tam in ciuibus, quam in criminalibus, nisi legitima loci consuetudo repugnet. Et Dom. Io: Leonardus Rodoer. ibi, quæ scribere proposuerat, quæue scripserat, delevit. Ego verò aliter sentiendo, ea scribam, quæ veritati consona sunt; sic enim tutus ero nullum inferendi prijudicium Ecclesiasticæ, aut Regiæ Iurisdictioni. Et principio quidem, post habitis tot, tantorumque Doctorum controvrsijs, breuissimè examinabo iura Cœsarea, & Pontificia; deinde causas omnes secernam, & tandem ad casum relatum à *Sanfelicio* deueniam. Habemus 2 igitur in l. I. C. de Episc. & Clericis, Clericos, eorumque mancipia (idest, familiam secundum *Gloss.*) non teneri subire munera extraordinaria, nec hospites recipere, scilicet armatos, prout eadem *Glos.* explicat, cum alijs officio charitatis teneantur sufficere pauperes. Et in l. 2. C. eod. Clerici nō vocantur ad munera sordida. Quod priuilegium concessum est eius hominibus, & ministris. Et denique in s. si quis cum sacra: auct. de Sanctiss. Episc. Iustinianus in exilium 4 mittendum iubet eum, qui in Ecclesiam ingrediens, Episcopo, aut Clericis, aut ministris alijs Ecclesia iniuriam aliquam inferat. Ex quibus dispositionibus colligimus, Imperatores oīl aliud prætendisse, quam Ecclesiasticorum personarū dignitatē, decusque serua re; unde eas immunes reddiderunt ab extraordinarijs munib⁹, hospitum armatorum receptione, & à sordidijs munib⁹, pœnas infligentes quibuscumque eas iniuria aliqua affidentibus; &, vt tantum seruarent decorum, earum familiam, & seruos sub tal dispositione comprehendenterunt; inanis enim esset Ecclesiasticorum personarum decus, si eius famuli extraordinaria subirent muneris, & hospites reciperent; sic enim à seruitio distraherentur. Ita pariter, si sordida exer-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

3

exereerent; nam turpe esset auditu, famulum sordida exercentem munera Ecclesiastico viro seruitia praestare. Et denique nefas esset, ni plecteretur iniuriam Ecclesiasticas ministris inferens. Vnde iure optimo in Concilio Toletano statutum est, ne servi Ecclesiarum publicis fatigentur angarijs, ut *12.queſt.11.cap.Eccles.ſeruos & in cap. generaliter: §. nouarum 16.queſt.1.* fit mentio de dispositione in beneficium clericorum facta a Constantino in *d.l. 1. C.d. Episc. & Cler.* Quare concludendum, in præfatis iuribus tam Cœsareis, quam Pontificijs nil haberi quoad forum, quo frui debent famuli Ecclesiarum, de quo loquuntur tantum *cap. indicatum: dīſt. 8.9. & cap. 2. de foro competenti:* cum cætera iura, quæ allegantur, ad propositum meo iudicio non faciant.

In *d. cap. indicatum* reperimus, laicos, quibus commissa est causa Episcopatus in temporalibus, si ij rusticos Ecclesiaz bonis suis spoliarunt, puniendos esse ab Episcopo. Sed hoc, vt benè *Glos. ver. inter eos*, accidit, quia huiusmodi Laici bona Ecclesiaz rapue-re; vnde conueniri poterunt coram Iudice Ecclesiastico, dum malefactores Ecclesiastici in vitroq; foro conueniri possunt *c. cum sit generale: de foro competenti*, potissimum cum agatur de Administratione rei Ecclesiastice, cuius occasione videtur secularis administrator coram Ecclesiastico conueniens iuxta *Rouiti decisionem 58.num. 8. & seq.* Igitur ex hoc *cap. non* benè deducitur, famulos personarum Ecclesiasticarum gaudere fori priuilegio. Tota igitur difficultas stat in *cap. 2. de foro comp. vbi hæc. Nullus iudicu neque Presbiterum, neque Diaconum, aut Clericum ullum, aut minores Ecclesiaz, aut permisso Pontificis per se distingere, aut condemnare præsumat;* Nam, si minores Ecclesiaz stant ad differentiam Clericorum, prout vere videntur stare, seculares Ecclesiaz seruien-tes non poterunt à Iudice seculari puniri, & condemnari. Et quidem patet, in *d. cap. 2. imponi*, ne illius Iudex clericum, aut minores Ecclesiaz distingat, vel damnet; Vnde certum est, illud loquutum de minoribus non Clericis, cum iam ante expressisset Clericos; quare videtur, defendi non posse opinionem afferentium, minores Ecclesiaz dici constitutos in prima tonsura, dum hi quoque veniunt appellatione Clericorum. Hi ergo minores Ecclesiaz (quos *Abb. in d. cap. 2. num. 5.* ait esse ianitores Ecclesiarum, ceterosque ad Ecclesiaz obsequium destinatos) tanquam sæpe numero seculares, ele-cti ad seruitium Ecclesiaz, fas erat vt di-stringi nequirent, nec damnari a Iudice seculari.

Cum autem dictum *cap. immunes reddat*

*11 tantum minores Ecclesiaz, non est perperam eius dispositio extendenda ad quoscumque alios famulos Ecclesiasticarum personarū, qui ijs seruant non ratione Ecclesiastici seruitij, sed propriæ utilitatis; & ratio est prompta, quia Ecclesiastica personæ vtuntur famulis non qua Ecclesiastici; igitur famulus non trahit secum exemptionem a iurisdictione, cui subiicitur. Quod palam est, cum quotidie videamus, famulos Clericorum seculares recognosci a Iudice seculari, si crimina committant. Quare hæc dicta nullam patiuntur controversiam, sed plena sunt. At difficultas est in videndo, an famuli seruientes Ecclesiasticis personis, qui sunt superiores, dicantur esse minores Ecclesiaz, & comprehensi in *d. cap. 2.**

Qua supèr re posset Superior Ecclesiasticus duplice modo considerari, scilicet tanquam Ecclesiasticus, & tanquam Superior; adeoque nonnullos habebit famulos destinatos ad particulare seruitium eius domus, nonnullos autem ad speciale seruitium Ecclesiasticarum functionum, & Iurisdictionis; quoru famulorum genus nō cadit ad casum nostrum, vt videbimus infra; adeoque primum genus, licet dicatur comprehensum in *d. c. 2.* vt videntur sentire *Abb. ibid. multique alij Canonistæ ex cap. fin. de off. Archid.* parùm ad nos. Euenit autem casus tempore Eminentissimi Cardinalis Ascanij Philamarii Archiepiscopi huius Ciuitatis Neap. Pastoris summi vigilante, Acerrimi Ecclesiasticæ Iurisdictionis defensoris, qui ita pro Ecclesia sempèr stetit, vt potius propria bona deperdi, nepotesque quos, ad arans usque inexplicabili diligebat cura, in carcere coniuci pateretur, quam Ecclesiasticam libertatem leuitè ladi videret. Cæteras autem virtutes erga Monialium obseruantias, Ecclesiaz decus, subditorum frænum, ordinis Ecclesiastici estimationem, aliasque, quas eius nepotes & laici, & diuino cultui mancipati ex aſte hæredes possident, libenter omitto, ne hyperbolica videatur laus in eos, cum quibus nullum peculiaris amicitia habeo vinculum, quosque tenui hac laude affeci, vt veritas tantum innoteſceret. Hic ergo tam bonus Pastor quendam, quem suū famulum esse contendebat, nomine, Carcioſolam, iam carceratum à M.C.V. ad Ecclesiasticum forū remitti instabat; sed, denegata remissione, fuit tandem laqueo suspensus, bene ne, an male, ad nos non spectat definire.

Alterum famulorum genus voluere non nulli comprehensum esse in *d. cap. 2.* cum vere dicatur seruire Ecclesiaz, cui dicuntur obsecrati quia præstare non ij tantum, qui Ianitorum munere funguntur, sed omnes ij, qui quounque modo seruitia præstant, vel delin-

A 2 quen-

quentes carcerado, vel carceres custodiendo, vel similibus vacando functionibus, prout sunt actuarij, & scribæ; hos enim existimant, appellari posse minores Ecclesiæ, quia scilicet minores res Ecclesiæ exerceant ad differentiam, aliorum, qui maioribus Ecclesiæ in meribus funguntur, adeoque gaudere priuilegio fori concludunt, inter quos sunt ij, quos refert Reg. de Marin. loc. cit. num. 2. licet contrarium bis ipse referat' decisum, citans decisionem relatum à Galluppo in praxi S.C. part. 2. cap. 6. num. 5 o. quam in postrema hac impressione non inueni typis demandata.

Ceterum, an in Regno nostro Neap. posse 18 sint Episcopi tenere familiā armatā, an non absq; Principis licentia, nec ad nos facit; super qua re scriptis Reg. de Ponte in suo tractatu manuscripto: de Iurisdictione: T: de familia armata Episcopi, non posse, dicens, Abbatem scriptis, id procedere. etiam de iure communi in c. significasti de off. delegati, vbi Felin. in cap. cum non ab homine: de iud. & apparere plures conclusiones factas à Collaterali Consilio tempore Eminentissimi Cardinalis Granuelæ, aliaque, prout ibi.

Contra cuius dicta acriter insurgit Episcopus Carolus Maranta in suo tractatu Apologeticō à num. 55. usque ad 81. quo loci plures contra Abb. adducit autores, respondens ad exempla adducta à Reg. de Ponte. Distinetis his omnibus casibus, de quibus quicquid sit, certum est, nullum cadere in nostrum sermonem, qui est tantum de Clericis syluaticis secundum casum expositum a Sanfelicio, reliquum est, vt ad hos tandem deueniamus.

Clerici igitur coniugati, seu syluatici 19 gaudent priuilegio Canonis, & fori, dummodo tonsuram, & vestes deferant clericales, ex cap. 1. de clericis coniugatis in 6. quam Bonifacij VIII. dispositionem seruandam iubet Concilium Trident. sess. 23. cap. 6. de refor. & meritò, tanquam fundatam in æquitate, utpote quæ velit, huiusmodi clericos tunc gaudere fori priuilegio, cum incedunt in habitu, & tonsura, vt hoc pacto eorum vivendi licentia compesceretur, vt fuisse scriptis Couarr. præt. quæst. cap. 3. 1. num. 6. eandemque dispositionem comprobavit Rex Ferdinandus die 24. Maij, anno 1469. vt in Pragm. 1. de clericis seu diaconis syluaticis, vbi hæc. Cum ipsis coniugati clerici à laicis in nullo alio differant, nisi quod pro commissis ab eis excessibus, vel delictis trahi nō possint criminaliter, aut ciuitate ad Iudicium seculare, & si quis in eos manus iniecerit violentas, excommunicationem incurrat, qui etiam non gaudent, nisi tonsuram, & vestes deferant clericales.

Et licet die 23. Aprilis eodem anno lu-

20 cem vidisset alia Pragmatica, quæ in nouis non reperitur impressa, sed tantum in antiquis sub rubrica Quod Diaconi vulgo dicti Syluatici vadant in habitu, & tonsura lœdens libertatem Ecclesiasticam in nonnullis requisitis confirmata deinde die 10. Martij 1519. a Comite Ripagorisæ, vt extat Prag. 5. sub tit. de Clericis, seu Diaconis syluaticis; haec tamèn sanctiones nunquam fuerunt obseruatae, vt refert Capyc. decis. 161. circa fin. Insuper Ritus M.C.V. 66. secundum ordinem Carauitæ disponens, ne clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori, fuit correctus per d. Pragm. Reg. Ferdinandi primam sub tit. de Clericis, seu Diaconis syluaticis, teste ipso Carauitæ ad d. Rit. num. 8. Quod comprobarunt Rouit. ad d. Pragm. 1. num. 1. & Reg. de Ponte in suo manuscripto de Iurisdictione: tit. 21 de Cler. coniug. Quoniam verò clericorum coniugatorum, seu syluaticorum duplex est genus; id circò cum distinctione procedendum circa eorum priuilegia; nonnulli igitur clericiconiugati sunt, qui prima tonsuram recipiunt; quare tenentur incedere in habitu, & tonsura, & Ecclesiæ ab Episcopo destinatae seruire iuxta dispositionem S.C.T. in d. sess. 23. cap. 6. de reform. & de his loquitur nostra Pragmatica. Alij verò tonsuram non recipiunt, sed tantum Episcopo alicuius Ecclesiæ seruitio adscribantur, & bene distinguit Laganarius ad Rouit. in dict. Pragm. 1. de Clericis, seu Diaconis syluaticis.

Secundi huius generis erat Horatius de Rao, de quo Sanfelicius hic; Vnde, cum non apparuerit, illum fuisse verè Clericum coniugatum, dum non probauit habitum, & tonsuram, non producens Bullas, neque fidem matrimonij cum unica virginæ, prout, si verus Clericus coniugatus fuisset, tenebatur, iuxta aliam decisionem relatam a Sanfelicio infra decis. 14. remanebat purus Subdiaconus syluaticus, de quo nec d. cap. Bonifacij, nec Concilium Tridentinum in d. cap. 6. nec nostra Pragm. loquebatur, ac proinde dubium erat, an gaudere debuisset fori priuilegio, & iudicantes existinuarunt, illum tractadum esse tanquam Ecclesiæ famulum; hacque ratione Reg. Sanfelicius questionem illam examinat, an famuli Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum gaudeant fori priuilegio; & quia in tanta contrarietate, opinionum illis visum fuit adhucrere opinioni negatiuæ; idcirco Horatius de Rao fuit anno 1617. exclusus à fori priuilegio, cuia alias, si verus Clericus coniugatus fuisset, contrarium procùl dubio decisum reperi-remus.

Verum Sacra Congregatio considerans, huismodi Clericos syluaticos, licet ij tonsuram non habeant, esse tamèn verè Ecclesiæ

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

5

- 23 **six seruientes, & dici Ecclesiaz minores, ac prouide comprehensos in d. cap. 2. de foro consit. & videns etiam huius Ecclesiastici seruitij occasione multiplicari Clericos syluaticos in fraude secularis iurisdictionis, & quandoque recipi criminatos; idcirco anno 1623. sic decreuit, prout tale decretum transcribit Squillan. de priuileg. cler. cap. 7. dub. 2. post nro m. 40. hic quoque ad lectorum commoditatem inserendum: illud ergo tale est.**
- 24 **Sacra Congregatio Cardinalium negotijs iurisdictionibus Regni Neap. prepositorum certior redditia in nonnullis eiusdem Regni diaconibus, Diaconos, quos vocat syluaticos in maximum numerum citra Ecclesiarum necessitatem, aut utilitatem excrescisse, volens eorum exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscumque occurrere, de sanctissimi D.N. Gregorij XV. mandato viuo vocis oraculo desuper habito, Diaconos syluaticos busimodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum servitio retinere, vel in locum quoquemmodo deficitum assumi posse in Cathedralibus, seu superioribus Ecclesijs adsummum quatuor, in collegiatis, vel Parochialibus duos, in alijs verò Ecclesijs, in quibus diuina celebrantur, si Episcopo videbiantur, unum, quos quidem Episcopi prorsus gratis, & tales, qui omenind per seipso, non autem per interpositam personam seruitum debitum præstant, nec ullo modo criminatos, aut male conditionis, & famæ eligere debeant, alias & hi nullo gaudente priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apostolicae severum experientur. Eos verò priuilegio canonis non gaudere, fori autem priuilegio in criminalibus omnino, in ciuibus quoad corporis districcionem tantum, & immunitate ab oneribus personalibns, non autem ab alijs, durante seruitio, frui debere. Sed se alicubi maioribus veantur priuilegijs, & immunitatibus ex legitima consuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in casu conuersa eadem Sacra Congregatio sibi reservat, illam debere attendi; cognitionem verò aliorum præmissorum ad ordinarios pertinere, hoc presenti decreto statuit & præcepit, & declaravit. Roma ro. Kal. Iul. 1623.**
- 25 **Ex his deducitur, hos Clericos syluaticos sic taxatos, gaudere tantum priuilegio fori in criminalibus tanquam famulos Ecclesie, non priuilegio Canonis, quod datur tanquammodo clericis, vt in cap. si quis suadente Diabolo 17. quest. 4. quodque Alexand. III. extudit ad Religionis conuersos in cap. non dubium de sentent. excomm. Vnde, si casus accidisset post Sacre Congregationis determinationem, aliter erat decidendus; sed forsitan Horatius de Rao neque fori priuilegio frui debuisse tamquam criminatus, aut male conditionis, & famæ, cuius generis ter-**
- 27 **uentes Sacra Congregatio excludit à fori priuilegio. Hancque determinationem obseruauit deinde Sacra Congregatio, precipue anno 1640. in dubijs propositis per Patrem Franciscum Antonium de Rossi Soc. Iesu Vicarium Generalem Abbatiz Sanctissimæ Trinitatis Militen. nullius Diæcesis sic relatis d. Maranta in d. tract. Apologet. numer. 354.**
- 28 **Die 20. Novembres 1640. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium controneris iurisdictionibus prepositorum ad dubia proposita respondet, ut loquitur, videlicet.**
- 29 **Ad primum, Biæzochas habentes requisita necessaria gaudere priuilegio fori, & exemptionem, & canonis, si quis suadente &c.**
- 30 **Ad secundum, clericos coningatos gaudere priuilegio fori, & exemptione ab oneribus laicis calibus personalibus, nec non uxores eorumdem, ipsis clericis viuentibus.**
- 31 **Ad tertium respondit, Diaconos syluaggios gaudere priuilegio fori, & exemptione ab oneribus personalibus, & alijs ad prescriptum decretorum huius Sacre Congregationis, anno 1623. prout ipsarum uxores, eisdem clericis viuentibus. Cardinalis Pamphilus.**
- 32 **Ex huc vsq; dictis colligimus, ante Sacre Congregationis determinationem à Iudicatiibus fuisse quâdoque exclusos Ecclesiaz seruientes non alijs fortè rationibus, ni quia ij inspeciebant, huiusmodi homines se Ecclesiastico supposuisse seruitio, vt sub Ecclesiaz tutela maiora patrarent facinora; quod ferendum non erat, non solum à laicali, sed nec ab alijs, quantum poterant, dederant, vt patet in titulis Codicis de Sacrament. Eccles. de Episc. & cler. alijsque innumeris penè locis. Id circa iure optimo Sacra Eminentissimorum Cardinalium congregatio enarrata determinatione fraudes has substulit ad perpetuam erubescientiam eorum, qui huiusmodi famulos Ecclesiaz seruitio supponebant, nulla habita consideratione eorum famæ, & morum, nec numeri ad Ecclesiam conseruandam necessarij.**
- 33 **Quod tanta probatione non indiger, dum in teitem aduocamus Horatium de Rao, qui non alia fortè intentione arma ferendi facultate procurauit, quam ut facinus illud patraret, pro quo inquisitus extitit, quare se pèr ob oculos ponenda est dispositio Regis Roberti incap. Regni, inter subiectos, expressè prohibentis, ne familiares, domestici, aut coeniales Regis arma in propria patria deferant, de qua re Reg. Rouit. ad Pragm. 16. de Milit. n. 31.**
- 34 **Hæc quoad decisionis dilucidationem. Alia vberiora videnda sunt apud citatos, nec nō apud Mart. de Iurisdict. par. 4. c. III. Carol. de**

de Graff. de effect: cleric. eff. 5. Vvlp. in praxi
Iudicial. cap. 41. Genuens. in praxi Archiep.
impressa Romæ anno 1609. cap. 9. Ciarl.
controvers. forens. cap. 20. Octauian. Caracciol.
sicut de fori priuilegiator. remiss. in proam
Dian. resol. moral. pract. 3. tract. 1. resol. 47. de
Marin. obs. ad decis. 192. Reuere. & allegatio
nem 75. ab eodem relatam vol. 3. coeterosque
34 apud citatos. Vnum tamèn hic non omi
tendum puto, scilicet, ad crimina remo
uenda ab vtraq; iurisdictione parentandum
disordix, cum videamus, quandoque
35 Summos ipsos Pontifices ad eorum defen
sionem à secularibus Principibus opem im
36 plorasse, intèr quos fuit Leo III. qui ad re
primenda scelera Romanorum, qui de eo
fuerant malè meriti, Carolum Magnum vo
cauit, eiusque epistolam non absque lacri
mis legendam transcripsimus in nostra
Ariadna feudali par. 1. cap. 1. quæst. 7. nu. 143.
tit. de his, qui feud. dare poss. Vnde ob opem
præstitam Imperij coronam obtinuit, &
tunc, nonnulli volunt, Carolum Christianis
37 simi nomen sortitum. Nec silentio præter
eundum, Regem nostrum Catholicum no
minari eo quod hæreses arceat à sua ditio
ne; sicque concludendum, vtrique iurisdi
ctioni cordi esse debere fædus ad concele
ratos homines coercendos.

An antem clerci coniugati primi gene
38 ris à nobis expositi gaudeant fori priuile
gio in ciuilibus, dicemus in dilucidatione
decisionis 230. vbi accuratè secundum vi
res examinabimus ea, quæ scripserunt
Consiliarij Franc. Roccus resp. 59. tom. 2. &
Dom. Carolus Petra ad ritum M. C. V. 66.
nec non Io: Franc. Marotta discept. forens.
cap. 9. & Dom. Io: Leonard. Rodoer. ad Reg. de
de Marin. cap. 58. tom. 1.

Hinc ad vberiorem decisionis dilucida
tionem collige primò, Domesticos, fami
liares, & commensales Regis conuenien
39 dos esse in M. C. V. licet ante Magnus
Siniscalchus fuerit eorum iudex, vt per Ri
tum M. C. V. 46. qui non amplius seruatur,
cum priuilegium Magni Siniscalchi ab au
la recesserit, ex Frecc. de subfeud. tit. de off. Mag.
Siniscal. vt post alios notat Ronit. ad Pragm.
11. de milit. n. 50. & seqq.

Collige secundò, colonos, & conducto
40 res rerum Patriotionalium Regis conue
niendos coram procuratore Cœlari s. & sic
in Regno nostro in Regia Camera Summa
ria, vt aduertit Scialoya de foro compet. tit. de
foro Fisi. cap. 24. num. 11. subdens, id intelli
gendum, si conueniantur pro rebus condu
ctis a Fisco, secùs si pro alijs. Quod ego
comprobo paritate locatorum Regis Do
41 hanz, quibus appellantibus à decretis cu
riarum Provinciarium dohanz, in quibus

fortè ad promptiorē expeditionē cōparuere,
ad Regiam Cam. eorum causa appellatio
nis, si est pro rebus ad dohanam spectanti
bus, expeditur in Regia Camera, si secùs,
remititur ad S.C. prout ego obtinui in Col
laterali Consilio in causa inter Bernardum
de Castiglione cum illis de Todesco, qui
tanquam locati prætendebant, causam tra
stantam in Regia Camera, licet res ad do
hanam non spectasset; ego verò, qui pro
dicto Bernar. stabam, excepti, causam remit
tendam a d. S.C. quare dictum fuit, quod
S. C. de iustitia prouideat contra plurimo
rum aduocatorum sensum. Decreta sunt
in S.C. in banca Clauelli.

42 Collige tertio, licet famuli Proregis gau
deant omnibus priuilegijs ex l. I.C. de silen
tiar. lib. 12. adeoque cognoscendi sint secun
dum iuris originem ab auditore exercitus,
vt scripsit Scialoya d. tract. de foro compet. tit.
de foro milit. cap. 19. num. 10. tamèn id cum
grano salis, vt sic loquar, intelligendum ef
fe; debet enim venia peti à Prorege, qui iu
dicem eius famulis destinabit. Quod ob
seruandum est, non solùm, quia Proreges
causas delegant, auferendo eas ab ordinariis
Iudicibus, inspecta qualitate causarum, &
personarum, vt varijs exemplis comprobat
Reg. de Ponce de potest. Roreg. tit. ultimo: de de
legationibus causarum; verum etiam, quia
in Regno personam Regis representant, vt
scripsit idem de Ponte tit. de prouis. fieri solit.
Quod breuissimè indicavit Thor. ad de Ponte
d. 5. 7. de Ass. Reg. nu. 12. Quare Dom. D. Ca
rolus Petra non ab re in ritu 46. num. 29. fabu
lam quandam necit apud multos habitam
historiam.

44 Collige quartò, licet per omnium ora
volitet, priuilegia scholarium extendi ad
eorum famulos, vt post Annam sing. 401.
Reuerte. decis. 7. aliquaque de ijs tamèn priuile
gijs esse sermonem, quæ redundant in Do
minorum utilitatem, non autem de fori pri
uilegio. Exemplum ponamus in clero, cuius famulus gaudet ea immunitate, quam
45 appellamus franchitiam, ex decisione Re
giz Cameræ relata d. Reg. de marin. arresto.
154. & 203. & meritò, quia clericus alit fa
mulum; vnde, si ipse immunis est pro se,
erit etiam pro eius famulo; alias, ni famulus
esset immunis, hoc damno indirectè cleri
cicus afficeretur. Quæ ratio mouit Regiam
Cameram ad similem decisionem relatam
ab eodem de Marin. arresto 698. Non sic au
tem se res habet in fori priuilegio. Hæcque
satis quoad dilucidationem primæ huius
decisionis; & licet quatuor hæc corollaria
penitus ad hanc decisionem impertinentia
videantur; id appensatè egimus, vt ab odiosa
hac iurisdictionali materia distraheremur.

S K M-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

7

S Y M M A R I V M .

- 1 Alienata re litigiosa in clericum, quomodo sit procedendum? recensentur Doctorum opiniones.
- 2 Alienata re litigiosa in clericum, iudicium terminandum cum alienante; hancque opinio fauet omnibus iurisdictionibus.
- 3 Alienationes rei litigiosae sunt sepius in fraudem iudicij moti; quare traditur Iudicibus cautela.
- 4 Capitulum nostri Regni, Conuentus, non loquitur de iudice, coram quo facienda sit exequio contra multorum sensum.
- 5 Capitulum Regni, Conuentus, quas discordias ortas in terminis iuris communis sedauit.
- 6 Iudex sententia debet inspicere an alienatio rei litigiosae sit facta ex causa voluntaria, an autem necessaria.
- 7 Litigiosa re voluntarie alienata, sententia exequioni demandanda est contra possessorem, servata dispositione cap. Conuentus.
- 8 Alienatio rei litigiosae ex causa necessaria non est interdicta.
- 9 Alienatio rei litigiosae ex causa iusta non est interdicta.
- 10 Alienatio rei litigiosae brevi tempore peritura vel pro restitutione, vel constitutione dotis, vel, perempta instantia, sustinetur.
- 11 Alienatio rei litigiosae, super qua constat, nullum ius aduersario competere, sustinetur.
- 12 Fraudes circa alienationem rei litigiosae quomodo cognoscantur.
- 13 Iura communia quandoque ex fraudibus, quae oriri possent, licet iudici deferere.
- 14 Iudices consilii donum à Spiritu Sancto, non autem à legibus implorare debent.
- 15 Sententia mandata exequioni in clericis beneficium, an & quando pro re illa recuperanda aedundus sit Iudex Ecclesiasticus.
- 16 Litigiosa vitium perseverat, usque quo litis perpetuum silentium imponatur.
- 17 Clericus an, & quando possit petere remissionem, si tertius oppositor compareat, petens, rem sibi dari.
- 18 Preambulum non habet vim iudicij.
- 19 Citatio per editum, qua expediri solet in praambulis, an inducat iudicium.
- 20 Clausula, salvo iure cuiuslibet, an efficiat, ut res sit abduc litigiosa.
- 21 Laicus delinquens, & deinde assumens habitum clericalem, an cognoscendus sit à Iudice Ecclesiastico? recensentur opiniones.
- 22 Clericus, si post commissum crimen habitum dimiserit, an cognoscendus sit à Iudice laico? late recensentur omnes opiniones.
- 23 Forus domiciliij, & contractus attenduntur in contractibus.
- 24 Tempus commissi delicti an attendatur quo ad.

declinandum forum.

- 25 Laicus offendens personam Ecclesiasticam a quo Iudice cognoscendus sit? remissio.
- 26 Professionem emitentes post commissum crimen an dicetur illam nulliter emittere, attentis Bullis Sixti V. & Clementis VIII.
- 27 Tacens crimen commissum in actu professio- nis non peccat graviter, dummodo graue pre- iudicium religioni actu non inferatur, idque etiam, attentis regulis Societatis Iesu contra Card. de Lugo.

DILVICIDATIO DECIS. II.

Quatror potissimum in hac decisione dilucidanda resoluuntur. Primum est, alienata re litigiosa in clericum, iudicium terminandum coram eodem Iudice laico, & per eundem sententiam exequioni deman- dandum.

Secundum, si agatur de auocanda pecunia liberata à S.C. clero in creditorum cō- cursu, aedundum esse iudicem Ecclesiasti- cum, dummodo ad illum pecunia libera- peruererit; secūs verò, si quo vinculo, vel onere affecta.

Tertium, promotorum ad clericatum post commissum crimen quoad distinctionem realem cognoscendum fore à Iudice secula- ri, verū quoad distinctionem personalem à Iudice Ecclesiastico, quamvis ante huiusmodi promotionem fuisse habilitatus ex causa infirmitatis.

Quartum denique, illum, qui professio- nem emitit post foriudicationis sententiam, non posse à Iudice seculari puniri.

Quoad primum sepius sic decimum refe- runt Carleual.de iudic. tom. 1.lib. 1. tit: 1. disp. 2, quest. 7. sect. 3. num. 936. Reg. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 5. 4. num. 1. Q. T. bor. par. 1. verb. sententia lata. Contrariam verò decisionem refert de Franch. dec. 545. Ibi enim, discussio articulo, emanavit decisio iuxta sententiam Abb. in cap. Ecclesia Sancta Maria col. penult. vers. nunc quāro ut lice pend. vbi docuit, alienata re litigiosa, demandari exequioni sententiam contra Ecclesiasticam personam, sed coram Iudice suo, nec obstat cap. Regni, Conuentus, quod clericos nullo modo po- test obligare.

Vt autem rem clariorem reddamus, bre- uissimè recolenda sunt quæ dixerit Doctoris in terminis iuris communis. Triplex igitur fuit opinio. Prima Cyni in l. unica C. de alien. jud. mut. caus. fact. afferentis, posse exequitionem fieri contra tertium, in quem li- te pendente, alienatio facta est. Secunda Bartoli in l. a Dino Pro, si super rebus ff. de re iud. affirmantis, esse procedendum prius re- vocatoria contra tertium, ut deinde exequi- tio

rio locum habeat. Tertia Baldi, qui, medius inter eos stans, scripsit in lib. maritorum num. 8. C. ne vxor pro marito, si alienatio facta est, lite pendente, iudicium terminarium cum eo, qui dolo deside possidere; fin autem facta sit, nondum mota lite, licet alienatio sit rei creditoribus obnoxie, procedendum esse actione reuocatoria. Quæ opiniones suos habuere affectas relatos a Giurba decis. 62. Et verè opinio Baldi iuri magis congrua est, & licet opinio Bartoli fuerit magis recepta ex ijs, quæ idem Giurba refert, ob idque iudicatum sit apud Vinc. de Franch. alienata re litigiosa in clericum, exequitionem faciendam coram Iudice Ecclesiastico; nostris tamè temporibus veritas innotuit, & receptior videtur opinio Baldi ex decisionibus, quæ in dies emanant, ut refert hic Sanfelicius.

Quare, retenta sententia Baldi, stat conclusio, alienata re litigiosa, sive post sistem motam, iudicium terminandum cum alienante. Quæ opinio verè conuenit cum illa Cyni, qui loquutus est de re litigiosa, non curans discurrere de re creditoribus tantum obnoxia; hæcque opinio equissima est pro vtraque Iurisdictione, laicali scilicet, & Ecclesiastica; nam, si iudicium terminandum est coram Iudice alienantis, quemadmodum, alienata re litigiosa à laico in clericum, exequutio facienda est coram iudice laico; ita pariter, alienata re à clero in laicum, exequutio facienda erit coram Iudice Ecclesiastico, ratione allata a Parlador: lib. d. rer. quotid. d. cap. fin. part. 4. §. 5. num. 9. ne scilicet actor post quam longa vexatione, sententiam tandem obtinuit, iterum vexari incipiat coram alio iudice; hæcque, nec alia assignanda est ratio ad quodcumque absurdum enicandum, cum cæteræ rationes, quæ a Doctoribus allegari solent, plus vni, quam alteri iurisdictioni faueant. Quod si sepius inspicimus, alienationes fieri in clericos, non in seculares; id fortius firmat opinionem Baldi, & decisiones nouiter emanatas, nec non Parladori rationem, nam, quia huiusmodi alienationes rei litigiosæ fiunt in fraudem iudicij, non debet Ecclesia esse fraudum asylus; vnde, si a foro laicali fraus arcetur, a fortiori arcenda est à foro Ecclesiastico, cum Ecclesia sit iustitia cultrix. Hæc luce meridianæ clariora sunt, nullamq; meo iudicio possunt controvrsiam pati; siveque, attentis Doctorum opinionibus super hac re, debent Iudices, ut fraudibus locum negent, sequi opinionem Baldi, & Cyni, quæ nullum infert præiudicium laicali, vel Ecclesiasticæ iurisdictioni, immo utriusque fauet, dum utrique paribus armis aditum præberet fraudes fugandi, post habita decisione re-

lata à Vinc. de Franch. decis. § 45. quæ emanauit, re non benè discussa; ea enim fundata fuit in doctrina Abbatis in cap. Ecclesia Sanctæ Mariae ut lite penden: quæ, si benè perpendatur, contraria est; nani ille, post quam dixerat, est dare alium effectum litigiosum; nā sententia lata contraria alienantem mandatur exequitioni absque alia tela indicij contra eum in quem facta fuit alienatio, venit ad casum Io: de Ateia, contra quem alienantem res in Monasterium ob item motam ab Ecclesia S. Mariæ in via lata, hæc subdit. Nam contra Io: de Ateia posset agere rei vindicatione, prosequendo primum iudicium, cum auctrix habeatur pro possessore, ex quo dolo deside possidere; & hæc sententia lata contra eum poterit mandari exequitioni contra Monasterium, ad quod res litigiosa fuerunt translatæ, tamè coram Iudice suo. Vnde ly, iudice suo, non ita accipiendum est, vt intelligatur Iudex Monasterij; alioquin frustra dixisset antea, posse sententiam mandari exequitioni contra eum, iu quem facta fuit alienatio, absq; alia tela Iudicij, cum coram novo iudice debuisse noua fieri citatio; & sic noua tela iudicaria; sed ly, iudice suo, sumendum est pro iudice sententia latæ, ut scilicet sententia demandanda sit exequitioni coram Iudice suo, id est coram iudice sententia, dum sententia dicitur esse Iudicis, ac proxime sua.

Præterea in d. decis, dicitur, petitam fuisse exequitionem coram Iudice laico, ex dispositione cap. Regni, Conuentus, quod visum fuit Dominis Iudicantibus non comprehendere clericos, & tamè meo Iudicio capitulum illud non loquitur coram quo Iudice facienda sit exequutio, sed tantum disponit, vt iudicium finiatur iu persona alienantis. ut exequutio sit contra possessorem, apud quem dictares, vel possessio inueniretur manere, sed coram quo iudice facienda sit exequutio, non disponit; vnde d. cap. non solum non ligat clericos pro exequitione facienda coram Iudice seculari, sed nullo modo declarat, quis nam sit iudex competens exequitionis, iudex ne sententia, an iudex competens illius, contraria quem demandanda est exequitioni sententia: siveque prædictum capitulum nil aliud egit, quam sedare discordias ortas inter Doctores super illa questione, an contra possessorem agi debeat reuocatoria; cæterum quoad Iudicem adhuc in dubio res stetit; siquidem, quamvis non agatur reuocatoria ex dispositione dicti capituli, non implicat, quin abique talia actione sententia lata contra alienantem ab uno iudice, mandetur exequitioni contraria eum, in quem facta fuit alienatio, ab altero Iudice; cum duo hæc inter se diuersa sint,

& cap.

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

9

Sc cap. pradicatum vni consuluerit, non verique siveque, ni fallor, cum quis etiam respectu Iudicium sub seculari iurisdictione allegat cap. **Conuentus**, non probat ex illo, iudicem eius, in quenfacta fuit alienatio, esse iudicem sententiaz, sed tenetur aliunde hoc probare, praescindendo à laicali, vel Ecclesiastica Iurisdictione, ut supradiximus, cum iurisdictionem esse Ecclesiasticam, vel laicalem, hoc casu materialiter se habeat, sed tantum considerandum sit remedium fraudibus, quae sive accidunt, ac proinde recurrentum ad rationem tradicam à Parlad. quae tanquam praescindens à diuersis quibusque Iurisdictionibus, quibus fauet, ab omnibus recipienda procùl dubio est.

Ex quibus collige, nullam vim faciendā in dictis à **Fermosin**. de foro competit in cap. propositi: q̄neft. 13. nec in alijs **Doctribus**, qui melius existimant adhucere decisioni relataz à **Vinc. de Francb.** & fraudes fouere, quam tot alijs decisionibus fraudes arcentibus.

Hinc aduertendum, dum ad fraudes arcendas iudex sententiaz erit iudex exequutionis contrà alium diuersæ iurisdictionis, debet hunc diligentè perpendere, an alienatio sit facta ex causa voluntaria, & ad redendum elusorum iudicium; an autem ex causa necessaria; nam, si facta sit ex causa voluntaria, demandabit exequutioni illam iuxta probabiliorem opinionem **Cyri**, & **Baldi** confirmatam à cap. **Regni nostri**, **Conuentus**; si secūs, diuerso se modo geret; nām, cum alienatio rei litigiosæ fiat ex causa necessaria, non videtur interdicta, vt ex l. alienationes, ff. famili. excise. scripsierunt omnes ij, quos refert, & sequitur D. Io: Leonard: Rodoer. addit. ad cap. 256. **Regentis de Marinis** quo casu ne locum quidem sibi vendicat d. cap. **Conuentus**, vt ijdem D. D. volueret. Quæ dicta militant etiā, quotiescumque alienatio sit ex causa iusta, puta, si res in iudicium deducta eset breui tempore peritura, si alienata eset pro constitutione, vel restituitione dotis, si litis instantia eset perempta, aliosque iustis ex causis, quas recensent prafatus Dom. Rodoer. loc. cit. Et Paulus Statian. resol. forensium 1. resol. 82. num. 14. vel, si aperte constet, nullum ius aduersario competere, vt ait **Rocc.** resp. 47. tom. 2. referrens ad id decisionem S.C. Ad has autem fraudes dignoscendas iudex consulat **Giurbani** decif. 63. num. 5. varia ibi eradentem exempla, aliosque apud citatos auctores; verum in lege communi non semper se fundet, cum ex legib[us] quandoque fraus oriatur, vt dici solet, inuenta lege, inuenta fraus. Vnde ex causis oportet quandoque à communi lege discedere, vt optimè **Reisch. tratt. de principiis philosophiae moralis**. cap. 14. Hinc est, ve-

hoc casu, cum ex **Sapiens**. 9. cogitationes metalium timidae sint, & incertæ prouidentiae nostræ, indigeat homo necessariò in his, quæ ad salutē sunt, & ad Remp: ab altiori principio dirigi, à quo datur his, qui sincerè petunt, donum Consilij, per quod Spiritus Sanctus mouet hominem per modum subtilioris, & certioris Consilij, vt idem, **Reisch. ibid:**

Quoad secundum punctum videndi sunt, **Carleual. de Jud. tom. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 7.** fest. 3. d numer. 946. ad finem sectionis. **Consil. Pratus: dilecti forens. lib. 1. cap. 43. num. 45.** Et seqq. **Dom. Altimar. ad decis. 44. Roniti. Reg. Sanfelic.** & quæ ibi nos scribimus decis. 210. **Consil. Hodibern. ad decis. Surdi 26. Capyc latr. decis. 123. 173. num. 16.** Et 198. **Salgad.** in labyrinth. part. 2. cap. 6. num. 42. alijque apud citatos, qui omnes varia ad materiam spectantia scripsere.

15 Ego vero ex his regulam generalem desumere arbitratus sum; nām, quotiescumq; post intentatum iudicium intèr partes, alterutra ex his, gaudens priuilegio clericali, quamvis exequutioni demandata sententia, vel decreto, appellat, adeundus iudex secularis, si is etiā fuisset iudex causa principalis; nec inde clericus conqueri poterit, ex dictis à **Carleual. loc. cit. num. 947.** siveque transcat quidem res in clericum absque alio onere expresso in decreto, vel vinculo, sat est, si transcat vitio litigiosi, quod semper perseverat, vsque quo ei perpetuum imponatur silentium. Hæcque regula sic generaliter statuta à **Carleual. loc. cit.** nullas patitur exceptiones, sed ex eadē omnia resoluuntur quæsita: nos pauca apponemus ad maiorem facilitatem, & vt omnia, quæ Doctores superius citati retulerunt sparsim, vna coarctentur regula.

17 Si igitur quæres, an, tertio oppositore comparente aduersus rem datam clero, possit hic remissionem petere; respondebo distinguendo; nām, aut clericus rem liberè habuit absque ullo vinculo, & optimo iure remissionem petet. Ita **Sanfelicius** hic, **Roxit. d. decis. 44.** alijque communiter; & ratio est, quia clericus non possidet illam vitio litigiosi affectum respectu tertii oppositoris, qui nunquam fuit in iudicio; Vnde, non potest vti appellatione, dum non interuenit in causa principali; quare casus hic non comprehenditur in regula per nos statuta, siveque denuò ager; & regula erit, vt actor sequatur forum rei. Aut clericus non habuit rem liberè, sed cum clausula, salvo iure cniustibet; & tunc deneganda remissio; quia, licet tertius oppositor non interfuerit ab initio, illa clausula efficit, vt presumantur bona transiſſie in clericum vitio litigiosi affeta.

B

cta

Et a respectu eorum, qui auditii non fuere, respectu quorum nunquam dicitur lis finita; adeoque iudex secularis erit iudex competens. De quare omnes DD. superius cętati.

Si queres, quid dicendum respectu immisionis bonorum virtute decreti præambuli. De hac re dicam in dilucidatione, *decis. 210.* Interim, ut aliqua dicamus, aut possesso libere data fuit clero absque clausula illa, *salvo iure cuiuslibet*, & absque alio vinculo; & tunc quicunque pretensor compareat, clericus audiendus erit coram suo Iudice Ecclesiastico, quia pretensor is nequit venire per appellationem, vel propositionem nullatum, dum nullum adfuit *18* recedens iudicium, quod non inducitur per præambulum, ut ex plurimis docte probat *Capyc. latr. decis. 198. num. 18. & seqq.* nec id patitur difficultatem; siquidem, eum iudicium constet iudice, auctore, & reo, deficit nostra in casu reus, Vnde non immerito decretum præambuli interponitur absque partis citatione, ut optimè *Affl. in conf. eos, qui scienter: quest. 4.* & quamvis expediatur citatio per edictum, de qua re *Carauta ritu* *19 181.* non inde tamēn dicas, ex eiusmodi citatione deduci litis pendentiam, cum citatio per edictum non expediatur ad inducendam litem, quia non adest is, contrā quem agatur, sed ad videndum, an compareat aliquis, qui sua putauerit interesse; Vnde accidit sēpē numero, ut, constito ex informatione capta, esse alios, qui pretendeant posse hēreditatem, M. C. V. declareret, quod, intiniatis ijs, prouidebitur; sicque ex illa intimatione incipiet lis oriri. Ceterum præambuli decretum ex se nullum inducit iudicium, quod importet litis pendentiam, adeoque non comprehenditur in nostra regula generali.

Aut verò huiusmodi decretum ex causis, quas iudex viderit in probationibus, continebit clausulam, *salvo iure cuiuslibet*, & de *20* negabitur remissio, quia clausula illa efficit, ut bona præsumantur transiisse in clericum affecta vitio litigiosi respectu cuiuslibet, qui auditus non fuit; quare casus hic stat sub regula generali per nos tradita; & patet, quia, ut suademur ex *Capyc. latr. loc. cit. Carleual. & Doctoribus omnibus*, prætententes auocare rem illam à clero, appellant in supplicationibus, & dicunt de nullitate præambuli; Vnde, si clausula illa non faceret, ut res transiret vitio litigiosi affecta in clericum, ad quid appellatio super re non litigiosa? Collige ergo, appellationem secundo hoc casu esse proficiam, secūs altero priori, in quo non obtinui, cum sepius tentarem, & signanter in M. C. V.

apud acta Francisci Pennelli in causa Anna, & Victoria Ricci, cum D. Francisco & Vincentio Riccio, re bene discussa.

Reddi & alia ratio potest, cur huiusmodi clausula, *salvo iure cuiuslibet*, operetur, ut sit deneganda remissio, nempe, quod in quolibet iudicis decreto tacite inest, ne alijs non auditis præjudicium inferatur, eo quod res inter alios acta alteri non nocet; igitur expressio clausule huius, (cum non possit esse superflua, quia in sententijs, & decretis nullum verbum esse debet sine effectu, *Roman. conf. 180. numer. 5. Rol. conf. 61. num. 19. & 20 lib. 3.*) operari debet quantum ad forum, ut neque circa fori competentiam iuribus antiquis præjudicetur.

Et quamvis adhuc in primo casu aedium esse Iudicem Ecclesiasticum contendat *Consiliarius Franc. Maria Pratus tom. 1. discept. 43.* respondens ad omnia argumenta *Peregrini*, non discedendum tamēn à contraria opinione probat *Censal. in obseruat. ad Peregr. art. 48. vers. sed & questionis est: multa adducens, ex quibus corruere dicta Prati scripsit Gizzius ad decis. 123. Capyc. latr. numer. 26.* Nos autem de veritate articuli ageamus in dilucidatione *d. decis. 210.* Aduertendum tamēn puto, non licere iudici ad sui libitum adjicere clausulam, *salvo iure cuiuslibet*, solum, ut impediatur cause remissi, sed requiri iustum aliquam causā: hoc autem, ut procedit in iudice laico, ita & in Ecclesiastico: atque adeo hēc animaduersio nulli obest iurisdictioni, sed solum prodest, ne fraudes comittantur à iudicibus, has clausulas pro libito addendo, ut in simili adnotabimus intra *num. 25.*

21 Quoad tertium punctum Carleual. de iud. tom. 1. disp. 2. quest. 6. sect. 3. num. 447. & seqq. infinitos propè modum citat *Doctores*, qui videndi sunt; ipse vero cum communī opinionē distinguens ait, delinquentem assūmētem habitum in fraudem iurisdictionis secularis remanere subditum quoad bona, non quoad personam; qui, si habitum absq; fraude assūmat, non remanet iudici seculari subditus, ne quo ad bona quidēm.

Hēc distinctio displicet nonnullis, quos refert, & sequitur *Dom. Io: Leonard. Rodoer. ad cap. 48. Regentis de Marin. nu. 13. eo*, quia *fraus non efficit*, ne character dicatur imprecisus. Sed ad hanc rationem possent respondere contraria sententiae sectatores, exemptionem à foro seculari non nasci à charactere; si quidēm in multis casibus clericus retinet characterem; non proinde tamēn eximitur a foro seculari, puta, cum est alsinus; Vnde præter characterem requiritur aliquid aliud. *Coharentius ergo, ni turius, discut-*

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

II

discurrent dicentes, delinquentem effectum clericum post patratum delictum gaudere fori priuilegio quo ad personam, non quo ad bona, quia persona iam excepta est, bona vero sunt obligata ex delicto. Tu magis quam sequere opinionem. Sed quid dicendum de clero, qui post patratum crimen habitum clericalem dimisit; an forte cognoscendus sit à Iudice Laico?

Equidem statueram, questionem hanc silentio tradere; ne autem mancam redderem dilucidationem, decreui tandem illam breuissimè degustare, & aliquid noui addere, ut scriptoribus, & iudicantibus adiutum præberem veritatem eruendi. Triplex igitur potest esse sententia.

Prima, posse illum cognosci, tam à Iudice laico, quam ab Ecclesiastico, ita, ut inter hos detur præuentio; nam, sicuti, qui forsum sortitus est ratione contractus, poterit conueniri in fero contractus, & domicilijs ex l.2. ubi Gloss.C.de iurisd.omn.iud. Ita etiam qui habitum clericalem dimisit, poterit cognosci, tam à Iudice laico, quam Ecclesiastico. Sic contrà Bald. in l.affinitatis.C.commun.de success. sensit Carauita ritu 66. qui tamen super hac re cogitandum voluit, hancq; Carauite opinionem sequutus est Reg. de Marin.resol.quotid.cap.48. qui nu.5. innixus rationi traditæ à Carauita efformat argumentum, quod tale est. Laicus effectus clericus secundum communem omnium opinionem pro delicto commissio tempore, quo erat laicus, recognoscendus est à Iudice Ecclesiastico ratione priuilegiorum clericalium; igitur, cum omnibus priuilegijs clericis spoliatus est, cognosci debet à Iudice laico; & ex his, transiit faciens ad causas ciuilis, & mistas, sic in huiusmodi causis plurius decisum testatur; adeoque inductam esse consuetudinem sic iudicandi concludit: que dicta Regentis de Marinis exornat Dom. Io: Leonard.Rodoer.asserens, in pari causa esse potiorem conditionem Iudicis præuentientis, sicuti dicitur de delicto misti fori, in cuius cognitione est locus præventioni inter Ecclesiasticum, & laicum Iudicem. Sic quoque in criminalibus, stante præventione facta à laico Iudice, fuisse denegatam remissionem, refert Sanfelicius. decis. 318. ita eandemque opinionem videntur inclinare Merlin.lib.1. controvrs. forens. cap.49. num.18. multique alii apud citatos, & Giurbam conf. 15. & nouissime apud Dom.de Luca ad Vinc. de France. decis. 417.

Secunda sententia est, nullam attendendam esse præventionem, sed omnino delinquentem recognoscendum à Iudice Ecclesiastico; quandoquidem attenditur, non tempus punitionis, sed commissi sceleris, ex regula

legis prime ff. de pénis, cum concordantibus adductis ab omnibus affectis hunc opinione, & inter ceteros à Giurba d. conf. 15. num. 14. Quod si eos interroges, cur hæc ratio non militet in laico, qui post commissum crimen fit clericus, respondent, id euenire ratione characteris, & ordinis Ecclesiastici s. nám, quando laicus, commissio delicto, fit clericus, adeò à seculari iurisdictione eximitur, ut molestari ab eo non amplius possit, prout longo sermone, & multis Doctoribus fundat Giurba à nu.32.ad 34. At vero, quando clericus fit laicus, ratione Ecclesiasticae iurisdictionis; quæ delicti commissi tempore fuit in eum acquisita, non potuit facto suo auferri, dimissio clericatu; sicque nullam dari præventionem concludunt contrà Carauitam, cum, tempore, quo clericus crimen commisit, nullam in eum iudex secularis, iurisdictionem habuerit, potissimum, cum non agatur de mutatione fori, sed status. Ita tenent Giurba, qui sic decisum testatur cum innumeris, quos refert, omnes ij, quos addunt Domini D. Carolus Petra ad Ritum M.C.V.65. de Luca ad d. decif. Vinc. de Franc. & Paulus Staibani. tom.2. resol. 119. qui huic opinioni firmissime adhaerens num. 14. sic pī exclaimat. O bone Deus, & quis ausus erit negare hanc opinionem communii calculo omnium supremorum, & repetentium, & ius dicentium sequutam fuisse. cui forte respondebant, qui tertiam sequuntur sententiam, mox propalandom, satius fuisse, si ille argumenta, quæ in contrarium vrgent, soluisset, cum ceterum autores, & decisiones pro omnibus stent opinionibus, ut apud citatos videtur est, nec pī exclamationes faciant sententiam communē; nám, si res sic se haberet, non deesset, qui pī exclamationibus librū replete, aēremque vndique frangeret.

Tertia sententia est, cognoscendum esse à Iudice laico, nulla data præventione: & huius sententiae fundamentum tale est Etenim in omnibus criminibus attendendus est status præseus, quo quis citatur. Sic videmus, laicum delinquentem, qui deinde post delictum assumptum habitum clericalem, cognosci à Iudice Ecclesiastico, nec attendi præventionem factam forte post habiente assumptionem à Iudice laico. Igitur è contrà clericus, qui cum habitu clericali deliquerit, dimisso habitu, cognoscendus est à Iudice laico, nec illus est præventioni locus. Hanc sententiam sequitur doctissimus Antonius Merenda controv.iur.lib.24. cap.19.num. 8. & licet Carauita, & Reg.de Marin. admittant præventionem; tamen ex ratione ab ipsis generali tradita videntur etiam in hanc inclinare opinionem. Sin autem istis obiciant prius sententias scelares, hoc casu

discurrendum esse, quemadmodum discurrimus in contractibus, ratione quarum cōtrahentes possunt conueniri, tām in foro cōtractus, quām in foro domiciliij; negabunt hi, sic rem se habere; siquidē, tām Iudex domiciliij, quām contractus, erunt iudices competentes contrahentibus, tanquam eiusdem iurisdictionis; quod secūs est in casu, in quo versamur, dum Iudex Ecclesiasticus non est competens laico, ac proinde delinquens non mutat forum, sed statum, vñ aduertit *Giurha* pro ratione sua sententia loco citato. Sin verò obijciant aſſeclē ſecundā ſententia, attendi tempus commiſſi delicti, v̄gebunt iſti, hoc non eſſe verum; dum laicus delinquens, ſi habitum aſſummat, cognosci debet à Iudice Ecclesiastico; & tamē tempore patrati ſceleris erat laicus. Quod ſi id ratione characteris euenire dixeris; repli- cabunt hi, ex ijs deduci, fallum eſſe aſſumptum illud, attendendum eſſe tempus cri- minis, cum character ſuperueniens non efficiat, vt delinquens tempore commiſſi delicti non fuerit ſub laicali iurisdictione, nec aliā turpe ſit, iuſignitū charactere cognosci à laico iudice, cum videamus, clericum af- ſassinum, quamuis charactere iuſignitum cognosci poſſe à Iudice laico, prout in alijs caſib⁹ à Iuribus Pontificijs permiffis.

Vnde, quemadmodum, quando laicus fit clericus, non poterit à Iudice laico moleſtari; itā etiā, quando clericus fit laicus, non poterit moleſtari à Iudice Ecclesiastico, quia vñobique par ratio; &, licet nequeat clericus priuilegio fori renunciare tanquam toti Ecclesiastico collegio concesſio, id intel- ligendum eſt, durante clericatu; ſecūs verò dimiſſo habitu. Ceterum ſectatores huius opinionis putat, initium in delictis attenden- dum eſſe quo ad pœnas; ex diſpoſitione d. l. 1. ff. de pœnis, non quoad iurisdictionem, pro qua ſtatutu m preſentem attendi contendunt, 25 quicquid ſit, ſi offenſa ſit perſona Ecclesiastica, quo caſu *Merend. loc. cit.* contendit, offenſorem eſſe cognoscendum à Iudice Ecclesiastico, duc tus a D. Thom. 22. queſt. 64. art. 2. & 3. quia ſcilicet offenſa eſt Vniuersitas Ecclesiastica.

Quænam ſit verior ex tribus hiſce ſen- tencij, diceimus in dilucidatione d. decisi. 218. & forte, re matu iūs perpenſa, adhærebimus primā, quæ videtur magis pia, tanquam admittens p̄fumptionem, quæ negari non debet, cum ſic fraudes celiſt, dum qui- libet iudex promptum ſe p̄fubebit ad reum puniendum; & Ecclesiasticus videtur com- peſens ratione continuationis fundamenti fori, quod eſt character; nec non laicus ratione ſtatus preſentis, quo clericus om- nibus priuilegijs cléricalibus per habitus

depositionem ſe ſpoliauit.

Vnum tamē hic pro veraque iurisdictione aduertamus velim, ſcilicet, ſi laicus, com- miſſo crime, citatus ſit, vel captus à Iudi- ce laico, non obſtare, ſi deinde clericus ef- ficiatur; cum cognoscendus ſit à Iudi- ce laico, in cuius fraudem deinde clericus factus eſt; ſic pariter, ſi clericus, patrato cri- mine, ſtatim ſit citatus, vel captus à Iudice Ecclesiastico, ne obſtare quideā, ſi deinde habitum dimittat; & ratio eſt evidens in quaunque ex relatis opinionibus, quia ſcilicet, tām tempore commiſſi ſceleris, quā citationis, ſeu capturæ, quilibet reus erat ſub ſuo iudice.

Quoad quartum, & vñitum punctum 26 de profefſione facta poſt criſmen commiſſum in iudicio deductum *Carleval. loc. cit. n. 449.* refert conſtitutionem *Sixti V.* irritatē profesſiones eorum, qui poſt commiſſi ſce- lera habitum monacalem ſuſcepſiſſent, nec non aliam Bullam *Clementis VIII.*, quæ li- mitat illam *Sixti*. Verū *Cardinalis de Lugo lib. 3. reſponſor: moral. dub. 1.* vñerius illas explanat. Quare ſciendum eſt, *Sixtum V.* anno 1587. edidiſſe Bullam, quam integrum refert *Eman. Roder. tom. 3. queſt. 56. poſt. art. 6.* in qua homicidē, nonnullisque alijs cri- minibus coquinatū inhabiles redduntur à profesſione; pœnque imponuntur recipien- tibus illos abſque informatione iuridica de eorum qualitate.

Aſt anno ſequenti alia Bulla declarauit, non obſtare profesſioni criſmina p̄dicta, niſi actis publicis conſtituerit, ipſos Iudices, & curiam ſecularem ante fuſceptionem habitus de ipſo criſmine aduersus eos accuſationem fuſcepſiſſe, vel inquisitionem inſtituiſſe. Sed *Cle- mentis VIII.*, anno 1602. validitatē reddidit profesſionibus; pœnas verò ſtatutas à Bul- lis *Sixti* voluit remanere. Quare, hiſ omnibus premissis, *Card. de Lugo* ſcripſit, ar- tena Bulla *Clementis*, validas eſſe huiusmodi profesſiones emanatas. Quod nullam pa- titur controverſiam.

Idem de *Lugo ibid. queſtionem mouet*, an 27 ſaltē tacens homicidium, licet, & abſque peccato grati professionem emittat, & ex- minatis p̄fatis Bullis, varijsque adductis rationibus, videtur loclinare in opinionem negatiuam, duc tus aratione tradita à *Guar.* quia ſcilicet huiusmodi criſmina ostendunt naturam minùs aptam ad vitam religiosam, adeò, vt *Sanctus Ignatius Loyola* in hiis con- ſtitutionibus voluerit, vt ſolūm homicidium quamuis occultum, inualidas redderet profesſiones inde factas, & vota emissa, vnde; quia illas religio non ſuſcipere, tacentes co- rum criſmina peccant grauitè.

Vt autem veritatem facias, dicta haec non

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

13

non arrident, quandoquidem crima præterita non ostendunt naturam pertinacem, aut ineptam ad vitam religiosam, cum passim legamus, quām plurimos, qui nunc Coelitum numero adscripti sunt, aliosque plarum Religionum fundatores antē susceptum habitum feroce, & criminosos fuisse, quos, ne lectorem tædio afficiamus, præterimus; Et hi ut plurimi assolent esse optimi Religiosi, quia ad penitentiam vocati, ut vocationi respondeant, tacent ea, quæ impedimentum afferre possent.

Nec multum facit pia *Dini Ignatij* dispositio, quæ nequit Summis Pontificibus potestatem limitare; sive, quamvis voluisset, ut inualidæ essent professioes huiusmodi emissa à suis Religionis, validissimæ sunt, stante Bulla *Clementis VIII*. quod apud me nullam patitur controvërsiam. Hoc tamè intelligas velim, præcisa Summi Pontificis approbatione dictæ dispositioni *S. Ignatij*; nam, stante approbatione Pontificia constitutionibus, quibus cauetur, homicidium in Societate Iesu esse impedimentum dirimens ipsam professionem, erit profecto nulla.

Hæc autem Summi Pontificis approbatio debet constare, adeoque probandum erit, præfatas *Dini Ignatij* constitutiones quoad hoc comprobatas à *Clemente VIII*, vel à suis successoribus: cum partim ad rem faceret antecedens Summorum Pontificum approbatio, eo quod non dum edita erat Bulla *Clementis VIII*, Societas enim Iesu, teste inter ceteros *Io: de Bussieres in flostulis*, fuit sancta à *Paulo III*. anno 1540. sive multo tempore antē Bullam. Ceterum hæc dicta sint absque tanta Religionis præiudicio, cuius est suas constitutiones explicare, & indagare; quæ omnia ad casum nostrum non faciunt, ni obiter.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus inquisitus producens cum bullis ordinum bullas institutionis Iuris patronatus factas à Vicario Episcopi remittendus est ad suum Iudicem.
- 2 Vicarius generalis Episcopi potest facere ea, quæ innixa sunt iustitia, secùs que sunt gratiosa absque speciali mandato.
- 3 Dispensatio commissa Episcopo, an possit expediiri à Vicario, & è contra.
- 4 Episcopi, & Vicarij unum dicitur Tribunal.
- 5 Vicarius an expedire possit absque speciali mandato ea, quæ iura mandante expediri per Episcopum.
- 6 Vicarius non potest condonare, nec gratiam facere, quamvis mandatum generale habeat.
- 7 Ordinarins adenundus est pro institutione, de-

- cisa causa à delegato super iure presentandi.
- 8 Papa per delegationem nullum intendit præiudicium inferre ordinario.
- 9 Substitutus à Vicario an possit instituere præsentatum.
- 10 Vicarius an, & quando possit alium substituere.
- 11 Institutio præsentati reseruatur à S.C.T. ordinario, non substitutis.
- 12 Vicarius an in omnibus possit aliū instituere.

DILVCIDATIO DECIS. III.

- 1 **H**ic decisum videmus post-ortam partatem, clericum inquisitum producentem cum bullis ordinum minorum bullas institutionis Iuris patronatus factas ab Episcopi Vicario remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum; & tota difficultas, ut videtis, stetit in indagando, an Vicarius potuerit instituere præsentatos. Pro qua re,
- 2 aduertendum est, multa esse Iustitiae innixa; multa vero gratia; Vnde Vicarius generalis Episcopi potest agere, quæ innixa sunt Iustitiae (prout est institutio præsentati) licet absque speciali mandato nequeat, quæ sunt mere gratiosa, ex cap. 3. de off. Vic. in 6.

- Pro hac decisione facit decisio *Cappelle Tholosana* 148. vbi *Aufrer. num. 3.* nec non ad rem optimè sunt, quæ ait *Nicolius Romanus in suis lucubration. lib. 1. tit. 28. de off. Vic. in calc. 42. limitationis, nimirum, Sacra Congregationem Cardinalium in una Vintimilien. declarasse, dispensationem commissam Episcopo expediri posse etiam à Vicario, & è contra; quia Episcopi, & Vicarij unum est, atque idem Tribunal ex *Ric. in praxi resolut. 284. num. 2. Altograd. conf. 1. num. 43. tom. 2.* quod idem dixerat *Barbos. allegat. 54. num. 149.* idemque ex ipso n. 137. dicendum erit de Vicario Capitulari, Sede vacante.*
- 3 Sed ad rem notanda sunt verba Concilij Tridentini in sess. 14. cap. 13. Quæ sunt. Non liceat præterea patrono cuiusvis privilegi prætextu aliquem ad beneficia sui iuris patronatus, nisi Episcopo loci ordinario. Vnde, si verū est, quod ait *Nicolius ibidem: limitat. 47. felicet*, Vicarium nil expedire posse absque speciali mandato, quod iura mandante expediti per Episcopum, sed solummodo ea, quæ per ordinarium, quia Vicarius generalis venit appellatione ordinarij, non autem Episcopi regulariter, firmior redditur hæc decisio, dum S.C.T. reseruat institutionem ordinario. Cetera autem, quæ nequeat age-re Vicarius, vide apud *Nicol. ibidem.*
- 4 Hinc collige primo, Vicarium non posse condonare, nec gratiam facere, *Abb. in clem. 1. de off. Vicar. num. 18. Osa. decisi. 191.* quamvis

uis ille mandatū habeat generale, vt vtrumque multis auctoribus firmat Giurba conf. 74 ad finem cont. lly.

- 7 Collige secundē, commissia causa controuersie super iure presentandi alicui delegato, decisa causa, a deundum esse ordinarium,
- 8 pro institutione, quę nequit fieri per delegatum, cum Papa per huiusmodi delegationē non intendat ordinario præiudicium inferre, ex Bellug. in specul. princip. rubr. 26. alijs que, quos nouissimē adducit Fontanell. de iure patron. quest. 20.
- 9 Collige tertio, quāvis vicarius possit instituere præsentatos, dubium tamē esse, an possint illi institui ab aliquo, qui à Vicario substitutus sit loco sui; nam, licet possit Vicarius ad modicum tempus substituire ex causa alium sui loco, vt ex Glos. in Clem. prima de regularib. ver. locum illorum, & alijs scriptis Abibidem n. 7. tamē, quia non creatus eit ab Episcopo, dubitarem, an veniret appellatione ordinarij. Si vero casas acciderit, cogita dūm, vt si p. à memini, Sa-
- 11 crum Concilium T. identinum reseruat institutionem ordinario, sicque non substitutis ab ordinario; vnde, si nomine ordinarij veniunt Episcopūs, & Vicarius, nescio, an venire possit substitutus à Vicario, potiū sūmū, cum Barbosa de iure Eccl. lib. 3. tit. de Vicariis cap. 12. n. 37. postquam cum multis Doctoribus docuit, non posse à Vicario alium substitui, nisi ex causa ad modicum tempus, subdit, cui partes suas, dummodo non ex toto, sed pro parte committere valeat. cap. cum Bertold. de re iud. cap. 1. de procurator: lib. 6.

S V M M A R I V N .

- 1 Reclamatio conceditur querelanti à decreto remissionis lato in Collaterali Consilio per M.C.V.
- 2 Reclamatio non conceditur à sententijs latis in Collaterali Consilio, licet concedatur ab incidentibus, quando g. auamen nequit in sententia repara-t.
- 3 Grauamen, tam respicatu querelantis, quam- querelati, confidetur ratione irreparabile.
- 4 Reclamatio non datur à decreto S.C. per quod confirmatum fuit decretum M. C. supèr remissione.
- 5 Nullitates, & restitutio in integrum aduersus decretum S.C. supèr remissione, possunt proponi.
- 6 Nullitates, & restitutio in integrum aduersus decretū supèr suspicioe, opponi non possunt.
- 7 Appellatio conceditur ab interloquitoria lata supèr Iudicis incompetentia, quamvis delegata sit causa per Proregem, appellatione remota.
- 8 Causa remissionis controversa, si à decreto, la-

to deinde ad relationem M.C. in Collaterali Consilio reclametur, an reclamatio committenda sit aly Iudici, & quid in S. C.

- 9 Terminus an dandus sit in causa reclamatio-nis supèr remissione.
- 10 Terminus non est dandus ad instantiam inqui-siti in gradu reclamationis supèr remissione denegata.
- 11 Reclamatio est remedium extraordinarium. Principis munificencia concessum.
- 12 Decretum remissionis ad instantiam inquisiti dicendum est interloquitorium, secūs ad instantiam Episcopi, vel Baronis, & quare.
- 13 Reclamatio ad quem finem detur.
- 14 Remissione petita à Clerico, coque reclamante, non datur nouus terminus, quod idem dicen-dum, si reclamauerit querelans.
- 15 Remissione petita per Episcopum, vel Baro-nem in gradu reclamationis, causa committi-tur in S. C. si reclamauerit Episcopus, vel Baro.
- 16 Remissione petita per Episcopum, vel Barone, eaque concessa, non datur nouus terminus querelanti reclamanti.
- 17 Remissio petita à Baronibus, & Episcopis, ma-iora habet priuilegia, quam si petatur à reis.
- 18 Clericus simplex alias remissus an teneatur exhibere tantum decreta remissionis, an au-tem alia probare.
- 19 Decretum remissionis alias obtenta ad quid deseruiat?
- 20 Clericus beneficiatus ad obtainendam remissio-nem alias obtentam supèr alio criminie quid probare debeat.
- 21 Clericus beneficiatus alias remissus an tenea-tur probare fructum perceptione post pri-mam remissionem.
- 22 Clericus beneficiatus quid probare debeat in nouo termino dato in causa remissionis pro nouo criminie.
- 23 Clericus non habens requisita S.C.T. non per-diit priuilegium Canonis.

DILVCIDATIO DECI. IV.

Tria in hac decisione controuersa reperi-mus. Primum, an querelanti conceden-da sit reclamatio à decreto remissionis lato in Collaterali Consilio per M.C. Secundum, an causa reclamationis concessa tractanda sit ab eodem Commissario, an autem com-mittenda alteri ex Iudicibus M.C.V. Tertiū, an supèr causa remissionis dandus sit nouus terminus, an autem ea reuidenda ex eisdem actis.

- 1 Quoad primum videmus admissam reclamationem, ea profecto ratione, quia, licet in causis criminum à Sententia in Collate-rali Consilio prolata denegetur reclamatio;
- 2 tamē non denegatur ab incidentibus, quā-

do grauamen nequit in sententia reparari, ex dictis à *Vincent.de Fran.* decis. 637.

3 Vnde ex his collige primò grauamē considerari irreparabile, tam respectū querelatis, quām querelati; nam, si querelatus potest vti reclamatio aduersus decretum dene-
gat remissionis latum per M.C. in Collate-
rali Consilio, poterit par i ratione vti quere-
lans.

Collige secundò, idem dicendum non es-
se, si à denegata, vel cōcessa remissione à M.
C. alterutra pars appellauerit ad S.C. quod
confirmauerit decretum M.C.V. nām à de-
creto lato per S.C. nulla datur reclamatio, ex
Pragm. 13. de appellat. cuius meminit *Scialoya*: *de foro competenti. cap. 8. num. 126.* . quic-
quid sit, si anteā dubitari poterat, ex traditis
per *Vincen.de Franch.* in decisionibus 470. &
710. quarum meminit hic *Sanfelic.* num. 13.

Collige tertio, licet à tali decreto nulla
detur reclamatio, posse tamē opponi
nullitates, & restitutionem in integrum, quę
remedia non censentur sublata, prout subla-
ta sunt in causis suspicionum à *Pragm. 15.*
de suspicion. official. num. 23. quam latē exor-
nat *Dom. D. Hieronym.* *Calà dignissimus olim*
M.C.V. Index in Criminalibus tract. de restit. in
integrum minor. quandoque denegat, quæst. 32.

Collige quartò, delegata causa per Pro-
7 regem appellatione remota, posse appellari
ab interloquitoria lata supèr Iudicis incō-
petentia, vt cum multis per ipsum citatis
voluit *idem Scialoya l.c.n. 127.*

Quoad secundum decimum hic reperi-
mus, causam reliquendam esse ad eiusdem
Iudicis relationem, licet in S.C. contrarium
praxi receptum sit, cum causa committatur
aliij Consiliarij, vt post alios citatos vo-
luit *Staibar. resal. forens. tom. 1. resol. 154. num.*
9. alias verò decisiones refert *Gizzius ad*
Capycium laero *decis. 72.n. 10.*

Quoad tertium resolutur, suffit datur
nouum terminus tripli protecto ratione.
Prima est, quia decretum, quo Iudex laicus
declaratur in eō p̄fētēs, dicitur definitiuum,
cum nihil agendum remaneat coram laico.
Hec autem ratio, neo iudicio non est vnde-
10 quoque tuta nostris temporibus, cum sic
etiam ad instantiam inquisiti poterit dari nouus
terminus in causa reclamatiois contrā
Pragm. 77. de off. S.R.C.

Secunda ratio, quę allegatur, est, quia re-
11 clamatio est remedium extraordinarium
concessum mera Principis benignitate; vnde
admittenda est cum omnibus prærogatiis.
Verum, si decretum remissionis ad instantiam
inquisiti dicendum est interloquitorium, eius reclamatio non admittit nouum
12 terminum. Dixi, si decretum remissionis
ad instantiam inquisiti dicendum est inter-

loquitorium, cum verè tradenda videatur
aliqua distinctio inter remissionem petitam
ab inquisito, & ab Episcopo, vel Barone,
nām, si ea petita sit ab inquisito, decretum
supèr ea latum dicetur interloquitorium,
quia aliquid remanet agendum; si vero pe-
tita sit ab Episcopo, vel Barone, erit defini-
tiuum, quia respectū interesse Episcopi, vel
Baronis principaliter illam petentis nihil
aliud remanet agendum, quām id, quod
principaliter petitur, videlicet remissio; vnde,
vel ea concedetur; & licet respectu Fisci
dicatur decretū defigituum; tamē ad cele-
ritatem in causis inducendam reuidebitur
causa ex iisdem actis, vt idem *Sanfelic.* hic;
vel ea denegabitur; & Episcopo, vel Baroni
competet reclamatio; ac proinde nouus ter-
minus, qui datur in quibuscumque decretis
definitiis. Hacque ratione prefata *Pragm.*
77. de off. S.R.C. nouum terminum denegat
in causis remissionum petitiarum ad instan-
tiā inquisitorum,

Tertia verò, quę allegatur, est, quia quam-
13 uis decretum remissionis effet interloquitorium; cum tamē remissio non petatur
ad deuoluendum negotium ad Iudicem ad
quem ex causa grauaminis, sed ad proban-
da incumbētia pro exceptione clericatus al-
legati in prima instantia, nec benē probati,
nouus est dandus terminus. Quę ratio verè
euaneat, dum reclamatio non datur, nisi
ratione grauaminis, nec conceditur ex defe-
ctū probationum, quę in casu relato à *San-
felicio* non fiunt ad conualidandam exce-
ptionem clericatus non benē probati, quia
reclamatio non fit à reō querelato, sed à
querelante; quare nec locum ibi vindicant
ea, quę ait *Muscatal. in praxi appell.* p.3. *Glos.*
partis. n. 82. qui ex alijs capitibus hic consul-
tò relictis redargui potest. Præterquam
quod hęc ratio nostris temporibus non vr-
get; dum, si per dictam *Pragm.* ad instantiam
querelati non potest nouus concedi termi-
nus, nec poterit ad instantiam querelantis,
ne ad imparia iudicentur.

Quare, extante Regia hac Sanctione,
14 quatuor deducenda sunt conclusiones. Pri-
ma erit, perente reo remissionem, eaque de-
negata, non esse in causa reclamatiois dā-
dum nouum terminum. ex d. *Pragm. secunda*,
neque esse dandum nouum termi inum ad
instantiam querelantis, qui licet expressè
non contineatur in eadem *Pragm.* induciū
tamē continetur: quandoquidem, quem-
admodum ad reos plectendos noua non est
inducenda dilatio (quę fuit ratio conside-
rata à *Pragm.*), sic pariter dicendum est, cū
agitur de eorum remissione, à cuius conces-
sione reclamat querelans, qui nequit maiori
priuilegio vti, quām Fiscus. Hęcque se-
cunda

curda conclusio sic contra Scialoyam l.c. numer. 5. 2. vers. sed si sit pronunciatum.

15 Tertia erit, petita remissione ad instantiam Episcopi, vel Baronis, eaque denegata, committi causam in S.C. nouumq; dandum terminum, cum prefata Pragm. loquatur tantum de remissione petita per delinquentes, ut optimè Scialoya l.c. Vnde, cum respectu Episcopi, vel Baronis, de cuius interesse agitur, dicatur decretum definitiuū, nouis erit dandus terminus.

16 Quarta tandem erit, concessa remissione petita ab Episcopo, vel Barone, non esse ad instantiam querelantis, respectu cuius decretum non dicitur definitiuū, concedendum nouum terminum. Ex quibus quatuor conclusionibus sic firmatis deducitur, non militare nostris temporibus, quod in tertio hoc capite decisum testatur Sanfelicius, stante noua Sanctione, quæ inquisito nouum terminum denegat; quarè querelanti est ille denegandus.

17 Hinc delinquentium Aduocati aduentant, mehius illi, si Barones, vel Episcopi reorum petant remissiones, quam si soli rei; cum in causis reclamationum maiores habeant defensiones, quam si eas soli petant.

Quoniam verò Sanfelicius initio decisionis inquit, clericum produxisse decreta, quibus aliás fuit remisius; ideo cautius agendum; cum hæc dicta non sint tam nudè accipienda, ne facile in errorem incidamus.

Tota verò difficultas est in examinando, quidam debit probare delinquens in hoc termino, ad obtinendam remissionem aliás obtentam. Et prima facie videtur, sat esse, si producantur decreta, quibus remissio obtenta fuerat. Contrarium tamen dicendum; Nam, vel petens remissionem erit simplex clericus, vel Beneficiatus.

18 Ut autem primò loquamur de simplici clero, certum est, hunc debere probare requisita S.C. T. id. & quamvis supponatur, ea probasse, cum primò remissionem obtinuit, potuit bene stare, ut deinde eadem requisita non continuasset, non deseruendo Ecclesias, nec habituras, & tonsuram gestando, cum hæc possint separari ab ordine clericali, nec ab eo supponantur: siveque, quemadmodum in prime remissionis termino ea debuit probare, ita quoque denuò ea probabit; & decretum aliás obtentum deseruiet tantum.

19 Et alia, quo Bulka ordinum non reperirentur; sat enim fuit, si semel consticerit, illum fuisse ad ordines promotum: quod idem dicendum non est de alijs requisitis per S.C. T. id. ut consideranti patet.

Hoc ergo in termino, quemadmodum reus poterit suam formare intentionem, ita pariter querelans poterit ex aduerso pro-

bare, illum dimisisse habicun, nulli Ecclesiæ servitia præstisſe, & similia.

20 Ut verò secundò loquamur de clero beneficiato, hæc questio dependet à videndo, an clericus beneficiatus incedens sine habitu, & tonsura, gaudeat priuilegio fori. De qua re diximus nos in nostris dilucidationibus quest. 5. in cuius calce infinitos retulimus autores super illa agentes, quos consule, nec deseratas Riccius collect. 956. super Bulla Sixti V. vbi varia scitu digna quoad probationem clericatus, & Gizzium ad Cap. latr. decis. 73.

Hic tamen aduertamus oportet, in opinionem tenentium, non esse necessariam probationem habitus, & tonsuræ in clero be-

21 neficiato ad obtinendam fori declinatoriā, debere tamen probari fructuum perceptiōnem ex beneficio, ut intèr multos, quos adduxi in dicta mea quæstione videnda scripsit Capye. latr. decis. 73. num. 30. & seqq. siveque in novo hoc termino clericus probabit fructuum perceptionem: quod requisitum necessariū est; cum non ex eo quod clericus fuit semel beneficiatus, semper præsumendus sit talis; potest enim iustis ex causis bene ficio priuari, quo non priuatum esse probatur ex fructuum perceptione; vnde neque clero be-

22 neficiato hoc in casu præderit productio decreti, quo fuit aliás remisus, nám in novo termino continuatam postmodum fructuum perceptionē probabit. Quod est aduertendū quomodo verò probetur clericatus cum requisitis per S.C. T. vide apud Gallup. in prax. p. 2. cap. 6. per totum.

23 Ex his collige, clericum non habentem requisita S.C. T. perdere tantum priuilegium fori, non canonis, dummodo non fuerit legitimè monitus à suo ordinario, quo casu priuilegium etiam canonis amittit, ex cap. in Audientia 25. & c. contigit 45. de sent. ex com. vt post alios ex Dianaconcludit Nicol. Roman. in suis flosculis ver. Clericus n. 27.

S V M M A R I V M .

1 Appellatio diversimodè permittetur de iure Canonico, & ciuilī.

2 Appellatio ab omni grauamine licet de iure canonico.

3 Appellari potest ab omni grauamine, quod nō reparari potest per appellationē à definitiua de iure ciuilī.

4 Decretum quando suspendatur de iure ciuilī, si grauamen potest reparari per appellationē à definitiua.

5 Appellatio de iure Regni ab interloquenteriis an suspendat exequacionem, etiam si agatur de decretis S.C.

6 Grauamen competetia, vel incompetentie Iudic.

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

17

- 1 *Iudicis reparari non potest per appellacionem à definitiua.*
- 2 *Exequitio decreti super competentia, vel incompetentia Iudicis suspenditur per appellationem.*
- 3 *Decretum de incompetentia, vel competentia Iudicis, an dicatur definitiuum.*
- 4 *Decretum de competentia, vel incompetentia Iudicis semper continet grauamen irreparabile, & quare.*
- 5 *Procuratores, ad euitandum depositum in nominationibus, quas clausulas apponunt.*
- 6 *Peña non videntium nominatione facta, qua sit.*
- 7 *Nominatione facta, & examinatis testibus, qui non concludunt, vel deponunt, ipsos nescire contenta in articulis, an sit locus pena, late discutitur, attenta ultima Pragm.*
- 8 *Probatio, quamuis non concludens, an sufficiat ad euitandam penam statutam ab ultima sanctione circa nominationem faciendā.*
- 9 *Testium dicta nemo tenetur praevidere ad effugientiam penam calumnia statutam à dicta Pragm.*
- 10 *Articuli, ni sine concludentes, est locus pena statuta a Pragm. contrà calumniatores.*
- 11 *Probatio est rei dubiae per argumentum ostensio.*
- 12 *Probatio requisita à Regia Pragm. ad euitandam penam pro nominatione facta qualis esse debeat.*
- 13 *Status impossibilis excusat à pena.*
- 14 *Nominatione quando quis dicatur viti, attenta ultima Pragm.*
- 15 *Nominatione facta, qualis sit pena, non factis probationibus, attentis Pragm. 5. de procurator: & postrema, que concordantur.*
- 16 *Testibus non deponentibus concludenter, pena nominantium est duodecim aureorum; sed, nominante non vidente nominatione, pena est aureorum quinquaginta.*

DILVICIDATIO DECIS. V.

Duo hīc potiūm resoluuntur. Primum pro exceptione regulæ, non obstante reclamatio interposita, decretum latum super competentia, vel incompetentia Iudicis exequitioni demandari propter excellentiam Iudicis; sicque decisum in Collaterali Consilio. Alterum, nominationem factam extra Regnum absque deposito infra quinque dies non fuisse admissem.

Quoad primum, ut breuitate, qua possumus, procedamus, supponendum est, diversimoda fuisse permisam appellationem ab interlocutorijs de iure ciuili, & canonico; nam de iure canonico ab omni grauamine licet appellare, & quandoconque c. super eo: il 3. de appellat. De iure ciuili, si

grauamen illatum ab interlocutorio decreto nequit reparari per appellationem à definitiua, potest appellari, & suspenditur exequitio l. 2. ff. de appellat. recip. & l. arbitrio ff. qui satis dare cogant: sin autem poterit reparari, & tunc subdistinguendum est; nam, vel interlocutorium perimit totum negotium, & appellari poterit l. intra viile ff. de minor. aut secūs; & non poterit appellari ad suspendendum decretum l. 2. C. de Ep'scop. aud. & l. ante sententie C. quarum appellation. sic, vt cetera omittam, ex Bart. distinguit optimè Muscatell. in praxi appellationis par. I. gl. I. sententia: num. 39.

5 Dispositionem hanc iuris communis Cœfarei comprobauit Regia Pragm. 79. de off. S. R.C. vbi in 2. par. cap. 9. hæc. & à rispetto dell'i decreti interlocutorij volemo, che si osservi la dismissione della legge comune, ciò è, che, se la grauezza, che s'allega, è tale, che si può riparare nella sentenza definitiua, in tal caso non si ritardi l'esecuzione, e non si ammetta supplica in contrario, come stà dichiarato nelli altri casi; ma, non potendosi riparare nella definitiua, si debbia ritardare l'esecuzione &c. quæ Pragm. emanauit anno 1632. sicque post decisionem relatam hīc à Sanfelic. quæ facta fuit anno 1621. quo tempore d. Prag. nondum edita erat; vnde nostraris tempestatibus super competentia, vel incompetentiæ aliter est discurrendum; nam, cum huiusmodi grauamen reparari non possit per appellationem à definitiua, vt optimè probat hīc Sanfelic. licet propter excellentiam Iudicis decretum deberet exequitioni demādari, eius tamē exequitio suspendenda est: sicque, quamvis per Pragm. 5. sub cod. cit. de off. S. R.C. statutum sit, sentencias, & decreta S. C. exequitioni demandari, adeoque videatur dubitari posse, an comprehendantur sub tali dispositione decreta interlocutoria; nihilominus tamē hæc dubitatio sublata penitus est per postremam hanc Pragm. de qua meminiuit Staibani cent. 2. resol. 154. num. 19. loquens de decretis definitiuis, qui auctor in centur. 1. resol. 50. num. 38. & 42. quicquid nos diximus de decretis interlocutoriis, comprobat ex dispositione dictæ Pragmaticæ.

8 Ceterum, an decretum, quo Index pronunciat se competentem, vel incompetenter, dicatur definitiuum, an non; de qua re egregie Reg. Merlin. controv. forens. lib. I. cap. 15. omnino videndum, nec non omnes iij quos refert Dom. D. Carolus Petra ad Ritum M.C.V. 127. num. 19. usque ad finem. parum ad nos; sat enim est, huiusmodi decretum 9 continere grauamen irreparabile per appellationem à definitiua, cum appellans teneatur coram Iudice pro suo litigare, quod à defi-

definitiua reparari non potest; ac proinde, tam attento iure communui, quam nostri Regni, admittenda est appellatio, exequitione suspensa. Alia autem, quæ ingeniosè negat Reg. Merlin. videat accuratus lector, dum verè digna scitu sunt. Ego verò puto, semper decretum latum super competentia, vel incompetencia esse irreparabile per appellationem à definitiua, à qua non potest reparari, ut dixi, quin non procedatur coram Iudice incompetenti.

10 Quoad secundum aduertendum est ex Sanfelic. in praxi sect. 46. num. 17. cautos procuratores ad euitandum depositum statuum per Regiam Pragm. absolere semper apponere clausulam, eos velle gaudere illa nominatione, ac si facta esset in ultimis Regni partibus; siveque in hoc seruatur Regia Sanfelic. 4. de dilation. num. 9. Alia verò circa nominationem videnda sunt apud Sanfelic. ibid. ceterosque, quos ipse adducit.

11 Verum nota, licet non videntes tali nominatione puniantur poena aureorum duodecim ex Pragm. 31. de off. S. R. C. nostris autem temporibus auctam esse poenam usque ad aureos quinquaginta per nouam Pragm. editam sub die 25. Maij 1666. cap. 5.

Sed hie dubitatio quidem occurrit resoluenda in terminis prefatae Pragmaticæ, eaque talis est. Supponamus, petitum fuisse terminum, quo concessio, facta sit nominatione, & extra hanc Civitatem examinatis testes, qui concludenter non deponant, vel dicant, ipsos nescire ea, super quibus interrogantur, an his casibus subjiciantur poenæ, qui nominationem fecerunt? Affirmatiuè videtur prima facie respondendum ex Pragm. 1. de procur. quæ, post dispositiōnem, hæc addit. Addentes, quod, si forte, ut figuraent, se nominationibus vti, aliquos testes produxe runt, qui deposuerint, nil sci e de contentis in articulis, aut forte nihil ad propositum causæ dixerint, seu deposuerint, ita, ut evidentè appareat, ad dilatandam causam, & ad euitadam poenam eos fuisse productos, & ita fuerit ab ipsa M. C. pronunciatum, teneantur ad poenam &c.

12 Contrarium tamè tenendū puto, cum noua illa Pragm. vetustiorem hanc expressè corrigat; siquidem ea, poenam augendo, aliam formam tradit ad cognoscendam dilationem, & calumniam, ijs verbis, come si conosceret, se non faranno le prove fuori di questa Città nel termino stabilito.

Cum autem assertio nostra duplēm continet partem, scilicet quando testes non concludenter deponunt, & quando deponunt, se nescire ea, quæ in articulis continentur, id circò de ijs distincte, & breuissime agendum.

Et quidem quoad probationem non con-

cludenter res est euidens, qui a probatio, quam non concludens, probatio est; nam, licet dici nequeat probatio ad victoriam cause principalis obtinendam, erit profecto proba-

13 tio sufficiens ad euitandam poenam; quandoquidem, si hec noua Pragm. requisivisset probationem concludentem, expensisset utique, quemadmodum antiquior Pragm. illam expressit, ad quam hec nullo pacto refertur, nouum statuendo modum cognoscendi calumniam illis verbis, come si conosceret &c. Et ratio Pragm. fortè fuit, quia nominans testes potest prudenter excusari à calunnia, dum ille non tenetur indagare, an testes concludenter de-

14 posituri sint, an non: cum nemo debeat testium dicta præuidere, ab ijsque extrajudicialiter audire ea, quæ deponent, cum hoc prohibitum est etiam in foro conscientia, ut neminem latet; vnde meritò forma cognoscendi calumnias benignior statuitur, & poena augetur, ut, qui in uno grauatur, in altero releuetur.

15 Nou negauerim tamè contrariū dicendū esse, si articuli nullo modo sint concludentes; 16 tunc namque aperta cognoscetur calumnia, quia, cum probatio sit rei dubiæ per argumentum ostensio ex gl. vbi Bart. rubr. de probat. n. 1. & ostensio, dicatur, quando animus Iudicis ad fidem, vel credulitatem deducitur ex eod. Bart. loc. cit. n. 2. ex articulis non concludentibus non potest deueniri ad tales ostensionem, & consequenter nulla potest esse probatio ex defectu articulantis, qui propter calumniosus dicetur.

Vt autem ad alteram deueniamus partem, si deponunt testes, ipsos nescire ea, quæ in articulis continentur, adhuc poenam effugiet, qui nominationem fecit eadem ratione superius citata, quia nempè nemo tenetur testes interrogare, an deposituri sint super articulis presentandis. Ceterum ignorantia testium super articulis non arguit calumniam nominantis, cum sapè periclitemur; multis in causis omnes testes super nonnullis articulis deponere, se nescire ea, super quibus interrogantur, & tamè nulla aderit suspicio calumniaz, quia forte testes deponent coram examinatore electo in Civitate, vbi nulla consideratur poena. Igitur testium ignorantia in depositionibus non semper arguit calumniam nominantis.

Hoc igitur posso, Prag. non ait, poenam incurrire eos, qui nullam faciunt probationem, sed ostendit tantummodo modum cognoscendi calumniam ex defectu probationum his verbis. Perche, ò la nomina si fà per riceverla la causa; & in questo caso è giusto, e necessario, che le parti tengano sodisfazione per difendersi, e prouare quello, che l' importa; ò si fà per dilatare, come si conoscerà, se non faranno le prove fuori di questa Città nel termino stabilito

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

19

- 17 *lito, e deono castigarsi.* Ex quibus distingueda sunt duo probationum genera: vnum scilicet se tenens ex parte producentium testes; alterum verò ex parte testimoniū. Postremū hoc facit ad causā principalem, nec est actus dependens i producente, à quo non dependet depositio testimoniū; vndē huiusmodi sanctio non potest loqui de hoc, quia requireret
- 18 actum impossibilem, qui excusat à poena, secundū Bart. in l. si homo mortuus. num. 1. ff. de verb. oblig. & in l. v. sufructu: n. 6. C. de v. sufructu; sed loquitur de primo; sicutque sat est, si nominans testes produxerit, illosque examinari fecerit ad hoc, ut dicatur facta ea probatio, quę ab ipso dependet. Quod perbelè declarat Sanctio ipsa in fine sic concludens. *Pertanto aumentamo la pena di docati dodeci, che sta stabilita nella Pragmatica sino alla somma di docati cinquanta contro di quelli (notate) che non si auualeranno di detta nomina concedutali.*
- 19 Quarè, si nominans testes examinari fecit, iam v̄lus est nominatione facta, quamuis testes deposuerint, ipsos nescire ea, supèr quibus interrogantur. Cæterum, si Pragm. voluerit, ut hoc in casu nominans subiiceretur poena, expressisset utique, quemadmodū id in Pragm. antiquiori fuit expressum. Vndē non bene arguitur, ex hac opinione sequi, nunquam posse dignosci calumniam, cum in promptu responsio sit, calumniam tunc presumi, cùm nominans testes non produxerit, sed tempus labi curauerit ad dilationem inducendam.
- 20 Sin autem velimus æquiorem sequi opinionem, & fortè non improbandam, teneamus dicere, Pragm. 1. de procurator. non c' se correctam per hanc vltimam, sed utramque militare in diversis casibus; primam scilicet, cùm testes non concludenter deponunt, vel deponunt, se nescire contenta in articulis: quo casu, qui nominationem fecit, plectendus erit pena aureorum duodecim. Postremam verò, cùm nominans non v̄lus est nominatione; sicutque cùm testes nullo modo examinari fecit, quo casu plectetur pena aureorum quinquaginta. Quz opinio, ut dixi, æquior est, quia fauet nominantibus, & sempèr arcet diuersa pena calumnias. Nunc, quam verè libet, sequere, camque dixeris veriorem, quam v̄lus comprehendabit. Hæcque pauca dixisse satis, cum non ignorem, me denuò super hac re scripturnum, dum multos video insurgere aduentantes, quarè alia penes me retinere duxi.

S V M M A R I V M .

- 1 Supplicatio reclamationis à Sententia S.C. sat est, si fuerit porrecta infra biennium à die

- executionis illius.
- 2 Sententia S.C. non intimatur, sed tantum mandatum de parendo.
 - 3 Reclamatio infra decem dies in S.C. operatur solum respectu cautionis.
 - 4 Decretum, quod fit in supplicationibus reclamacionum, quod notetur dies, qua causa fiat.
 - 5 Causa reclamationis non committitur, nisi executioni demandata sententia.
 - 6 Fatalia, an currant in S.C. late discutitur per totam dilucidationem.
 - 7 Firmum nihil in iure nostro.
 - 8 Appellatio de iure communi, & Regni nostri tres habet statutus.
 - 9 Appellatio secundum tempus ex tribus habet diversum de iure communi, & Regni.
 - 10 Sententia S.C. mandatur executioni absque cautione, ni reclamatum fuerit infra decem dies.
 - 11 Sententia, siue decretum definitum renidebit ex iisdem actis in S.C. si processus non sit presentatus infra quinquaginta dies.
 - 12 Causa reclamationis, non terminata infra biennium, aut triennium, an sit deserta referuntur Doctorum opiniones.
 - 13 Fatalia, an currant, attento iure communi, in causis reclamationum à sententijs praefectorum pratorio, examinatur.
 - 14 Praefectori pratorio differunt à Concistorialibus Principis.
 - 15 Sacrum Consilium representas Principis Concistoriorum, licet eius sententia habeant vim sententiarum Praefecti pratorio.
 - 16 Fatalia non currunt in concistorio Principis
 - 17 Fatalia currunt in Concistorio Principis ex reclamantis negligencia.
 - 18 Fatalia obseruari in S.C. declaratum est Regis Pragm. sed an indistincte, vide numeris sequentibus.
 - 19 Reclamans à sententijs S.C. & infra biennium processum compilans, non subiacet fatalibus, ni deinde causa expediatur.
 - 20 Fatalia de iure communi non sunt correcta à pragm. 1. de appellacionibus, nec à pragm. 53. de off. S.R.C.
 - 21 Fatalia in Regno non currunt, si finis lapsa ex defectu partis aduersa, sicutque decisum refertur.
 - 22 Processus in causa reclamationis non compilato infra biennium ex facto partis aduersa, non renidetur causa ex iisdem actis, ni consenserit reclamans, sed proceditur ad ulteriora, sicutque decisum.
 - 23 Reclamans, si non prosequutus fuerit causam reclamationis infra tempus statutum, dat occasionem dubitandi in S.C. an ex negligentia tackerit.
 - 24 Sacrum Consilium cur velit iustitiam causa prelibare in lapsu fatalium.

C. 2

No.

- 25 Negligentia in cursu fatalium arguitur à S. C. ex iniustitia cause, secùs, si causa sit iusta, ob idque ab illo degustatur in huiusmodi causis iustitia, & iniustitia, & afferetur noua decisio.
- 26 Nullitates possunt propomni per viam actionis, etiam declarata causa appellatiois ob lapsum fatalium.
- 27 Tempus statutum ad opponendas nullitates per viam actionis de iure communi, & Regni, quantum sit.
- 28 Deserta causa appellatiois deducta in iudicio, an dicatur deserta causa nullitatis.
- 29 Nullitates proponuntur absque deposito, demandata exequutioni sententia.

DILVCIDATIO DECIS. VI.

Habet hæc decisio, licet reclamatum non fuerit infrà biennium à sententia S. C. formiter per supplicationem antè sententiæ exequutionem, sat esse, si fuerit per novam supplicationem reclamatum infrà biennium à die exequutionis sententiaz.

Pro qua praxi aduertendum omnino est, cum sententiaz S. C. non intimentur, sed loco earum intimetur mandatum de parendo, teneri reum reclamare infrà decem dies à die latæ sententiaz antè intimationem mandati de parendo (quod antè decem dies non expeditur) ad hoc, vt sententia demandetur exequutioni, præstita per partem aduersam cautione; nam, si reclamatio infrà decem dies non interponitur, sententia demandabitur exequutioni absque huiusmodi cautione. Hæc autem reclamatio potest fieri per comparitionem penè acta, nec requiritur alia supplicatio, vigore Pragm. 5. de off. S. R. C. vt benè Rour: videndus in decis. 21. num. 17. Et ita passim seruatur.

Hacque causa in supplicationibus, quibus reclamatur antè exequutionem, fit decretū per spectabilem S. C. Præsidem, quod notetur dies, & facta exequutione, prouidebitur, interest enim notari diem, vt videatur, an interposta sit reclamatio infrà decem dies; quod clarissime disponendo docuit Regia Pragm. 79. de off. S. R. C. in cap. 10. quam latè exornat Paulus Staibani loco superius citato in precedenti decisione.

Hoc igitur supposito, suadetur, biennij cursum non incipere in S. C. nisi, exequutioni demandata sententia; quod adeò verum est, vt ex Pragm. superius citata spectabilis Præses non committat causam reclamatiois, nisi, exequutioni demandata sententia; & notatio dici nulla alia fit causa, nisi, vt dignoscatur, an infrà decem dies interposita sit reclamatio ad obtainendam cautionem.

Interest enim sciri, quādo incipiatur biennij,

vt, eo elapso, declarari possit causa deserta; squidèm Reg. Sanfelic. hic inquit, in S. C.

6 currere fatalia etiā in causis reclamationū à sententijs ipsius, ex Pragm. 5. 4. de off. S. R. C. quoniam verò principiū hoc non est vnde- quaque nostris temporibus receptum, etiam attenta dispositione præfatæ Pragm. expressè loquentis, idcirco nobis supèr hac re examinanda secundūm hodiernam praxim breuissimè insistendum. Hinc omnes ediscant, nihil in iure nostro firmum; squidèm, si supèr 7 lege Regni tam clara exoritur dubitatio, quid dicemus de lege paulòplus obscura?

Neminem latet, vt ea, quæ de iure communi disposita habemus, patet faciamus, seruari in multis ius commune circà appellatio-

8 nibus tria distinguenda sunt tempora. Primum ad apppellandum, quod est decem dies: Auth. bodie: C. de appellatioib, cum concordantibus. Secundum tempus ad apppellationem prosequendam, & processum præsentandum, quod in Regno est quinquaginta dierum, seruata dispositione constitutionis, Appellationum tempora. Tertium tempus ad causam reclamationis terninandam, quod est vnius anni; & ex iusta causa tempus biennij, vel triennij, secundūm l. tempore fatalium C. de tempor. appellat. Etenim, elapso primo anno, conceditur secundus ex iusta causa à Muscatel. in Praxi appellatiois part. 2. Glos. fatale num. 22. &, elapso secundo, non nisi ex iustissima causa conceditur tertius, vt ex l. finali, §. illud C. eod. tit. concludit Paulus Staibani tom. 1. resol. forensum 94. numer. 24. & 25. quinimo per multos numeros sequentes.

9 Vnde ex his nota, secundum tempus can- tūm statutum à iure communi non seruari in Regno nostro, in quo, vt diximus, est cursus quinquaginta dierum, & de iure communi cursus triginta, vt ex l. Iudicibus, & l. eos §. fin. C. de appell. bene discurrat idem Muscatel. in par. 1. Glos. prosequendum. n. 7.

Distinctis primis his temporibus, triplex est examinanda, sive percurrenda, quæstio, scilicet, cùm quis non appellat in primo tempore statuto; cùm non presentat processum infrà secundum, & cùm non terminat item infra tertium.

10 Quoad primam, cùm scilicet non appellat infrà decem dies, iam diximus, in Regno & præcipue in S. C. mandari exequutioni sententiam absque cautione, & reclamante habere tempus biennij ad supplicationem præsentandam: quæ praxis est etiam de iure communi in Autb. que supplicatio: in fine. C. de precibus Imp. offeren. vt oculatè aduertit Carleval. in additionibus ad tom. 2. de indicib: additis in tom. 2. §. 8.

Quoad

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

2. I

11 Quoad secundam, cùm nempè appellans, vel reclamans non præsentat processum infrà quinquaginta dies statutos, certum est, illis elapsis, etiā sententiam reuideri ex ijsdem actis; quarè, si reclamans petit, non obstante lapsu quinquaginta dierum, dari terminum ad non posita ponendum, non audierit, sed fit decretum, quod reuideatur ex ijsdem actis; vndè in pœnam negligentiæ excluditur à probationibus, quæ forsitan ab ipso erant facienda, vt latè explicat, & pluriè decistum respectu secundi huius temporis refert idem *Garleualibid. §.8.circa fin.*

Hocque secundum tempus non consideratur in reclamationibus à sententijs S.C. cum nullus debeat ferri processus, qui iam adest in eodem S.C.

12 Quoad tertiam, in qua tota residet difficultas, videlicet, cùm reclamans non terminat litem infrà biennium, & triennium, quæ tempora propriè dicuntur fatalia, scissi sunt Doctores. Nonnulli voluerent, in S.C. hæc fatalia non currere, etiā attenta prefata *Pragm.* pro qua opinione accerrimè inter ceteros pugnarunt *Carleu.* vbi supra & *Reg. Galeot. controv. 19.* & *20. tom. 1.*

Alij verò contrariam sequuti sunt opinionem, intèr quos ex recentioribus fuere *Reg. de Marin.* resol. quotid. lib. 2. cap. 79. & *ad Reuerter.* decis. 178. & 578. *Marott.* discept. forens. cap. 13. *Consil. Frat.* ad *Muscatell.* par. 2. gl. finiendum col. 2. & discept. for. lib. 2. cap. 10. nec non ad *Pascal.* de patr. pot. par. 1. cap. 8. ad num. 223. *Consil. Staiban.* resol. forens. lib. 1. resol. 94. 140. & 197. sed accerrimè in d. resol. 94. aliisque apud Dominum Petram ad Kitum 248. num. 36. & ad rit. 260. nu. 34. *D. Altimar.* ad decis. 21. *Rou.* num. 7. *D. de Luca* ad *Vincent. de Franch.* decis. 646. & *Reg. de Philipp. Fisc.* dissert. 12.

Nos autem, præter illæ, quæ dicemus in decis. 93. contrà *Illustriss. Episcopum de Afflio* & in addit. ad cap. 33. controv. iur. resol. & dec. 144. quæ duæ decisiones dilucidiores apparebunt ex his, quæ hic ponimus, aliqua ad veritatem indagandam apponemus.

13 Et primò quidem breuissimè videamus, quid sit de iure communi dicendum a *Paul. Staiban.* d. resol. 94. post quām fundauerat tempora statura à iure communi ad causas reclamationum terminandas, concludit num. 3. & 4: illa currere quoque in sententijs supremi Senatus præfeti Prætorio, à quibus non appellatur, sed supplicatur, ex expressis iuribus in l. tempora: §. sin autem, & in l. fin. s. eni consentaneum C. de tempor. & repar. apell.

Sed Imperator in d. l. tempora §. sin autem: loquitur expresse in fatalibus ad prosequendam reclamationem, quæ dantur post applicationem interpositam secundum iudicium.

dignitates, non de tertio tempore bien- nij, vel triennij, de quo disponitur in *Auth. seq. ei qui;* et licet in l. fin. s. cui consentaneum, quam antè *Staiban.* adduxit ad idem propositum *Rou. ad Pragm. 53. n. 2. de off. S.R. C.* videatur disponi, ut in sententijs omnium amplissimorum *Præfectorū Prætorio* tempora statuta reclamationibus obseruentur; nihilominus tamè: Imperat. non loquitur ibi de sententijs latis in Concistorio Principis, cuius sententiæ, quamvis assimilentur ijs, quæ latè sunt à *Præfectis Prætorio*, dum vtræq; mandatur exequutioni, tamè: verè *Præfeci Prætorio* differunt à Principis concistorialibus; nā alij sunt *Præfeci prætorio Africæ*, alij *præfeci prætorio Orientis.* Concistoriales autem Principis ij sunt, qui in concistorio Principis manent, quique eius nomine sententiari proferunt, cuius generis sunt *Consiliarij Sanctæ Claræ*, qui caput habent *Præsidem*, cui supplicationes porrigitur nomine *Regiæ Majestatis*; vndè, licet eius sententiæ habeant vim sententiarum *præfectorum prætorij*, vt bene intèr ceteros *Vinc. de Franch.* decis. 148. n. 3. non inde tamè: aliquid plus non habent, quia appellari debent emanatæ in Principis concistorio. Quod idem *Paul. Staiban.* post *Grammat.* & alios, non negavit in resol. 50. n. 6. & seqq. tom. 1.

Quibus positis, est clara dispositio *sextus* adducti à *Reg. Galeota,* & *Carleu.* in ead. l. fin. 16. s. si tamè: in cōcistorio Principis non currere fatalia, redditque rationem Imperator: cum iniquum sit, propter occupationes florentissimi ordinis, quas circa nostræ pietatis ministeriæ babere noscitur, causas hominum deripere.

Hec igitur Cœlaris dispositio, vt ceteras minus claras omittant, adductas à *Carleu.* occasionem præbet asserendi, ideo in Principis concistorio non coarctari causas à fatalibus, quia non expedit, vt cause pedant propter iudicium occupationes: Cœl. 17 terum, si cause ex pediri non poterunt ob negligentiam reclamantium, qui processus non compilarent, apud me dubium non est, quin relata dispositio locum non sibi vendicet; adeoque certum censeo, obstat tunc fatalium lapsum; turpe enim esset, dispositio factam ob floridissimi ordinis occupationes, extendi ad negligentissimi reclamantis culpam.

His sic explicitis quoad ius commune, veniamus ad pari breuitate ius Regni examinandum. Et quidem duas ad nostrum propositum habemus *Pragm.* Primā, quæ pri- mū sortita est locum in tit. de appell. qua de- 18 claratum est, in S.C. obseruari fatalia. Alteram 53. sub. tit. de off. S.R.C. qua prouidetur, prefatam *Pragm.* obseruandam esse etiam in causis reclamationum à sententijs S.C. in- ter-

terpositorum ; & interponendarum .

Quoniā verò Affl. dec. 78. refert, post præfata Pragm. primam fuisse sententiam S.C. reuisam ex stylo aliquo , capta prius informatione de tali stylo, nec in casu ab ipso relatō fuerat illa reclamantis negligentia; præstítit occasionem Reg. Galeota, & Carleualio afferendi, nullam esse habendam rationem de ea Pragm. nec de illa alia emanata anno 1539. Sub. tit. de off. S.R.C. tanquam ampliatio illius primæ . Quod etiam dixerat Muscatell. in praxi lib. 2. par. 1. gl. conceduntur. n. 9. adeò, vt Carleualius affirmarit, ipsum nunquam vidisse suis temporibus , fuisse opposita huiusmodi fatalia aliundè impracticabilita ex malignitate litigantium, calumnijs aduoçatorum , & iudicū occupationibus, quod confirmauit Reg. Galeot. quoties saltē nulla fuisset reclamantis negligentia .

Verūm contrà tantos legum peritos insurgit Paul. Staiban. resol. 94. & cecidit sors contrà Muscatelli. qui à Staiban. reprehenditur, tamquam non practicus in S. C. à quo semp̄r absuit, & tanquam sibi ipsi partim constans, coneludit denique, non obstarē diligentiam reclamantium , quia illam ostendere debent, Principem adeundo, querelas contra Iudicem sup̄r mora in expedienda causa proponentes , aërem denique clamoribus frangendo ; quoniā verò ad nos nō spectat Muscatelli, aliorumque detēsio, idcīrco quid in tanto Doctorum conflictu receptum sit, quidque dicendum, breuissimè ostendamus , ne loco dilucidationis , vberimam questionem videamur efformare .

29 Duo igitur distinguendi sunt casus . Primus erit , cùm quis appellans à curijs inferioribus ad S. C. vel à sententijs ipsius S.C. reclamans infra biennium, vel trienniū, supplicationem porrexit , & processum compilari fecit , vel saltē compilari curauit . nec deinde compilatus est ex incidentibus iuriū articulis exortis , & discussis, alijsq; oppositionibus ab appellato propositis ; hoc enim casu certum arbitror , non currere fatalia . Quod probatur ; siquidēm, vel processus compilatus est ; & sic per ipsum non stetit, quin causa expediretur, sed mora tribuenda est florentissimi ordinis occupationibus ; adeòque locum sibi vendicabit d.l.f. s. si tamēn, secundūm quam regulanda est tām Pragm. 1. de appellat. quam 53. de off. 30 S.R.C. quæ ius commune non correxerunt, sed tantum disponuere, vt current fatalia: quæ in intelligenda sunt , seruata dispositione furis communis ; cum exterum nemo ceneretur Principem adire, & querelas contra Iudicem exponere, nè illius animum à se auerget ; & quemnam profecto Iudicem non-

perturbaret litigantium querela eum accensantium apud Principem , qui illum fortè ex huiusmodi indicijs ægro in posterum ferret animo ? & nescio an Paulus Staiban. qui in Sacro Consilio fuit celeberrimus caesarum patronus, vñquam suis clientibus tale præstiterit consilium, quod posteā, tanquam vñus floridissimi ordinis, præstabat . Vnde pro hac prima parte huius casus facit decisio relata ab Affl. decif. 78. & à Reg. Galeota , & licet ipsem Reg. Galeot. referat, fuisse reuocatam sententiam , id accedit , ipso teste, ex mutatione nonnullorum Iudicū, & caesarum fatalitate : vnde concludit . *Habent sua sidera causa* ; non enīm ignorabat tantus vir, reuocationem non accidisse forte ex pondere rationum .

31 Vel, vt ad alias primi casus partes, à quibus opportunè discessimus, reuertamur tandem , reclamans processum compilari curauit ; & ex causis superiū enarratis in casus expositione compilatus non est; & tunc, cum opponi nequeat reclamantis negligentia, eadem militare debet ratio ; sat enim est ; si intrà statutum tempus curauit , processum compilari ; & hoc casu , clapsō ter-

32 mino, aduertendum est, non esse causam expediendam ex ipsis actis (quæ expeditio solet appellari reuasio) si querelans non consentiat ; sed esse compilandum processum , & procedendum ad vteriora in termino, vt querelans, qui in culpa non est , suas rationes proponat , testes producendo , aliasque probationes ipsi à iure permissas; cūm alias apud Staiban. resol. 140: decisum reperiamus , secundūm ab ipso scripta fuisse decisum in S.C. non obstarē lapsum fatalium , qui prouenit facto partis aduersa & apud de Marindib. 2. resol. quotid. cap. 79. processum fuisse vterius in causa reclamacionis, quia negligentia non adfuit .

33 Secundus casus erit, cùm reclamans , vel intra biennium supplicationem non porrexit, vel vterius prosequutus non est causam reclamacionis ; tunc enim, quia reclamans ostendit negligentiam, quæ ex tām longo silentio præsumitur, videtur dubitari posse de cursu fatalium. Quare , cum S. C. procedat, sola facti veritate inspecta, vt videat, an id ex negligentia acciderit, an reclamantis impotentia , pro qua nulla afferri potest prompta probatio , solet semp̄r iusticiam causæ

34 prælibare, non vt illam decernat , quia sup̄r illa non pronunciat decretum ; sed vt ex illa videat , an reclamans ideo fatalia labi permiserit, quia causa carebat iustitia, eamque denuò ad lucem reuocauit , vel aduoçatorum consilio , vel alia parūm licita industria . Vnde, si cantus Senatus causam videbit iustam , illam ex ipsis actis reuideri decernit,

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

23

cernit, eum tunc arguat, reclamantem non prosequutum iura sua ex mera negligentia, sed ex impotencia, quæ probari non poterit; quare, ne iustitia villa temporis prescriptio ne pereat, illam reuideri iubet ex ipsis actis: Sin autem iniustam viderit, pronunciat deserta appellationem ob fatalium lapsum, quia tunc supponitur, ex causæ iniustitia reclamantem fatalia labi curasse. Hacqua ratione apud prefatos omnes DD. videbis, semper in lapsu fatalium iudicando S. C. voluisse principalis causæ iustitiam degustare, & id cireò credo, fuisse declarata, deserta appellationem in casu relato à Gallup. part. 3. cap. 4. n. 53.

Et hoc anno in causa Magdalene de Amato cù heredibus D. Francisci Micone in bâca Speræ fuit in S. C. declarata deserta causa appellationis ob lapsus fatalium, nulla alia ratione; nisi quia iniustitia causæ reclamationis satè, superque apparebat, & reclamans maxima ductus negligentia, non solum fatalia, sed annos plurimos absq; processus cöpilatione labi permiserat. Commissarius causæ fuit Consiliarius Io: Baptista Hodierna, qui in rota socios habuit consiliarios summa preditos doctrina, videlicet Fräscicum Roccam, Dominos Ignatium Prouenzaleni, & D. Troianum Mirobalium Ducem Campimelis. Quinimo hæc causa fuit votata cum interuentu Domini D. Felicis de Lanzina vloa Præsidis Sacri Confliji. Vnde in posterum decisio hæc in exemplum adducta non erit parui pendenda. Hæcque satè quoad dilucidationem huius decisionis. Cætera autem dicemus in dilucidationibus aliarum decisionum superius enunciatarum: integrum decisionem hanc sic explicandam censui.

Hinc collige primò, deserta causa appellationis ob lapsus fatalium, superesse aliud remedium, scilicet propositionem nullitatum per viam actionis, quæ, licet de Iure communii possint proponi infra triginta annos, debent tamè in Regno nostro propo-
ni infra decennium, sic statuente Reg. Prag. 4. sub tit. de dilat. n. 21. Nec arbitror tutam opinionem relatam à Capo Jatro consult. 6. volente, vt, deserta causa appellationis, non sit locus causæ nullitatis, quæ similitè intellegetur deserta, eo quod, deducta in iudicium causa appellationis, censetur incidenter deducta causa nullitatis; vnde, deserta illa, censembitur deserta & hæc. Nam, salua eius pace, idcirco cauti Aduocati, & procuratores, appellant, & quæ principaliter de nullitate dicunt, vt, deserta causa appellationis, su-
persit locus causæ nullitatis eodem modo, & forma: de qua re omnes Practici.
Collige secundò, executioni demandata

sententia, nullitates posse proponi absque deposito, quod deseruit tantum ad executionem impediendam, vt cù multis DD. scriptis Dom. Consil. Petra ad Rit: M. C. V. 252. num. 27. Et 28.

DILVICIDATIO DECIS.VII.

DE hac re latissimè scripti in quest. 5. mearū dilucidationum; illam ergo, si liber, vide, dum ibi omnes ferè Doctores habes; tædet enim materiam tam arduam aliàs scriptam iterum rescribere.

S V M M A R I V M .

1. *Baro an habeat intentionem fundatam prohibendi Pascua, si territorium sit feudale.*
2. *Territorium in dubio præsumitur allodiale.*
3. *Territoria allodialia cur quandoque appellentur feuda.*
4. *Cives possunt immittere animalia ad pastendum, si territorium sit burgensaticum, contra Baronis prohibitionem.*
5. *Baro, vendita universitate, nequit usum vasallis prohibere.*
6. *Rex, concedendo terram, non intelligitur abstatuisse vasallorum commoditates.*
7. *Vassalli debent habere naturalia elementa in loco, ubi immorantur.*
8. *Universitas non potest inferre preiudicium in ijs rebus, quæ tangunt singulos, ut singulos.*
9. *Vsus vasallorum circa animalium immisionem quomodo sit intelligendus.*
10. *Barones nequeunt animalia exterorum fidare in territorijs particularibus ciuium. Quod late discutitur.*
11. *Seruitus potest induci super territorijs priuatis ciuiam, sed seruitus inducta non præsumitur, ni probetur.*
12. *Baro nequit exigere à vassallis fidam, Et diffidam, vi isti alia territoria habeat, Et quare.*
13. *Relevū solutio facit præsumi, territorium esse feudale; sed admittitur probatio in contrarium.*
14. *Præsumptio orsa ex natura effus vincit quæcumque aliam.*

DILVICIDATIO DECIS.VIII.

Hic principaliter edocemur, habere Baronem intentionem fundatam prohibendi pascua animalibus, absque solutione fidæ; cuius occasione explicatur quid sit fida, & diffida; super quo re vide Marcian. cons. 22: tom. 2. Franc. Roc. resp. 5. tom. 2. ubi multa, nec non D. Altimar. ad cons. Rou. 30. tom. 2.

Maius autem dubium est, cui debeatur fida, vel diffida, Baroni, an Universitati asserenti, pascua esse sua; super quo quæstione scisi-

si sunt Doctores, vt int̄ ceteros videre est apud Rouitum in Rubr. Pragm. de Pascuis n. 8. Eaque dependet à videndo, an territoria p̄s̄ mantur demania lata feudi, an autē demania lata Vniuersitatis. Hęc autem quæstio nostris temporibus filet, cum Baronum vis, & auctoritas lites sepe numerò dirimant; si tamē, ijs vel inuitis, licet veritatem paucis patefieri, procedamus cum distinctione; nā, si appareat, territorium esse feudale, tunc Baroni debetur fida, & diffida; at verò, ni appareat, esse feudale, in dubio p̄sumendum est liberum, prout decisum refert Affl. dec. 277. & in puncto aduertit Capiblanc. to. 1. ad Pragm. 11. de Baron. num. 190. his verbis non ab re rescribendis. Confert ad predicta legi p̄sumptio, qua arguit, territoria potius esse demania lata Vniuersitatis, quam feudi: vnde vassalli habent de iure fundatam intentionem, ea censeri libera, & allodialia, & nō feudalia, vt decidit Affl. dec. 277. & post eum nota latè Capyc. in inuestit. ver. feuda allodialia. Sique, lector, benè perpendas omnium Scriptorum apud Rouitum, aliosque, fundamenta hīc consultò relicta, non utique à nostra recedes opinione, cum non militet hoc casu regula illa, qua edoceuntur, feudale p̄sumi quicquid intra feudi fines reperitur, vt benè Capibl. ad d. Pragm. 11. n. 39. & seqq. quo loci multas huiusmodi regulæ limitationes assignat in casu, in quo versamur.

3 Vnde ex Capyc. nota, non obstat, si quandoque huiusmodi territoria appellen-
tur, feuda; nā, etiam allodialia sunt, dum dicuntur feuda allodialia, ea profectò ratio-
ne, quia, cum sint territoria magna, vtuntur ciues hoc verbo, Feuda.

4 Et ex his deducitur, posse ciues eorum animalia mittere ad pascendum, non ob-
stante quacunque Baronis prohibitione, vt ex Frecc. auct. 46. scripsit citatus Capiblanc. ad dictam Pragm. 11. de Baron. tom. 2. cap. 76. n. 2. quod idem dixerat in cap. 74. quoad herbas & spicas n. 8. tradens rationem, quia ius pa-
scendi in bonis demania lata Vniuersitatis com-
munibus, vel particularibus, de iure ciuibus
competit singulis, vt singulis, & non vt uni-
uersis; nā, à prima destinatione ista bona fuerunt concessa pro vivere, & commoditate
singulorum presentium & futurorum ciuibum.
Hęc Capibl. quę eadem docuerunt Affl. dec.
400. de Erānch. dec. 197. Surd. dec. 226. alij-
que.

5 Sicque, quamvis Vniuersitas ipsa vendatur,
Baro nequit vsum vassallis prohibere, vt
benè aduertit Frecc. de subfeud. dicta auct. 46.
num. 4. dans rationem, quia Rex non intel-
ligitur concedere terram cum Montibus, &
planis, & pascuis, nec abstulisse commodi-
tates vassallorum, per l. vsum aquae. C. de aquę

ductu lib. 10. sed eo iure intelligitur conces-
sione, quod vsum alterius non diminuatur. In
concedendo de aqua plu. arcen. & rationis tra-
dit rationem, quia debent vassalli habere
naturalia elementa, ne ipsi inermem vitam
ducant, & in eo loco, in quo habitant, & o-
nera sustinent, æqualiter cum exteris com-
parentur, & sic refert decisum. Quod idē
scripterunt Anna alleg. 48. & Capyc. latr. con-
sult. 102. tom. 2.

8 Vnde, licet Vniuersitas huiusmodi terri-
toria venderet cum regio assensu, possent
proinde cines, qui non interfuerunt in con-
tractu venditionis, vti eorum iuribus, ani-
malia immittentes, vt latè notauit idem
Capibl. cap. 73. cum assensu suppleat solein-
nitates, non tamē tollat ius cuiquam, nec
nullitates sanet, subdens, consentientes non
inferre pr̄iudicium nascituris, dum priu-
legium hoc competit singulis, vt singulis,
adeoque nullam nocere posse p̄scriptionē
inductam per ciuium patientiam.

Hinc aduerte, vsum vassallorum non es-
se tām strictè intelligendum ex Vinc. de Frā-
ch. decis. 689. & Capibl. tom. 1. ad Pragm. 11.
9 num. 104. vbi hęc. Vsus vassallorum pro ani-
malibus non est tām strictè intelligendus, sed
quod possint vivere, mercari, & industriare.
Et aduerte pariter, si ex venditione appar-
eret, fuisse Baroni vendita illa territoria
certis finibus circumscripta, posse Baro-
nem exteris prohibere immissionem anima-
lium absque fidę solutione, non autē
vassallis.

10 Ex quibus collige primò, in territorijs
particularium ciuium non posse Barones
exterorum animalia fidare, vt longo cala-
mo scripterunt Capyc. decis. 45. alijque, quos
refert, & sequitur post rejectam contrariam
opinionem Reg. de Mar. in obseruat. ad decis.
472. Reuer. num. 2. quicquid aliter dicendū

11 sit, si probetur per Baronem seruitus indu-
cta super territorijs priuatorum, vt infert
idem Frecc. loc. cit. post num. 10. ceterum, non
probata seruitute, res libera censebitur, vt
in puncto concilians contrarias int̄ se
opiniones, idem Capibl. ad dictam Pragm. 11:
num. 28. & 29. & num. 195. quem vide.
Et licet alij contrarium senserint ex relatis
per Capyc. latr. consult. 83. lib. 2. in cuius cal-
ce etiam contra Baronem videmus decisum,
nec non per Rouitum, in Pragm. 1. de off. Ba-
roni. num. 13. & seqq. nihilominus tamē hęc
sentio, & indistincte teneo, non posse Ba-
ronem animalia immittere exterorum, eaq;
fidare in territorijs particularium ciuium
appatronatis, quamvis apertis, & cam-
pestribus; sed huiusmodi ius spectare ad
Dominos territoriorum appatronatorum,
qui alias non dicentur nouas facere defen-
fas

sas pro exactione fidē contra dispositionem Pragmaticę 1.de Salario eorum &c. s: & cum nec comitibus: prohibentis defensas absque Rcgio assensu, dum omnes exteri poterunt animalia ad pascendum mittere, eam fidam, quam soluerent Baroni, soluentes Dominis appatronatis; vndē, quemadmodū Barones per fidē exactiōnē non dicerentur nouas facere defensas; itā nec eas facere dicentur domini particulares, qui, si possunt herbas vendere, poterunt & fidam exigere; nec assignari poterit ratio, cur in territorijs appatronatis possit fidare Baro absque contrauentione Regiæ Pragmaticæ; non autē Dominus territorij.

Sique dicas, disparitatē esse, quia Baro potest fidare exterorum animalia in his territorijs apertis, & appatronatis, tanquam comprehensis in feudo, non autē tanquam nouis defensis; sed alij ciues, fidando talia animalia, non id agerent absque nouarum defensarum constructione; respondebo, hæc territoria aperta, & appatronata, &c, vt dicitur, ex Reg. de Marin. loc. cit. sectis segetibus, nullo prorsū modo posse dici eiusdem naturæ, cuius est feudum, cum alijs dicerentur feudalia, & non appatronata; quare, quoties Baro vult in illis fidare, semper dicetur nouas facere defensas, quas, ni potest facere vassallus, nec poterit Baro; quoniam verò non debeamus ex uno inconueniēti aliud deducere, & defendere; idcirco videndum, quomodo se gerete debeant domini huiusmodi territoriorum, ne Regiæ Pragmaticæ directè, vel indirectè contraueniant.

Modus ergo poterit esse duplex. Primus erit, vt Domini territoriorum ea non faciane banniri, adeoque nec exigant diffidam, quæ est bona pascui orta à banno, vt bene Reg. Sanfelicius hic numer. 9. & seqq. explicat.

Etenim, non exigendo diffidam, non dicentur facere defensas, quæ important pascodi prohibitionem, siveque territoria remanebunt aperta; &, qui animalia immittent, eorum Dominis fidā soluent, non autē diffidā, quæ int̄ se differunt, vt Reg. Sanfelicius hic.

Aler modus erit, & forte tutior, vt Domini huiusmodi territoriorum obtineant assensum Principis, seruata præfata Pragm. dispositione; & hoc casu non modò fidam, sed diffidam exigent, dummodo omnia explicarint in supplici libello, secundum quem obtinuerint assensum. Quomodo quoque igitur, vt vela tandem contrahamus, le res habeat, illud utique certum sit apud nos, non posse barones exterorū animalia in territorijs appatronatis, siue apertis, siue clausis, fidare.

Neque tandem vrgeas, ex prohibita Baroni fida oriri defensas contrā dispositionē Pragmaticz; nā in promptu responsio est, cum defensa sumat nomen, non à Barone prohibito fidare, sed à pascuo prohibito animalibus; vndē, quoties animalia poterunt pascere, parū refert, an Baro prohibeat illa fidare, an non; nec proinde dicentur constrictæ defensæ.

12 Collige secundò, loquendo de territorijs, quæ apparent feudalia, licet Baro possit ab exteriis exigere pro pascuis fidam, & diffidam, non posse tamē illam exigere à vassallis, ni habeant alia territoria, in quibus eorum animalia sumant pascua; idque ratione tradita n. 6. quia scilicet Rex per venditionem non intelligitur abstulisse vassalorum commoditates necessarias; nā aliquin vassalli alia territoria non habentes compararentur cum exteriis, quod nefas est dictu.

13 Collige tertio, ad dignoscendum, an territorium sit feudale, an autē burgensatum, optimā esse probationem illam, quæ fit per relevium solutum à Barone, vt ex Capyc. l. a. r. deducit Gizzius in dec. 93. ad decis. eiusdem: n. 3. Quamvis non nego, vt ipsem et scripsit ex Cap. & Capyc. l. a. r. admitti probationem in contrariū respectu tertij. Vndē vniuersitas, pretendens esse territorium burgensatum, prout in dubio verè presumitur, vt diximus, si appareat ex relevio, illud esse feudale, quia hæc est vehemens presumptio, tenetur probare, illud verè esse burgensatum; & ratio rationis est, quia presumptio orta ex natura actus vincit quamcunque aliam, vt optimè Alciat. probat tract. de presumpt. reg. 34. n. 6. Quare, cum natura actus relevij sit demonstrare, rem esse feudale, hæc presumptio quamcunque aliam vincit, nec tolli poterit, nisi per probationem in contrarium.

S V M M A R I V M .

- 1 Inquilinus nouus an possit expellere antiquum in hac Ciuitate Ne ap. absque denunciatione, & an antiquus praferatur novo ex prætextu reconductionis.
- 2 Consuetudo Neapolit. in locationibus loquitur de pradijs rusticis.
- 3 Cartulae locationis an necessariò affigende sint mensi Ianuario pro domorum locationibus.
- 4 Scriptura requiritur in reconductione, & quare.
- 5 Reconductio potest probari per testes tempore opportuno, & quot testes requirantur.
- 6 Conductione facta pluribus, quis preferatur.
- 7 Cartole affixa deseruiunt pro vera denunciatione.

- ciatione quoad domus locationem.*
- 8 *Inquilinus an possit discedere à domo, non affixis à domino domus cartulis.*
- 9 *Inquilinus an teneatur denunciare dominum domus, se velle discedere, vel continuare habitationem.*
- 10 *Tacita reconductio an censetur facta, non affixis cartulis?*
- 11 *Reconductio tacita pro quo tempore censetur facta.*
- 12 *Tempus migrandi e domo in Civitate Neapolitana an sit semper dictum quarta Maij.*

DILVICIDAT. O DECIS. IX.

- 1 **D**vo substantialia continet decisio hæc. Primum, per nouum inquinilum expelli posse antiquum absque alia denunciatione in hac Civitate Neap. Alterum, antiquum inquinilum non præferri novo, ex prætextu reconductionis, ni reconductio fuerit specie literè inita per scripturam.
- Quoad primum, ut inquit hic Reg. Sanfel. est decisio relata à Capyc in consuet. sed si fūdum, & traditur ratio à Salerno post Affl. dec. 238. quia nempe consuetudo loquitur de prædijs rusticis; vndē locum sibi non vendicat in vrbanis; concludit tamē, Neapolitani communiter obseruari, ut in domibus vrbanis fiant requisitiones mense Maio (quæ nunc fiunt mense Ianuario, ut mox dicemus) ad eoque videretur in urbā se gerere, qui secūs ageret; nihilo minùs tamē inducta est alia denunciatio per cartulas; siquidem inspicimus, Pragm. 1. sub tit. de locat. & conduct. quæ tempus migrationis constituit mensem Maium, hæc apponere. E si come per lo tempo passato si poneno le cartelle alle case, che si haugano d'allogare, nel predetto primo di Maggio, si habbiano a ponere nel primo di Gennaro. Iggitur per illa verba, si habbiano apponere, denotatur obligatio affigendi huiusmodi cartulas locationis; quicquid sit, si ex verbis illis, si come per lo passato si poneno, non arguatur, temporibus præteritis fuisse talen obligationem, sed solummodo regularem usum.

- 4 Quoad alterum punctum de scriptura requisita pro reconductione DD. apud Vinc. de Franch. dec. 278. eam esse aiunt rationē, quia debent euitari fraudes conductorum, qui allegant conventiones; & interim secundus conductor caret habitatione. Quam conclusio nem firmarunt post citatos a Sanfelic. Tapia de Iure Reg. par. 4. tit. de locat. dom. sup. Pragm. 1. e locat. n. 3. licet contrarium videatur se qui Nouar.

- 5 Verum Tapia ibid. n. 4. inquit, primum conductorem posse per testes nouam reconductionem probare, dummodè illam tempo-

re opportuno opponat, siveque non dum elapsō tempore primæ conductionis, & ita decisum testantur Ricc. in prax. ecclesiast. dec. 12. sub n. 3. Rovit. ad Pragm. 1. de locat. & cond. a n. 13. ad 18. Alij videndi apud Rovit. & Dom. de Luca ad d. decis. Vinc. de Franch. Testes autem ad id probandum saltē numerō quinque debere esse iudicauit S.C. apud Thor. compend. dec. ver. reconductio. De qua re nos alibi.

- 6 Sed quid, si ambo ostenderent nouam reconductionem per publicam scripturam, quemnam præferendum diceret? Breuitè respondeas, illum fore præferendum, qui primam ostenderet reconductionem, quandoquidem ius illi quæsumum nequit ab eo inuitato per alium auferri, ex vulgatis iuribus, siveque passim vidi obseruari.

- 7 Ex his collige primò, cartulas, quæ affigi solent mense Ianuario, esse veras denunciations, quæ sunt, seruata forma Regia Prag. Vnde, licet Gizzius ad Capyc. latr. decis. 39. n. 13. dicat, non esse faciendam denunciationem inquinilino domus in hac Civitate Neapolis, an velit continuare locationem; & sic fuisse decisum apud Sanfelicum decis. 300. (quæ est duplicita, ac eadem, quam nunc dilucidamus) hæc eius assertio poterit esse vera, si loquamur de denunciatione verbali, quæ verè nunquam requiritur, sed tantum ex urbanitate solet fieri à dominis prædiorum urbanorum inquinilis, sive illi replicet, se velle cōtinuare locationem, iij cartulas non affigunt; si secūs, illæ affiguntur. Coeterum, si loquamur de denunciatione, que fie per huiusmodi cartulas affixas, falsa erit eius assertio, cum verè huiusmodi denunciatione requiratur, quamvis ante præfatae Prag. prima editionem dubium fuerit, an ea requireretur: & decisio relata à Sanfelicio, ut videre est, fuit in nouo instrumento locationis fundata. Quod si contendas, cartulas hasce affixas non esse appellandas denunciations; erit tandem quæstio de nomine; sed veræ erunt denunciations; etenim, quænam maior denunciatio fieri potest, quam per huiusmodi cartulas? quandoquidem inquinilus eas vident affixas, id decernit, quod vult. Quinimò adde, hanc esse tutiorem denunciationem, quæ nunquam celari potest, sicut ei poterit quæcumque alia verbalis, quæ, nisi facta coram testibus, semper valebit ab inquinilino negari; sive facta coram testibus, adhuc requireret corundem repetitionem, parte citata, adeoque iudicium; quarè ad hæc euitanda Pragm. præfata huiusmodi cartulis consuluit.

- 8 Collige secundò, non affixis cartulis à domino domus, nec requisito inquinilino, posse huc, expleto reporte locationis, discedere absque

que metu noue cōdūctionis tacite, quia nū
quam hæc inducitur, dum fuit facta locatio
tempore limitato, & dominus, potens hu-
ijsmodi cartulis sibi precauere, noluit; qua-
rē sibi imputandum, si domus non fuit re-
conducta.

Collige tertio, cum nulla requiratur ver-
balis denunciatio facienda ex parte Domini
prædij, nullam pariter requiri ex parte in-
quili, ne ad imparia iudicentur, dum car-
tula affixa est remedium utriusque consulens;
quod à Domino domus conductæ, vt nunc
dicemus, debet præstari.

Collige quartò, non affixis cartulis, ne-
que villa facta denunciatione à Domino
prædij, nec ab inquilino; licet possit inqui-
linus discedere à domo, expleto tempore
locationis, nec respectu illius censeatur
facta tacita reconductio, vt diximus; nequi-
te tamèn à Domino illum expelli, cum
respectu Domini censeatur facta tacita re-
conductio; idque evenit, non in vim loca-
tionis primæ, siquidem vulgatis iuribus ne-
quit contractus claudicare; sed in pœnam
cartulæ non affixæ, quam affigere is tenet
batur ex dispositione Regie Pragmaticæ; vndè,
cum eam non affixit, censemur facta recon-
ductio; nam Regia Sanctio per tales cartulas
affixas voluit inquilino consulere, vt, vel
denuò reconductionem à Domino obtineret,
vel nouam sibi domum pararet.

Collige quintò, non affixis cartulis, &
commorante inquilino domi à die quarta
Maij post prandium, intelligi domum recō-
ductam pro suo tantum anno, non autem
pro eo tempore, pro quo fuit facta prima
locatio: ad quam conclusionem faciunt, que
refert Vrsillus in addit. ad decis. 365. Afficti.
n. 13. & Rouit. ad d. Pragm. n. 3. in fin.

Collige ultimò, tēpus migrandi è domo
esse diem quartam mensis maij, dummodò
die illa non interueniat festivitas aliqua ex
præcepto, per Prag. 3. tit. eod. de loc. & conduct.
Alia dicemus in dilucidatione d. decis. 300.

S V M M A R I V M .

- 3 Clerico inquisito petente remissionem ad Curiam Baronalem, causa remissoris tractan-
da est in M.C.V. non autem in Curiā Baro-
nali, & quare.
- 4 Baro nequit uti iure, quo utitur M.C. in remis-
sione Clerici.
- 5 Magna Curia tenetur remittere delinquen-
tem ad Curiā Baronalem pro causa crimi-
nis, si pronunciauerit, illum nō esse clericum.
- 6 Vassallus nequit, Iudicis iurisdictionem pro-
rogando, præiudicium inferre Baroni.
- 7 Remissio concedenda est reo petenti, se renic-
ti ad suum Baronem, renuente Barone.

- 6 Remissio competit Baronibus; & Vassallis;
adeoque, ut ea concedatur, sufficit alterutrius
consensus.
- 7 Vassallus quando oportet in præiudicium Baro-
num iurisdictionem prorogare.

DILVICIDATIO DECIS. X.

P Ulcher est articulus iste, qui in hac de-
cisione resolutur, videlicet, petente
clericu alicuius Baronis vassallo in M.C. re-
missionem ad Iudicem Ecclesiasticum, re-
missionis causam non esse decidendam in
Curia Baronali, sed in M.C.

Hęc resolutio prima facie non videtur
iuri consona: nām, quemadmodum M.C.
cognoscit de clericatu, quamvis clericus il-
li subditus non sit, sed, constito clericatu,
illum ad suum Iudicem remittit, ita etiam
Baro cognoscet, an suus vassallus sit cleri-
cus, quem, si clericum reperiet, ad suum
iudicem remittet; Vndè nulla videtur affi-
gnanda ratio, cur M.C. cognoscere etiam
debeat, an vassallus Baronis sit clericus.

Quarē, licet M.C. nequeat remittere vas-
sallum ad Baronem, quia iudicaret de per-
sona; adeoque efficeretur iudex persona;
debet remittere articulū decidendum
ad Baronalem curiam.

Contrarium tamèn iuri consonum est.
Pro quo notanda sunt verba Ritus M.C. se-
cundūm ordinem Carau. 235. ibi. Et hac fer-
uantur per ipsam C. quamvis iura canonica bīc
predictis videantur aliquatenus refragari; va-
dē durum eslet, & nefas, si Baro de clerica-
tu cognosceret, & vteretur iure, quo utitur
M.C. præter iura canonica; non igitur hu-
ijsmodi obseruantia est ad Barones exten-
denda, cum ij nihil operari possint extra ius,
nisi id, quod ex speciali priuilegio habent.
Atqui vndēnām Baronibus hoc priuilegiū
ineft, vt possint de clericatu cognoscere,
profecto nullibi ijs datum legimus, nec dari
poterat contraria iura canonica.

Quod si replices, neq; M.C. nec regijs tri-
bunalibus apparere concessum tale priuile-
gium; respondebo, per instantiam non solui
argumentum, nec proinde, ex eo, quia ali-
quod Tribunal operaretur extra ius, sequi-
tur, omnes alias inferiores curias posse etiā
sic operari, præcipue cum non bene argua-
tur à curijs Regijs ad Baronales. Et ita in
puncto decisum testatur Thor. compendio de-
cis. par. 3. sect. 3. verb. remissio clericij inquisiti,
licet alijs rationibus decisiones illas com-
probet; Tu vero decisiones sequere; & ra-
tionem, dixeris, eam esse, quam suprà retu-
limus, cuin contra iura canonica nequeant
Barones suas exercere iurisdictiones; &
contraria opinio adeo falsa est, vt à pecca-

to nullo modo excusari possit. Et ratio vltior est, quia praxis M.C. cognoscendi de clericatu ex sola tolerantia Ecclesiastici tribunalis excusatur; vnde, cum in alijs laicorum tribunalibus hæc praxis nunquam fuerit tolerata, non est, vnde possint excusari cognitionem huiusmodi sibi attribuere tentantes: Hanc autem tolerantiam non ab re à Tribunali Ecclesiastico inductam dixeris, ut dicam in dilucidatione decisionis 260.

- 3 Hinc nota, si M.C. pronunciauerit, inquisitum non esse remittendum, cum consticerit, illum non esse clericum, vel non habere requisita S.C.T. illam teneri ad Baronem remittere inquisitum pro causa principali, quamvis vassallus renuat, sed expostulet, se in M. C. puniri (quod non raro euenit vitandi causa Baronum scutias) idque, quia nequit vassallus, iudicis iurisdictionem prorogando, preiudicium inferre Baroni, ut post alios ex multis concludit Staib. resol. 133. n. 5. centur. 2. & multas decisiones refert Hodier. ad Surd. decis. 147. numer. 3.
- 4 Sed quid, si Baro assentiretur, immo positivè instaret, reum puniri per M. C. an, renuente reo, & petente, se remitti ad suum Baronem, concedenda esset remissio? Affirmatiue respondeas, ea ratione, quia pruilegium petendi remissionem competit Baronibus æquè, ac vassallis, ut post Frecc. de Franc. & alios, aduertit idem Staib. loc. cit. Vnde concludas, ut concedatur remissio, sat esse, ut alter instet; ut autem non concedatur, requiri vtriusque consensum.
- 5 Quando autem Vassallus possit in preiudicium Baronum iurisdictioni nem prorogare, vide apud DD. citat. per Hodier. loc. cit. in fin.

S V M M A R I V M .

- 1 Index secularis quando possit procedere super lite honorum recuperandorum, pendente lice in Rot. Rom. super validitate dispensationis ingrediendi ab una religione in aliam.
- 2 Lite existente caluminiosa in Rot. Rom. potest index secularis procedere ad recuperationem honorum; secus, nisi sit caluminiosa, vel si sit dubia.
- 3 Prohibilio, alia, qua sit à iudice; alia, qua sit à lege.
- 4 Lite pendente in Rot. Rom. super causa spirituali, semper supersedendum in causa temporali à indice laico, siue ea mota sit prius, sine post causam temporalem.
- 5 Index laicus poteris consuetis praceptis ordinare reo, ut procuret causa spiritualis expeditionem à indice Ecclesiastico.

- 6 Sequestrum faciendum est, ut Reus causa expeditioni vacet.
- 7 Index laicus, licet nequeat prefigere terminum reo ad faciendas probationes coram iudice Ecclesiastico; poterit tamè ordinare, ut procuret causa expeditionem & quare.
- 8 Causa spiritualis, licet, si decidendus sit articulus iuris, spelleret ad Ecclesiasticum; tamè, si sit super facto, quod à nullo articulo dependeat, non dicetur causa spiritualis; & ponitur exemplum.
- 9 Index preueniens est competens in causis missifori, & cùm proceditur in contumaciam, vterque.
- 10 Index laicus an possit procedere ad expeditionem cause principalis ob negligentiam non procurans expeditionem decisionis articuli Ecclesiastici à Indice Ecclesiastico.

DILVICIDATIO DECIS. XI.

E Docemur hic, pendente in Rota Romana articulo super validitate dispensationis ingrediendi ex una Religione in aliam, in qua licet bona retinentur, non posse procedi per Iudicem secularem super lite bonorum recuperandorum, sed expectandam Iudicis Ecclesiastici decisionem.

Hoc tamè meo iudicio distinguendū est;

- 2 aut enim lis super dispensationis validitate mota redditur caluminiosa, dū alias apparet dispensatio eius validitas, cōtra quam nil oppositi possit; & hoc casu nulla est expectanda decisio, cum certum sit, summum Pontificem, idem, quod alias respōdit, responsū, ut optimè Reg. de Marin. in alio casu concludit in lib. prim. resol. quotid. cap. 168. n. 19. si quoque, re discussa, S.C. practicasse legimus apud Ronis. decis. 55.

Aut verò lis non est caluminiosa, sed adeat dubitatio, licet minima; & tunc ex dictis expectanda est decisio summi Pontificis.

Aut nulla apud Pontificem introducta est causa, & orta dubitatione super huiusmodi dispensationis validitate, articulus decidendus remittetur ad Ecclesiasticum iudicem, & interim supersedendum. Quod patet ex supracitatis DD.

Sed dices, posse semper procedi in foro seculari, quoique clero non sit inhibitum, ne agat in illo foro, ut videmus, hæc praxis receptum apud Sansel. ubi iussum fuit religioso, ne, pendente articulo super dispensationis validitate, ageret coram iudice seculari; ergo, quoties non adeat huiusmodi prohibilio, poterit index secularis ad articuli procedere decisionem.

Hæc obiectione faciliter soluenter, si duas distinguemus prohibitions; alia namque est prohibilio, quæ fit principali à iudice eccle-

ecclasiastico; alia, quæ sit iudicis seculari à iuribus. Prima cessante, non cessabit secunda; siveque, quamvis nulla adsit prohibitio facta principali, non proinde poterit iudex secularis ad articuli decisionem procedere, dum ipse prorsus incompetens est. Quarè de *Franch.* decis. 512. refert *S. C.* semper remittere articulū merè Ecclesiasticum ad iudicem Ecclesiasticum, licet sit incidens, citans deinde in decis. 51. n. 1. *Grammat.* in decis. 194. num. 162. & in decis. 207. num. 1. his verbis. *Nos non cognoscimus de eo, sed illum, emittimus ad Iudicem Ecclesiasticum,* & interim nos supercedemus in expeditione causa principalis. Illa verò prohibitio efficit, ut contraueniens possit puniri à suo iudice, siveque non reddetur frustratoria, sed necessaria ad calumnias, expensas, ceteraque litigantium onera effugienda. Nec duo vincula sunt superflua, quia fortius stringunt, ut hoc casu; nam, si forte iudex ex imperitia, aut malitia non repellat agentem, iuuabit, repelli ipsum actorem à prohibitione, quæ cum alligat.

4 Hinc collige primò, pendete in Rot. Rō, vel corā quocunq; iudice ecclasiastico, decisione super causa spirituali, siue causa temporalis proposita sit prius, siue posterius, semper esse expectandum exicum illius causæ spiritualis, ex expresso testu in cap. tuam: de ordin. cognit. & licet ex illo tex. non evidenter constet, an causa temporalis fuerit intentata prius, an post spiritualem; tamen ratio illius tex. quæ est, donec dicta causa nasalium apostolico iudicio finem accipiat, patienter expelles, militat in utroque casu, ut optimè adductis verbis tex. arguit *Gutierrez* practi: quest. lib. 3. & 4. qual. 26. num. 5. quoniam vero reus, cuius est fugere, quamplurimum non curabit, ut causa spiritualis decidatur; poterit iudex laicus praceptis consuetis cogere illum, ut procuret declaracionem articuli, & causæ expeditionem à Iudice ecclasiastico, coque illam non procurante, debebit procedere ad sequestrum bonorum, quod erit fundatum in continua praxi *S. C.* ut utraque pars expeditioni vacet, ut videmus practicatum apud *Vinc. de Franch.* decis. 204. in fine, & apud *Sanfelic.* decis. 221. de qua re ibi dicemus.

Ne tamē te auerant dicta Domini de *Luca* in dicta addit. verb. index, afferentis, non posse Iudicem laicum præfigere terminum, intra quem Reus teneatur probare, & causam prosequi coram Ecclesiastico, ex doctrina *Bart.* in l. 2. ff. de re iudic.

Nam *Bart.* inquit quidem, non posse Iudicem laicum terminum statuere pro probationibus, quia sic ille imponeret legem Superiori, quod nequit fieri, cum termini,

alijque actus, determinandi sint à Iudice ecclasiastico, quod nos vtrò concedimus; sed non inde deducitur, non posse Iudicem Laicum præfigere terminum req ad procurandam causæ decisionem, & prosequendam litem coram Iudice ecclasiastico, cum per huiusmodi præcepta non imponatur lex Superiori, sed reo, ut celerius causæ decisionem procuret; sicut enim scinit causam specialem opponere, sic non debet ignorare modum, quo celeritatem expeditionis possit obtinere; hacque distinctione respondet omnibus DD. qui super dicta *Bartoli* doctrina fundamenta iacunt. Quod nota.

8 Collige secundò, licet causa spiritualis spectet ad Ecclesiasticum, si sit decidendus articulus iuris, ut passim apud omnes, & præcipue apud relatos à *Dom. Altimar.* ad dec. 55. *Rou.* & *de Luca* ad dec. 55. *Vinc. de Franch.* tamen, cum agitur de re, cuius questio stat super facto, tunc Iudicis Ecclesiastici nullæ sive partes. Exemplum sit, si, cum dubitatur de validitate, vel inualiditate matrimonij, dubitatur etiam, an matrimonium fuerit vnguam contrafactum; tunc enim non suspenditur causa per oppositionem inualidatis matrimonij, cum debeat prius constare apud Iudicem laicum, esse contrafactum matrimonium, & illo constito, causa postmodum remittenda sit ad Iudicem Ecclesiasticum; nam poterit bene stare, ut matrimonium non probetur, quo casu frustra expectanda est decisio super validitate; & ita conciliandi sunt Doctores.

Quod dictum sit de causis, quæ propriè spectant ad Iudicem Ecclesiasticum; ceterū in causis misti fori, iudex, qui præuenit, debet de illa causa cognoscere; & in contumaciam, uterque, ut decilum in sacra congregazione refert *Nicolus Roman.* lib. 5. contr. 39. de sent. excom. n. 13. causa 5. vers. causa misti fori, quo loci per numeros sequentes videre poteris, quenam sint causæ misti fori. Circa vero delicta misti fori vide ea, quæ ait *Carlelianus.* lib. 1. disp. 2. qn. 7. n. 771. & n. 775.

10 Hic autem quari potest, an propter moram excipientis circa articuli decisionem, possit Iudex laicus procedere ad causæ expeditionem; & *Vinc. de Franchis* in solennitate decis. 554. varias ponit conclusiones, quarum prima est, quod Iudex secularis in decisione articuli non possit præcipere, ut infra certum tempus causa expediatur per Iudicem Ecclesiasticum; hoc enim esset impone-re legem iudici ecclasiastico, quod fieri nequie. Secunda est, quod, quando Iudex remittit articulum merè Ecclesiasticum, possit præfigere terminum, intra quem debeat excipiens se præsentare coram Iudice Ecclesiastico cum processu. Tertia, quod, si excipiens non

non se presentarit, poterit Iudex secularis propter moram, & contumaciam excipientis procedere in causa principali. Quarta, quod, quamvis sit facta remissio articuli ad Iudicem Ecclesiasticum, nec alias possit prefigi terminus, intra quem Iudex Ecclesiasticus debeat causam expedire, ut in prima conclusione; nihilominus tamèn, si excipiens fuit morosus in deducendo, & probando suam intentionem coram Iudice Ecclesiastico, possit Iudex causæ principalis in ea procedere. Quas omnes conclusiones multis fundat la-tissimè, ut ibi.

Quare videtur *Vincentius de Franchis* præfatis quatuor conclusionibus velle, ut remisso articulo Ecclesiastico ad eius Iudicem, sit supersedendum, nec lex imponenda Iudici Ecclesiastico, secundum primam conclusionem, quam firmat; sed videtur velle etiam, ut Iudex secularis consulat dilationibus excipientis, secundum alteram conclusionem; quia in imo, si repertus fuerit in culpa, ut possit in causa procedi à Iudice seculari, secundum tertiam, & quartam conclusionem; adeòque concludit, ut tunc expectandus non sit exitus Iudicis Ecclesiastici, cum considerari potest aliqua culpa excipientis. His omnibus consideratis, hæc ait in calce decisionis. Sed tamèn in S.C. in casibus occurrentibus semper expectamus sententias Iudicium Ecclesiastico; nec unquam ipsi remiserunt causas simpliciter, sed deciso per sententias negotio &c.

Vnde cum *Vincentio de Franchis* concludendum etiam videtur, fore semper expetandas sententias Iudicium Ecclesiastico; coram quibus aduersarij excipientium instabunt pro articuloru decisione; quamvis, ut diximus suprà n.5. & 6. possit Iudex secularis procedere ad sequestru bonoru, nec non facere decreta, quod pars procuret expeditionem articuli; quæ de cœta ad eum tantummodo finem emanant, ut pars aduersarij celeriorem causæ expeditionem procuret, secundum relata à de *Franch. d. decif. n. 2.* Nullum enim aliud remedium considerari potest contrà dilationes causarum, quam continua colligantur, quorum interest, afflentia; si que Iudices vellent alia adhibere, remedia, præter ea, quæ diximus, maiora vtique patarent præcipitia.

S V M M A R I V M .

- 1 Clericus nequit præstare patrocinia in iudicis secularibus, nisi in aliquibus casibus.
- 2 Clericus prohibitus patrocinium præstare in causis non exceptis, non prohibetur prægiare consilia, siveque refertur decism.
- 3 Clerici non beneficiati, nec insigniti Sacris

ordinibus, an prohibeat patrocinia præstare in omnibus causis.

- 4 Clericus, ut possit patrocinia præstare, dupliciti indiges dispensatione, Summi Pontificis scilicet, & Collateralis Consilij.
- 5 Clericus potest esse arbiter.
- 6 Religiosi possunt esse arbitri.
- 7 Fratres minores Sancti Francisci possunt esse arbitratores contrà omium Doctorum sensum.
- 8 Fratres minores Sancti Francisci non prohibentur dare consilia.
- 9 Consilium dare, & arbitrari, equiparantur quoad effectum.
- 10 Arbitratores non dicuntur dispensare bona, prout dispensantur in iudicio.
- 11 Claustrales an possint esse arbitri, & arbitratores.

DILVCIDATIO DECIS. XII.

1 C Oncluditur hic, clericos nequire præstare patrocinia in Iudicis secularibus, ni tantum pro eorum causis, vel consanguineorum, affinium, Ecclesiarum, & miserabilium, absque ullo pretio, ex Prag. 2: de postulando: fundata, tam super dispositione cap. 1. & totius tit. extr. de postul. quam super Constitutione Federici Imperatoris.

Hinc varia colligenda sunt. Et primò quidem, pro causis exceptis posse clericos patrocinium præstare, tam in foro Ecclesiastico, quam seculari, ex verbis ipsius cap. 1. ibi. Clerici in subdiaconatu, & supra, in ordinibus quoque minoribus, si stipendijs ecclesiasticis sustententur, coram seculari Iudice aduocati in negotijs secularibus fieri non præsumant, nisi (notate) propriam causam, vel Ecclesia sua fuerint prosequunti, aut pro misericordibus fortè personis, quæ proprias causas administrare non possunt. Igitur ex dispositione Iuris canonici pro his casibus exceptis possunt clerici patrocinia præstare in iudicis secularibus.

Fallitur ergo Rouitus inquiens in Pragm. 21. de off. S.R.C. num. 4. pro ijs causis esse permisum clericis, patrocinia præstare in foro tantum Ecclesiastico.

Idemque dispositum fuit in dicta constitutione Federici, cuius verba repetuntur in d. Pragm. 2. de postulan. Hoc ergo nullam patitur difficultatem, cum alias in foro ecclasiastico pro quibuscumque causis clericis, & sacerdotibus, patrocinia præstent, ut in dies obseruamus.

- 2 Secundò collige, clericum in causis, in quibus prohibetur patrocinia præstare, non prohiberi dare consilia, vel pro ijs scribere; & quamvis ex pluribus Doctoribus contrarium scripserit Rou. in d. Pragm. 21. pro nostra

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

31

*S*ta tamēn opinione censuit Sacra Congregatio 20. Iulij 1619. apud Nicolum in floribus verb. clerici num. 10. Quod intelligit, dummodò id agat absque salario, & dummodò causa non sit contraria suam Ecclesiam, ex declaratione eiusdem Sacra Congregationis ibidem, & apud eundem Nicolum in lucubr. canonic. sit. de postulan. Hæcque decisione fundari videtur ratione; id enim non disponitur, ne clerici à functionibus diuinis distrahanter, cum sic nullo modo possente scribere indifferenter in causis; sed dispositum est ad conseruandum Ecclesiasticum decorum, cum turpe sit, clericum extrā suum forum coram Iudice seculari causas defendere.

3 Tertiò collige, clericos non beneficiatos, nec in ordinibus sacris constitutos, non prohiberi de iure canonico prestare patrocinia in foro seculari pro quacunque causa ut bis decisum refert idem Nic. in lucubration. dict. tit. Quod absque ratione non est, dum d. cap. 1. de postul. non videtur loqui de simplicibus clericis, sed de stipendiariis; hoc, tamēn limitarem in Regno nostro, cum Pragm. prefata nullam faciat distinctionem, sed loquatur de clericis.

4 Quartò collige, ad hoc, vt clericus possit præter causas expressas ex iustis causis patrocinia prestare in Regno nostro, duplum debere dispensationem concurrere, Pontificis, & collateralis Consilij, Pontificis, inquam, qui dispenset super dispositione canonica. Quod Pontificis rescriptum debet de more exequutioni demandari ad instar ceterarum Bullarum per collateralē Consilium. Collateralis insuper consilij, quod viterius dispensare debet super Pragm. alias vigore primi assensus patrocinia prestare, non poterit; aliud enim est, concedi exequutionem Bulla Pontificie, aliud dispensari Pragmatica, vt optimè Sanfelic. bīc, cum Pontifex nequeat regulariter dispensare legi nostri Regni, ad quam obtinendam ad eandem iterum est Collateralē Consilium. Quod bene aduentendum est; cum quis prima facie decipi possit.

5 Quintò collige, clericum posse esse arbitrum, cum talem esse non prohibetur. Quod affirmarunt omnes ij, quos refert Rot. sup. Rubr. ad Pragm. de arbitris num. 1. i. in fine, quicquid sit de religiosis, quos, posse esse arbitros cum licentia suorum Superiorum, tuerit num. 2. ex Gratian. decis. 64. num. 8. & Pacian. cons. 162. num. 93. dummodò non sunt fratres minorés, qui neque cum licentia Generalis absque illa Pontificis possunt secundum illum esse arbitrii, aut arbitratores, ductus à Bald. cons. 437: lib. 4. incip. Proponitur quod Gr. quem sequutus est De-

cis conf. 494. num. 9. sed melius meo iudicio conf. 499. alijsque, vt ibi. Quorum dicta fundata sunt in Clem: exini de Paradiso: de verb. signif.

7 Sed, si ad veritatem indagandam licet à prefatis DD. recedere, contrarium sentio, & firmè concludo, Fratres minorés Sancti Francisci posse esse amicabiles compositores, quos arbitratores vocamus, idque ex vi dicta Clementina, exini de Paradiso. ibi enim (ni erravi, prout potui) disponitur pro declaratione aliquarum dubitationum inter cetera, ne assistant ij in curijs forensibus, nulla alia ratione, ne seculares credant; ab ipsis aliquid contraria votum acquiri. Hæc sunt verba Clementinæ. Ex talibus autem assistentijs in curijs, & instigationibus, cum de rebus agitur in ipsorum commoda conuertendis, creditur verisimiliter ex his, quæ foris parent (de quibus habent homines foris indicare) in ipsis rebus fratres assistentes aliquid querere tanquam suum: nullo modo debene huiusmodi voti, & regula professores se talibus curijs, & litigiosis actibus immiscere &c.

Postquam autem complectus est sermo de prohibitione assistentia in iudicij, hæc expoununtur.

8 Veritatē in his exequendis dari consilium ipsorum statui non obstat, cum ex hoc ipsis circā bona temporalia nulla iurisdictio, sive actio in iudicio, sive dispensatio tribuatur. Quia dispositione nullam aliam clariorem puto, posse dari pro nostro casu; etenim, si istorum statui non obstat dare consilium, eo quod hoc modo nulla ostenditur iurisdictio, nec actio in iudicio, non video, cur ij nequeant esse amicabiles compositores, & arbitratores.

9 quod genus officij consilium est, & quidem pius, nec non contrarium iudicij, in quibus ipsi prohibentur assistere, dum per huiusmodi amicabiles compositiones, & consilia, effugiuntur iudicia, lites, discordia, totque alia strumpaz, quas in foro inspicimus frequentes. Nec potest vrgeri, à compositoribus amicabilibus dispensari bona temporalia, quæ dispensatio, vt viderimus, prohibetur à Clementina. Nam facilis est responso; siquidem prohibetur tantum dis-

10 pensatio, quæ sit in iudicio; præter quam quod amicabiles compositores, & arbitratores non dispensant bona temporalia, sicuti accidit in iudicio, sed tantum amicabilitè arbitrantur ea, quæ compromittere debet exequi. Quod aduentendum est, cum alias, qui consilium daret, adhuc bona dispensare dicetur, & tamēn à Clementina non prohibetur consilium dare. Quibus igitur credendum, Doctoribus, an Pontificis explanationibus, tuum est, lector, considerare.

11 Ceterum, an clustralis, licet possit esse arbitri-

arbitor, possit esse arbiter, negatiè responderet idem Rouit. ibid. sicque se obtinuisse refert. Quod idem sequutus est Paulus Stai-ban. tom. I. resolut. 37. qui sic pariter se obtinuisse scriptis post factam paritatem, in calce resolutionis. de quo artic. loquutus est etiam Girz. ad Capyc. latr. obser. 122. sed de hac re nos alibi, cum non tam generaliter accipienda sit talis regula, ut dicemus in nostra Ariadna fessuali.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici, vngaudent fori priuilegio, debent continuò habitum clericalem deferre.
- 2 Clericus non amittit fori priuilegium, si breui temporis intervallo habitum clericalem retiquerit.
- 3 Clericus, si ante deprehensionem habebatur vt laicus, & deprehensionis tempore repertus sit cum habitu clericali, an ad suum Iudicem remittendus sit.
- 4 Clericus repertus tempore deprehensionis absque tonsura, an remittendus sit.
- 5 Remissionis materia rigorosa est.
- 6 Conditiones requisiæ à nonnullis, vt clerici gaudent fori priuilegio.
- 7 Delicti flagrantia non efficit, vt delinquens nequeat à suo Iudice cognosci.
- 8 Clerici committentes delicta absque habitu, & tonsura, non gaudent fori priuilegio, nec requiritur tria monitio. Quod latè tribus canonis probatur, examinatis priùs dictis Sanfelicy.
- 9 Clerici delinquentes sine habitu, & tonsura, licet priuilegio fori non gaudeant ex dispositione S. C. T. retinent tamèn alia priuilegia, pro quibus afferatur decisio Sacra Congregationis.
- 10 Clericus, qui sordida exercuit, an, & quando priuilegium fori amittat.
- 11 Clericus pro quibuscumque criminibus cognoscendus est à suo iudice.
- 12 Degradatio an requiratur in illo, qui post baresis abiurationem detrudendus est in perpetuo carcere.

DILVICIDATIO DECIS. XIII.

Quatuor hic extant conclusiones. Prima est, clericos coniugatos deferentes vestes clericales, & tonsuram, gaudere fori priuilegio. Secunda, clericalem habitum esse continuò deferendum. Tertia, Clericum, quamvis non coniugatum, & incidentem habitu clericali, si in enormitatibus immisceatur, post absque alia monitione à iudice laico puniri. Quarta, enormia delicta ea omnia dici in hac materia, per qua infamiam incurrit delinquens. Quoad primam:

- 1 Quoad secundam, certum est, habitum clericalem esse continuò deferendum; Vnde apud Cappell. Tholosan. decis. 147. legimus, fuisse pronunciatum, clericum coniugatum cum vnica, & virgine, eo quod post capturam in carcere existens sibi tonsuram fecerat, qua antea carebat, nullo modo remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum. Sed aduerte, id militare, quotiescumque clericus longo tempore vixerit absque habitu, & tonsura; vnde laicus estimabatur; secundus vero, si quo temporis interuallo sine habitu inclescerit, quamvis sine habitu fuerit apprehensus, vt testatur de communi Reg. de Ponte conf. 24. num. 3. tom. I. ex cap. si Index laicus in primo responso, de sent. excommun. in Q.
- 2 Sed quid, si antè deprehensionem habebatur vt laicus, & deprehensionis tempore repertus sit in habitu clericali? Respondebit Bonifacius in d. cap. si index laicus. Non sic autem volumus obseruari, si antè deprehensionem pro laico publicè se gerebas, ac pro tali communiter habebatur, quamvis deprehensionis tempore repertus fuerit in habitu clericali; tunc enim restituendus non est, quousque fidem de titulo fecerit clericali, cuius eidem probationis onus incumbat propriè præsumptionem, qua aduersus ipsum orta est, ex delatione laicis habitus præcedenti.
- 3 Hinc collige, si ex dicta dispositione laicalis habitus præcedens adeò obstat, vt, quamvis d. linquens deprehensus sit in habitu clericali, teneatur probare, se clericum esse, quid dicendum, si tempore deprehensionis repertus sit in habitu laicali? Vnde gl. verlaicali, hæc infert. Multo ergo fortius, si etiā deprehensus sit in habitu laicali, & hoc denotat quod dicit, quamvis &c. Quare nonnulli DD. relati à Domino Petro ad Rizum M.C. 235. num. 13. voluerunt, vt delinquentes, quos Index laicus, detectis capitibus, inuenientur absque tonsura, & absque illo eius signo, remittendi non sint, quia, vt ait Mascard. conclus. 689 num. 10. apparet manifeste calumniola exceptio dicentis, se esse clericum, & incedere in habitu, & tonsura, dum ad oculum apparet, eum incedere vt laicum. Adeò igitur rigorosa est materia remissionis, vt eam quilibet leuis præsumptio reddat infirmam, vt patet in dicta disp. cap. si index laicus s. non sic autem.
- 4 Quoad tertiam aduertendum est, cundem Reg. de Ponte ibid. num. 5. auctoritate Anton. de Butrio in cap. 1 de Apostol. quatuor conditiones requiri, ad hoc, vt clericus fori priuilegium amittat. Prima est, vt non incedat habitu clericali. Secunda, vt se enormibus immisceat. Tertia, vt affiduuus fuerit in illis patrandis. Quarta, vt in ijs sit deprehensionis.

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

33.

prehensis. Posuit deinde duo alia requisita controversa in clero in minoribus, scilicet, ut sit monitus, & ut post monitionem fuerit incorrigibilis; sed, præscindendo à duobus ultimis requisitis, ego valde dubitarem de quatuor primis, an scilicet illa copulatiæ requiratur; quandoquidem non video, an requiratur, ut deprehendatur in illis; sat enim est, si constet, illum huiusmodi scelerâ sapientia per traxisse. *cap. ex parte de priuilegijs, & cap. perpendimus: de sent. ex commun.* Ceterum flagrantia delicti non efficit, ut clerus cognosci debeat à Iudice laico; nam, licet clerus capi possit in flagranti criminis à seculari; est tamen suo iudici deinde tradendus, ut notat *Bald.* in *cap. 2.5.* *si quis: de pace iuram firm.* quem refert, & sequitur *Blanch.* in *praxi crim. 5.1. n. 22.* quartè ad veritatem indagandam breviori, qua possumus, methodo, *Sanfelicij dicta dilucide-* mus. Vult igitur *Sanfelicins* in hac tertia conclusione, quod clerus, & si non coniugatus, & in habitu clericali incedens, enormitatibus se immiscens, absque alia monitione possit puniri à Iudice seculari, ex *tex. in cap. 1. de Apost.* in *cap. ex parte: de priuilegijs in cap. perpendimus: de sentent. ex com.*

Quibus verbis *Sanfelicius*, ut videtis, non aperit, an ipse loquatur de clero incedente sine habitu, & immiscente se enormitatibus, an autem de incedente cum habitu, & cum habitu talibus se enormitatibus immiscente; siquidem *ly, & in habitu clericali*, videtur cōiungi per copulatiuam, & cum sermone antecedenti, in quo loquutus ille fuerat de non coniugato, ac proinde in subsequenti sermone deducitur, redupli cari tacite negationem; & sensus profecto talis esse posset, nempe, clericum, & si noui coniugatum, & non in habitu clericali incedentem, enormitatibus se immiscensem, absque alia monitione posse puniri à iudice seculari; sed qualisnam sit verus sensus, videbimus ex iuribus, quæ ille allegat.

Et primò quidem allegat *cap. 1. de Apostatis &c. vbi Alexander III. disponit tantum*, ut clerci, qui, habitu dimisso, tanquam laici conuersantur, possint absque metu censuræ puniri. Hec sunt verba. *Preterea clericis, qui, relictio ordine clericali, & habitu suo, in Apostasia, tanquam laici conuersantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram Ecclesiastica non præcipimus liberari.* Ex quo sex. duo colligimus. Primum est, illum loqui de eo, qui, dimisso habitu, deliquerit. Alterum, pro codem non requiri monitionem; & merito, quandoquidem, si dimisso habitu, tanquam laicus conuersatur, non amplius clericus est, ac proinde nulla requiritur monitio. Igitur *Sanfelicj* allegans hoc primum ius, non loquitur de clero delinquentे cum habitu.

Allegat secundò *Sanfelic. cap. ex parte de-*

priuileg. quod, ne erres, est tertium, sic incipiens 27. in *ordine*, vbi *Honorius III. iubet*, ut ille, qui, dimisso habitu, tanquam secularis incedebat, & deinde delinquens, ut iurisdictione euaderet, habitum reassumpsit post deprehensionem, non tractetur ut clerus. Sic rescribit *Summus Pontifex Anglorum Reginz.* *Ex parte tua fuit propositum, quod nonnulli litterati, quos, nec habitu, nec tonsura clericos proficiunt, in terraque iurisdictioni subiecta degentes, cum deprehenduntur in aliquibus foris factis, ut iurisdictionem tuam eludant, & debitam pro delictis ultionem evadant, assument, seu etiam resumunt tonsuram abiectionem; seu habitum clericalem, licet ante pro laicis ab omnibus baborerentur.* Ne igitur, tonsura, vel habitu sic resumpto, malitia foreatur: si tuam iurisdictionem exerceas in huiusmodi delinquentes, qui sine tonsura, & habitu in delicto fuerint deprehensi, & quoniam in duximus, tolerandum; cum malitijs hominum indulgeri non debeat, sed potius obuiari. Hic textus igitur loquitur de clero delinquentе sine habitu.

Allegat tertio *Sanfelicins cap. perpendimus: de sent. ex commun.* quod non loquitur de fôro, sed tantum disponit, ut, qui sacerdotem quendam falsò se filium Regis nominari præsummentem, ob idque bella gerentem, interficerit, non necessariò Romam audeat pro absolutione, sed Episcopum pro pœnitentia.

Ex his ergo iuribus nil aliud deducitur, quam, delinquentem, dimisso habitu, tanquam laicum, nec illum reassumentem antea deprehensionem, posse puniri à Iudice laico. Quod nemo sane mentis huc usque negauit, nec, ni fallor, vius fuit, qui somniauit, in criminibus requiri monitionem, cum delinquens, patratis criminibus, recognoscendus sit, & puniendus, à suo iudice competente. Questio autem, quæ proponi potest de tria monitione, est, an clerus, qui diu sordida, & feda à statu Ecclesiastico aliena exercuit, & deinde delinquat, possit propter huiusmodi delictum recognosci à Iudice laico. Et quod, cum feda illa, & sordida exercuerit, non gaudere debeat priuilegio fôri, licet non fuerit tèr monitus: & pro hac questione non faciunt iura superius allegata, quæ loquuntur de delictis patratis, habitu clericali iam dimisso, sive dupli ex capite non sunt applicabilia huic questioni. Primum, quia loquuntur de clero delinquentе, dimisso habitu, & sine habitu deprehensio. Secundò, quia loquuntur de criminibus, pro quibus siue clericus, siue laicus sit delinquens, puniendus est à suo Iudice competente, non autem monendus, prout monetur clericus exercens feda, & sordida, quæ non sive crimina, sed facta infamiam vix interrogantia. Et multò minus pro hac questione faciente dispo-

E

dispositio S.C.T. in seff. 23. cap. 6. volentis, ut clerici beneficio fori non gaudeant, nisi habentum, & tonsuram deferant, & Ecclesie inferuant. Bulla Leonis X. loquens de ijs, qui dimisso habitu, tanquam seculares deprehensi sunt in criminibus, ceteraque iura, quae allegari valent. Nec casus Sanfelici est talis, neveniat examinanda questio de tria monitione, quia non agitur ibi de clero coniugato, qui anteā exercuisset artes fadas, & sordidas: quarē dubitari potuisset, an deinde, delinquens, debuissest recognosci à Iudice laico, tanquam laicus, ob artes, quas suo statui incompetentes exercuit, licet non maius esset: sed in casu relato à Sanfelice agitur de clero co niugato, qui, ut laicus incedebat, nec in habitu clericali fuit deprehensus post crimen; vnde benè faciunt iura, quae allegat, quæq; controuersa non sunt, nec villā requirunt monitionē. Et ex his firmam remaneat, & euidens, Sanfelicium in tertia hac conclusione loquutum verè fuisse secundūm casum ab ipso propositum de clero incedente sine habitu; ac proinde particulam illam, & reduplicare negationem præpositam, ut diximus. Hæcque dicta sint, ne cogitemus temere, Sanfelicium questiones absire immiscuisse.

Veniamus modò ad requisita Regentis de Ponte, qui sex requisita explicat, quæ: nec certa; duo verò controuersa; si que vidimus, sat esse, ut, qui clerus fuit, cognoscatur à Iudice laico, si, dimisso habitu, habeatur, ut laicus; & tanquam laicus deliquerit, & tanquam laicus deprehensus fuerit, ex iuribus superius relatis; certum est, non requiri, ut se enoribus immiscuerit, ut assiduus fuerit in illis patrandis, & in ijs deprehensus, ut fuerit monitus, & ut post monitionem fuerit incorrigibilis.

Non negauerim tamèn, Regentem de Ponte non ab re loquutum, dum ille suam fundauit opinionem in cap. contingit: il 2. & cap. in audiencia: de fave. excom. quibus iuribus aperte probatur, clericos, qui, reliquo habitu, arma ferunt militaria, tèr monitos, nec te corrigentes, deperdere priuilegia clericalia.

Quoniàm autem hec iura non explicabat, quænam priuilegia clericalia perdebantur post triam monitionem, & ut vidimus, alia iura canonica disponebantur, ut clerici, delinquentes sine habitu, & deprehensi sine habitu, priuilegium fori amitterent, nec de non punctione aliqua loquebantur; idcirco S.C.T. in d. cap. 6. disposuit, ut clerici, sine habitu, & tonsura reperti, fori priuilegio non gauderent; & sic quoad fori priuilegium certum est, clericos, sine habitu arma ferentes, illo non gaudere, quamvis tèr moniti non sint; yerbū, quia Concilium loquutum est de solo

fori priuilegio, gaudebit clerus cæteris, quanitatis sine habitu incedat ante triam monitionem; siveque S.C.T. existimauit, iura in d. cap. contingit, & in d. cap. in audiencia, loqui de alijs priuilegijs, excepto illo fori, de quo loquuntur cap. 1. de Apost. & cap. ex parte de priuileg. tantisque sedauit discordias.

Ne autem hanc meam arbitremini chimera, consulite Reg. de Marin. lib. 2. resol. quotid. cap. 47. referentem num. 9. determinacionem Sacra Congregationis super huiusmodi dubitationibus, quæ sic determinauit.

Quanto al primo è stato deciso, che, chi non ha beneficio, e non camina con habito, e tonsura, senza altra monitione viene escluso dal priuilegio del foro. Quanto al secondo la Congregazione ha sentito, che i chierici, che, mancando nelle cose contenute nel cap. 6. seff. 23. non godono il priuilegio del foro, nō per questo s'intendono priuati del priuilegio del Canone, si quis suadente Diabolo. Da queste ne siegue la resolutione del terzo questio, perche, non togliendo il Concilio, se non il priuilegio del foro, tutti quegli altri priuilegi, che competono à Chierici, rimangano nella dispositione della ragione comune.

10 Pro questione igitur, an clerus, qui sordida exercevit, si deinde delinquit, amittat priuilegium clericale, si fuerit prius monitus antea delictum patratum, ut artem sordidam eius statui incompetentem desereret, vindicta est dispositio cap. unici: de vita, & honest. clericor. in 6. vbi clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, socioculatores, seu goliardos faciunt, aut bufones, si per annum artem illam ignominiosam exerceverint, ipso iure; si autem tempore breuiori, & tertio moniti, non resipuerint, careant omni priuilegio clericali. Igitur, ut gl. annuit, & rex expressus declarat, monitus requiritur tantum, cum clerus huiusmodi artes exercevit breuiori tempore; si verò per annum, nulla requireretur monitus. Et ratio est evidens, quia per tantum tempus censemur quis arte incompetenti statui Ecclesiastico ab hoc statu recessisse.

Nec non Clement. 1. tit. eod. de vit. & honest. cler: vbi hac; Diaconus locorum distritte præcipimus, ut clericos carnicinum, seu macelliorum, aut tabernaciorum officium publice, & personaliter exerceentes nominatim, & tertio moniant, ut sic &c. In his omnibus ergo causibus, in quibus tria monitus requiritur, si Clerici habentum, & tonsuram deferant, seruata dispositione S. C. T. in dicto cap. 6. post triam monitionem tantum omnia priuilegia clericalia, & fori, amittunt.

Quoad quartam conclusionem positam à Sanfelice nihil est nobis examinandum, cum 11. hæc delicta sint enormia, siue feci, clericus qui

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

35

qui requisita habeat S.C.T. cognoscendus sit
a Iudice suo Ecclesiastico, ex cap. Clerici. 8.
de iudic. Ceterum Iudex Ecclesiasticus ad
dignoscenda delicta enormia consulat Abb.
in cap. at si clericis de iudicij.

Quid autem dicendum de clericis exercen-
tibus negotia secularia, dicimus in sequen-
ti decisione. Collige vero ex Reg. huc, in Ec-
clesiastico in sacris constituto requiri degra-
dationem antequam a seculari Iudice pun-
niatur. Et nota pro materia degradationis,
Ecclesiasticum, qui post abiurationem hero-
sis detuderetur in perpetuum carcerem, fore
etiam degradandum: quod docet docuit Paul.
Ghirlan. tract. de heretic. quast. 7.

S P M M A R I Y M.

3. Clericus coniugatus non est exceptus a fun-
ctionibus fiscalibus.
3. Clerici coniugati nobiliter viuentes sunt im-
munes a solutione, quam vocant, della testa.
3. Nobilis vita Ecclesiastica qualis dicatur.
4. Sacerdotes non debent servire secularibus, pro
ut nostris temporibus accidit, maximo stan-
dale, & culpa servientium, eorum, quibus
serviunt, & superiorum remedia opportuna
non prstantium.
5. Clerici proprios agros colentes, similiaque ag-
ros, non perdant nobilitatem consideratam ab
Ecclesia exemplo D. Pauli.
6. Vxor clericis coniugatis an gaudeat fori priu-
legio.
7. Vxor dicitur pars Viri.
8. Fori privilegium non dicitur tam rigorosè per-
sonale.
9. Clericus immiscens se negotiis secularibus co-
ram quo Iudice conueniendus sit, late ex-
aminatur.
10. Clerici secundum multos DD. delinquentes ra-
tione aliquius artis laicalis conueniendi sunt
coram Iudice seculari, quod nonnulli limita-
runt.
11. Clerici secundum veriorem opinionem delin-
quentes in arte laicali cognoscendi sunt a Iu-
dice Ecclesiastico.
12. Clericus deprehesus in fraude ob exercitiū ali-
cuius negotiū secularis indignus redditur auxi-
lio Ecclesiae per pecunia traditionem, non au-
tem indignus redditur fori privilegio.
13. Clerici secundum Ptag. Regni nostri nequem
ad officia secularia promoueri, & redditur
ratio.
14. Clericus administrator cuncta suscepta a manu
Iudicis laici debet conueniri ratione admini-
strationis coram Iudice Ecclesiastico.
15. Tring monitio facienda clericis, ne negotiis
secularia exerceant, deseruit tantum, ut mul-
lum deinde iij auxilium sperent ab Ecclesia,
non autem, ut fori privilegium amittant, ni-

negotia feda, & sordida exercentur.
16 Clericus recipiens quamcumque tutelam, qua-
uis non legitimam, conueniendus est pro redi-
tione compucorum coram Ecclesiastico Iu-
dice.

DILVCIDATIO DECIS. XIV.

P Rater illa, quæ in antecedenti decis. haben-
tur, quæque etiam a Sanfel. hic repetun-
tur, duo breuitè examinantur; primum,
scilicet, clericum coniugatum cum vnicâ, &
virgine, gaudere priuilegio fori in criminali-
bus: verum in ciuilibus non esse exceptum,
& iurisdictione Iudicis secularis, & teneri
solvere onera, gabellas, & functiones fiscales.
Alterum, clericos, siue coniugatos, siue se-
cùs, exercetes officiū Notariatus, administra-
toris vniuersitatum, aliudque id genus illis
interdicendum, deperdere fori priuilegium.

Quoad primum, de quo Nicolius in lib. 5.
canon. 39. n. 108. l. 10. cum in dilucido-
zatione decisionis prima satis fuerimus loquuti
de priuilegijs huiusmodi clericis coniugatis
competebibus, tam ex dispositione cap. vni-
ci: de clericis coniugatis in 6. quam S.C.T. sess. 23.
cap. 6. de reformas. & Regie Pragm. 1. de cler-
icis diaconis. syluat. duo superessent examinan-
da. Primum, quid dicendum, cum agitur de
liquidatione instrumenti; de qua re, ut in d. di-
lucidat. 1. diximus, verba faciemus in diluci-
dat. dec. 230. Alterum vero de functionibus fi-
scalibus.

Quoad hoc secundum communis videtur
opinio DD. apud Reg. de Marin. lib. 1. resp.
quotid. cap. 38. num. 9. clericum coniugatum
non esse exceptum a collectis, gabellis, cæ-
risque fiscalibus functionibus, ita, ut cogi-
potest ad munera personalia vniuersitatum
subcunda, quod idem decisum per Curiam
Archiepisc. Neapolitanam refert Rice. decis.
269. par. 3. vnde miror certè, Consilia-
rium Franciscum Roccum tom. 2. resp. 35. tuen-
tem ibi iura clericis coniugati, proposuisse
aduersus illum iura vniuersitatis absque so-
lutione; nam, si ea vniuersitatis vera duxit,
non video, cur clericum coniugatum defen-
dere debuisset.

2. Non negauerim tamè, huiusmodi cleri-
cos coniugatos artes seruiles non exercentes
esse immunes ab ea solutione, quam vocant,
della testa, prout in dies ad eorum beneficium
expediri prouisiones in Regia Camera testa-
tur. idem Reg. de Marin. d. 30. cap. 59. n. 1. & 2.
3. Hoc enim priuilegium ijs nobiliter viuenti-
bus conceditur. Hæc tamè vira nobilis non
est exemplificanda more equitum, ut aduer-
tit idem Reg. sat enim est, si eorum operas per-
sonales non locent, nec secularium famuli sint
4. ut quotidie non maximo sine scandalo inspi-
cinaus,

cimus, dum, non tantum clerici coniugati, sed sacerdotes ipsi famulorum munere funguntur, nec deditantur; vel in Rhedis ultimum detecto capite locum tenere, primumque eorum dominis secularibus, familiaribusque, q. orum Rhedz sint, prompto animo concedere, vel eos pedissequos, non secus ac indecenti obsequio sequi, vel tanquam fidemancipia eorum enses post eos secundum recentem morem deferre, vel illorum uxores associare, easque ambulantes leuare brachio, vel tandem ita se gerere, vt post habitu sacerdotis munere, non Deo seruire videantur, sed seculo. Ad quod tantum grame scandalum, & scelus, concurrunt ipsi, qui in sortem Domini adscripti, aliorum se tradunt domino; eorum domini, qui tantos Diuini Numinis ministros debito non decorant obsequio; & tandem Superiores, qui hec omnia inspiciunt quidem, sed quo animo patiancur, ignor.

Vt ergo ad propositum reuertamur, Sancta Romana Ecclesia secularem non attingit nobilitatem, adeoq; clerici etiam nobilitet vivere dicuntur, si proprios colunt agros, aliaque gerunt, que seruilem non ostendant animam, vt idem Reg. de Marin. discutit; nec iniurie aptari potest illud *Divi Pauli Act. Apost. cap. 20. Argentum, & aurum; aut vestem nullius concipiui, sicut ipsi scitis; quoniam ad ea, que mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus iste.*

6 Hinc obiter collige, licet Reg. de Marin. in lib. 1. rescl. quotid. cap. fin. acriter sustinuerit, uxores clerici coniugati non gaudere fori privilegio, cum hoc sit personale concessum ratione ordinis, quod in mulieribus reperi nequit; tamen contrarium puto dicendum ex determinacione Sacra congregationis circa dubia relata in 1. nostra dilucidatione, quod 7 causatur a matrimonio, cum vxor dicatur pars viri, nec priuilegium fori sit tam rigo- 8 tosum, & peritoneale, vt in simili scriperunt ij, quos retinet, & sequitur Dom. de Luca ad decis. 363. Vinc. de Franch. verum Nicolius Roman. lib. 5. Canon. tit. 39. de sentent. ex comm. num. 308. ver. uxores: equirit cohabitationem vxorum cum viris. At autem clerici coniugati teneantur seruire Ecclesie ab Episcopo statute, dicimus in ulterius iuste dec. 247. que est propria sedes.

9 Quoad alterum punctum, quando scilicet clericus neg. ihs te unius secularibus, tanquam munitor, est clara dictio politi tex. in capo Sacerdotibus. Ne clericis, vel monaci ibi. Sacerdotibus, & clericis suis deinceps publice, ne ministri laicorum fierint; nec in rebus eo, um procuratores existant. Quod si postmodum facere presumperint, & occasione ipsius administratio- mis proper pecuniarum causam deprehendantur in fraude, indignum est, eis ab Ecclesia subveni-

ri, per quos constat in Ecclesia scandalum gene- rari; quare Reg. Io. Hieron. de Philip. in sua fi- scali dissert. 36. eruditè probat, ecclesiasticas personas omni iure prohiberi officia secula- ria exercere. Hinc DD. quamplurimi, ve- videre est apud Felin. in cap. Ecclesia Sancte Marie de conf. n. 68. Aufrer. de porestate sect. in eccl. reg. 1. Bobadill. in politic. lib. 2. cap. 8. n. 90. Farinac. in prax. part. 1. 9. 8. n. 98. Fragos. de Regim. Reip. Christiana. part. 1. lib. 2. de obl. moder. Reip. disp. 4. de lege secul. 5. 4. memb. 15. Capyc. latr. dec. 173. Carleual. de iudic. lib. 1. sit. 2. disp. 2. 9. 6. sect. 3. n. 453. Guttierrez de Gabell. lib. 7. quæst. 94. aliosque apud citatos, volueret, ut clerici, delinquentes in exercitio alicuius artis, vel negotiationis laicalis, recognoscendi sint propter crimina patrata ratione artis, vel administrationis à Iudice seculari: quam tamen sententiam nonnulli ex relatis DD: apud Carleual. loc. cit. n. 453. limitarunt, volentes, vt huiusmodi administratores puniri queant poena pecuniaria, vel priuationis, aut suspensionis ab officio, non autem capitali, seu corporali.

10 Alij verò contrarium senserunt, diversi- modè extum superius adductum in d. cap. Sacerdotibus: explicantes, ve Abb. ibi erudit, inter quas explicationes illa rationabilior est, quam tradunt, eo quod textus non inquis, indignum esse huiusmodi deprehensio subueniri ab ecclesia quoad forus, sed indignum esse, eis subueniri per auxilium, fauorem, & pecunia traditionem. Hec igitur opinio est magis pia, eamq; sequi non deditur nam dum lex Regni nostri eam sequuta est, vt petet in Pragm. 1. de ecclesiastic. personis, in qua disponitur, ne ecclesiastica personæ ad officiorum secularium exercitia admittantur, & redditur ratio his verbis: *Resulterebat, che non poterano esser costretti a dar conto, e ragione delle cose predette auante dellis Regij officiali, e ministri, ne tampoco da essi esser castigati &c.* Quare redditur conformis dispositioni iuris communis, vt aduertit Rouit. ibi notans, Pragmaticam istam fuisse editam à Cardinali Gráuela moto à causa, quam tradit de Franch. dec. 479. post n. 4.

Hinc apud Rouit. dec. 20. reperimus in osto S. C. iunctis aulis decisum, clericum ad ministratorem tutelę suscepit à manibus Iudicis laici, coenientura coram Iudice, ecclesiastico pro reddenda computorum ra- tione: quam sententiam amplexati sunt con- nes ij, quos adducit Dom. Altimar. ibi in prae- licet Reg. Capyc. latr. consule. 103. scripsit pro confirmatione decreti S. C. quo in tali causa fuit prouatum, quod causa redditionis computorum tutela administrare per Lucimus Riccam remaneat in S. C. etiam, si contingit compliciti personam, parres ad eam Iudicem ec- clesia-

clesiasticum. Vnde S.C. decretum hoc reuocavit iunctis aulis: de qua decisione solitum meminerunt *Roxit.* & *Capyc. latr.* sed etiam *Thor.* in compend. dec. par. 3. ver. remissio causae computorum & Reg. de *Marin.* resol. quotid. lib. 1. c. 3. Quinimò *Capyc. latr.* ibi n. 18. magnam fuisse decisione restatur, & ego cōcludo, fuisse factam magna discussione; vnde, quamvis in calce decisionis afferat, questione predictam remanere apud se dubiam, adeoque, cum causus acciderit, cogitandum; tamèn dubitationem hanc rejiciamus, dum in nostro Regno *Pragm.* habeimus assignantem rationem, quare clerici ad munera secularia promouenti non debeant, nec reperimus ius aliquod canonicum disponens, ut huiusmodi clerici perdant fori privilegium, nec tandem d. capa *Sacerdotibus*: id disponit.

15. Hinc collige primò, stante hac opione, quam *Reg. Pragm.* sequuta est, triuam monitionem, quam DD. requirunt, ne clerici administratores rerum secularium iuuentur auxilio Ecclesiastico, nos requiri secundum annos, & forte secundum verissimum dicti cap. secunda, ad hoc, ut clericus non obediens, nec desistens ab administratione rerum secularium, perdat in redditione computorum fori privilegium; hoc namque statutum est, ut alias diximus in dilucidatione antecedentis questionis, quando clericus iunisceret se sordidis, quid diuersum est, quando clericus immiscetur scelerebus secularium, quæ non omnes sordide sunt, sed requiri tantum trinam illuminationem, ut clericus deinde, si deprehendatur in fraude, non iuuetur ope, & auxilio Ecclesie, ut diximus, non ut perdat fori privilegium, quod post trinam monitionem perdet, cum sordidis, ac fœdis immiscetur.

16. Collige secundò, idem dicendum de clericis, qui à manibus Iudicis laici, vel tuelâ non legitimam suscepit, vel quamcunq; tutam animo lucifaciendi: licet contrarium acriter sustineat D. *Ioseph Romanus.* Caroli optimus in nostro S.C. Aduocatus in tractatu, quem edidit pro Domini Scipionis Copulæ iuribus aduersis quosdam clericos locorum piorum administratores inscripto, *Cesar vindicatus*, sine breuis demonstratio de iurisdictione Regia, in clericos locorum piorum Gubernatores, vbi uberrimam habes iurisdictionis materiam in similibus casibus omnino videndam, cum factis elaborata sit, variisque iuribus, & auctoritatibus subtiliter, & eruditè comprobata, multaque contineat circa receptionem Concilij Tridentini in Regno nostro excerpta à *Gizzarello*, sed verius, *Chioccarello*, in manuscripto de iurisdictione Regia; quæ dicta *Chioccarelli* apud me vera non sunt, cum ea non reparearim in historias S.C. Louper enarrata à Cardi-

nali *Pallavicino*, qui ceteros euentus cœsim, enarrat. Sed ea, prout omnia alia, quæ summa arte contexta sunt, erant profecto adducenda à Domino *Iosepho Romano*, qui, tanquam Aduocatus, iura sui clientis tueri debebat, precipue cum ex facto, quod ibi enarratur, ius dubium redderetur; sed nescio certè, an si merus scriptor fuisset, talem sensum propalasset, quem, tanquam causa patronus, habuit.

S V M M A R I V . M .

1. *Beneficium amittitur ipso iure, quotiescumque clericus contrahit matrimonium moraliter dispensabile, quamvis nullum, & irratum, secus, si sit moraliter dispensabile; et probatur.*
2. *Beneficium potest amitti à contrahente matrimonium, quamvis non renunciarit expressè.*
3. *Scientia matrimonij validi, vel invalidi, materialiter se babet respectu amissionis beneficij, quæ regulatur à consensu efficaci, vel inefficaci.*
4. *Matrimonium in primo gradu affinitatis, & secundo consanguinitatis in linea transuersali, fuit dispensatum ab Urbano VIII.*
5. *Sacerdos, siue quilibet in sacris constitutus, contrahens matrimonium nulliter, non perdit ipso iure beneficium, sed per sententiam declaratoriam in panam commissi criminis.*
6. *Summus Pontifex omnia potest dispensare, quæ sunt de iure positivo, sed non dispensat, quæ sunt contra bonos mores.*
7. *Contrahens matrimonium, an, et quando amittat pensionem.*
8. *Sententia declaratoria requiritur etiam, quando beneficio ipso iure aliquis priuat.*
9. *Beneficia statim dicuntur vacare, nec à beneficiario poterunt alteri resignari, si ipso iure amissa sunt.*
10. *Clericus, non id circa beneficium ipso iure non amittit, quia nulliter matrimonium contraxit.*
11. *Beneficio vacante per matrimonium contractum, an, et quando clericus ob patratum scelus remittendus sit ad Iudicem Ecclesiasticum.*

DILVCIDATIQ DECIS. XV.

Tria in hac decisione resoluuntur. Primum est, per matrimonium invalidum scienter, & mala fide contractum, clericum beneficium cum amittere beneficium ipso iure. Secundum, in huiusmodi amissione requiri etiam sententiam Iudicis declaratoriam. Tertium, declarationem spectare ad Iudicem Ecclesiasticum, sicque decisum in reclamacione per collaterale Confilium, quam decisionem referre

sunt etiam Reg. de Marin. lib. 1. resol. quotid.
cap. 60. n. 7.

Quoad primū edulendus est inter ceteros
Sanchez: de matrim. lib. 7. disp. 42. & 43. qui
omnes refert sententias. Ego autem duplice
distinctione tantum questionem resoluam; nam
dico, quotiescumque consensus non est super
matrimonio per Pontificem moraliter dis-
pensabili, non amitti ipso iure beneficium;
secusverò, si sit super matrimonio moraliter
dispensabili.

Vtraq; pars probatur, quia consensus super
matrimonio moraliter dispensabili inducit
incompossibilitatem matrimonij cum bene-
ficio; igitur beneficium ipso iure perditur ex
consensu efficaci super re moraliter dispen-
sabili. At vero consensus super matrimonio
indispensabili moraliter non inducit incom-
possibilitatem, dum nullum est possibile mo-
raliter matrimonium, sive internenit con-
sensus inefficax; ergo non perditur ipso iure
beneficium, sed requiritur sententia ratione
delicti.

Nec discatur cu Sánchez, non sufficere tacita
renunciationem, sed requiri expresam, quia
ne sufficit quidem, nisi fiat in manibus Epi-
scopi, vel Superioris. cap. nisi cum pridem: cap.
admonent: cap. quod in dubijs de renunciat.

Nā respondetur, expressā renunciationē re-
quiri, quotiescumque non intelligitur, Cleri-
cum renunciatione ipso iure per adhesionem
rei contrarie illi, quae deseritur; secundū vero
dicendum est, cum per adhesionem rei con-
trarie deducitur renunciatio; sive intelligas
iura canonica, quia de spontanea renun-
ciatione loquuntur.

Vnde arguas, licet in casu relato à Sancetie.
ipso iure amiserit beneficium ille, qui scienter
matrimonii irritum contraxit, idem pariter
dicendum fore de eo, qui ignoranter, quia
scientia materialiter se habet; sed tota vis stat
in consensu, qui potest esse efficax, vel ine-
fficax. Inefficax quidem, si matrimonium
redditur indispensable moraliter: ef-
ficax, si dispensabile. Cum igitur contrahi-
tur matrimonium in linea transuersali in pri-
mo gradu affinitatis, & secundo simili con-
sanguinitatis, dum huiusmodi impedimentum
non est de iure Diuino, redditur tale matri-
monium dispensabile etiam moraliter, cum no-
sit contra mores dispensatio: Et fuit re vera dis-
pensatum post rem discussam per Urbanum
VIII. ut refert Cardin. de Lugo: resp. moral. lib. 1.
dub. 43. Quod antea pariter dispensatum
fuit tempore Henrici VIII. Regis Angliae,
qui, dicens uxorem fratris premortui, prouia
dispensatione Iulij II. Summi Pontificis, illam
tamen repudiavit, putans, non posuisse Sum-
mum Pontificem illo in casu dispensare; sed
deinde Clemens VII. legitimatum declara-

uit matrimonium. De qua re scripsit Gazzola
ad Capit. Latr. decisi. 144. n. 26. Quarè Henricus
qui antea Ecclesiæ dicebatur defensor
Ecclesiam Catholicam dilectens, evanescit Apo-
stata, ut videre est apud Platina in Vita Cle-
mentis VII. Sique interrogas, quoniam fuerit
causa diuortij, quod affectabat Henricus; fla-
grantem dicam amorem in Annam Bolenam;
nec inde mireris, lector; si enim valuit impur-
rus amor Sansone, Salomonem & Davidem,
ut ceteros omittam, perdere; valuit & Hen-
ricum, qui, utinam, Davidem sequatus esset
penitentem; sed irridebas profecto, qui se
tam forcem iactet, ut à muliere vinci posse
non pateret, dum Sansone fortior non erit; vel
qui se adeò sapientem dignoscet, ut à mulie-
re indocta decipi nequire arbitretur, dum se
Salomone sapientiorem non preferet; vel tā-
dem, qui se tanta prædictum videat virtute &
ut mulieris insultibus resistere nō formideat;
dum sanctior nouerit Dauide, quem Deus
ipse secundū cor suum inuenisse testatus
est. Veneficus sane est mulieris oculus, qui
doctos, fortes, piosque nimis dira ferit cus-
pide, nec iuueni parcit, nec seni; sed omnes
veneno perdit; vnumque tantum remedium,
fuga; tuncq; vix speratur victoria, cum nul-
lum committitur prælium. Sed haec obitè.
Alia quoq; dispensatio facta est nostris tem-
poribus à Clemente IX. qui, declarato nula-
lo matrimonio contracto int̄ Alfonsum
VI. Regem Portugalie, & Aloysiam Mariam
Sabauidem, hanc, viuo adhuc Alfonso, concec-
tit Petro eius fratri; sive causas queras;
consulas historias; interim iustissimas illas
arbitris, & concludas, huiusmodi casus
non paſsim euenire, nec dispensationes int̄
priuatos homines praxi receptas, in quibus
nulla ratio vrgens, nec christiana politica
considerare est; sed ad propositura reuerta-
mar.

Hec nostra sententia, quamvis videatur
noua, confirmatur tamē ex eo, quod com-
muniter admittunt DD. ut videre est apud
Sancb. locis citatis. Nauer. cap. 25. num. 120.
in fin: aliosque, scilicet constitutum in sacris;
contrahentem deinde matrimonium, non
perdere beneficia ipso iure, sed per senten-
tiā Iudicis declaratoriam in penam con-
missi criminis. Quod profecto nulla ali-
ratione redditur probabile, ni, quia consen-
sus super matrimonio erat inefficax mora-
liter.

Dixi (matrimonium indispensable mo-
raliter, non physicè) cura à Summo Pontifi-
ce omnibus de iure positivo prohibitis dis-
pensi possit, licet nunquam dispensetur,
quia dispensatio foret eis contra bonos
mores.

Ex his collige primo, eodena modo di-
scur-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

39

- scurrendum , si quis , habens penzionem titulo clericali , matrimonium contrahat ; secundus vero , si eam habeat pro ministerio mere temporali , vt optimè distinguens , fundat *Saneb.dlib.7 disp.44* quem vide . Alia circa dispensationem in materia matrimonij vide apud *Gizz.ad Capyc.latr.d.decis.144.*

Quoad secundum de sententia declaratoria notandum est , etiam , cum quis ipso iure re aliqua priuat , requiri sententiam declaratoriam , vt optimè cum multis arguit *Reg.de Marin. 1.resolut. cap.48. num.9.* quicquid sit , si retrotrahatur ad tempus , quo ipsius iure res illa amissa est . Verum sententia declaratoria super statu rei , vel personz , trahit secum exequitionem etiā respectu illius status declarati , cum non expectet aliam exequitionem post se ; non tamē propterē habebit effectum exequitium , sed penderē appellatione , effectus suspenditur ad instar aliarum sententiarum , vt fundat *Rouit. in allegationibus secundis ad Pragm.37. de off. Procur.Cesar..*

Collige secundò , ex cap.37. Rota Bononiensis compilat per Benintend. num.5. Et *Ripa* in cap.54: extr. de restit. spoliat. nimis , si imponitur poena priuationis beneficiorum ipso iure , statim beneficia conferri , tanquam vacantia , etiam antē declarationem , non citato possessore , nec aliā posse clericum illa resignare alteri , vt cum multis probat *Reg. de Marin resol. quotid.lib.2.cap.60.num.3.*

Collige tertio , secundū nostram opinionem errare eos , qui ; vel asserunt absque villa distinctione , clericum nulliter contrahendum matrimonium non perdere ipso iure beneficium ; intē quos est *Reg.de Marin.resol.quotid.d.cap.60. num.5.* dum , ut suprā diximus , matrimonium , licet nullum , quandoque est moraliter dispensabile , vnde consensus est efficax ad beneficium amittendum ; vel distinguendum matrimonium nullum ex defectu consensus beneficiati à matrimonio nullo ex defectu solemnitatum , vel gradus prohibiti ; quapropter volunt , vt in primo casu non vacet ipso iure beneficium , secūs in secundò , intē quos est *Dom. Rodoer. ad d. cap.60. Reg.de Marin.* cum hēc opinio eodem modo redarguantur ; quādoquidē , hoc matrimonium dicatur nullum , vel defectu gradus prohibiti , vel solemnitatum ; redditus tamen potest dispensabile , ac proinde consensus non est inefficax .

Collige quartò , vt patet ex articulis propositis à *Sanfelic. in hac decis.* non fuisse ad Iudicem Ecclesiasticum remissum articulū super validitate , vel invaliditate matrimonij , vt scripsit *Reg.de Marin.d.cap.60.num.7.* hoc namque impertinentē se habebas , sed fuisse remissum articulū , verum vacet be-

neficiū per matrimonium , vt resert *Reg. Sanfelic. in calce decis.* Qui articulus verē decidendus erat .

Collige quintò , si fuerit declaratum , vacare beneficium propter matrimonium , & delictum sit patratum tempore , quo delinquens erat beneficiatus , & antē matrimonium contractum , siue nulliter , siue validē , clericum remittendum ad Iudicem ecclesiasticum , quia tempore delicti erat beneficiatus , iuxta posita per nos in Superioribus decisionibus ; sin autē delictum sit commissum post matrimonium , non remittendum , cum tunc habeatur tanquam laicus , ve bene concludit idem *Reg.de Marin.d.cap. 60.num.8.circa fixem.*

Quoad tertium iuuat meminisse ea , quæ diximus in dilucidatis. decis. 1. scilicet , cum super articulo spirituali nulla potest oriri , ne minima quidē dubitatio , non expectandam Summi Pontificis sententiam , cum certum sit , illum responsurum , quod aliās respondit , vt receptum fuisse in S. C. apud *Rouit. decis. 5.* ostendimus . Vnde , dum in casu relato à *Sanfelice.* certum erat , Summū Pontificem pronuntiaturam super amissionē beneficij , nulla erat expectanda sententia .

Iustissimē tamē fuisse decretum , dicendum est ; cum enim ad hoc , vt beneficium amittatur , requiratur sententia declaratoria , quantum ipso iure dicatur amissum , non potest dici amissum absque sententia : Quare , si sententia requiritur , dum agitur de articulo super re spirituali , remittitur declaratio ad Summum Pontificem . Quid nota , cum possit prima facie quisque decipi .

- 9. *Sed ipsa Principis, quanam sit propriet, qua immunitate gaudeat.*
- 10. *Fugiens ad Sacerdotem gestantem Sacratissimum Christi corpus an reddatur immunis.*
- 11. *Immunitate an gandeant associantes Sanctissimum Eucaristicum Sacramentum.*

DILVCIDATIO DECIS. XVI.

Licet paucis hic se expediat Reg. Sanfelicius; nobis tamèn sistendum est; inquit enim, fuisse decisum in M. C. configentem ad te. Quam, turgim, sèu campanile ecclesiæ, gaudere immunitate ecclesiastica. Que conclusio videtur esse communis apud Dom. Rodoer. variis citantem in additione ad resol. 179. Reg. de Marin. n. 2. apud quem legimus, sic iacram congregationem declarasse. Illum vide, sed ne deseras Dianam in summa: de immunis. ecclesiastica ver. immunitas ecclesiarum quoad personas: per totum, & Peregrin. de immunit. Eccles. cap. 4. Ad rem Consiliar. Roccus resp. 3. tom. 2. videndus.

Nos autèm pro hac decis. videre debemus, an, dum omnia intrà fines ecclesiæ reputantur loca immunia, alia extrà ecclesiæ fines careant immunitate.

Multa quidèm possunt esse loca extrà ecclesiæ fines; sed, antèquam ad ea breuitè accedamus, supponeendum est, siæ ecclesiæ de iure canonico contineri quadraginta passibus, si loquamur de ecclesia maiori: triginta vero, si de ceteris. ex c. sicut antiquus. c. de finivit, & cap. quisquis 17. que 4. id tamèn moribus receptum non esse, afferunt Couarr. lib. 2. v. ariar. ref. l. cap. 2. n. 5. qui declarat, quomodo accipiendi sint patus. *Clarus in praxi S. fin. quæst. 30. vers. hinc est*, quicquid sit, si aiat in illo Ducatu seruari, dominum ecclesiæ inhærentem, si eiusdem ecclesiæ sit, estimari immunem; *Nouar. in suo manual. cap. 25. num. 18.* aliquæ apud citatas. Dom. Rodoer. autem loc. cit. in fine, nobis id cogitandum deserit.

Profectò, licet contra canonum dispositionem praxim inducere nequeamus; possimus quidèm præter canonum dispositiones; quæ duo diuersa sunt; nam quandoque, quævis nequeamus contrà iura operari, possimus præter iura; si quidèm temporibus, quibus ea iura condita fuere, non aderant circumstantiæ quædam, quæ temporis tractu pullularunt, quæ, si fuissent, forsitan aliter dispositum reperiremus. Vnde, cum in postrum diuerso modo, quo ea determinarunt, operamur, dicimus, non operari contrà ea, sed præter ea, id est, præter eorum mentem, quæ non considerarunt nonnulla, quæ tunc non aderant.

Si ergo nostris temporibus quadraginta; vel triginta passus obseruantur, tota Ciui-

tas nostra Neapolitana, vt cæteras deseram, alter locus immunitis, dum adeò frequentiores sunt ecclesiæ, vt intèr alteram, & alteram minus triginta passibus spatium interlaceat. Tempestibus ijs, quibus huiusmodi spatiū obseruabatur, fides catholica non tam firmas fixerat radices, adeòque paucissimis Christianitas fruebatur ecclesijs; poterant ergo pro delinquentium immunitate tales passus statui; cum autem in dies Diuino annuntiante Numine, creuerit religio, aliter respondendum est; nec immerito Couar. ipse loc. cit. ex Archidioc. in dict. cap. quisquis, inquit, Canonum dispositionem habere locum in ecclesijs intrà Castrorum parietes constructis, vt eius verbis utar, non autem intrà parietes Civitatis, ex dicto cap. quisquis.

Ego verò, vt clarius loquar, dicam, canones ipsos disposuisse, vt passus non obseruantur in ecclesijs sitis intra ambitum parietum Civitatum, oppidorum, sive Castellorum, quæ omnia idem sonant, sed potius extrà parietes. Et hoc videntur sonare verba illa d. cap. quisquis. Ibi. Cappelle, quæ sunt intrà ambitum murorum castellarum non ponuntur in hac triginta passuum obseruatione. Igitur possumus etiam in canonum dispositione consuetudinem fundare.

Vt ergo ad propositum reuertamur, possumus dubitare, an alia loca, quæ, licet ecclesiæ sint, non tamèn ecclesiæ inhærent, sed extra illius fines sunt, immunia censeantur.

Et dicas, omnia loca ad vsum ecclesiæ, eiusque integratatem destinata, esse immunia, prout sunt, cæmeterium, dormitorium, commune religiosis, & cetera huiusmodi; quæ, quamvis ecclesiæ non adhærent; ad vsum tamèn ecclesiasticum deseruiunt, & illius loci integratatem constituunt, & est dispositio d. cap. quisquis, aliorumque adductorum per Nouar. loc. cit. An autem comprehendantur viridaria, aliaque huiuscmodi, consule relatios à Rocco loc. cit. num. 11. & 12.

Maior difficultas est de domo Episcopali, si ea extrà ecclesiæ fines reperiatur: pro qua re duos pro cunctis adducam, qui materiam vberimè scriperunt, scilicet Reg. Constant. ad l. v. uniam C. de palat. & domi. Domus lib. 11. n. 48. & Peregrin. de immunis. eccles. cap. 4. nn. 69. scilicet enim apud citatos sunt DD. affirmantes, & negantes; nonnulli namque voluerent, vt immunis non sit dominus Episcopalis, ni ecclesiæ adhæreat; alij immunem voluerent, quamvis ecclesiæ non adhærentem, redditque pulchram rationem Abb. in cap. ecclesia 19. n. 9. de immunis. eccles. quia scilicet; sicut familia Episcopi gaudet priuilegio fori, quamvis secularis sit, vt in cap. fin. de off. Archibid. ita etiam dominus Episcopalis debet immunis esse, quamvis extra ecclesiæ fines repe-

riatur, quia deseruit Episcopo. Quæ ratio, licet prima facie optimæ videatur; infirma est, adeoque aliam amplecti debemus; quandoquidem familia Episcopi (vt cæteras responsiones deseram) deseruit Episcopo; merito fori priuilegio poterit gaudere, sed domus Episcopalis non deseruit ecclesiæ, sed Episcopo, qui præst ecclesiæ, nec est ecclesiæ, vt dici posset, eius domum, tanquam ad ecclesiæ usum deseruientem, esse immunem; non valet ergo argumentum à priuilegio fori ad immunitatem ecclesijs concessam.

Multi denique volnere, domum Episcopalem ecclesiæ non adhærentem gaudere immunitate, si in ea reperiatur cappella.

Tota verò difficultas DD.oritur ex cap.id constitutimus 17.quest.4ibi. Id constitutimus obseruandum, quod ecclesiastici canones decreuerunt, & lex humana constituit, vt ab ecclesia atrijs, vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat. Nam videtur cap.supponere dominum Episcopalem ecclesiæ inharentem, prout de iure, ex cap. Episcopus distin. 3. de consecrat. & cap. Episcopus vilem: distin. 41. e contrâ verò videmus. cap. indistincte loqui; sed, quicquid sit de iure, quod vide apud citatos, dum de re tam graui disputationem libenter delero, hæc reperio apud Couar. loc. cit. n. 5. in fine. Etiam si alijs usum fuerit, hanc immunitatem non aliter palatio Episcopi iure concedi, quam si cōstructum sit intrâ quadraginta matris Ecclesiæ passus, quos Oltred. sequitur conf. 55. et praxis forensis frequenti omnium consensu recepit. Couar. sequitur Clarus loc. cit. vers. scilicet, etiam, his verbis. Nihilominus contraria opinionem praxis forensis frequenti omnium usu recepit; scilicet, quod palatum Episcopi non gaudeat hac immunitate, nisi sit construendum intrâ dictos quadraginta passus &c.

7 Igitur quadrag. passus, qui non obseruantur respectu aliorum locorum, obseruandi sunt respectu domus Episcopalis, quæ, si maiori spatio distet ab ecclesia matrici, hoc priuilegio merito non gaudebit; siquidem, si contrâ ius distat nimis eius domus ab ecclesia sua, non debet priuilegio à iuribus tributo gaudere. Hinc etiam reddi ratio potest, cur palatia Episcoporum titulariū tantum immunia non sint, vt probat Ciarlin. tom. 2. controu. for. cap. 198.

8 Reliquum est, vt videamus de alijs locis, quæ extra Ecclesiæ fines reperiuntur, prout sunt, domus Cardinalium, Legatorum in Hispania, Statuæ Principiæ, & cætera huiuscmodi, de quibus omnibus Reg. de Marin. in d.lib. 2. resol. c. 179. Illud autem certum est, cōtrâ hæc obstat obseruatiā fudata in optima, & christiana politica silētio prorsus præterea, non propalanda; etenim domus Magnatum no-

dubitate delinquentibus abūdere, vt protectoris citius iij abundant, quam immunitatis.

De statua Principis nulla sit disputatio, quia, quamvis ad eam confugiens custus reddatur, per l. 1. ff. de his, qui ad statuam confug. id intelligendum est de ea statua specialiter destinata ad aliquam publicam functionem, non autem de omnibus Principis statuis, cum sic nostra Civitas Neapolitana tot Principis statuis decorata Asylum redderetur delinquentium. Quæ propter Restaurus tract. de Imper. quest. 96. id de consuetudine non admissum testatur, & Clarus illum sectans in §. fin. quest. 30. in fine, vix posse in praxi obtineri, concludit, & Bonacina de primo precepto decalogi dis. 3. quest. 7. punct. 4. n. 27. hæc ait. Respondeo, hoc tempore non gaudere, tūm quia non est locus sacer, tūm quia non exprimitur in Bulla, tūm quid sic usu recepum est. Ita Cardin. Tusc. verb. ecclesiae: concl. 9. n. 4. Decian. & alijs apud Farinas. in appendic. cap. 27. n. 278.

10 Sed quid dicemus de Sanctissimo Eucharistia Sacramento gesto extrâ fines ecclesiæ, an confugiens ad sacerdotem illud gestantem gaudeat immunitate.

Communiter DD. affirmant, vt videre est apud Dianam loc. cit. Bobadill. tom. 1. lib. 2. cap. 34. n. 86. Clarum in d. §. fin. qu. 30. vers. ultimæ quæro, & qu. 98. vers. sed pone, aliosq; apud citatos. Quod idem Dom. Rodoer. loc. cit. n. 13. inquit de confugientibus ad reliquias, quæ de uno loco ad alium gestantur, eo quia in huiusmodi reliquijs colitur Deus, qui mirabilis dicitur in sanctis suis, ex punctuali assertione Couarr. in cap. int̄r alia: par. 2. n. 25. de immunit. eccl. & Dian: loc. cit. sub n. 10. vers. id ipsum.

Sed audiamus Couarr. loc. cit. n. 6. Ego sane fatetur, maiorem honorem exhibendum fore Eucharistia, quam ipsi templis: quibus ob ipsam Eucharistiam plurima priuilegia conceduntur; attamen, cum immunitas hec a canonibus statuta sit, & nullibi Eucharistia hoc ius extra ipsas Ecclesiæ datum fuisse legamus, dubius sum, an vera sit interpretum frequentissima sententia, cui etiā aduersatur gl. celebris in d. cap. questionem; tamēsi olim, auctore Plutarcō in Nu- ma, qui ad supplicium mortis ducebatur, buius pena immunitis erat, si eidem Vestalis virgo fere nulla data opera obuiam ires. Hæc ille.

Nec silentio pretereamus ea, quæ circa canonicum extensionem cum Couarr. ait Clarus loc. cit. vers. huiusmodi: autem: vbi hæc. Huiusmodi autem consuetudines maximè sunt obseruande, vt ait Didac. in d. cap. 20. post num. 4. subdens, quod est præcaendum, ne hisce temporibus canones ipsos extendamus, cum oporteat reprimere audaciam eorum, qui fredi bac immunitate passim crimina committunt. Quin

imò Bonacina loco nuper cit. varijs sustinet, eonfugientem ad Sacerdotem, qui Sanctissimum Eucharistiz Sacramentum gestet, non gaudere immunitate, quicquid sit, si conterarium in aliquibus locis practicetur, quo casu, standum esse consuetudini, concludit. Illius vide.

11 Ceterum dubius sum, an gaudeant immunitate delinquentes, qui Sanctissimum Eucharistiz Sacramentum associant: qui causus longè distat à primo, cum sic aperiretur via delinquentibus continuò vagandi, Ecclesiæ fines deserendo; omnia tamè S.R.E. censorū remittimus.

S Y M M A R I V M .

- 1 Terminus quandoq; datus fuit super iuris articulo.
- 2 Questiones iuris intricati equiparantur questionibus facti.
- 3 Arbitrium Iudicis in dando termino super iuris articulo quale debeat esse.
- 4 Articulus iuris, tanquam non dependens à probationibus, non admittit terminum.
- 5 Articulus iuris quandoque equiparatur probationibus, cum ambo referuari soleant ad merita cause, licet diuersimode.
- 6 Articulus iuris requirit terminum, quoties dilucidari potest ab aliquo facto, quod requirit probationem.
- 7 Sententia an possit proferri absque termino, quando factum liquet.
- 8 Questiones iuris, & facti, equiparantur, cùm agitur de immissione virtute legis finalis.

DILVICIDATIO DECIS. XVII.

Quamvis decisio hæc videatur esse vulgari, non abique aduersione erit percurrentia. Habemus in ea, quandoque super metro iuris articulo fuisse datum terminus, prout testatur Anna sing. 470. sicuti etiam in articulis iuris intricati, qui questionibus facti equiparantur, ex Capyc.dec.10. sed in casu hic propoito fuisse reiectum terminus; vnde Sanfelix ex hac iei iudicat varietate conccludit, multum præualere iudicis arbitrium.

Post Sanfelicium scilicet alii, in controvèrsia iuris tantum posse Iudiceni procedere abiq; termino, vt videtur est apud Capyc. latr. dec. 189. num. 3. Quinimò Reg. de Marin. in lib. I. resol. iur. cap. 66. num. 6. adducit textū, quem, ipso teste, multi ignorant, in cap. sapè de appellat. vbi hæc. Cum frequenter iuris questione moveantur, cuius apud nos probationes necessaria in contrario non existunt, & huius legis meminit in lib. 2. cap. 23. 1. sicq; decisum refert apud Praef. de Cus. Alios adducunt Domini Franci Verde in addit. ad Gallup. præ-

xim part. 2. cap. 18. lit. A. & de Luca ad decis. Vinc. de Franch. 628. in appendic. Et uberrimè Dominus Consiliarius Petra ad Rit. M.C. V. 69. num. 13. & nuper in Rit. 273. num. 166. vers. & tandem.

3 Sed difficultas stat in examinando, quale debeat esse Iudicis arbitrium circà hoc, cùm non quoties Index voluerit supèr merito articulo iuris terminum denegare, denegandus sit, vel, quoties voluerit concedere, sic concedendus.

Iam video, multos respondere, ductos ex Capyc. loc. cit. terminum esse dandum, quoties articulus nimis controversus est, adeo, ut dubius reddatur, & incertus; sive, sicuti probationes dubiaz in facto terminum effigitant, ita etiam articuli in iure dubij.

4 Hæc responsio nihil valet apud me, dum non eodem modo discurrendum est de probationibus, quo de articulo iuris discurremus, cum probationes pendeant ab extrinseco, & à facto; adeoque nil mirum, si ad illas faciendas requiratur terminus, qui dari solū, vt in illo probationes facienda coartentur. At verò in articulis iuris dubitatio non oritur ab aliquo extrinseco; ad quid ergo terminus, si in termino nullæ sunt facienda probationes? An non deseruieret, vt Iudex in termino illis studeat?

Et Capyc. bene perspensus non in omnibus equiparauit articulos iuris, & probationes; inquit enim tantummodo, sicut probationes dubiaz referuantur ad merita cause, ita etiam referuandos esse articulos iuris dubios, quod non negatur; hac verò disparitate, vt probationes referuentur ad merita cause, medio termino; secùs autem iuris articuli, qui absque termino deciduntur; vnde S.C. sapè numero, cùm articulus dubius est, nullum terminum statuit, sed definit tātum, vt procedatur ad decisionem alicuius articuli, quod passim obseruari videntur, & legimus apud Gizz. ad Capyc. latr. dec. 189.

Igitur conccludimus hic cum Sanfelic. quoties agitur de quois iuris articulo, quamvis dubio, & incerto, nullum concedendum fore terminum, sed ad illius decisionem veniendum absque termino; nam dubitatio, & incertitudo probationibus extrinsecis non indiget, non ergo indiget termino; arbitrium Iudicis verò, quod Sanfelix hic præualeat edocet, illud est, vt consideranti patet; vt scilicet; si, consistente causa dubietate in articulo iuris, per alterutram partem opponatur aliquid factum (hoc lector aduerte) Iudex videat, an factum illud, quod opponitur, faciat ad causæ decisionem, siue, antedat articulum promptiorem, cum enim ius ex facto oriatur, facilimè euenire poterit, vt, existens dubius articulus, à facto redda.

6 ponatur aliquid factum (hoc lector aduerte) Iudex videat, an factum illud, quod opponitur, faciat ad causæ decisionem, siue, antedat articulum promptiorem, cum enim ius ex facto oriatur, facilimè euenire poterit, vt, existens dubius articulus, à facto redda.

reddatur, vel certus, vel promptior ad resolutionem. Si igitur sic se habebit factum oppositum, Iudex terminum dabit; si aliter, fecit; Unde in hoc regulabitur Iudicis arbitrii; an scilicet id, quod opponitur, faciat ad causas decisionem; hoc enim, quia nequit certis principijs determinari; Iudicis arbitrio remittitur, siveque intelligendus *Sanfelicius*, qui, licet paucis id aduertat, sensate norat; idque expresse aduertit *Mastrill.* decif. 217. num. 4. & seqq. quem sequuntur *Romit.* in *Pragm.* 7. de ord. indic. num. 1. 2. & idem *Sanfel.* in *praxi* sect. 46. num. 10. Quod clarissimè suadetur ex iis, quae scriptis Reg. de *Marin.* in d. cap. 23. 2. referens verba *Prefit.* de *Cause*, apud quem si *C.* videns, in casu, de quod agebatur, reuniuit atque producere potuisse, nisi assensus precedentiam, que per testes probari nequibat, edixit, procedendum esse ad causam expeditionem absque termino.

Nec te auerteret *Singulare Anne*, vbi habemus, in causa Marchionis Lauelli, in qua discepabatur, an legato feudo, deberetur estimatio, fuisse datum terminum; non enim iurare poteris, in illa causa, in qua agebatur de legato feudo, nil facti fuisse immunitum; quod si perpendantur attente verba *Anne*, illius reperiemus, afferentem principio illius *Singularis* admodum brevis, secentiam posse ferri absq; termino, quando factum liquet; & deinde concludentem, in causa Marchionis Lauelli, in qua erat articulus iuris, an legato feudo, deberetur estimatio, fuisse datum terminum; vnde non ex eo, quod ait, in ea causa fuisse punctum iuris, voluit excludere factum; sed, si hæc ultima verba regulentur à predictis, adesse debebat factum; at supponendum erat certum. Quod non obstat; poterat namque Deceunis Presidentibus Regis Camere videti incertum, quod *Anne* liquere supposedit.

Præterea, non ne alcemera pars excipere posset, ipsam velle probare, nullum factum legatum, vel, si factum, falsoèm aliis quibus circumstantijs, qua, vel illud nullum reddebat, vel saltem excipienti utile. Ita sane; hæcque omnia, ceteraque huiuscmodi, mouere poterant Doctoros Regis Camere ad terminum impariendum, & in expeditione causæ de articulo fortè promptiori ex facto probando disceptare. Concludendum itaque, non obstat aduersa, sc. *Sanfelicius* modo, per nos exposito secundum veram praxim S. C. aliorumque supremorum Tribunalium decisiones, intelligendum.

3. Aduerte tamen, licet quæstio super articulo juris non requirat terminum, quem

requirit quæstio facti, adeoque hæc duas quæstiones int̄ se differant; nihilominus ab utraque eundem effectum pullulare, cum agitur de lege fin. C. de edit. Dini Adr. tollit Erenim, si ab herede scripto petator immissio vigore prefata legis, & è contraria ab aduerfario aliquid opponatur, quod alio rem requirat indaginem, hoc casu exceptio iuris dubij equiparatur facto, ex Rot. apud Seraph. decif. 271. sub num. 6. par. 1. & cibsequently non admittitur in iudicis summarijs, prout est illud immisionis, ut probant Argel. de legi: contradict. qu. 10. art. 22. num. 281. vbi decisionem refert, alijque, quos sequitur Capyc. latr. consult. 14. nn. 19. & seqq. eo quod conclusiones disputabiles resenantur in petitorib, & interim datur immisso, ut volueret omnes ij, quos adducit, & sequitur idem Capyc. latr. consult. 15. nn. 100. & seqq. referens in calce decisionem S. R. C. *Marta de success.* legat. part. 4. quæst. 16. art. 3. num. 3. & 6. *Peregr.* de fideicommiss. art. 48. n. 33. & conf. 23. num. 2. *Parisi.* conf. 54. num. 6. lib. 5. *Ruin.* conf. 47. n. 6. lib. 1. & conf. 27. lib. 5. alijque relati ab eod. Capyc. latr. d. consult. 14. num. 19. quod idem docte firmauit *Consiliarius Marcellus Marciannus senior in solemni illo cons.* 1. art. 1. num. 1. varijs comprobans Doctorum andicatibus. Quare concludendum, hoc casu equiparari quæstiones iuris, & facti.

S V M M A R I V M .

1. *Fugiens ad Ecclesiam non perfecte construitam, sed Episcopi auctoritate adificatam,* gaudet Ecclesiastica immunitate.
2. *Locus non constructus auctoritate Episcopi non dicitur ecclesiasticus.*
3. *Immunitate ecclesiastica gaudet Ecclesia non perfecte constructa, quamvis adificatio fuerit aliquo tempore intermissa.*
4. *Fugiens ad Ecclesiam, quam post flagram Episcopus declarat, esse locum profanum, an reddatur immunitis.*
5. *Fugiens ad Ecclesiam dirutam absq; spacio regeditationis non gaudet immunitate.*
6. *Locus an incipiat dici profanus a die declarationis facta ab Episcopo.*
7. *Ecclesia, que construit definit; censetur locus desertus.*
8. *Ecclesiam, sive oratorium adificare incipiens, infra quod tempus teneatur adificationem, u complere.*
9. *Episcopus nequit iuri delinquenti quæsio pro immunitate praeditum inferre.*
10. *Locus duxitus an differat a loco non perfecte a confirmatio quoad inducendam profanationem.*
11. *Ecclesia quando possit exercari, & quando securus.*

DILVCIDATIO DECIS. XVIII.

1 N decisione hac habemus , fuisse deci-
sum, configiencem ad Ecclesiam non
dum perfectè constructam gaudere ecclesi-
stica immunitate , dummodò auctoritate .
Episcopi sic adiudicata ; cum sat sit , ut pri-
mus lapis eius auctoritate sit positus ad hoc ,
ut dicatur perpetuo Diuino cultui dicata .

Hecque conclusio communis est apud
DD. quos adduxerunt Clarus in S. fin. q. 30.
vers. quare sic constructa. Ciarl. coneron. lib. 1.
cap. 10. n. 6. & Dom. Rodoer. ad cap. 179. Reg.
de Marin. num. 3.

Requiritur igitur , ut Ecclesia sit Episco-
pi auctoritate costructa , & ratio est , quia
locus ille alioquin non diceretur Ecclesia-
sticus ex glia. Clem. 2. de prabend. & scripser-
runt Barbo. ad Conc. Trident. sess. 22. de refor-
mat. cap. 8. num. 7. Mastrill. decis. 110. à num. 9.
Merlin. tom. 1. contr. 4. forens. cap. 65. number. 7.
Gizz. in obseruat. ad l. b. 1. dec. Reg. Capyc. latr.
num. 16. alijque apud citatos ; sicque , licet lo-
cus à clero constructus , sit ab ipso Episcopi
auctoritate ; non proinde appellabitur ecclesi-
sticus , & consequenter nequibit ecclesi-
stica si uia immunitate ad illum configiens .

2 Hec autem immunitas locum sibi vendi-
cat etiam in Ecclesia non perfectè construc-
ta , quamvis constructio aliquo tempore
fuerit intermissa , ut Diana optime in summ.
grati. de immau. et celsi. postea loca n. 2. quem
sequitur idem Dom. Rodoer. ubi supra contra-
Ital. de immunit. eccl. lib. 1. cap. 4. 5. 3. num. 15.

4 Sed hinc , lector , delinquentem fugiisse ad
Ecclesiam non perfectè constructam , quia ,
præter paucos lapides , nil forme perfectæ
recepit , adeò , ut dubitent ciues , an locus
ille unquam diuino cultui in posterum de-
seruieret . Post ingressum delinquentis , Epi-
scopus , ne putet curia secularis , delinquentem
esse ibi tutum , declarat locum illum ,
quamvis eius auctoritate erectum , esse tam-
en profanum ; an delinquens possit per
Curiam seculariem in illo capi ?

5 Quid supèr hac te sentio , non aperiam .
Rationes pro veraque parte adducam . De-
linquentem non gaudere immunitate , posset
probari paritate ; nam configiens ad Ec-
clesiam dirutam , si nulla adhuc redificatio-
nis spes , non gaudet immunitate , ut volue-
runt omnes i. quos referant Peregrin. de im-
munit. eccl. lib. cap. 4. num. 43. & Ambr. s. cap. 10.
num. 4. ergo idem dicendum de Ecclesia non
perfectè constructa , quia nullam habuit ipse
diuino cultui inserviendi , ut ex his oke-
dit . Et quamvis regerit potest , locum non
potuisse dici profum , nisi à die , quo il-
lum Episcopus eadem declaravit ; responde-
tur , declarationem non esse factam ad pro-

fanandum locum , qui antea Ecclesiasticus
dicebatur ; sat enim erat , ut per multum tē-
pus nulla fuisse continuatio adificandi , sed
declarationem fuisse factam , ne ab homi-
bus amplius existimaretur Ecclesiasticus lo-
cus ille , qui ex temporis lapsu profanus es-
sit , adeòque , ne delinquentes putarent se ip-
sos tutos ibi esse .

Quæ duo diversa sunt , cum alijs ex lap-
su temporis nulla fuisse et necessitas declaran-
di locum illum profanum . Et licet quando-
que Episcopus aliquem locum pronunciet
profanum , qui antea Ecclesiasticus erat , ex
iustis causis ; evenit id , quia locus ille est
perfectè constructus .

Vnde , ad hoc , ut profanus evadat , indiget
declaratione . Non sic autem de loco non
perfectè eon' ructo , qui nullam aliam in Epi-
scopi declarationem efflagitat , dum talis
declaratio à temporis diuinitate facta est ,
eo prorsus modo , quo de Ecclesiis dirutis di-
sgurrimus .

7 Et facit pro hac opinione , quod ait Ia-
lis loc. cit. quia Ecclesia , quæ construi defi-
nit , nec continuò constructur , censetur , poti-
us locus desertus , quam docta oracionis .
Idque ait , motus auctoritatis Goffredi in sum-
ma de conse. eccl. dicencis , si quis cœperit
Ecclesiam adificare , teneri illam perficere et
quam opinionem sequutus est Hebbensi in
sum. moti ambæ ex Arch. de eccl. s. 5. si quis
8 autem volerit , & s. si quis edificationem , vbi
disponitur , ut ex quo quis adificare cœpit ,
teneatur consummare intra quinque annos ,
si sit oratorium ; si autem Xenodochium ,
intrâ annum compleri debeat .

Pro contraria opinione facit , quia Epi-
scopus non potest iuri per alium quæsito pre-
iudicium inferre ; vnde , si statim ac sius au-
toritate primus lapis in illo loco positus est ,
factus est ecclesiasticus , configiens gaudet
immunitate ; sicque per declarationem po-
ste subsequtam non potest illi præjudicare .
Et licet temporis lapsus sit apex ad induc-
dam alicui loco dirutam profanitatem ; non
erit habilis ad illam inducendam loco non
perfectè constructo , & ratio disparitatis est .
10 quia locus dirutus , si nullum trahit principium
redificacions , arguit priuationem
futuram ; non sic locus non perfectè construc-
tus , qui n. 11 arguit priuationem ex tempo-
ris lapsu , dum adiudicium cœptum est , & ali-
quibus ex circumstantijs edificatio cessauit ;
quare , ut profanus dicatur , indiget decla-
ratione , quæ operatur ex auct. , nec retro-
trahitur ad tempus præteritum , quo locus
ille ecclesiasticus dici debet ac ex auctorita-
te Episcopi , qua fuit erectus . Quamnam au-
tem ex istis opinionibus dixeris veriorum ,
confite doctiores .

Hinc

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

45.

11. Hinc collige ex Lay. i. 5. tit. 5. cap. 5. Ecclesiā , & cæmeterium execrari posse, non solum per destructionem , & casum majoris partis illius , sed etiam quando ita destruitur , ut suam formam , & usum videatur perdere ; secus autem , si dixerat solum tectum . Quod optimè distinguit Pater Busembau. sua Thcolm. lib. 6. tral. 3. de Eucharist. cap. 3. de celebrat. missa dub. 4. vers. pro rō Ecclesia .

S V M M A R I V M .

- 1.** Immunitate Ecclesiastica gaudent committentes homicidia in atrio Ecclesia .
- 2.** Ecclesia , & cæmeteria tantum includuntur in Gregoriana constitutione ad excludendos ab immunitate delinquentes in illis .
- 3.** Ecclesia rigorosa nomine secundum Gregorianam constitutionem quanam veniat .
- 4.** Immunitas Ecclesiastica diverso modo accipitur pro consuientibus ad Ecclesias , & pro delinquentibus in illis , & assignatur ratio difference .
- 5.** Ecclesiam partes integrantes quamnam sint , & qua non , casim ponuntur .
- 6.** Sacellum an sit pars integrans Ecclesiam , & quomodo .
- 7.** Vulnerans letaliter aliquem , qui extra Ecclesiā deinde moriatur , an gaudet ecclesiastica immunitate .
- 8.** Homicidium censetur commissum in Ecclesia , quamvis , qui in Ecclesia vulneratus est , extra illam moriatur .
- 9.** Occidens aliquem extremum in Ecclesia , aliter ipse extra eam sit , non gaudet immunitate ecclesiastica .
- 10.** Occidens alium existente exara Ecclesiā , si ipse in Ecclesia existat , an gaudet immunitate .
- 11.** Homicidium , sine patrum ab existente extra Ecclesiā in persona existente in Ecclesia , sive ab existente in Ecclesia in persona existentis extra illam , semper dicitur commissum in Ecclesia , & quare .
- 12.** Occidens in Ecclesia aliquem , sive ex ira , sive ex proposito , nunquam gaudet immunitate ecclesiastica .
- 13.** Indultus excipiens sacrilegos an comprehendat occidentes in atrio Ecclesiā , & an in quisbus uncinque Ecclesijs ; ad dilucidationem h. si quis in hoc genus C. de Epis. & aler.

DILVICIDATIO DECIS. XIX.

A Team continet decisio materiam . Habeamus hic , M.C. iudicasse , gaudere immunitate ecclesiastica committentes homicidia in Ecclesia atrio , cuius occasione Sanfelicius casum alterum transcribit , eiusque reportis tunc Regij Auditoris allegationes adduxit . Dux quidem potissimum super rationes . Pr-

ma; quia Gregoriana , quæ immunitatem certis in casibus denegavit , h̄c habet . Homicidia , sc̄e mutilationem membrorum in ipsis Ecclesijs , eorumque cæmeterijs committere non verentur ; siveque , si loquitur per dictiōnēm in , quæ re vera idem sonat , ac in eis , nō comprehendit atrium . Altera , quia eadem Ecclesias , & cæmeteria tantum exprimit , igitur non loquitur de atrio , quod non est Ecclesia rigorose sumpta . De qua re scriptere etiam Ries . collect. 4008. Tber. aliisque penes Ciarlin . cap. 154. Dom. Rodoer. ad lib. primum Reg. de Martin . cap. 170. n. 16. latd Merlin . contr. iur. cent. 2. cap. 55. Dom. de Luca ad Vinc. de French . dec. 402. n. 4. ver. Alia difficultas .

3. Ut autem ex hac decis. certa regula statuatur sub Sancte Romane Ecclesiæ censura , supponendum , Ecclesias , & cæmeteria tantum includi à Gregorianis , igitur , quicquid non est Ecclesia , nec cæmeteria , non ingreditur Gregorianæ dispositionem . Quare , cum multa sint in Ecclesia , videndum breuitè est , an illa veniant appellatione rigorosa Ecclesiæ ; siveque aduertendum , omnia illa venire huiusmodi appellatione , quæ illam integrant , eaque integrare Ecclesiam , quæ proximè deseruunt ad Diuinum cultum .

4. Et ratio huiusmodi acceptioonis est , quia Gregorius noluit , ut mutilationes in Ecclesia , & occidentes , non gaudescerent immunitate modo , quo gaudent ad illam consuientes , cum sic atrium , & alia loca , non essent immunita pro huiusmodi delinquentibus ; sed quoniam agebatur de criminis , quod in loca ecclesiastica committebatur , ut immunitatem expenderet , declarauit , in quibus locis delinquentes illatae deperdere debebantur , & expressit Ecclesias , & cæmeteria : igitur non intellexit de iis , quæ non sunt , nec Ecclesia , nec cæmeteria ; alia sive fuisset verbis generalibus ; & sic Ecclesia non sumenda est secundum latam significationem , & secundum ad locum , quod gaudet immunitate , cum sic etiam complectentur atrium , & ceteraque loca non expressa in Gregorianis , quæ alias immunitatem seruant . Unde Gregorius illa voluit , ut venirent , quæ Ecclesiam , proximè integrant , & alii calu Ecclesia scripsi . & c. sumuntur , ut bene & seruante conf. 76. n. 3. discurrit ex Sua de relig. sem. 1. tral. 2. lib. 3. c. 9.

His positis , videamus breuitè , quoniam sint ea , quæ in subiecta materia Ecclesiæ proximè integrant , tamque in stricta significacione repouunt . Et profectò actione non constituit , nec integrat proximè Ecclesiæ , quia , diruto atrio , adhuc remanset perfetta Ecclesia , dum atrium non proxime deseruit pro diuino cultu .

5. Scale non integrant Ecclesiam , quia sint illis

illis adhuc Ecclesia permanet, nec proxime ad Diuinum cultum deseruiunt.

Dormitorium nec Ecclesiam integrat, quia sine dormitorio adhuc Ecclesia remanet, nec dormitorium immediatè deseruit Diuino cultui.

Campanile nec Ecclesiam integrat, quia sine illo Ecclesia perfecta, & integra est, nec illud deseruit immediatè, & proxime ad Diuinum cultum.

Tectum Ecclesiæ, si loquamur de parte interiori, immediatè, & proximè integrat Ecclesiam, quia illa immediatè concurrit ad Diuinum cultum; si de parte exteriori, non integrat Ecclesiam immediatè, & proximè, sed mediata, & remote; vnde occidentes supra tectum gaudent immunitate, secùs intra aedem, & sic in Ecclesia strictè sumpta. Hæc que distinctio videtur esse de mente Ricci ad dec. 402. Vinc. de Francb.

Parietes, si loquamur de parte interiori, immediatè integrant Ecclesiam; aliter verò, si de parte exteriori, siveque occidentes extra Ecclesiæ parietes, quamvis illos tangentes, gaudent immunitate, secùs verò, si intra. Pauimentum, si parietè est sermo de parte interiori, immediatè, & proximè Ecclesiam integrat, si de exteriori, remote tantum; vnde occidentes in interiori pauimenti parte non gaudent immunitate; secùs verò in exteriori, sive parte subterranea: quod intellige, dummodo in parte subterranea nihil reputariatur, quod deseruiat ad Diuinum cultum, cum saute reperiantur Ecclesiæ subterraneæ, multaque eximteria.

Sacellum non immediatè, & proximè Ecclesiam integrat de se, licet mediata, quia omnis scilicet in loco Sacerdos Sacris verbis induatur, seque ad faciendum præpararet. Dixi, de se, cum per accidentem possit Ecclesiam integrare, puta, si illud situm non sit in loco extra Ecclesiam, ab eaque semoto; sive enim, quia est in loco interiori parietum Ecclesiæ, occidentes ibi non gaudent immunitate ecclesiastica, sive recipiendus, & non aliter, Sperell. dec. 61.

Puto, me omnia principalia Ecclesiæ loca ex his enunciatis: si quæ alia sunt, omnes dubitationes regula eadem generali resoluuntur. Non negauerim tamen, loca superius exposita deseruire quidem pro Diuino cultu, sed non integrare Ecclesiam in nostra subiecta materia in stricta significatione. Quæ duxi longè inter se differunt, vt superius diximus; siveque ad hunc effectum mediata tandem, & remote Ecclesiæ constituerent, & diuino cultui inservirent. Quod alijs terminis ad rē explicat Men. doc. cit. n. 25. & seqq.

Ceterum quoad alios effectus omnia hæc loca gaudent immunitate, vt alias scripsimus,

quia etiā atrium, de quo sermo in hac nostra decis. ex expressa dispositione exp: si quis in atrio 17. q. 4. art. 4. gaudet immunitate. Ibi. si quis in atrio Ecclesia pugnare committit, anē homicidium facit, quicquid pro immunitate violata emendandum est, alterio s. l. matur, cuiusque fuerit Ecclesia illa.

Alia ad materiam vide apud adductos per Flaminum Amendolam ad dec. 402. Vinc. de Francb. aliosque apud citatos.

Hic autem pulchra agitari potest quæstio; nam Gregoriana voluit, vt mutilates, & occidentes in ecclesijs non gauderent immunitate; Titius ergo lethaliter vulnerauit Sempronium, qui, vulnerantem, fugientemq; extra Ecclesiæ persequens, in atrio moritur. Quæritur ergo, an Titius vulnerans gaudet immunitate ecclesiastica?

Et Bonacina, ni fallor, similis questionem agitat in tract. circa primum Decalogi præceptum disp. 3. quæst. 7. punct. 6. s. 2. n. 5. & inquit, privilegio immunitatis non gaudere, qui aliquem in Ecclesia lethaliter vulnerauit, sed vulneratus extra Ecclesiæ mortuus est: tradens rationem, quia delictum homicidiij censetur commissum in Ecclesia. Quod verè placet; sat enim est, si ex illo vulnere mortuus sit, ad hoc, vt dicatur homicidium commissum in Ecclesia, adeoque quisque, vt gauderet Ecclesiastica immunitate, inimicum in Ecclesia vulneraret, eumque foras posset proijceret, vt foris anima efflaret. Quod ridiculum est.

Hinc collige primò, si quis extræ Ecclesiæ existens, sclopo, aut alio instrumento, puta sagitta &c. vulnerarerit existente in Ecclesia, non gaudere immunitate Ecclesiastica, quia homicidium dicitur in Ecclesia commissum. Ita ex Cosar. Farin. Italia, ceterisque concludit idem Bonac. loc. cit. num. 2. ex quibus principijs n. 3. voluit, vt gauderet quidem immunitate, qui, in Ecclesia existens, alium extræ Ecclesiæ existentem vulneraret, quia tunc homicidium non diceretur commissum in Ecclesia, afferens rationem, quia alioquin sequeretur, spoliari immunitate eum, qui euaginato ense in Ecclesia sequutus est alium, quem extra Ecclesiæ morti eradicavit, licet deinde concedat, posse illum ab ecclesiasticis ministris capi ob sacrilegiam vulnerationem in Ecclesia incoharam. Contrarium tamè docuere Couarr. Italia, Peregr. & alij ab ipso fideliter citati, quos sequi non displaceat, ea tantum ratione, quia, siue homicidium committatur ab existente in Ecclesia in persona existentis extra Ecclesiæ, siue ab existente extræ Ecclesiæ in persona existentis in Ecclesia, tempèr dicetur homicidium commissum in Ecclesia, quæ semper dicetur offensa in homicidiij commissione, siue per

oc-

occidentem in illa commorantem , siue per occisum ibi pariter extantem : Quod ad uerte .

12 Collige secundò , ut idem Bonac. loc. cit. voluit , occidentē in Ecclesia , siue ex proposito . siue ex rixa , & calore iracundia , semp̄ impunē capi posse , dum constitutio Gregoriana nullam afferat distinctionem à nos pullis gratis positam ; quam etiam tulit Reg. Merl. loc. cit. ad dec. Sanfelicij explicandam , multos adducens num. 32. & seqq.

13 Collige tertio , secundū nostra , & receptiora principia , idem dicendum esse de indultu excipiente sacrilegos ; etenim , si quis occiderit aliquem in atrio Ecclesiaz , gaudebit indultu excipiente sacrilegos , quia huiusmodi homicidium non est Sacrilegium de iure ciuili , ex l. si quis 10. C. de Episc. & cleri ubi Arcadius Imp. hæc . Si quis in hoc genere Sacrilegū proruperit , ut in Ecclesia Cathedra- li irremens , Sacerdotibus , & Ministris , vel ipse culni , locoque a iudit importet iniuria &c. Ex quibus verbis evidentē colligitur , Imperatoreū illud voluisse esse Sacrilegium , quod committitur in Ecclesia , & ly , in Ecclesia , idem sonat , ac int̄as Ecclesias , ut suprā diximus , vnde , cum indultus Regis , loquens de Sacrilegio , intelligatur loqui de Sacrilegio accepto secundū ius ciuile , ex dictis & Vinc. de Franch. decis. 240. num. 18. occidens aliquem in atrio non excipietur ab indultu excipiente Sacrilegium , quod secundū ius ciuile non committitur in atrio , sed int̄as Ecclesiam , ut bene Vinc. de Franch. d. decis. 402. Hancque dixeris conuincētem rationem : Carterum , an excipientur à tali indultu omnes committentes homicidia in quaunque Ecclesia , non est huius loci disputatio , sed obitē dico , ab indultu excipiente Sacrilegos illos tantum intelligi exceptos , qui irruunt in Ecclesiam Cathedralem , & in ea occidunt : nām de tali Ecclesia loquitur Arcadius ; vnde , cum simus in odiosis , non est Regis indultus ad alios casus extendendus . Hancque quoad indultum satis , dum alia , si sermo incidet , vberius dilucidabimus .

S Y M M A R I V M .

- 1 Assassinus vulnerans clericum non gaudet immunitate ecclesiastica ; secūs , si absque tali qualitate illum interficiat . Quod late exanimasur .
- 2 Assassinū pana multatetur assassinus , quoniam mors non sequatur , sed quomodo .
- 3 Assassinus etiam dicetur , qui absque presi rectione alium interficit , dummodo alind aquilatens interuenias , quale poterit esse amor .
- 4 Occidens clericos odio ecclesiastici ordinis non gaudet immunitate ecclesiastica .

- 5 Iniuria facta clero , en , & quando dicatur facta Ecclesia .
- 6 Haretici , siue infideles , non iuuantur immunitate Ecclesiaz , nisi quatenus fideles offici uelint .
- 7 Occidens aliquem iſtu sclopī an gaudeat immunitate Ecclesia .
- 8 Proditor secundū loquendi usus dicetur , qui ex insidijs aliquem offendit .
- 9 Proditor ille vere dicetur , qui calore amicitia badit aliquem .
- 10 Proditor sub colore amicitie tantum suis exclusus ab indultu ex decisione relata à Vinc. de Franch. sed quid post Pragm. 3. de iſtu scoppio &c? vide n. 13.
- 11 Proditor secundū usus loquendi non excludetur ab immunitate Ecclesiaz per Gregorianam , flante declaratione Clementis VIII.
- 12 Immunitate ecclesiastica an gaudent occidentes cum tormentis igneis , attenta Pragm. 3. de iſtu scoppio .
- 13 Indultu an gaudent occidentes cum sclopis , si ab illo excipientur proditores , attent a Pragm. 3. de iſtu scoppio .
- 14 Delinquentes cuns armis igneis non perdunt immunitatem Ecclesiasticam , etiam attenta Pragm. 3. de iſtu scoppio .
- 15 Summus Pontifex consulendus est in causa immunitatum Ecclesiasticarum . & traditur efficax ratio .

DILVICIDATIO DECIS. XX.

C Vriosā profectō , non secūs ac utilis decisio hæc , in qua breuissimè disceptatur , an i vulnerans clericum gaudeat immunitate ecclesiastica : & Sanfelicius duplē adducit decisionem , quarum altera alteri aduersatur . Quānām ergo sequemur , lector & veramque dias admittendam , quia vtraque vera ; nām re vera contrarie non sunt .

Et certè , prout videri poterit , præter citatos à Sanfelicio , apud Reg. de Marin. resol. iur. cap. 170. num. 13. ibique Dom. Rodoer. num. 32. & seqq: quamvis scissi fuerint D.D. opinio tamē probabilior est aſterentium , gaudere immunitate ecclesiastica eos , qui clericos , aut Sacerdotes vulnerant , siue interficiunt , quandoquidē excommunicatio , in quam his casibus inciditur , non est ratio , qua immunitas ecclesiastica desperdatur , ut bene Reg. Sanfelic. & Rodoer. præter quām quod , ut D.D. qui pro hac cōmuni opinione stant , optimè inferunt , hic casus non est expressus in Gregoriana ; ergo non comprehenditur in illa . Benē igitur , cām M.C. quām Collaterale Consilium arbitratum est , gaudere immunitate cum , qui Sacerdotem interfec- rat .

Et bene etiam S.C. pronunciauit , non gau- dere

dere immunitate ecclesiastica vulnerantem clericos. Iam video, vrgere multos, dicentes in saeuiori casu Collaterale Consilium pronunciasse pro delinquentे; Sacrum Consilium verò in illum in casu mitiori.

Sed non ita se res habet; si bene casus à nostro Regente prepositi verba attendatur; siquidem Masillus Pepe, de quo Regens, clericum vulnerauerat dolo ex proposito, & indiciatus de mandato alterius, ad Ecclesiam aufugerat: vndè constitit, delictum hoc esse verum assassinum, quod excipitur à Bulla Gregoriana. Merito igitur ille ecclesiastica immunitate fuit priuatus.

Sed dices primò, ibi non agi de assassinio; dum mors sequuta non fuit. Ad hanc obiectionem respondebit Innocent. in cap. 1. de homicid. in 6. assassinum etiam dici, quāmuis mors non sequatur, his verbis. *Quempiam Christianorum per predictos assassinios interfici fecerit, vel etiam mandauerit, quamquam mors ex hoc fortissim non sequatur &c.* si igitur, quamvis mors non sequatur, Innocentius vocat illos assalitos, ad quid hęc obiectio? De hac re videndi Peregrin. de immunit. Eccl. cap. 7. Diana resol. mbral. par. 1. præst. 1. resol. 13. alijque, quos adducit Dom. Rodōer. in addit. ad cap. 171. *Regentis de Marinis n. 11.*

Dices secundò, in hac decisione nullam fieri mentionem de pretio recepto, sine quo nequit esse assa sinum.

Sed ad hanc obiectiōnē respondebit Vinc. 3. de Franc. decisiō: 176. qui refert, fuisse pronuntiatum, verū dici assassinum, qui absque pretio ad alterius instantiam, vt eius amore caperetur, aliquem interfecit, multosque causū referūt prefatus Dom. Rodōer. loc. cit. n. 12. Et Dom. de Luca ad dictam Vinc. de Franc. decisiō. quos vide, cum huius loci non sit de illis disputare. Præterea, licet Regens Sanfelicius non dicat, ibi premium non interue nisse, sicuti nec cōstitisse assassinum; nihilominus tamē ex decisione emanata quilibet prudenter colligere poterit, aliquam qualitatem ibi interuenisse, quā Iudicantes mouerit ad immunitatem delinquenti dengandam; hęcque else poterat, vel assa sinij, de quo ille erat indiciatus, vel proditorij comprehensiō sub verbo illo (dolo ex proposito) quod exponitur initio decisionis à Reg. Sanfelicio, qui non inde redarguendus est, eo quod non omnia manifestarit, cum multa prudenti lectori consideranda relinquantur, quā à scriptore non apponuntur; vel quia ille tempore decisionis nō interfuit, vel quia Iudicatiū mentes non introsperit; vel quia de rationibus, super quibus decisio fundata fuit, dubitauit.

Igitur, vt cōcludamus, vtraq; decisio relata à Sanfel. in iure fūdata est, siq; hęc cōsiliatio

nō plenē arrideret, sequere decisionē Collateralis Consilij. Ex quibus tres elicimus conclusiones. Prima sit, occidentem clericos, præter modos expresos à Gregoriana, gaudere Ecclesiastica immunitate. Secunda sit, occidentem clericos qualitate expressa in Gregoriana, scilicet assassinij, vel proditorij, non gaudere immunitate Ecclesiastica, nec circa hoc procedendum cum distinctione; nā, siue interficius fuerit clericus, siue secularis, interficiens nulla gaudebit immunitate, cum qualitas delicti, nō persona, quę interficitur, reddat delinquentē Ecclesiastica indignū im munitate. Tertia deniq; sit, occidentem clericos non gaudere immunitate, si illos interficiat odio ordinis ecclesiastici; & hoc reuocari poterunt ea, quā communiter allegantur ex c. 2. 5. fin. de foro comp. c. accusatio 2. q. 7. scilicet, iniuriam factam clero dicitātā Ecclesiastice vndè frustrā ad Ecclesiam recurrit, qui directe contra Ecclesię decorum operatus est, ad instar paganorum, ceterorumque hereticorum, siue infidelium, qui Ecclesię immunitate non iuuantur, nisi quatenus fideles effici velint, vt optimè Nauarr. in Manual. cap. 25: nu. 20. ex l. 1. cum Gloss. C. de his. qui ad Eccl. config. Boer. dec. 100. aliisque p̄fisi.

Hic autem queri solet, an interficiens aliquem i&tu sclopi à tergo gaudeat immunitate Ecclesiastica. Et difficultas in eo stat, quia, cum proditor ex communi loquēdi vſu dicatur, qui ex insidijs aliquem offendit, siue inimicus ille sit, siue secūs; videtur interficiens i&tu sclopi à tergo esse proditor, & consequenter comprehensus in Bulla Gregorij XIV. qua disponitur, ne proditores gaudent ecclesiastica immunitate. Ibi, *Aut qui proditorie proximum suum occiderit.* Hanc opinionem sequitur Doctissimus Conar. lib. 2. variar. resol. cap. 20. num. 7. cui adhæret Farinac. de delict. Et p̄n. quæst. 18. num. 46.

E contra verò; cum Bartolus in l. respiciendum 5. delinquitur: ff. de pānis: dicat, tunc intelligi commissum homicidium proditoriū, quando fuit patratum colore amicitiz, hęc que opinio in Regno recepta sit, vt colligimus ex Vinc. de Frāc. dec. 713. qui multa afferat, referens præcipue, in materia indultus excipientis delicta proditoria, fuisse decisum, de lictum, proditorium ab indultu exceptum illud dici, quod colore amicitiz patratum est; videtur idem dicendum quoad immunitatem ecclesiasticam, scilicet, à Gregoriana illa excludi homicidia, quā colore amicitiz patrata sunt, hęcque in rigore appellanda esse proditoria, & hanc opinionem tenere omnes, quos referunt Gizz. ad dec. 167. Capyc. latr. Et Dom. de Luca ad dictam decisiō de Franc. cb. 713.

Quare, vt videtis, difficultas stat in duobus

bus articulis. Primus est, qualenam dicatur delictum proditorie commissum. Secundus est in materia immunitatis ecclesiasticae, quanam sit receptionis opinio. De primo agemus in dilucidatione dec. 241. quæ est propria eius sedes. De altero igitur est hic breviter discendum.

Et quidem, si in Doctorum sententijs receptionem fundare studebimus opinionem, dubium reddemus articulum; vnde, ijs posthabitum, recurrentum tantummodo est ad declarationem factam de hac re à Clemente

VIII. qui, prescribens Archiepiscopo Panormitano, inquit primò, huiusmodi delinquentes debere frui ecclesiastica immunitate, his verbis. *Licet omnes supradicti carcerati Ecclesiastica immunitate gaudere, et frui debeant.* Dein dè verò ex causis eius mentem mouentibus nonnullos ex dictis delinquentibus declarat gaudere immunitate ecclesiastica, nonnullos vero secus. Ibi. *Nihilominus, attenta buius homicidiij qualitate, nec non circumstantijs predictis, & alijs, que in eo perpetrando internenere, Octauium Baglium, & Gerardum Rigium, quorum alter in 16. alter vero 18. atatis sua anno circiter constitutus esse dicuntur, ecclesiastica immunitate dignos esse iudicamus; ceteros, vero ex rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, ut infra, curiae seculari tradendos censemus.* Quam declarationem refert ad verbum *Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 76. in impressis anno 1630. Roma.* ex ea que aperte deducitur, delinquentes cù sclopis, prout erat casus declarationis, gaudere immunitate ecclesiastica. Sicque, hac declaratione attenta, amplius dubitandum non est. Ita censuit Ricc. par. 3. collect. 1792. *Diana part. I. tratt. I. de immun. Eccles. resol. I. vers. hoc ipsum: & res. 5. 33. & 35. sic quoq; sepius deci- sum testatur Ricc. idem dec. 80. & dec. 268. par. 1. quos omnes, alioq; sequitur Gizz. ad dict. obseruat. 167. Reg. Capyc. latr. n. 3. & seqq.*

Hæc quæstio, licet absoluta videatur; tamen occasionem præber iterum dubitandi Reg. Pragm. 3. de istu scopitta edita die 14. Aprilis 1614. post decisionem relatam à Vinc. de Franc; in ea namque declarantur longo sermone proditores delinquentes cum huiusmodi armis igneis, ita, ut excusari nequeant per pretextu aliquo, neque ex capite inimicitie. Hinc Gizz. loc. cit. ratione saltē suo modo efficaci probat, etiam ex doctrina Vinc. de Franc. cuius temporibus non erat edita hec Pragm. non gaudere indultu delinquentes cù huiusmodi armis igneis, dum idem Vinc. de Franc. eo medio vtebatur, quia nulla Pragm. extabat, quæ huiusmodi arma proditoria declararet; quarè, si nunc extat, concludit ipse, contrarium esse dicendum in materia indultus, sed quid in materia immu-

nitatis ecclesiasticae, non loquitur.

Quoad indultū dicemus in dilucidat. d. dec.

241. hic autem breuissime quoad immunitatem cōcludentes, asserimus, nō amittit ecclesiasticae immunitatem ab occidente cū armis igneis: & ratio est euidens, meo saltē indicio, quia in materia immunitatum ecclesiasticarum obseruādē sunt determinationes Pontificum, & iura canonica; atqui nullam determinationem Pontificum habemus huiusmodi delinquentes priuantes immunitate; igitur dicendum est, illos ea gaudere; & quamvis per Gregorianam arceantur ab illa proditores; nihilominus tamē, ut obseruātūs in declaratione facta à Clemente VIII. tales delinquentes non fuerunt habiti proditores cōprehensi in dicta Gregoriana, licet nonnulli ex causis particularibus, ut etiam aduerit *Genuens. in calce dictæ declarationis*, fuerint traditi curiæ seculari. Vnde *Pragm. Regni* inde subsequens non potuit in præiudicium ecclesiasticae immunitatis declarare proditorum crimen, licet potuerit quoad alia à iurisdictione seculari dependentia, quam opinionem sequutus est *Xeg. de Marin. in lib. I. resol. quotid. cap. 171.* cum omnibus ijs, quos refert; nec dissentient *Domini Rodoer. ibi n. 3. & de Luca in obseruat. ad decis. 713.* *Vincentij de Franc. nu. 14.* vbi insuper addit, præfatam Pragmaticam 3. esse correctam ab alia, quæ emanauit mense Augusto 1671. quæque illum vult proditorem, qui delinquit cum armis igneis breibus prohibitis, etiam in rixa; non autem prohibitis, nisi delinquat appensate.

Qua supèr re obitè aduertendum est, die 14. Aprilis 1614. fuisse declaratum proditorum delictum cum quolibet scampo igneo appensate patratum, his verbis, che qualsiuoglia persona appensatamente delinquerà con qualsiuoglia delle sopradette armi, sia tenuto riputato, e trattato, come proditore, & il delitto sia tenuto, e giudicato proditorio, e come tale castigato &c. vt patet in *Pragm. 3. de istu scopitta*, quæ disponens deinde de delictis patratis cum sclopis paruis, vult, ut crimina patrata cum illis, etiam in rixa, dicantur proditoria, sequentibus verbis. E quanto alli delitti fatti con archibugetti, o scopetti uoli meno di tre palmi, per esser armi, che in nessun modo si possono preuenire, e delle quali nessuno si può guardare, ordinamo, che sia il medesimo, ancorche il spararli, o delinquere con essi fosse a rissa, ne possa in nessuno delli sopradetti casi il delinquente difendersi & egia che la qualità dell' armi proditorie dichiarano, che il delinquente con esse sia vero proditore, e per tale debbia essere giudicato &c.

Aduenit deinde noua Pragmatica die 29. Martij 1637. quæ nullam afferens distinctionem,

tem, sic dispositus. Dicibarando di più per la presente Pragmatica, che tutti li delitti, che si commetteranno con armi di fuoco di qualsivoglia maniera, s'intendano proditorij, ancorche si commetteffero in rissa, ut pater in Pragm. 24. sub tit. de armis.

Quoniam verò hæc Sanctio; stante primæ illa, cui videbatur aliquatenus contraria, indigebat aliquali moderatione. sub qua erat declaranda; id circò die 19. mensis Augusti anno 1671. per aliam Pragmaticam facta fuit sequens declaratio. E perche nella Pragmatica dell' 29. di Marzo 1637. stà disposto, che i delitti commessi con armi di fuoco di qualsivoglia maniera, s'intendano proditorij, e s'escludano da ogni indulto, il che ha bisogno di dichiaratione; e moderatione; pertanto ordinamo, che questa s'intenda di quelli delitti, che si commettono con armi di fuoco proibite in rissa, non di quelli che con armi, benche' di fuoco, ma permesse, e nelli luoghi permessi si commettono in rissa: mentre, non correndoni il fine della legge, ne anche può applicarsi la sua dispositione &c.

Ex quibus patet iam, postremam hanc Pragm. non recessisse à prima, quæ est 3. sub tit. de iictu scoppietæ, quanique nullo modo correxit; vndè ne te decipient dicta Domini de Luca volentis, ut hæc postrema corrigat primam. Quod certè falsum est, cum verum nihilominus sit, per hanc declarari aliam antecedentem, quæ est 24. sub tit. de armis, à qua di sponebatur, ut delictum patrum cum quibuscumque instrumentis igneis, etiam calore rixæ, diceretur proditorium; unde, cum id durum sanè videretur, fuit moderatum, & coarctata dispositio ad scelopos paruos tantum quoad rixam, firma ceterum remanente dispositio quoad crimina patrata appensate cum quibuscumque instrumentis igneis; quo casu huiusmodi delicta remanent proditoria, seruata in omnibus dispositio dictæ Pragm. 3. de iictu scoppietæ sed ad nostrum propositum reuertamur, ceteraque vberius suis locis deseramus expli- canda:

15. Collige tandem, & aduerte, si similis casus acciderit, qui enenit tempore Clemētis VIII. vt Iudex secularis peteret sibi tradi delinquentes, Episcopum debere Summo Pontifici scribere, quid faciendum sibi sit, ut ibi Episcopus Panormitanus scripte; siquidem Summus Papefex, cuius est declarare capita immunitatum à Gregoriana expressa, attentis qualitatibus delictorum, eorumque atrocitate, ceterisque incidentibus perpensis, forsā ad facinora remouenda trader Curiæ seculari, prout in dicta declara- gatione traditos inspicimus, huiusmodi delinquentes, quos alias ex generali regula-

gaudere posse immunitate inspicerit. Quod est aduertendum in quocunque casu, qui forte eueniet. Et o utinam tandem aliquando à Summo Pontifice declararetur, criminatam sexua tormentis igneis patrata esse proditoria, & excepta à Gregoriana; Etenim immunitas ecclesiastica non coarctaretur, dum iam excepta sunt crimina proditoria, nec tamen frequentia delicta patrarentur spe futuræ immunitatis.

S V. M M A R I V M.

- 1 Famuli, & filii ratione artis gaudent priuilegio eorum patrum, & Dominorum.
- 2 Familiares scolarum an gaudent priuilegijs eorum.
- 3 Priuilegium Neapolitanorum, quo trabunt; & non trabuntur, extenditur ad eorum procuratores.
- 4 Famuli Monasteriorum non tenentur soluere gabellam farinæ pro pane, quem dietim recipiunt.
- 5 Famuli priuilegiatorum gaudentium immunitate vestigialis farinæ non gaudent illa, si extra priuilegiatorum domum habitent.
- 6 Pater, & Dominus, an gaudent priuilegijs filiorum, & famulorum.
- 7 Vir habens uxorem Neapolitanam an gaudeat immunitate Neapolitanis concessa.
- 8 Consanguinei famulorum alicuius priuilegiati, quanquis in primo gradu coniuncti, non gaudent priuilegio fori, quo gaudent ipsi famuli.
- 9 Filius diuerso modo gaudent priuilegio patris, quo famulus priuilegio Domini.
- 10 Priuilegium competens viro ratione artis, an extendatur ad uxorem.
- 11 Mulier, quocunque iudicio conuenit, forum viri sequitur.
- 12 Mulier, non veniens ex propria persona, sed tanquam bares, non gaudent priuilegio fori eius viri.
- 13 Priuilegium concessum alicui ratione artis manus est illo concessio ratione personæ.
- 14 Persona miserabiles non habent electionem, sicut aduersus personas priuilegiatas ratione artis, & quare,
- 15 Vxor, mortuo viro, non gaudent priuilegio fori, quo eius vir gaudebat.
- 16 Priuilegium fori habet locum in uxore nondum traducta ad dominum viri.
- 17 Vxores, & filii militum de iure communis gaudent priuilegio fori earum virorum, & patrum.
- 18 Vxores, & filii militum etiam de iure Regni gaudent priuilegio fori earum virorum, & patrum.
- 19 Famuli militum, si in exercitio militari militibus deseruant, gaudent priuilegio fori eorum.

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

51

- rum dominorum, tam de iure communi, quam
nostrī Regni.
- 20 Ars serici non debet esse magis privilegia a
arte militari quoad fori priuilegium, quo fa-
muli militum frui debent.

DILVCIDATIO DECIS. XXI.

Habemus hic, famulos, & filios ratione
artis gaudere priuilegio fori, quo gau-
dient eorum Domini, & patres: de qua re, pre-
ter citatos, videndi sunt *Caravita ritu* 46. nū.
27. de *Nigris ad cap. Regni, statuimus: num. 4.*
Ricc. dec. 69. Cur. Archiep. Neap. Egregie Bo-
er. dec. 213. Reuert. dec. 395. vbi ait, semp̄
fuisse pronunciatum per Regiam Cameram,
quemadmodum Pr̄sidentes, & Rationales
eiusdem sunt immunes à iure sigilli, ita pari-
ter eadem immunitate gaudere eoru filios:
ibique videndus *Reg. de Marin.* quinimò *Re-*
uerter. ipse dec. 7. num. 6. aduertit, de iure com-
muni familiares scholarium gaudere priuilegijs
suorum Dominorum: quod idem ante
illum voluit Anna sing. 401.

3 Hinc collige primo, priuilegium Neapolit-
anorum, quo scilicet iij trahunt, & non tra-
hantur, extendi etiam ad eorum procurato-
res, siue negotiorum gestores, vt bene conclu-
dit *Anna in d. sing. ex l. b̄xes absens. S. apud La-*
beonem: ff. de re indic. Quod intelligas, cùm
convenitur ille, tanquam procurator, siue
tanquam negotiorum gestor; aliás, si nomine
proprio; tunc traheretur, non traheret, quia
negotiorum gestor nos venit appellatione
familia.

4 Collige secundò, famulos, operariosque
monasterij, non teneri soluere gabellam, vt
aiuine, farinæ, p̄e pane, quem dietum eis duc-
monasterium, prout est decretum Regia Cam-
meræ relatum à *de Marinis, Arreto* 698. dante
rationem determinationis, quia scilicet aliás
indirectè monasterium huiusmodi onus
sustineret; si enim hi famuli gabellam folue-
re cogereantur, maiorem eorum laborum
mercedem huius oneris intuitu à monasterio
extorquerent: quæ ratio certè maximam
nisi admirationem semper attulit.

5 Collige tertio, famulos; priuilegiatorū, qui
gaudere immunitate vestigialis farinæ, illæ
non gaudere, si exerà priuilegiatorū domi-
num habitent, vt decisum reperies apud eu-
dem *de Marin. Arreto* 1649.

6 Sed an, sicut filij, & famuli gaudent pri-
uilegio patrum, & Dominorum, ita è contra
patrem, & dominus gaudeant priuilegio filij, et
famuli?

Quoad primos vide, quæ scripsit *Reg. de*
Marin. in d. obseruat. 395. ad Reuert. ego au-
tem putarem, patrē gaudere priuilegio filij;
pro qua conclusione videnda sunt quadra-

ginea illa argumenta, quibus in nostris dilu-
cidationibus quæst. 30. probavimus, filij nobis-
titarem patri prodesse. Et licet *Tirag. in*
tract. de nobilit. cap. 7. & 18. videatur contra-
rium sentire, eo, quod dignitas descendat, non
ascendat, multas adducens rationes, vt ibi, &
principiū textum in l. 1. ff. de senatibus, cum
eoque sentiant alij auctores adducti à *Reg. de*
Marin. in d. obseruat. habemus nihilominus
nobiscum *Lucā de Penna* dictum à *S. Genera-*
liter. Auth. constitutio, qua de dignitatibus. Gām:
decis. Lusit. 112. referentem, fuisse idem deci-
sum, & *Gizzarelli. in dec. 10.* cum quibus con-
cludit *Reg. de Marin. loc. cit.* cum quo verè sen-
tiendum, dum nullum inspicimus ius dispo-
nens, vt dignitas descendat, non autem a-
scendat; de qua re latissimè dicam, cùm sermo
aliás incidet; sed nunc firmè teneas, non ad
rem facere *Vlpiani responsum in d. l. 1. ff. de Se-*
nator. cùm ait ille, *Consulares autem feminas*
dicimus consularium vxores, adjicit Saturninus,
& matres, quod nec usquam relatum est, nec
unquam receptum. Non enim, eo quod Iuris
consulens vocat tantum vxores consularium
feminas consulares, non autem matres,
dicendum est, ascendentēs non gaudere di-
gnitate descendantium, cum huiusmodi de-
nominaatio ex alijs causis proueniat, quæ a-
scendentēs non obstant, vt aliás, Deo dante,
opportuniū dicemus.

Non negauerim tamē, nonnullis immu-
nitatis, & priuilegijs concessis filijs non
gaudere eorum genitores, quando scilicet ea
concessa sunt ratione personæ; puta, si agere-
tur de restituitione in integrum; tunc enim;
quia priuilegium hoc concessum est minori,
non gaudebit illo pater minoris, ad textū in l.
3. S. sed virum: ff. de minoribus; vbi beneficium
restitutionis in integrum filio minori supèr
re profectio negatur, eo quod, non illi, sed
patri prodesset; quo argumento usus fuit Fi-
ffus apud *Ganauerr. dec. 17.* ad excludendum
pari ratione exterum ab immunitate conces-
sa Neapolitanis, quamvis ille duxisset vxo-
rem Neapolitanam, dummodo tamē eius
vir dominum non habeat in ciuitate Neapolitani;
quia sic huiusmodi immunitas viro profice-
ret, non vxori, quæ à viro alenda est, ex l. quod
si nulla, vbi *Bart.* & alij: ff. de religiosis, & sūpt.
funer. cum ceteris adductis à *Ganauerr. d. dec.*
num. 4. & ex ijs fuit per Regiam Cameram;
vir exclusus ab immunitate Neapolitanis
concessa, vt videre est in calce decisionis: unde
concludendum, quotiescumque priuilegium
aliquid concessum est filijs ratione personæ,
illo non gaudere eorum patres.

Quoad secundos negatiū respondemus;
cum casus hic disparem habeat rationem à
primo; famulus enim, non tanquam ardo
junctus vinculo. Domino, eius priuilegio

G 2 gau-

gaudet, sed tanquam addictus servizio priuilegiani; vnde, cum dominus non sit addictus aliis seruitio, nequibit eius priuilegio potiti.

8. Et ex hac responsione collige, consanguineos famulorum alicius priuilegiati, quamvis in primo gradu coniuctos cum famulis, non gaudere priuilegio fori, quo gaudent huiusmodi famuli, quia nempe non sunt addicti seruitio alicius priuilegiati.

Sed dices. Filius ex dictis gaudet priuilegio eorum parris, igitur, si famulus erit priuilegiatus, filius famuli gaudebit eius priuilegio.

Prima facie videtur argumētum conuinens; quoniam verò sic daretur processus in infinitum, ideo non conuinicit: Et ratio à priori, est, quia filius gaudet priuilegio, quo gaudet pater, per se, non per accidens, & ratione alterius, prout est famulus, qui gaudet priuilegio Domini per accidens, scilicet ratione seruitij, quod domino præstat. Et eadem ratione dices, neque vxorem famuli gaudere priuilegio fori, quo gaudet eius vir, tanquam famulus, sed tantum illo priuilegio, quo ipse per se, & ab alio independenter gaudet.

Sed an idem dicendum sit de foro competenti viro ratione alicius artis, vel exercitij, an scilicet illud extendatur ad vxorem. Super hoc punto, licet sciissimè sint DD. relati à Gizzio in obseru. ad dec. 198. Reg. Capyc. latr. affirmatiuam tamèn opinionem veriorem censemus, eo quod mulier, quocunque iudicio conueniat, sequitur forum viri, ut fuisse simè probat Reg. Merlin. controv. forens. cap. 94. cent. 1. omnino videndus, qui in calce capitis sic decisum testatur. Nec obstat decisio Vinc. de Franc. 363. cum ibi sermo sit de muliere veniente, non ex propria persona, sed tanquam herede alterius, qui ex foro frui non debebat, ut multis obseruat idem Gizz. d. obseruat. & sequitur Deinde Luca ad dictam dec. Vinc. de Franc.

13. Hinc collige primè, priuilegium concessum ratione alicius artis, vel exercitij, maius robur habere priuilegio concessio alicui ratione personæ, quale est illud concessum ab Imperatore pupillis, & miserabilibus personis in l. unica C. quando inter pupill. Quarè pluricè decisum testatur Reg. Tapia dec. S. C. 13. num. 5. fusse denegatam remissionem fori electi à pupillo contra alium, qui reperiebatur in exercitio artis serici, ratione per nos tradita, quicquid dixerit Vinc. de Franc. dec. 234. de qua te nos alibi fusiùs, cum agemus de priuilegijs in corpore iuris clausis, in quibus videtur fundata decisio. Vinc. de Franc. vnde, licet quandoque alias decisiones ortæ sicut contra illas relatas à Tapia, non est uti,

mèn recedendum ab illis, cum præcipue una emanarit, iunctis aulis, easque decisiones retulit Thor. part. 3. ver. remissio causa petita per subditum artis serici fol. 60. & quamvis idem Thor. ver. remissio causa petita per aliquem subditum. fol. 124. referat, fusse denegatam remissionem petitam ab huiusmodi artis subdito; id tamèn euenit, quia coram alio Iudice lis erat contestata; vnde ex ijs, quæ ibi tradidit Thor. certum est, debuisse denegari causæ remissionem. Illum vide, dum multa habes quoad constitutionem procuratoris in actis, an scilicet talis constitutio inducat consensum in Iudicem.

15. Collige secundò, vxorem non gaudere fori priuilegio, quo gaudet eius vir, mortuo viro ex Ricc. collect. 2420. Milanensi. dec. 10. num. 8. lib. 1. Meroll. 10. 3. de priuileg. disp. 6. cap. 3. n. 59. quamvis contrarium tenuerit Borelli. summ. decis. tit. 43. num. 161. relatus à Scialoya de for. comp. cap. 27. n. 11.

16. Collige tertio, huiusmodi priuilegium locum habere etiam in vxore nou dum traduta ad domū viri, ut ex varijs concludit idem Scialoya loc. cit. num. 12. quod ego intelligo, contracto matrimonio per verba de praesenti.

17. Collige quartò, idem dicendum de vxori bus, & filijs militum; qui in eorum foro conueniendi sunt, tam de iure communi, quam de iure nostri Regni, quicquid sit de famulis eorum, de quibus infra. Nam de iure communi probat Rouit. in Pragm. 1. de militibus. nu. 46. ext. 2. ubi gl. in ver. ministerio C. de Episc. & cler. 1. C. cod. 1. uxori la 2. S. primo off. de aur. & arg. leg. Quæ iura quidem meo iudicio nullo prorsus modo loquuntur de vxoribus, vel filijs militum. Melius igitur hec conclusio probatur iuribus generaliter loquentibus, super quibus Paul. de Castr. in Rubr. C. de Episc. & cler. num. 6. sic egregie suo amore distinguit. Item nota, quod priuilegia alicui concessa transiunt ad familiam ipsius, videlicet liberos, & vxorem, quod, qualiter intellegiatur, vide hic Cyn. in additione, qui distinguit tres casus. Aut conceditur ratione innata dignitatis, & pertinet ad filios, etiā post mortem parentum, ut l. cum qui infreude excusa munere in l. famine: ff. de senat. Aut ratione officij publici, & tunc quoque vivunt parentes; ita debet intelligi hic, & in l. semper S. negotiatorum ff. de iure imm. & ibi gl. ordinaria de hoc. Aut conceditur ratione necessitatis, & tunc ad filios non extenditur, ut l. in filiis infra: de decurionibus. Secundam ergo distinctionis partem pro militibus absque alia disputatione teneamus, attento communi iure.

18. De iure Regni adest Pragm. 11. sub tit. de militibus S. 8. qua cauetur, ut filii, vxores, & famuli à iudicibus cognoscantur ordinariis, ne

ne foram militum sortiantur, exceptis pueris, seu calonibus, qui eorum equos ascendent. Ex qua Pragm. Scialoy ad tract. de for. compet. cap. 27. num. 14. concludit, huiusmodi personas foro militari non gaudere.

Sed contrarium tenendum est, cum prefatum §. 8. fuerit reformatum tempore Ill. Cardin. Zapat. die 3. Nouemb. 1621, ut notauit Rovit. ad dictam Pragm. in fine, referens verba reformationis, inter quæ hæc. Que el Capitan à guerra pueda conoscer, y conozca de las causas delas mujeres de los soldados, y de los hijos en posestاد dellos.

19 Hinc respectu famulorum, tam attento iure communi, quam Regni, concludamus oportet, illos gaudere suorum dominorum priuilegio, si tales fuerint, qui in exercicio militari militibus deseruunt. Dixi, attento iure communi, quo, licet expresse non habemus statutum, famulos gaudere priuilegio dominorū militum; tamē, cum, ut diximus, ratione artis, & exercitij, famuli dominorum foram sortiantur, non debemus magis priuilegiam reddere artem serici arte militari, sive non adhæreo opinioni eorum, qui referuntur à Rovit. loc. cit. num. 49. volentium, ut famuli militum non gaudeant dominorum priuilegio, nisi quoad restitutionem in integrum, dummodo non reperiantur in loco hostili seruientes; sat enim censeo, ut seruantes Dominis in exercicio militari, equos ducendo, ascendendo, ac patrando cetera huiuscmodi: & hac sub explicatione comprehenduntur famuli vocati, soldados, à reformatione superius citata, qua probatur, famulos de iure Regni etiam gaudere dominorum militum priuilegijs, & foro militari.

S V M M A R I V M .

- 1 Testes possunt recipi in causa criminali, publicationis arrestationibus, ad offensam super nos existendam, sed ad defensam etiam super antiquis.
- 2 Testes in causa criminali ex iusta causa ad offensam possunt recipi post publicationem.
- 3 Testes etiam ex officio possunt examinari, existente accusatore.
- 4 Testes examinandi ex officio, existente accusatore, quales esse debeant, & quomodo recipiendi sint.
- 5 Fiscus in Regno non appellat à sententijs absolucionis.
- 6 Fiscus aduersus sententijs absolucionis habet in Regno recursum.
- 7 Fiscus in Regno intelligitur adbarere appellationi interposita ab inquisito.
- 8 Fiscus an habeat etiam recursum aduersus decreta non absolucionis.
- 9 Fiscus non intelligitur adbarere appellationi

interposita à querelante:

- 10 Fiscus potest sequi appellationem, si tam reus, quam querelans appellassent, verum querelans deinde renunciasset appellationi.
- 11 Fiscus, licet adbarere nequeat appellationi interposita à querelante, si tamē renunciauerit querelans, potest sententia renideri per modum recursus, & quomodo.
- 12 Ratio tanquam anima voti consultini, non omnibus manifestatur ab ijs, qui huiusmodi prestant consilia.
- 13 Prorex debet uti bonis Consiliarijs, & quomodo eligendi sint, varijs sententijs comprehensibus.

DILVICIDATIO DECIS. XXII.

Tria potissimum decisio hæc nos edocet. Primum, posse Iudicem, publicatis attestacionibus, nouos recipere testes ad veritatem eruendam in causa criminali, & Fisco instanti, etiam ante sententiam. Secundum, existente accusatore, posse Iudicem ex officio testes examinare, siveque obseruari in M.C. sed absque interventu, & notitia accusatoris, & dummodo non ad sit falsitatis suspicio. Tertium, posse accusatorem in Fisci præjudicium appellationi renunciare.

- 1 Quoad primum, intellige dicta per Sanfelice, ut possint recipi testes usque ad sententiam, super nouis, non autem antiquis ad offensam, ut dicta Bartoli breviter, sed doctissime explicans, concludit Columba tract. procedendi in controv. crimin. art. 230. Se tenuit Capyc. latr. dec. 178. num. 19. se cùs verò ad defensam, cum, tam supèr antiquis, quam nouis, testes recipiendi sint usque ad sententiam; hic namque est publicationis effectus, ut optimè ait Foller. Rubr. sive publicationis processus, quem citat Sanfelic. b. 1, & sequuntur omnes ij, quos refert, & sequitur Baldaxar de Angelis ad Foller. d. rubr. num. 2. reddens rationem, quia, cum agitur de vita hominis, potest reus quandocunque suas defensiones facere, siveque etiā decisum testatur Capyc. latr. dicta dec. in fine.

- 2 Nota verò, iusta ex causa posse Iudicem, testes recipere, etiam post publicationem ad offensam, puea, quam ageretur de utilitate detegenda, ut ipsem et Baldaxar ex multis concludit loc. cit. & pro hac re videndi sunt Boer. conf. 110. num. 9. vol. 3. Carau. ritu 69. de Franch. dec. 716. num. 5. vbi Dom. de Luc. Ricc. collect. 234. alijque per ipsos relati.

- 3 Quoad secundum, firmam teneas conclusionem in praxi receptam, ea potissimum ratione, quia iam est acquisitum ius Fisco per accusationem; vnde, quamvis silent accusator, non filebit Fiscus. Verum hoc casu non recipere testes, quos forte porrigeret accu-

acusator, quique eius essent familiares; tunc namque virgeret timor subornationis; sed alij testes essent recipiendi non voluntariè se examini exponentes, & cum interuentu iudicis, prout assolent recipi ex l. Iudices, & Auctor. apud eloquentissimum; C. de fide instrum.

5 Quoad tertium, uocandum est, Fiscus in Regno nō appellare à sententijs absolutorijs latius ex mero officio, vel denunciatione, ex ritu 258. ut fūse dicimus in dec. 351. Reddit rationem Carauita ibi, quia non adest pars offensa, quę leſa potuit appellare, sed solum Fiscus, cui

6 placuit Reginæ appellationem denegare; habet tamēn reclamationem, siue recursum; & ratio, quam tradunt Carauita ibi, Vinc. de Francb. dec. 148. & 470. post alios, & Reg. de Pote de pot. Proreg. tit. de elect. official. S. 1. n. 51. et seqq. ea est, quia recursus datur ex notorio grauamine, & notoria iniustitia, quę equi parantur nullitati; vnde admittitur revisio decreti M.C. in S. C. & praxim petendi huiusmodi revisionem scriptit in praxi crim. cap. 11. num. 4. & 5. Dominus Carolus Antonius de Rosa, nobilis, & patritius Cauenfis, olim Index M.C.V. nunc autem Fisci Patronus Re-giæ reuisionis, quem maiores assequeturuntur. Speramus dignitates, cum, int̄ ceteras, quibus præditus est, virtutes, ea fulgeat, quę illum adeo reddit vigilem, prouidumque, vt, posthabito in negotijs ad forum, politicam que spectantibus iuris ordine (quod paucorum est) id increpidè decernat, quod prudensia dictat, quod modestia petit, quod tandem tempora expostulant. Hocque non semel miratus sum: sed de ijs, quę ille scriptit, dicimus fūsius in dilucidatione d. decis. 351.

Hoc tamēn remedium, quod non habet Fiscus, habet inquisitus, & querelans. Et, vt 7 primò verba faciamus de inquisito, hic poterit libere appellare; verū huiusmodi appellationi intelligitur adhæsile Fiscus vigore. Reg. Pragm. 7. de appellat. de qua Vinc. de Francb. dec. 467. Capibl. de Baron. pragm. 8. num. 241 par. 1. & Thor. compend. dec. ver. appellatio. Quare poterit etiam contra inquisitum sententia reformari.

8 At quid, si reus non esset absolutus, sed damnatus, puta ad tryremes, an fiscus habet recursum, prætendens, illum damnari debuisse poena ultimi suplicij. Quidam doctissimus in iure meus amicus putabat, non dari illi recursum, ea ratione, quia à decretis absolutorijs tantum datur reclamatio, seu recursus, qui successit in locum appellationis; damnatio verò ad tryremes non esset decreta nisi absolutorium. Tu tamēn contrarium teneas, quia recursus datur Fisco ex notoria iniustitia; vnde, cum notoria iniustitia possit etiam cadere super tali decreto, ab illo dabitur recursus.

9 Ut tandem ad querelantem deueniamus; sive ad casum expositum, notandum est, querelantem posse appellare, sed hoc casu Fiscum non intelligi inhærente appellationi secundā limitationem datam à DD. ad di-ctam Prag. vt videre est apud Hodier. ad dec. Surdi 143. num. 13. & seq. Reg. Capyc. latr. dea. 78. num. 10. aliosque pāsim DD. relatōs hīc à Sanfelic. qui sic per M. C. decisum testatur, de qua re mox. Et ratio est, quia, cum Fiscus in Regno non habeat remedium appellationis, non potest, nisi in casu permisso à lege Regni, appellationi inhærente. Hac lex Regni vult, vt Fiscus adhæreat appellationi interposita per reum tantum, quo casu iniustum esset, vt ad instantiam rei tantum curreret appellatio, igitur aliter dicendum, accusatore existente. Et licet Vinc. de Francb. dictu dec. 467. in fin. hæc aiat. Verū Pragm. prædicta non procedit, vbi adesset pars, que querelam exposuit, & nō appellasset, & tamēn Hodier. quām Capyc. latr. exemplificat casum in querelante non appellante; tamēn idem dicendum est in casu, quo querelans appellat; quare Reg. de Ponte loco cit. indistincte loquitur, & Rausius in d. Pragm. exemplificat casum, quando querelans appellasset, his verbis; sc̄us autem, si pars querelans appellasset, quidam tunc cessat dispositio huius Pragmatice. Igitur, si adest querelans, & non appellat, & appelles inquisitus, Fiscus intelligitur inhærente propter appellationem interpositam ab inquisito, vt diximus; & ita recipiendus Re-nitus, dicens initio d. Pragm. Intellige hanc Pragmaticam procedere, quando non adest pars querelans, aut, si adsit, & non appellasset. Sin autem adsit querelans, & appellat, Fiscus nō adhærebit intelligitur secundū Pragmaticam, quę vult, vt intelligatur adhærente appellationi interposita ab inquisito; & tandem, si adsit querelans, nec appellecipie, nec reus, neque. Fiscus inhærente dicetur. Vnde concludendum, querelantis appellationem nunquam a Pragm. consideratam.

10 Sed quid, si tamēn reus, quām querelans, appellat, querelans vero renunciasset; fecis reus. Hoc casu putarem, Fiscum intelligi adhærente ab initio vigore eiudem Pragm. non autem intelligi adhærente querelanti, sed querelato: qui casus profecto diuersificatur à casu relato per Vinc. de Francb. dec. 653. vbi, stante absolitione Rei, nulla per illam erat interposita appellatio; nota tamēn ibi, in casu relato à Vinc. de Francb. emanasse veram decisionem, ex ijs verbis, dictū tamēn fuit &c. vnde laudandus Dominus Petra, scribens in Ritu 258. num. 19. sic decisum apud Vinc. de Francb. cui non videtur adhærente Dom. de Luca ad d. decis. num. 3. adhærens Reuiso in d. Pragm. 7. de appell.

Hic

Hic autem pulchra est colligenda praxis ex ijs, quæ in calce numeri 23. refert Sanfelic.
 3. Näm datur casus, quo reus absoluitur, & querelans reclamat; deinde verò reclamatio-
 ni renunciat; tunc; quia, ut diximus, Fiscus non intelligitur adhærere querelanti, non po-
 terit ille prosequi appellationem, cui renun-
 ciauit querelans; sicque decisum testatur hic
Sanfelic. nū. 23. Quoniām verò hic erit casus,
 quo Fiscus illudi posset, ideò cauciūs agen-
 dum; siquidē certum est, ut etiam diximus;
 Fisco non denegari recursum, quem in casu à
 nobis proposito non habuit, nec petijt, eo
 quod reclamauit querelans, ad cuius instantiam
 poterat deinde retractari sententia
 absolutoria, & quia, proposita reclamatio-
 ne, propter quam Fiscus non petijt recursum,
 querelans renunciauit; adeòque, qui absolu-
 tus est, nullam potest pati sententia reforma-
 tionem; quarè Fiscus iam illusus est à quere-
 lante, à cuius manu dependere vīsa est inqui-
 siti iustitia; idcirco hoc casu causa reuidebi-
 tur à Tribunal, ad quod spectat reuiso.
 Quod suademur, ut dixi, ex ijs, quæ refert San-
 felic. bīc, dum, renunciante querelante, ob id-
 que denegata à M.C. prosequutione appella-
 tionis Regio Fisco, Prorex voto cuiusdam
 Consiliarij iūsic, ut reuideretur causa; nam
 reuiso nō est prosequutio appellationis, sed,
 ut diximus suprà nūm. 6. in fine, effectus recur-
 sus, qui fisco conceditur, potissimum hoc casu,
 quo videtur is illusus à querelante.

Et licet Sanfelicius dicat, illum consilia-
 rium cum ipso alloquente fundasse suum
 consilium in auctoritatibus adductis à *Caran-
 ita Ritu* 203. nūm. 1. & 233. nūm. 14. ne facilis
 sis, lector, ad credendum verbis illius consilia-
 rij, qui sui consilij liberalis quidē fuit dis-
 3. pensator, rationis verò, quæ anima consilij
 fuit, fortè tenax; quarè aliam censemus fuisse,
 & propriè, quam adduximus; cum cetero-
 quin dicta *Caranita locis*, citatis non respon-
 deant voto consultino, quod fuit, ut reuideret-
 tur causa, cum ex dictis à *Caranita* rescri-
 bendum fuisse, ut vltierius in dicta causa pro-
 cederetur, renunciationem non obstat; quia
Caranita voluit, ut, desidente accusatore, curia
 posset ex officio procedere.

3. Hincque aduerte, quanti estimanda sit
 auctoritas Proregis, quem bona associet in-
 tentio, quemque boni teneant mores; quan-
 doquidē sic quibusunque fraudibus locus
 denegatur, crimina non remanent impunita.
 nec Fisco, quod, competit, aufertur, ut ex su-
 periūs enarrato rescripto vidiimus; sed, si bo-
 ni Proregis auctoritas estimanda est, quanti
 profecto estimandum dixeris optimum con-
 siliarium, à quo sēpè numero Proregum de-
 pendent rescripta, ut in eodem casu à *Regen-
 ze Sanfelic.* relato vidimus: nec ab re *Eccles.*

cap. 6. habemus, Consiliarius sit tibi unus de mille, cum inter mille vix unus eligendus reperiatur; & ratio est, quam reddit Seneca lib. 6. de benefic. quia Nemo ex animi sui sententia fraudet, dissimilatque, sed adulanti certamen est, & una contextio, quis blandissime fallat, ni velimus eam esse, quam tradit Tacit. hist. lib. 1. quia sua cīque utilitas pessimum veri affectus venenum est.

Hinc, si scire cupis, qualis sit, qui malis
 vītūs consiliarijs, respondebit Sophocl. in
Phen. inquiens, *si quis malorum gaudent consorsio, rogare qualis ipse sit, non est opus, nam quisque similis est sodalitīs sui, & redditur ratio in libello Paren.* quia, qui *cum improbis semper versatur, eum vel pati, vel dicere malum aliquod necesse est.* Hinc Lamprid. in *Alex. Seue-*
ait, quales Senatorē, tales Principes. Igitur, ne
 longo sermone ad aliena trahamur, cum ex
Claudiano male cuncta ministres impetus, obseruandum est illud Eccles. 3. 2. *Fili sine consilio nihil facias, non tamē in eligendis consiliis extati respiciendum, dum ex Liu. l. 3. hist. senes entibus vītīs, maturescere atate, sed vītē probitati.* Quarè consulat Princeps Diuum Ludouicum Philippo eius hæredi *ex Sario* in eius vita sic alloquenter. *Non tibi sufficiat elegisse in Indices meliores Regni viros, sed insuper ijs innigila, & inuestiga, qua ratione officio fungantur.* Hac ergo inuestigatione poterit Princeps bonos apud se habere consiliarios, optimaque edere rescripta.

S V M M A R I V M .

- 1 *Fiscus potest producere novos testes post ortam paritatem in causa criminali, ipso inaudito.*
- 2 *Terminus in causa criminali datur ad instantiam Fisci super nouis.*
- 3 *Paritate orta in causa criminali inter Fiscum, & Privatum, causa decidetur contra Fiscum, & quare latē ostenditur, & contrarijs respondetur.*
- 4 *Delicto remoto, res quandoque licita remanet.*
- 5 *Fiscum esse inferioris conditionis privato. Princeps gloria est.*
- 6 *Fiscus diues est.*
- 7 *Fiscus cur in dubio succumbat.*
- 8 *Fisci defensores non debent aliena fisco tri-
buere.*
- 9 *Cicerō lumen habuit Iudicij vniuersalis.*
- 10 *Veritas attendenda est in scribendo.*
- 11 *Scriptarum antiquorum nūl nostris temporibus
habemus, adedique temporis gloria contem-
nenda.*

DILVCIDATIO DECIS. XXIII;

- 1 *H*abemus hīc, orta paritate votorum in
 causa criminali, Fisco inaudito, posse,
 ante.

antequam causa expediatur cum adiuncto, produci à Fisco nouos testes; sicq; decisum. Hinc tria colligenda sunt perutilia. Primum est, licet sententia lata, Fisco inauditio, nulla sit, de qua re *Vinc. de Franch. dec. 398. Vinus dec. 37.n.2. Bald. dec. 267. Peregr. de iure fisci lib. 7.tit. 2.n.2. Reg. de Philipp. diff. 22. n. 27.* aliquique apud citatos, & Fiscum audiendum indifferenter in omnibus esse iubeat *Reg. Sanctio 39.n.2. de off. magistr. Iusticiar. nihilominus tamèn, si lata fuerit pro Fisco, validâ esse*, cum eius priuilegium ipsi nocere non debeat, ut bene *Peregr. dict. tract. lib. 7.tit. 2.n.3. & Vinus d. dec. 37.n.3.*

Secundum est, hic haberi, fuisse datum terminum super nouis. Euenit hoc, quia, publicato processu, ut superius fundauimus ex *Foller.* possunt examinari testes ad officiam super nouis tantum iuribus, & capitulis; sive decisio ista comprobac, quæ superius in antecedenti decisione adduximus.

Tertium est, licet in causa criminali, orta paritate, dandi sint adiuncti; contrarium tamèn dicendum esse in causa ciuili intèr priuatos, & Fiscum; nam, orta paritate, illa non dirimitur, sed intelligitur decretum, siue sententia prolata in beneficium priuati contrà Fiscum; siveque in *Regia Camera praxi receptum est.* Hocque fundatur in *I. non puto ff. de iure Fisci*, qua cauetur, in dubio contrà Fiscum respondendum; quare, cum per paritatem induciam questionem in item deducta reddatur dubia, paritas intelligitur di- tempta contrà Fiscum. De qua re *Reg. de Ponte dec. 31.n.7. Rouit. in Pragm. 1.n.3. de causis decid. Dom. Petra ad Ritū M.C.V. 98. n. 5. Reg. Galeot. contr. 58.n.8. lib. 2. alijq; relati à Dom. Altim. ad conf. 7. Reg. Rouiti n. 7.* Et licet intèr ceteros Rouit. in d. conf. & Dom. D. Carolus Petra ad Ritū 265. n. 55. velint, eā esse rationem, quia Praesides Regia Camera sustinent vices Iudicium ordinariorum; hæc tamèn ratio non est conuincens, ut bene scriptit *Dominus Altim. ad d. conf. Rouit. adhærens rationem traditam à Reg. de Ponte dec. 31.n.7. ex d. non puto*, hancque pariter rationem, post alias adductas, sequutus est nouissimè *D. Raphael de Vilosa diff. t. 3. à n. 48.* quem laudat *Dom. D. Carolus Petri. loco cit.*

Quoniam vero *Ganauer. in dec. 1. n. 120. & seq. inquit*, ex dict. I. non puto non deduci, in dubio esse pronunciandum contrà Fiscum, varios illi sensus tribuendo; idcirco iuuat videre, an vere sic se res habeat. Et, ut omnes sensus deseramus, illum utique amplecti debemus, quem *textus litera ostendit ibi.* Non puto delinquere eum, qui in dubiis questionibus contrà Fiscum facile responderit, ex quibus verbis *Modestinus arbitratur*, non errare, siue non delinquere cum, qui facilis est ad

respondendum in dubijs questionibus contrà Fiscum. Vnde quilibet aliis sensus in *Cathedris redditur plausibilis, non in foris.*

Et quamvis *Ganauer.* studeat suadere, non esse quidem delictum, contrà Fiscum respondere; esse tamèn illicitum: quæ duo diuersa sunt, probans id varijs inductionibus, primò propter rationem dubitandi, quæ in quo- cunque textu reperiri debet; quarè ibi dubitabatur, an contrà Fiscum respondere, esset delictum, an autem illicitum, & responsum fuit, non esse delictum. Secundò, quia Fiscus tanquam Respublica, non postponendus est priuato. Tertiò, quia absurdum esset, quælibet priuatum esse melioris conditionis illico.

Nihilominus tamèn, si iure permittitur contrà Fiscum respondere, illicitum id non dixeris, cū alias *Ganaueri* inductiones id non suadeant. Siquidem ratio dubitandi non erat profecto, an esset illicitum, an autem delictum contrà Fiscum respondere; sed tantum, an esset delictum; & non esse, responsum fuit: nec implicat, deleto delicto, opus remarere, licitum. Puta, si prohibeat transitus per viam; nam, prohibito illo transitu, quicunque transiens delinquit; ablata verò prohibitione, tollitur delictum, nec proinde transiens illicite transit. Sic in re, in qua versamur, discurrendum. Ceterum, Fiscum esse postponendum priuato, & illo inferioris conditionis esse in expressis, non est defectus, sed gloria Principis, qui huiusmodi largitate subditos decoravit. Vnde, allegare inconveniens contrà Principis placitum, hoc certè inconveniens redditur. Nec nouum profecto est, Fiscum quandoq; inferioris esse conditionis priuato, cum hoc apud Doctores certum sit, ut videre est apud *Andream de Barulo in I. Fisi o: num. 3. notab. 3. C. de conuent. Fisci debit. lib. 10. Io: de Platea ibid. & nouissimè apud Reg. Marcellum Marciānū Iuniorē in suis oper. legal. posth. tract. de excerpt. forensi exercit. cap. 11. n. 5. quæ summo composita studio, & elegansissimè contexta eruditioibus imprimi post eius obitum curauit Dominus D. Io: Frā- ciscus Marciānus eius Filius M.C.V. in ciuilibus Index Decanus, hæres ex alle suorum omnium maiorum doctrinæ, quos eriam in nonnullarum scientiarum perscrutatio, multisque alijs inagandis longè superauit, dum qil, quod in orbe est, penitus nouum apud eum inspicias, siue laudem hanc dixeris hyperbolicam, falleris, ni, illum alloquens, an hæc vera sint, videris, cum hanc, intèr ceteras, is habeat virtutem, ut in iudicando integritate sat is notam silentio præteream, scientiarum non præferre gloriosum.*

Sin autem curiosus es sciendi, quarè in dubio contrà Fiscum questione decidatur, leggas *Gloss. ad d. non puto*, id euenire afferem,

tem,

tem, quia Fiscus diues est; quæ ratio, meo iudicio, non est tuta, dum illa attenta, multa, urgente necessitate, evenirent, quæ hic, ne periculosa patefaciam, deserо. Arbitrarer ergo, nullam aliam esse rationem, ni, quia, cum Fiscus multa habeat priuilegia, cedit libenter dubium ius priuatis, dum indecens est, & indecorum, Principem à subditis eam petere, quæ certum non est, sua esse. Cetera verò vide apud citatos, & potissimum apud Dom. D. Carolum Petram loc. cit. num. 55. piè quidem scribentem, hanc esse Fisci gloriam, ut sapè vincatur. Quod multis non contemnendis exorpat.

Nec ignoro, Dominum liberalem præferre, seruum autem auarum; cum nō desint, qui, vt acerrimi Fisci patroni videantur, immortalemque apud posteros relinquant famam, non solum dubia Fisco studeant applicare, sed, vtinam, non aliena. Adeò eos gloriz trahit ambitio. Hos verò redarguet Cicero, qui, quām audius fama fuerit, satīs, superque ostendit longa quædam epistola, qua amico scribit, & iubet, vt Catalinæ coniurationem à se detectam describat, ne eius fama posteris reddatur ignota; & tamē iudicium vniuersale præuidens in somn. Scip. in hæc prærumpit. Proptèr exustiones terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non eternam, sed ne diuturnam quidem assequi gloriam possumus. Si hæc, qui lumine fidei caruit, quid dicent, seu quid dicere deberent, qui se Catholicos fatentur? Huc quidem eos vocarem, qui ad gloriam, nescio quā affectata, comparādam, numerosos edunt libros, quibus ingenij apicem, nō iurium veritatem à scriptoribus quām maximè attendendam student demonstrare, ijsque ostenderem, vel Crisippum septuaginta scribentem volumina, quorum nullum nostris temporibus reperitur, vel Aristarchum ultra mille edentem commentaria, quorum ne nomen quidem habemus, vel tandem, ne longior sim, Trismegistum centum sexaginta quinq; milie, & viginti quinque libros componentem, quorum nullus apparet, prætèr paucas paginas quasdam, quæ illius esse finguntur, alium verò dignoscunt auctorem.

Vnum ergo aduertamus, in iudicando, non secūs ac in scribendo, veritati studendum, nec Fisco plus dandum, quām ipse petat.

S V M M A R I V M .

- 1 Testes an extrà torturam ratificare debeant quicquid in illa dixerent.
- 2 Confessio in tortura sapè fit tormentorum metu.
- 3 Reus debet ratificare post torturam quicquid in

tortura dixit.

- 4 Ratificatio extrà torturam quandoque non est necessaria, & quales sint casus.
- 5 Testis, non ratificans post torturam quicquid in tortura dixerit, an sit denud torquendus.
- 6 Tortura, denud data, non est quandoque ratificatio, sed conualidatio varietatis.
- 7 Testes sub varijs decretorum formis torquentur. Et quænam illæ sint.
- 8 Testis varius, & perinurus in causis ad sancti Officium spectantibus torqueri potest.
- 9 Recognitio in causis ad Sanctum officium spectantibus quomodo facienda.
- 10 Informationum capita in causis Sancti Officij quando dentur.
- 11 Nomina testium in causis sancti officij nō patescunt reis, sed an bene.
- 12 Defensio ex capite inimicitiae est optima.
- 13 Testes in omnibus delictis repetendi sunt, citata parte ad eorum iuramenta videnda.
- 14 Inquisitores Sancti Officij reos interrogant de eorum inimicitijs, & quare.
- 15 Testium nomina in causis Sancti Officij quando celanda, quando autem patefacienda, in re Pontificio ostenditur.
- 16 Testium nomina, si patefierent, quāndoque non denigraretur fama innocentium.
- 17 Famam aliorum denigrantes Deum vindicem periclitatis sunt.
- 18 Inquisitores S. Officij quid debeant aduertere circa testium depositiones.
- 19 Fœmina an valeat converti in marem naturāliter, & è conera.
- 20 Senes quomodo possint naturaliter iuuenescere.

DILVICIDATIO DECIS. XXIV.

A It hic Reg. Sanfelicius, licet DD. scissi sint circa ratificationem faciendam extrà torturam confessionis in tortura factæ à testibus, ita vt multi dixerint, opus esse ratificatione, vt elidatur suspicio metus tormentorum; alij verò negarint, ea ducti ratione, quia testis tortus nequis ex interualllo suum dictura sponte corrigeret; tamē primā opinionem esse eutiorem, quamvis Rouitus contrarium obsernauerit tanquam delegatus contrà rondeates, & fabricantes fallam monetam.

Mea mens non est hic de huiusmodi disputandi, cum apud DD. bene eadiscussa appareat, pro qua consulendi sunt inter ceteros Guazzin. ad defens. reor. defens. 30. c. 35: n. 9. Farinac. quæst. 79. Caball. resol. crimin. casu 33. Gomes. variar. resol. lib. 3. cap. 13. & alij.

Verūm Guazzin. defens. 19. cap. 14. studet conciliare huiusmodi opiniones, & primam militare, ait, si tortura inferatur testi, qui negavit, se scire delinquentem; secundam autem, si tortura esset illata ad conualidandum

H

dictum

dictum, vel maculam auferendam, vel ad videndum testis persistentiam.

Ego verò cum Sanfelicio hic primam opinionem prorsùs comprobarem; nám, si verum est, confessionem in tortura sèpè numero fieri metu tormentorum, ex L. 1. S. si quis vltò, & s. questio i. vbi gl. ff. de questione, multò debilis redditur distinctio Guazzini, & meo iudicio, eodem modo discurrentum est de testibus torturæ suppositis, quo de principiis discutimus; vndè, si reus principalis debet ratificare extrà torturam quicquid in tortura dixerat, vt post alios nouissimè refert Scialoya in sua praxi torquendi reos: cap. 11. à fortiori idem dicendum est de testibus, qui tormentorum metu faciliùs mouentur, quam principales ipsi, de quorum negotio agitur.

Ne autem Rouitum magnum practicum deseramus, constituta regula generali, tam pro reis, quam pro testibus, vt icilicèt utriusque indigeant ratificatione confessionis factæ in tortura, excipias casus, quos excipit Scialoya d. cap. qui omnes, cæteris partibus, applicandi sunt testibus, dum ex ijs apparet, confessionem eorum in tortura non fuisse factam metu tormentorum, vt puta, si præfuit confessio extrajudicialis, si robustus, & fortis sit testis, tortura verò leuis, si repertus fuerit cum reo in actu delicti. Cæteros verò casus quiske suo modo poterit effigere; sat enim est, si generaliter ex regula tradita illos excipiatis, qui tormentorum metum elidunt.

Modum verò recipiendæ ratificationis vide apud Ambrosin. lib. 4. de proces. informat. cap. 15. & casus, quibus testes torqueri possunt, enumerat Scialoya in d. praxi cap. 14.

Hic autem non incongrue querendum, si testis post torturam non ratificauerit dicta in tortura, cum oppositum dixerit, quid faciendum? supèr qua re breviter respondeo, esse iterum torturæ supponendum, ex dictis per Gramm. t. dec. 72. Clar. S. fin. qu. & fl. 64. vers. ultimò videndum est: in fine, aliosque adductos per euadem Scialo. loc. cit. num. 14. postquam torturæ videtur, non adhibendam fore aliam ratificationem extrà torturam, quia posset reus iterum oppositum fateri, adeòque iterum torturæ supponendum esset; sicque, vel in infinitas, vel non ultra tertiam vicem, ex Guazzin. loc. cit. num. 13. quin imò daretur ratificatio ratificationis, quod esset absurdum;

vndè noua suppositio torturæ non est ratificatio, sed modus conualidandæ varietatis. Tu verò ad resolutionem questionis vide ea, quæ dicimus de reo principali in dilucidatione dec. 25. 2. vbi fusè habes materiam.

Modum verò torquendi testes habes nouissimè apud Dom. Carolum Antonium de Rosa in praxi criminali decretorum M. C. V.

cap. 2. vbi intèr cætera, quæ ad praxim deserunt, ait, testem posse varijs ex causis torqueri; etenim, si torquetur is tanquam varius, inquit, fieri decretum, quod torqueatur ad videndum, in quo dicto persistat. Si tanquam conscientia, quod torqueatur ad eruendam veritatem. Si tanquam varius, quod torqueatur ad videndum, seu ad declarandum, quenam ex duabus depositionibus spontè factis sit vera. De qua forma decreti dicemus in dilucidatione decisi. 248. Si tanquam corruptus in una ex duabus depositionibus, quod torqueatur ad declarandum, & quo fuit corruptus. Si tandem, tanquam sponte comparens, contrarium dicat primo examini, eo quod ab aliquo fuerit seductus, quod torqueatur ad videndum, quenam ex duabus depositionibus spontè factis sit vera. Alia verò vide ibi, cum etiam agatur de requisitis, ad hoc, vt testis torqueri queat.

Hinc collige primò, quod idem Doctor ait num. 2. d. cap. scilicet, testibus torquendis dari copiam indiciorum, & dicta Bart. aliorumq; quos refert, & sequitur hic Reg. Sanfelicius num. 2. locum sibi vindicare in criminibus atrocioribus, & in Iudice procedente tanquam delegato à Principe: de qua re fusiū dicemus in dilucidatione decisi. 238. vbi multa quoad torturam.

8 Collige pro coronide, etiam in causis ad S. Officium spectantibus, testem perjurum, & varium, torqueri ad sciendim, in quo dicto persistat. De qua praxi testatur Genuens. cap. 63. num. 11. in fine in impress. Roma anno 1630. Quod profectò optimo iure inductum est in re tam graui, tanquam hominum famæ prejudiciali; adeòque non comprobo, quod ipsem Genuens. loc. cit. num. 4. ait, videlicet, quando a testibus facienda est recognitio, astolere ponit testem in aliqua camera, in qua per foramen ille recognoscit denunciatu existentem in alia positum in medio aliorum, quæ praxis videtur fundata in regula cap. statuta 20. S. tubernus: de heretic. in 6. quo nomina testium patefieri prohibentur.

Quoniam autem hæc materia ardua est, & periculosa; ideo illam attente, licet, brevissime, examinabimus. Quarè, lector, patienter feras. Certum est, prout Genuens. ipse ait; post captam informationem supèr hæresi, dari inquisito capita inquisitionis cum termino duorum dierum ad presentanda interrogatoria pro repetendis testibus, supèr quibus interrogatorijs, repetitis testibus, datur reo copia omnij repertoriū sine nominibus, cognominibus, alijsque qualitatibus, ex quibus possit inquisitus venire in cognitionem personarum testium; supèr illis ergo inquisitus defenditur. His positis, fateor quidèm, me vere ignorare, quoniam modo poterit se reus plene defendere, si ignoret testium personas, quas

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

59

• quas posset ex capite inimicitia redarguere.
 12 Quod defensionis genus optimū est ex Mar-
 sin: de Rio disquisit. mag. lib. 5. in appendic.
 quæst. 2. per totam. Præterea, si reo fuerint no-
 tæ personæ testimoniū, poterit illos redarguere,
 tanquam falsos, ex locorum, & temporum
 circumstantijs. Et dñique, si repetenterur,
 reo citato, ad iuramenta videnda, pro ut in
 omnibus delictis sit, vt inter cæteros fusissime
 Reg. Merlin. contr. forens. cap. 62. tom. 1. posset
 Reus Iudicem instruere, vt in repetitione fa-
 cienda illos supèr aliquibus interrogaret, ad
 veritatem dignoscendam; quarè eueniret, ve
 forte in aliquo variarent, adeòque secundum
 dicta à Sanfelic. hic, essent torturæ supponen-
 di. Vnde, si inquisitores, vt veritati studeant,
 absolent inquisitum interrogare, an inimicos
 habeat, idque, ne illos recipiat, seruata disposi-
 tione cap. in fidei fauorem: de heret. i n 6. me-
 lius vtique eset, si eadem ex causa testes pa-
 tefaceret, cum inquisitus vix omnes possit ho-
 stes, præcipue occultos, explicare. Hinc Pa-
 ter Angelus Pistacchius in tract: de superstit: reo-
 rumque indicio præf. 2. cap. 19. num. 23. inqui-
 ens, in Tribunali Sancti officij obijciendam
 esse contra testes inimicitiam capitalem, ob
 quam testes non ex zelo iustitia, sed ex ma-
 lignitatis somite procedere videntur, reddit
 rationem, quid nunquam reis magis nocere po-
 set inimicitia testimoniū, quid in hoc S. Tribunalis;
 cum in eo nomina testificantum non aperiantur:
 sicut in alijs delictis fieri solet. Hoc ergo no-
 cumentum arcendum est, benè cognitum à
 pio hoc Religioso, qui moribus æquè, ac no-
 mine Angelus, promereri vtique posset lau-
 dem illam à Deo Angelico Doctori tribu-
 tam, benè scilicet de eo scripsisse; quarè me-
 ritò Sancti officij consultor in Regno Neap.
 creatus est, cum eius doctrina lucidior sole-
 appareat in tractatu prefato, quem omnes
 S.O. Consultores, & ministri tenere deberent,
 nec raro attentè legere.

Sed, vt diximus, pñaxis relata à Genuens.
 fundata est in d. s. iubemus, quo verè iubetur,
 vt, si periculum immineat, testes non pate-
 fiant, quinimò illis grauitè imponatur, ne
 secreta reuelent. Cæterum, si ob personarum
 potentias nullum immineat periculum, no-
 mina patefieri posse, certum est.

Hec sunt Bonifacij VIII. verba. Cessante
 verò periculo supradicto, accusatorum, & te-
 stimoniū nomina, prout in alijs sit iudicij, publicen-
 tur: Igitur potest dari casus, quo in rebus
 ad Sanctum officium pertinentibus accusa-
 torum, & testimoniū publicanda sint,
 adeòque praxis relata à Genuens. non erit
 contraria iura Pontificia vniuersaliter bona;
 itaque, vt in d. s. iubemus, vera praxis funde-
 tur, aut propter potentiam personarum (vt ut
 verbis textus) contra quas inquiritur, vident

Episcopi, vel inquisitores graue periculum im-
 munere, si contingat fieri publicationem nomi-
 num eorum; & tunc personæ testimoniū publi-
 candæ non sunt, sed patefacienda cæteris Iu-
 risperitis, adhibita ea diligentia, quam impo-
 nit Bonifacius ibi. Aut personæ inquisitæ
 non sunt potentiores testimoniis; & seruanda est
 dispositio superiùs relata in s. cessante. Nec
 poterit vrgeri, semper esse huiusmodi pericu-
 lum, nàm sic inagrem reddemus Bonifacij dis-
 positionem in d. s. cessante. Cæterum, si pe-
 ricula ponemus ob oculos, in nullis causis
 in foro seculari, & ecclesiastico versantibus,
 testimoniū nomina erunt patefacienda.

16 Neque omittendum, si testimoniū nomina
 patefierent, fore, vt quandoque denigrata non
 remaneret innocentium fama, cum in dies
 periclitemur, multos huiusmodi criminibus
 inquisitos, tanquam innocentes, absolvi post
 longam carcerum pœnam, quæ hostium ope-
 17 illos reddidit vexatos, licet hostes ipsos,
 deinde alijs ex causis, Dñō vindice, eandem
 periclitatos viderimus pœnam, dignitateque,
 qua quandoque, tanquam officiales Sancti
 officij, fruebantur, maximo dedecore spolia-
 tos; sic profecto edocti fuere, tam Sanctum
 Tribunal à Deo principaliter regi ministerio
 quidem integerrimum iudicum, non
 autem illorum, qui, tanquam alterius famæ
 detraactores, vt proprijs affectibus consulant,
 propriam dignitatem denigrare non erube-
 scunt. Hæcque satis supèr re, quæ longiori
 esset examinanda sermone, sed forte alias, si
 sermo incident.

Interim, vt, quantum valemus, tam San-
 ctæ Tribunalis ministros certiores de non
 nullis testimoniū odijs erga inquisitum fa-
 ciamus, aduertant hi, huiusmodi testes, scien-
 tes, eorum nomina inquisitis non patefieri,
 ea sèpissimè figurare scelera, quæ nunquam
 reus somniauit, variaque, tanquam supersti-
 tiosa reuelare, quæ, si intropisciantur, natura-
 lia verè reperientur; quoniam verò vrgent te-
 stimoniū depositiones, nullum aliud supèr re cō-
 stituitur examen; adeoque, qui innocentè ac-
 cusatur, innocentissimè etiam damnari po-
 terit. Id circò tales ministri debent præ ce-
 tèris doctiores esse in rerum naturalium per-
 scrutatione, nec testimoniū depositionibus plènè
 standum, quandoque supèr facto, & qualitate
 facti temere deponentium, cum multa sint,
 quæ superstitionis prima facie videri possint,
 quæ verè, vt diximus, non ita se habent. Ec-
 19 quis hā non superstitionis vocaret, qui sexū
 forte mutaret, & ex foemina mas euaderet,
 & ex mari foemina? & tamèn stultus esset ha-
 bendus, qui, id naturaliter accidere posse, ne-
 garet, cum id reperiamus millies euenisse,
 apud Plinium lib. 7. cap. 4. apud Marcellum
 Donat. lib. 6. hist. mirab. cap. 2. regnante Ludo-

uico XI. Aluernie apud Pontan.lib. 10. de reb. celeb. Marull.lib. 1. memorab. cap. 3. Amat. Lusitan. cent. 7. chris. 39. Petr. Peramat. tract. 2. de Regin. pregn. cap. 8. pag. 117. Montan.lib. 1. experimēt. cap. 21. Fulgos.lib. 1. cap. 6. Volater.lib. 29. sit. de vesica. in fine: tempore Alexandri VI. Summi Pontificis, & sexcentos alios, quos libenter prætero. Quod, quomodo euenire possit, non est huius loci tractatio. Vide multos, quos refert, & sequitur Terreblanca lib. 2. de magia operatrice: cap. 17. quo pariter libro nullus Sancti officij minister deberet carere.

Et quis tandem non superstitionum censetur, qui senem in iuuenem cōuersum inspicere; & tamēt hoc naturaliter euenire posse, sa certō certius est, nec deest, qui naturalibus id plantis assequatur, int̄r̄ quas non ignoro, tres extare, quæ huiusmodi præstent effectum; earum verò nomina, auctoresque, iustis ex causis silentio committimus; sat sit, si dicam, nostram illis Italiam carere, nonnullosque ijs indigentes è longinquis mendicare regionibus. Quot sunt, qui nunc, hac legentes, fabulas arbitratur, eo quod nullum videant senem iuuenescere, cum potius ignorent. Quot, qui me earum nomina vellent edocentem. Quot tandem, qui eas ediscere non curant, quia longiorem fastidiunt vitam. Sic verè noscimus, tot esse hominum sensus, quot rerum sapores. Sunt ergo nonnulla tribuenda naturæ, non magicæ superstitioni, adeoque in similibus casibus quanta sicutestibus adhibenda fides, videant prudentes Inquisitores.

S V M M A R I V M .

- 1 Reus ad impetrāndam gratiæ exequitionem, debet probare remissionem obtentam ab omnibus heredibus defuncti; secūs post decretum pro exequitione gratiæ, & quare.
- 2 Remissio an possit fieri per procuratores consanguineorum defuncti.
- 3 Gratia an gaudeat absque partis remissione, qui ignorat, à quo ea facienda sit.
- 4 Reus ad impossibile non tenetur, quare neque quandoque ad obtinendam remissionem.
- 5 Remissio obtinenda per reum à pupillo ob necem patris an obtineri possit à tute.
- 6 Remissio quoad vindictam potest fieri à tute; verū quoad interesse prosequendum obseruandæ sunt omnes solemnitates, quæ requiruntur in alienationibus rerum pupilli.
- 7 Remissio quomodo facienda sit? remissiæ.
- 8 Decretum praambuli ad instantiam existentium in linea transversali nequit expediti, nisi, confite per testes, nullum aliud reperiri proximiorem, vel equalē.
- 9 Proximitas in gradu non præsumitur, eo quod nullus aliis compareat.

- 10 Testes deponentes, ipsos scire, nullum alijs reperiri proximiorem, periculo se exponunt.
- 11 Testes, ut periculum falsitatis effugiant, non deponunt, ipsos scire nullum reperiri proximiorem, sed ipsos nescire, nullum adesse proximiorem.
- 12 Testes deponentes, ipsos nescire, an alijs sint proximiiores, non profundit ad obtinendum, praambulum.
- 13 Praambulum, licet nullum præstet præjudicium non auditis, non est tamen inordinate expedientum.

DILVCIDATIO DECIS. XXV.

2 **H**ic principaliter edocemur, Reum pentem impetratæ gratiæ exequitionem teneri probare, se remissionem omnium coniunctorum defuncti obtinuisse, quibus competebat successio, alijs illi gratiam non prodesse; secūs verò, si obtinuerit decresum super gratiæ exequitione.

Quæ distinctio optimo iure fundatur. Näm antè gratiæ exequitionem reus non est in possessione illius; vnde probare debet omnia, quæ de iure requiruntur ad illam obtinendam. Verū post decretum supèr exequitione gratiæ dicitur integra, nec non dicente pariter reus stare in illius possessione; merito igitur huiusmodi possessio trāsfert onus probandi in Fiscum, vulgatis iuribus.

3 Hic verò notandum est, nimis controvēsum esse apud D.D. an remissio possit fieri per procuratores consanguineorum defuncti habentes speciale mandatum. Negant plerique, plerique affirmant, quos videre est apud Scialoyam in praxi foriudicat. cap. 24. n. 57. cui placet affirmatiua opinio, dummodo in mandato de remittēdo intercaiat Index; tunc namque tolleretur omnis suspicio metus: quæ ratio mouit Caravitam in rītu 275. post n. 8. ad afferendum, remissionses efficiendas à principalibus: quem deinde communiter sequuti sunt, vt videbitis apud Consiliarium Franciscum Mariam Prassum ad Paschal. de vir. patr. potest. c. 1. par. 2. ad. n. 31. S. queri itidem.

3 Sed quid, si inquisitus ignoraret, à quonam facienda sit remissio, an gaudere debeat gratia absque partis remissione? Caravita supèr hoc anceps fuit in Rītu 272. n. 28. & seqq. Reg. de Ponte affirmatiuè respondit in tract. de Potest: Pro reg. tit. 1. de provis. fieri solit. q. 4. n. 3. cum conditione, vt quandounque pars comparuerit, teneatur ille infrā certum tempus remissionem obtinere; & sic obseruatum ait Sanfelic. dec. 53. n. 18. quem multi sequuti sunt & nouissimè tandem Dom. D. Carolus Petra in d. Rītu 272: prolixè quæstionem examinans, contrà Caravitam facili doctrinè cōcludit

clausis 2.4.3. & seqq. quem nihilominus sequitur in hoc, scilicet non procedendum ad compositionem, cum agitur de ignorantia certarum personarum, quae remittere valeat, absque Proregis licentia in Regno. Illum ergo vide, dum multa habes quoad materiam non contentem. Hec autem obseruancia non erit tam strictè intelligenda; quisque enim ad remissionem cuitandam afferere posset, à se incertum quandam interfactum, aliaque fingere, ut elusoriam redderet Pragmaticæ dispositionem.

Index igitur videbit, an ille, qui interfactus est, re vera incertus sit, ita, ut de eo nulla queat haberi notitia: quod inspicere poterit ex ijs, quae à reo accipit de loco, & tempore delicti patrati, puta, si delictum commissum esset in nemore, tempore, quo grafiator erat delinquens, nec deduci poterat, interfactum fuisse illum, quem reus confiteatur, & alia buiuscemodi. Quod si ita se habebit, procul dubio locum sibi vendicabit obseruancia relata à Sanfelicio.

Sin autem Iudex inspiciet, delictum commissa in aliquo loco, ubi ex informatione, capta constet, delinquentem illum fuisse, qui gratiam expostulet, tunc, aut reus probaverit, illum nullos habere consanguineos, vel saltē tam distans erit locus, ut in Rei notitiam qualitas hæc venire nequeat, vel id in dicti innotuerit, & tunc eadē sibi locum vēdicabit obseruancia; aut verò oppositum apparet, & tunc contrarium afferendum est; sic enim non obligaretur Reus ad impossibile, iuxta l. Imperialium, cum concordant: f. de reg. sur. His ergo casibus requiritur potius Iudicis prudentia, quam Principis certioratio, quam requisivit Caranita, cum sèpè Princeps ea, quae à iuribus positius dependent, ad Iurisconsultos remittat.

Hic autem non incongrue queritur de remissione obtinenda à pupillo ob necem patris: super qua re communiter DD. afferunt, illam faciendam à tutori: an autem requiratur decretū Iudicis, & vt tutor adimplerit adimplenda, vide eos, quos refert Scialoya in d. c. 24. n. 50. & seqq. & quæ nupèr prolixè scriptis Dominus D. Carolus Petra in d. Ritu 272. n. 52. & seqq.

Ego autem vilia absque hæsitatione concludam, consultus Rouimus in Pragm. 7. de composit. n. 21. si agitur de remissione facienda quoad vindictam, posse illam fieri à Tutori absque decreto, cum ad hoc lex Diuina obliget; sin autem quoad interesse prosequendum, nullam aliam regulam prorsus specialem constituendam, tam pro remissione facienda, quam pro petenda in integrum restituzione, nisi illam, quam DD. tradunt in alienationibus rerum papilli; sicque tanas

ambages dissolues vnica tantum regula, quam veram semper reperties, attentis omnium scriptorum dictis, ut ex Doctoribus superioribus citatis colliges. Quomodo autem sit facienda remissio, habes plenè apud eundem Scialo. loc. cit. à n. 51. ad 55. Alia in sequentibus duabus dilucidationibus apponemus.

Hinc collige, veram esse doctrinam, quam affert Sanfelicius hic n. 5. scilicet, decretum præambuli ad instantiam eorum, qui sunt in linea transuersali, non interponi, ni illi præverint, non adesse alium ipsis proximiorem, vel equalē, ex Carau. ritu 181. n. 4. vers. aduersitate. licet, ut verū fatear, quæstio hæc sit famosa apud DD. relatos inter ceteros à Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. 1. gl. 1. n. 5. & seqq. contrariaz adhærente opinioni, quā deinde sequutus est Mont. corr. 43. sub. n. 2. 1. relatus à Dom: D. Carolo Petr. sup. ritu 181. n. 9. in fin. qui candē videtur sequi opinionem. Nāra ad conualidanda Sanfelic. dicta pro veritate, quā secundū vires sequi studemus, sat erit, ut respondeamus argumento, quod, tamquam vrgens, proponit Tiraq. loc. cit. n. 8. & est, quia, qui se propinquum esse dicit, & probat, proximus, & ideo solus esse præsumitur, cum socij nulli apparent ad huiusmodi lucrum acquirendum.

Hoc quidem argumentum soluit experientia ipsa, qua quotidie inspicimus, multos post præambulorum expeditionem insurgeare, qui verè proximiores sint hæredibus declaratis, vel saltē illis æquales, & tamē ante præambuli expeditionem probauit, qui pro hæreditate instetit, nullum esse se proximum, & tamē aderant, qui ad lucrum deinde venerunt. Quæ si eveniunt, dicendum est, inānem redi præsumptionem à Tiraquello positam; ac proindè requiri probationem negatiuam per testes afferentes, se ipsos scire, nullum alium adesse proximorem.

10 Non negauerim tamē, periculorum esse genus hoc probationis, quandoquidem, si deinde reperirentur proximiores, possent testes puniri, tamquam falsi; quarè, ne in tale periculum incurvant testes, solent cautē deponere, ipsos nescire, alios reperiri proximiores, vel æquales, quia, si deinde proximiores, siue æquales reperiantur, excusari possunt, ipsis non fuisse notos; quæ excusatio nō cadit, cum positiuē deponunt, ipsos scire, non esse alios proximiores, aut æquales. Differunt enim hæc duo, scire scilicet, non esse alios proximiores, vel æquales; & nescire alios proximiores, vel æquales, cum depositio primo modo facta, tanquam de positiuā scientia, possit subiacere periculo falsitatis; secūs verò altera, tanquam negatiua, quæ excusationi subest. Et vere, ut quisque vera deponeret, primo modo esset deponendum; quoniam autem quandoque proximitas dependet

pendet à iure, quod ignorari poterit à testibus, & ab alijs circumstantijs, quæ notæ esse nequeunt; idcirco admitti posse, arbitror, primum deponendi modū sufficientem ad præambulum obtinendum, qui non sufficeret, si testes deponerent, ipsos nescire, an alij extant proximiōres, quoniam hæc non haberetur positiva depositio supèr negatiua, vt patet. Hæc omnia essent à iudicibus M.C.V. obseruanda, prout credo, à nonnullis obliterari, quæ si communiter obliterarentur, nō utique tot inutilia ij expedirent præambula, ni dicam, perniciosa, & tertio præjudicialia.

13 Illud tamèn non omissendum, puto; nam, licet præambuli expeditio nullum præstet præjudicium non auditis; non tamèn indè deducitur, illud expediendū inordinatè, cum, vt considerati patet, varia dama, & incommoda ex possessione data hæredi percipient ij, qui auditæ non sunt, quibus utique non afficerentur, si essent auditæ, prout fortè euenire poterat ex depositione testimoniū, si fuisse facta modo superiū descripto à Carauta, quæ sequitus est Sanfelicius hic ab omnibus comprobandus.

S V M M A R I V M.

- 1 Remissio vxoris an sit necessaria.
- 2 Vxor, non extantibus agnatis, nec cognatis, succedit viro.
- 3 Vxor remissio non est necessaria, si ea concurredit cum ascendentibus, vel descendenteribus viro.
- 4 Affectione in uxore est præsumpta, sed in descendenteribus est certa.
- 5 Proximitas considerata à Regia Pragm. in remissione facienda non officit vxori.
- 6 Ius remissionis mensurandum est ab affectione.
- 7 Vxor concurrens cum ceteris consanguineis, præter ascendentēs, & descendenteribus, illis præfertur.
- 8 Remissio an competat communib⁹ filijs, viro uxorem occidente.
- 9 Vxor, transiens ad secunda vota, an præferatur consanguineis defuncti in remissione facienda.
- 10 Spons⁹ futura an competit ius accusandi, & remittendi.
- 11 Viro an competit ius remittendi iniuriam illatam vxori superstiti non mortua.

DILVICIDATIO DECIS. XXVI.

V Astam in hac decisione edocemur matrī paucis à nobis coarctandā, ne lectorū animos defatigemus cito, quam alliciamus. Habemus hic ergo, licet anno 1605. fuerit iudicatum, non esse necessariam vxoris remissionem apud Viscont. ad dec. 382. Vinc.

de Franch. contrarium tamèn fuisse postmodum iudicatum.

Antequam ad decisiones accedamus, sciendum est, duas opiniones esse circa vxoris remissionem. Prima, siquidem negat, illam requiri, & fundatur in eo, quia, licet de iure communī videatur necessaria remissio vxoris, cui competit accusatio de nece sui viri;

2 ex ijs, quæ ait Boer. decis. 233. accedit hoc, quia de iure communī vxor, non existentibus agnatis, nec cognatis, succedit viro. Et. it. ff. & C. unde vir. At verò, cum in Regno coniuges non succedant, sed excludantur à Fisco per constit. Regni, Dobane, non necessaria erit vxoris remissio, quæ fundata est in successione à Pragm. 7. de composit.

Altera opinio affirmat, & fundatur in eo quia etia in Regno locum habet successio vnde vir; sicque vxor excludit Fiscum, etiam attenta dispositione Constit. Dobane, vt optimè Andr. & Afl. in d. Constit. quæst. 4. num. 9. Quam opinionem communem fatentur Borrel. tract. de Reg. Cathol. præstant. cap. 14. num. 19. & seqq. Omnesque alij, quos refert, & sequitur Paschal de vir. patr. potest. cap. 1. par. 2. num. 62. quicquid aliter fusi simè, & eruditè scriperit Reg. Hieronym. de Philipp. Fiscal. dissert. 22. qui tandem in dissertationis sequentis calce non negat, aduersam iudicandi consuetudinem esse receptam, licet, Fisco inaudito, adeoque Regiam Cameram noluisse ob tantam difficultatem ad questionis decisionem deuenire.

Recepta igitur secunda hac opinione, insurgit difficultas, de qua in prædictatis decisionibus, an scilicet sit necessaria vxoris remissio, existentibus agnatis, & cognatis.

Et ex relatis decisionibus duplēcē inspirimus opinionem. Prima negans est, eo, quod Regia Pragm. præscindendo à iure communī, disponat, vt proximiōres tantum ad succedendum debeant remittere; vnde, si agnati & cognati sunt proximiōres vxore defuncti, ad succedendum, ab illis tantum facienda remissio.

Altera affirmans, quia Pragmatica loquens est de remissione facienda ab agnatis, & cognatis, nec loquita est de omnibus, quibus competit ius remittendi, intèr quos numeratur vxor; vnde, cum hæc dicatur una caro cū viro, excludet ceteros agnatos.

Quamnam ergo ex his dicemus veriorem? Qui sequitur decisionem relatam à Viscont. dicet veriorem primam. Qui Sanfelicius, secundam. Qui denique veritatem, utramque. Nos, qui pro veritate scribimus, utramque concordabimus, & utramque dicemus veram, consulti Capiblane. ad Pragm. 6. de Baron. cap. 28. n. 5. tom. 2. Nam, aut vxor concurrit 3 cum ascendentibus, vel descendenteribus in præmo

mo gradu consanguinitatis coniunctis, & præferruntur illi, exclusa vxore, quia in vxore præsumptio est affectionis; at in ascendentibus, & descendebus in primo gradu coniunctis est veritas, cum iij pars viscerum sint. *i. isti quidem ff. quod met. caus.* Vnde, cum veritas præferatur fictioni, preferentur isti, exclusa efuncti vxore.

Antequam ad alteram partem deueniam, teneor respondere ad tacitam consequentiam. Ergo dices, fruстрà Pragmatica expressit proximitatem in succedendo, tanquam qualitatem essentialem ad remittendum.

Respondeo, qualitatem illam non esse frustratoriam respectu agnatorum, & cognatorum, cum prælatio intèr illos admittenda sit eo ordine; at verò ordo hic non est obseruandus cum vxore, tanquam diuersi ordinis cum agnatis, & cognatis. Sed ius remittendi mensurandum est ex affectione; adeoque non indè frustratoria reddetur Pragmaticæ dispositio, vt consideranti patet, que ordinem tantum considerauit in expressis, qui non fuerunt alij, quam agnati, & cognati expressi ordine conjunctionis. Atqui vxor non postponenda in coniunctione agnatis, & cognatis in secundo gradu repositis, vt nunc dicemus.

Aut verò vxor concurredit cum ceteris viri consanguineis, & procùl dubio ista præferetur, cum propriam iniuriam prosequi dicatur ratione affectionis, & coniunctio-
nis, adeoque propriam etiam remittat. Huc variaz ent adducendæ eruditio-
nes ad tantam coniunctionem comprobandum: nos consultò eas deserimus, cum satìs sit, si ad-
ducamus cap. gaudemus. *§. quia vxor de diuort.* Innumeris sunt scriptores, quisque eos suo modo percurrat. Igitur decisio relata à San-
felicio ut inspicitis, fuit fundata in coniun-
ctione, quæ arctior erat, quam illa ceteroru-
defuncti consanguineorum. Ex qua distin-
ctione comprobanda etiam ex Doctoribus
relatis per Paschal. loc. cit. n. 11. & seqq. omnes
resolues casus, nám, si concurrat vxor cum
matre defuncti, præferetur mater, ex Capibl.
loc. cit. Si cum filiis defuncti, hi etiam præfe-
rentur ex Vinc. de Franch. dec. 38. 2. Capibl. n. 7.
& Rouit. ad Pragm. 7. de compos. n. 20. Si cum
fratribus defuncti, præferetur illa, siveque cæ-
teros resolues casus, qui obuiam fient. Alia
vide apud Dom. de Luca ad Vinc. de Franch.
dec. 38. 2. qui opinionem Visconti sequitur
ductus à Scialoya in praxi foriudic. cap. 24. n.
34 qui adducit decisionem relatam à Thera.
in verbis querelandi: in suppl. pag. 326. re-
ferente, fuisse decisum in Collaterali Consili-
lio, remissionem sororis sufficere, exclusa
vxore mortui. Sed decisiones relatæ à Thoro
apud me, & ferè omnes, nullius pôderis sunt,
cum ipse ignorarit semper Iudicantium mo-

tuia, tanquam merus aduocatus in decisio-
nibus non interueniens, potissimum, cum
rationes ab ipso adductæ nullius sunt ponde-
ris, prout in casu nostro, ut videre est loc. cit.
Vnde ex vi huius decisionis recedendum non
est à regula superius tradita; ne tamèn con-
temnere videamus supremorum Tribunalium
definitiones, dicimus, iustis quandoque ex
causis solere Iudices non necessaria arbitra-
ri vxorum remissions; cum enim ista irra-
tionabili sçpc ira mota ob virorum neces-
que eas multis spoliauere solatijs, innume-
ros extorquere soleant ab interactoribus
pecunias ad remissionem faciendo, quam
iusto sanè pretio obtinent ij à ceteris agna-
tis, nil mirum, si Iudices, hæc ob oculos po-
nentes, decernant, necessariam non esse vxo-
ris remissionem, que alias ex regulis superius
positis necessaria est. Quæ an vera sint,
non est huins loci recensere. Legat, qui
vult, processus originales, & præcipue acta
relata à Thoro loco citato cum nos modestæ
studio ad trutinam reuocare non censeamus
decisionem illam anno 1640. emanatam, ne
multa silentio citius prætereunda patefacia-
mus.

Stante igitur regula illa generali suprà ex-
posita sub hac declaracione, non est quid mi-
retur Dom. Consiliarius D. Carolus Petra ad
Ritum M. C. Y. 272. post n. 22. tom. 3. scribens,
si vera est opinio Tartagli. volentis ad vxo-
rem, tanquam principaliter offendam, perti-
nere remissionem, se nescire, quemodatoc
contraria ortæ sint decisiones.

Et licet ipse studeat rationem etiam ener-
uare n. 25. & seqq. inquiens, ad rem non fa-
cere, si dicatur, vxorem esse vnam, eandem
que carnem, ac partem corporis sui viri, cum
ex hoc non dedicatur, esse principaliter of-
fendam vxorem ob eius necem, quemadmo-
dum vir ipse offensus dicitur principaliter;
dum ex hoc sequeretur, pro quacunq; alia
iniuria suo viro illata posse vxorem exponere
querelas, contrà textum in l. 2. ff. de iniurijs;
quæ sequela probatur, si quidem principali-
ter offendus, potest querelare; vnde, si vxor
diceretur, tanquam pars corporis viri, prin-
cipaliter offendita, posset querelare, sicuti po-
test eius vir, dum utriusque dicetur principal-
ter illata, iniuria.

In contrarium tamèn veritas est. Et qui-
dèm, cùm dicimus, vxorem esse vnam carnem,
parte inque corporis viri, eamque ob viri ne-
cem, esse principaliter offendam, hæc, & co-
tera huiuscmodi intelligenda sunt, ut suprà
diximus, per iuris fictionem; lex enim fingit,
vxorem, esse talem, quæ verè talis non est;
quis enim stulte alsereret, esse realiter ean-
dem viri carnem, & vxoris; & principaliter
offendam vxorem, in nece viri certè nemo
cum.

eum diuersa sit vxoris caro, & viri, diuersumque corpus; & verè principaliter offensus vir, qui imperfectus est.

Hinc est, vt quoties concurrunt veritas, & fictio, veritas fictioni ex nimis vulgatis iuribus praefatur, ob idquæ superius diximus, preferendos vxori ascendentess, descendentesque in primo gradu coniunctos defunctiones, ex Capibl. loc. cit. nunc ergo ad casum, in quo versamur. Aut agitur de offensa facta viro, qui post offensam mortuus sit, adeoque agitur de illius necesse; & tunc, cum duo sint principaliter offensi, scilicet ipsa, & vir, hac sub disparitate, vt ipsa per iuris fictionem, vir autem realiter dicatur offensus; cumque non superfit, qui verè, & realiter offensus est, sit locus iuris fictioni, adeoque ad vxorem spectabit, tanquam principaliter per iuris fictionem offensam, ea facere, quæ alias faceret eius vir, si supereret. Aut agitur de iniuria facta viro, qui post illam receptam viuus supereret, & ex dictis, non sit locus vxori, quia veritas fictioni præfertur. Hæc omnia plana sunt.

Nunc tandem ad l. 2. ff. de iniurijs, accedamus. Ibi hæc. Quod si viro iniuria facta sit, vxor non agit, quia defendi vxores à viris, non viros ab uxoribus, aquum est. Et certè Paulus loquitur de ea iniuria, quæ obitum alterius non importat; alias ridicula reddebet ratio, quam tradit; sive, cum adest principaliter, non secundum, ac verè, & realiter offensus, quo casu veritas fictioni præponenda. Cur autem hæc ratio non militet in vxore offensa, quo casu vir agit, iam Paulus ipse declarauit ijs verbis, quia defendi vxores à viris, non viros ab uxoribus aquum est, & rationis est illa, quam tradidit Papinianus in l. in multis ff. de statu hominum, quia scilicet in multis nostri iuris articulis deterior est conditione feminarum, quam masculorum, ut ex infinitis propemodum Iurisconsultorum responsis deducit ibi Gloss. Igitur, ne maiorem demus articulo dote, vt, qua opportunitate discessimus, opportunitas tandem reuertamur, inconclusa vtiique est ratio, & opinio Tarta: aliorumque Doctorum; quam Donsinus D. Carolus Petra ingeniosè reuocauit in dubium; adeoque ne discedas à regula superius tradita.

Non negauerim tamè, vt in praxi sepiùs receperum vidi, assolere offendentes remissione habere, tam ab uxore, quam à ceteris proximiорibus, vt articuli dubietatem desegant. Ceterum, si esset ad decisionem deueniendum, starem scriptis.

Ad hanc decisionem multa spectant quæsita, quæ breuissime resoluemus.

Quæritur igitur primò, an viro occidente vxorem, remissio competit communibus filiis; & affirmatiuè videtur prima facie ref-

pondendum, dum vxori nullus existit istis proximiорibus. Contrarium tamè dicendum est, cum verè requiratur remissio proximiорum vxoris tantum; vt voluere omnes iij, quos adducit, & sequitur Scialoya in praxi forandat. cap. 24. num. 49. Nam filij non minus proximiores sunt matri, quam patri, quicquid sit, si aliqui reperiuntur casus, in quibus sola sufficiat communium filiorum remissio, quos enumerat Mastrill. de induit. cap. 24. nu. 80. de quibus forte alibi, cum cœsim examinandi sint.

9 Quæritur secundò, an praefatur vxor transiens ad secunda vota consanguineis defuncti. Et supèr hac re consulendus inter ceteros Paschal. loc. cit. num. 14. & seqq. qui auctoritate Alphonsi Perez de Lara in tract. de annivers. & cappell. lib. 1. cap. 13. num. 5. mulierem per transitum ad secunda vota amittere ius remittendi, non solùm, existentibus filiis, scripsit, sed etiā concurrentem cum alijs consanguineis ex Auth. de nuptijs §. non tamen: coll. 3. licet, si pro remissione aliquid acceperit, non teneatur deinde ad secunda vota transiens illud seruare consanguineis, cum illud proprio iure, re integra, scilicet antè transitum ad secunda vota acquisierit.

10 Quæritur tertio, vtrum sponsa de futuro competat ius accusandi, & consequenter remittendi. De qua re consule Triuifan. decis. crimin. 15. Visccont. ad dec. 3. 82. Vinc. de Francb. & Foller. ad constit. Regni statuimus nu. 88. cum seqq. Communis vero opinio est negativa, cum nullum adsit sponsa interesse, nullaque antecedens coniunctio.

11 Quæritur vltimò, an viro competit ius remittendi iniuriam illacum vxori superstiti, non mortuorum. Et negatiuè respondeo ex Ricc. par. 3. dec. 18. limitations vero vide apud Scialoyam loc. cit. num. 47.

S V M M A R I Y M .

- 1 *Ius remissionis an competit iure sanguinis, an autem hereditario.*
- 2 *Hereditas delata ea dicitur, quam quis potest adeundo consequi.*
- 3 *Ius remittendi competit proximiорi, licet aliis in gradu remotiori institutus sit.*
- 4 *Filius institutus heres à testatore interfecit, obtinens aliquod pretium pro remissione facienda, non tenetur illud dare creditoribus paternis.*
- 5 *Feminæ, qua in Regno succedere nequeunt, stantibus masculis, non habent ius remittendi.*
- 6 *Feminæ non dotatae, & succedentes cum masculis, habent ius remissionis.*
- 7 *Hereditas dicitur delata, non tantum propter personam in gradu successibili, sed etiam propter*

- pter omnes alias qualitates illam habilem reddentes ad succedendum.
- 3 Illegitimi, & naturales non habent ius remittendi.
 - 9 Filius repudians hereditatem paternam habet ius remittendi.
 - 10 Hereditas nequit dici repudiata, ni prius delata fuerit.
 - 11 Hereditas non potest dici delata fœminis in nostro Regno exclusis à successione parentum.
 - 12 Exhereditati habent ius remittendi.
 - 13 Mater, quoties est habilis ad succedendum filio, habet ius remittendi.
 - 14 Soror, que renunciauit successioni fraterno, attento iure Regni, habet ius remittendi; sc̄us de iure consuetudinario Ciniatris Neapolis.
 - 15 Soror non succedit fratri de iure consuetudinario, si dotata sit.
 - 16 Pax, non autem expressa remissio, requiritur inter nobiles.
 - 17 Remissio facta pacto, ne inquisitus ad partis offensę patriam accedat, an valeat.
 - 18 Extraneus institutus heres non habet ius remittendi, si proximiores ab intestato nolint prosequi vindictam.
 - 19 Heredes extranei instituti, non extantibus coniunctis, vel illis tacentibus, admittendi sunt de equitate ad vindictam defuncti prosequendam.
 - 20 Ius remittendi competit ijs, quibus competit ius querelandi.
 - 21 Vindictam prosequentes debent esse prompti ad remittendum.
 - 22 Vindicta Deo relinquenda.
 - 23 Deus sanguinem seruorum suorum vltiscetur.
 - 24 Vindicta est infirmi animi.
 - 25 Ateniensis h. statu tumulo figentes ultionem denunciabant interfectoribus.
 - 26 Deus tarditatem supplicij granitatem compensat.

DILVICIDATIO DECIS. XXVII.

DIlucidatur in hac decisione Pragm. 7. de compositione discusio articulo, an ius vindictarum, & remissionis competit iure sanguinis, an autem iure hereditario; & concluditur, competere veroque iure; quare requiretur qualitas sanguinis, & hereditaria.

Post Sanfel. Franc. Maria Pratus in addit. ad Tascal. de vir. patr. potest. part. 2. t. 1. omnia, quæ dixere DD. reassumens, de articulo à tot Doctoribus discussio noluit disputare, summa certè ductus prudentia; turpe enim est, paginas aliorum dictis repleri. Ego igitur idem sentiam, lectorē mittendo ad DD. per ipsū citatos, & Scial. in prax. foriud. c. 24.

Quoniam verò tota difficultas oritur, at tenta præfata Pragm. 7. de composit. quæ duplē videtur qualitatem requirere, ideo breuissimè videbimus, quoniam modo sic sumenda qualitas hęc hereditaria; quare dilucidatæ decisiones, quæ indè emanarunt, contrariæ non apparebunt, varieque dubitationes vna sub regula ab omnibus receptæ resoluentur, nec illas lectores fastidient. Pragmatica igitur hęc inter cetera propalat. La volontà nostra è, che s'ottengano le remissioni predette da tutti li parenti di detti uccisi più prossimi, e più congiunti, alli quali si deferisce la successione del morto.

Vnde requirit coniunctionem sanguinis, & delationem hereditatis, per ea verba, alli quali si deferisce la successione del morto, & nihil aliud.

2 Hereditas verò delata illa dicitur, quam quis potest adeundo consequi l. delata 151. de verb. signif. sicque qualitas successionis, quam Regia Sanctio requirit, in potentia tantum debet esse, adeoque in actu primo, non in actu secundo, ut philosophicè loquar; alioquin illa non loquuta esset per delationem, sed per aditionem, quę delationem subsequitur. Hoc apud omnes certum est, & sequutum fuit S. C. & se Vinc. de Franch. dec. 611. & consonant dicta Rouiti in punto super Pragm. 7. de composit. in ultima compilazione num. 64. & seqq. & sequitur Dominus D. Carolus Petra post hac scripta uisus, in Ritu 272. post. num. 14. tom. 3:

3 Ex hac igitur regula generali omnes causis resoluuntur de iure nostri Regni. Vnde primò, instituto per defunctum a iquo extraneo herede, ius remittendi nihilominus competit proximiori, licet non sit heres institutus, quia quoad se dicitur hereditas delata, dum poterat succedere, hocque iam reperimus decisum apud Vinc. de Franch. dec. 611.

Secundò, quamvis filius sit institutus heres à testatore interfecto, si pro remissione facienda pretium aliquod accipiat, non tenetur pretium dare creditoribus paternis, licet teneatur alia bona, quia illud pretium accipit, non tanquam heres actualis, sed tanquam heres in potentia, idest tanquam potens esse heres ratione sanguinis; sicque decisum iunctis aulis per S. C. refert Rouit. ad d. Pragm. 7. de composit. discussio uberrimè articulo à num. 18. ad finem.

5 Tertiò, fœminæ in Regno, quæ, stantibus masculis, nequeunt succedere, non habent ius remittendi, quia illis non defertur hereditas, sicque decisum legimus apud Reg. Tapiam de iure Regni lib. 4. sub tit. de Transact. de Ponie de potestate Proreg. tit. de professi. solit. §. 4. num. 17. & seq. quorum me-

minit Reg. Rouit. vbi supra num. 80. inquiens, re vera S.C. non fuisse motum hac ratione per nos adiudicata, sed ratione publicæ utilitatis, nam sciebant omnes, renuere mulierem remittere miter viri. Et licet Dominus Petrus loc. cit. num. 15. non videatur hanc sequi opinionem, eo quod de iure admittatur, adeo que respectu foeminae dicatur etiam delata successio; ipse tamen postea nimis oculatè aduertit, stante iure Regni foeminas arcentes à successione, masculis extantibus, non posse dici respectu earum delata hæreditatem.

Non negauerim tamèn, si ex dotatæ non

- 6 fint, quia cum masculis succedunt, spectare etiam ad illas remissionem, siquidem ijs successio defertur, ac proinde potest dici hæreditas delata, quæ, licet dici sic nequeat, cum dotatæ sunt; poterit tamèn verè appellari delata, deficiente dotatione, super quæ fundatur exclusio. Vnde corrigenda est 7 imaginatio, cum delatio hæreditatis non specificetur tantum à persona in gradu successibili, sed etiam ab omnibus alijs qualitatibus, quæ illam habilem reddunt ad succedendum. Igitur, quia foemina dotata de Paragio inhabilis redditur ad succedendum vigore statuti, non poterit respectu illius dici hæreditas delata, quamvis sic in gradu equali cum masculo; è contra vero, quia foemina non dotata est habilis ad succedendum, dicetur respectu illius delata hæreditas, ac proinde admittetur cum masculo ad remissionem.

- 8 Quartò, illegitimi, & naturales, quibus non defertur hæreditas defuncti, non habent ius remittendi; & licet conrarium dicendum sit, attento iure communī, vt optimè Paschal. d. cap. 2. num. 21. & seqq. vbi Consil. Pratus doctissim⁹, & Reg. Rouit. dec. 25. nostra tamèn conclusio tenenda est de Iure Regni, vt aduertit Dom. Altimar. ad d. dec. 5. Reg. Rouiti.

- 9 Quintò, filius repudians hæreditatem, siue exheredatus, habet ius remittendi, & concurredit cū alijs filijs non exheredatis, neq; repudiatis hæreditatem, ad remissionem.

- Quoad repudiates certam est, hæreditatem non posse dici repudiata; ni prius 10 fuerit delata l. is, qui 13. 5. si quis dubitet ff. de acqu. hæredit. Igitur, si repudianti dicitur delata hæreditas, competit ius remittendi.

- Nec dicas, hinc sequi, foeminas reauiantes adhuc habere ius remissionis, ex his quæ ponimus; nam respondebo, extantibus 11 masculis, non dici hæreditatem delatam, foeminas, cum sint exclusæ à statuto; sive non vi renunciationis excluduntur, sed vi statuti; quamvis enim non renuncient successioni paternæ, adhuc ab eius hæreditate excludentur, dummodo docentur de paragio, vigore constit. in aliquibus, quarè ijs dici

nequit delata vniuersa defuncti hæreditas; quicquid sit, si renunciatio requiratur respectu aliarum successionum non comprehensarum in d. constit. de qua re infra.

- 12 Quoad exheredatos itidem certum est, nam, licet aliquis instituat extraneum, nō ex hoc eius fratri non instituto non competit ius remissionis: ergo à pari, licet filius sit exheredatus, non proinde non debebit ius remissionis habere; illi enim dicetur delata hæreditas quoad se, licet adire prohibeatur. Stante exheredatione. Hanc nostram conclusionem alijs terminis parum forte diversis tenet Reg. de Ponte de potest. Pro reg. de prouis. fier. solit. §. 4. num. 21. & seqq.

- 13 Sextò, mater, quoties est habilis ad succedendum filio, habebit ius remittendi, quia semper illi dicetur delata hæreditas; de qua re vide, quæ scripsit Paschal. loc. cit. num. 59. & seqq. qui successionis casus enumerat.

- 14 Septimò, soror, quæ renunciavit successioni fraternæ, attento iure Regni nostri, habet ius remittendi. Quod probatur eo medio, quo probauimus, filium repudiante hæreditatem paternam habere idem ius, cum soror à const. in aliquibus, non sit exclusa à successione fratris, dum illa loquitur de successione descendantium. Dixi, attento iure Regni nostri, cum forte, attento iure consuetudinario nostræ Ciuitatis, aliter respondentium sit; siquidem, vt obseruauit in pun-

- 15 &c. Reg. de Marin. lib. I. resolut. quotid. cap. 2. num. 15. secundum consuetudinem, sed si morienti, fratri non succedit soror, dummodo ea fuerit dotata; quoniam vero quartoque soror succedit, quandoque vero non succedit, ex vi renunciationis tantum, id circò non est locus hic de huiusmodi successionibus agendi, de quibus dicemus, cum sermo incidet, vbi etiam videbimus, quando renunciatio dicenda sit translativa, & quando extinctiua, ad dilucidationem iuris consuetudinarij.

- Ex paucis his ergo casibus cæteri omnes resoluentur. Vide alia supèr materia apud citatos, nec non Reg. de Marin. resol. quotid. cap. 2. num. 17. vbi Dom. Rodoer. Ricc. in addit. ad. dec. 611. Vinc. de Franch. Theodor. alleg. 9. Merlin. centur. I. cap. 16. aliosque apud eosdem.

- 16 Verùm ad questionis ornatum collige, primò, inter nobiles non requiri expressam remissionem, sed pacem, ex Reg. de Ponte d. §. 4. num. 37. quæ quomodo agenda sit, alibi forte agemus.

- 17 Collige secundò, si remissio fiat pacto, ne accedat inquisitus ad partis offense patriæ, valere remissionem, & conditionem non rejici, vt ex multis probat, varia noctens, Sciatoya in d. cap. 24. num. 61. & seq.

Quæ

Quæ opinio procùl dubio militare non debet, cùm facta est obligatio de non accedendo in perpetuum secundùm illum, & ut plenissimè fundat Ronit ad d. Pragm. 7. de composit. per eorum num. 17. sic, inquiens, iudicatum fuisse. Quam sententiam profundutus est Laganar. ibi, quem vide.

18 Collige tertio, extraneo hæredi ex testamento non competere ius remittendi, si proximiōres ab intestato non prosequantur vindictam, nec in iudicio compareant; nàm, cum in extraneo nulla consideranda sit coniunctio sanguinis, non habet locum Regia Pragm. quare ex his non adhærendum puto Regenti de Marin. lib. I. resol. quotid. d. cap. 2. num. 1. 2. & 13. quem declarat Dom. de Luce ad Vinc. de Franch. decis. 6. I. num. 7. vers. sano modo. inquiens, eius dicta intelligenda esse, quando venientes ab intestato negligerent accusare, quia tunc hæredes ex testamento, & extranei admitterentur. Hæc autem declaratio de iure, meo iudicio, non subsistit, dum extraneos defuncto nullo prorsus modo coniunctos habere ius remittendi, nullibi reperire potui, potissimum, cum, remissionem iure sanguinis competere, certum sit.

19 Nihilominus tamèn, ni rigore iuris attento, saltēm ex æquitate excludendi non sunt extranei hæredes instituti à iure remittendi, tacentibus coniunctis, vel illis non existentibus; indecens enim profecto est, restatorem, qui bona extraneo largitus est, nullum habere, qui eius vindictam protegatur, & hæredi ius remittendi denegari, quem testator nullum alium, præter illum, amabiliorum hæredis titulo demonstrauit.

20 Collige quartò, attenta Pragm. 7. de compositione: nullam distinctionem faciendam inter ius vindictæ, & remissionis, cum ad iniuciem conuertantur; adeoque dici valeat, illos habere ius remittendi, qui ius habent vñscendi, & è contra, eos habere ius vñscendi, qui ius remittendi habent: quod non placet Domino D. Carolo Petra loco superius citato post num. 16. eo quia nullam habemus in Regno Sancionem, quæ ius vindictæ regulari velit à iure remittendi, sed tantum disponentem, vt ius remittendi reguletur à iure querelandi. Huic autem distinctioni, licet plausibili, & ingeniosa, quamvis vñlim, non possum certè acquiescere; nec credo, id vñquam vñlim sensisse scriptorem, cum verè contrarium ratio ipsa demonstret; etenim, cum certum sit secundūm omnium Doctorum sensum, ius querelandi competitor, attenta lege communi, iure sanguinis, vt videre est apud Paschal. loc. cit. num. 5. & seqq. ibique Præm. aliosque pañsim, nec, calili lege inspecta, aliud requiri, præter hæreditatis delationem, ut considerauit Vinc. de

Franchis in d. decis. 6. I. id etiā dicendum erit in remissione postmodum facienda, quia alijs remittere non deberent omnes, qui querelassent. Hoc nullam patitur difficultatem; & consequenter petenti, quinam debeant remittere, dupli modo responde-re possimus; primò scilicet, eos debere remittere, qui proximiōres sunt sanguine, & ad quos defertur successio. Altero, eos debere remittere, qui poterunt querelare; & hæc duo responsa idem sonant secundūm implicitum.

Nunc è contra petenti, quinam valeant querelare, etiam dupli modo bene respōdemus, primò scilicet, eos posse querelare, qui sunt proximiōres sanguine, & ad quos successio defertur; altero, eos posse querelare, qui debent remittere; adeoque hæc duo idem etiam sonabunt.

Hæc omnia, quæ militant secundūm ius commune, militant etiā, attento iure Regni, scilicet, Pragm. 7. de compositione. quæ, vt supra diximus, requirit tantum coniunctionem sanguinis, & hæreditatis delationem; vndē nullam admittit diuersitatem inter ius querelandi, & remitteandi, dum ait. Non debbano venire à compositione, se prima non precedono le remissioni di tutti quelli, alli quali di giustitia compete ragione di querelare &c.

Quod etiā Pragm. 5. sub eodem titulo explicarat ijs verbis. Ne altri si habbiano da ammettere à compositione alcuna senza tutte le remissioni di quelli, che possano querelare. Nec eo quod Regia Sanctio non aiat, Nè possano querelare, se non quelli, che debbono fare le remissioni, dicendum est, non valere hunc discurrendi modum, dum Pragmatica loquuta est de remissione facienda; non de querelarum expositione; adeoque loqui debebat de ijs, qui poterant, & debebant remittere, non de ijs, qui poterant querelare. Ceterum non dñbitavit, quin ijs potuissent querelare, quibus ius remittendi competit, vt euidenter suadentur ijs verbis appositis in calce dictæ Pragm. 7. Non solo ci riferirete la causa, della quale s'inquire il colpato, ma anco dell'i nomi, e cognomi di quelli, che haueranno fatta parte in iudicio, e querelato, se (notate) di tutti in detto prima, e più prossimo grado congiunti haueranno remissione.

Hinc Reg. de Ponte loc. cit. omnesque Doctores, uno ore eodem modo discurrunt de iure querelandi, & remittendi, non ex vsu comprobante, sed ratione sic suadente; nam, si lex iubet, vt ijs. competit ius remittendi, quibus competit ius querelandi, & in illis requirit coniunctionem sanguinis & delationem hæreditatis, euidenter sequitur, illa

comprehensuē, & specificē etiā dispone-
re, vt ijs competit ius querelandi, quibus
ius renitendi datuē est, licet expressis
verbis, quæ aliās ad nihil deteruirent, illa-
nō vtratur.

Collige quinto, licet prohibitum non sit
vindictam prosequi corā legitimo magi-
stratu, tamē illam prosequentes debere
prompto animo offensam remittere, Deo
vltionem relinquentes, iuxta illud Habr.
mibi vindictam, & ergo retribuam. ille
enī, Deut. 32. sanguinem seruorum suorum
victis setur. Ceterum ex Inuen. sat. 3.

Minuti

Semp̄, & infirmi est animi, exiguae vo-
luntas

Vltio continua, sic collige, quo d. vindicta

Nemo magis gaudet, quam fēmina.

Hucque reuocandum, quod ait Suidas,
moris scilicet fuisse Athenis, vt cognati eo-
rum, qui violenta perierunt morte, in effe-
rendo funere, hastam adhiberent, aut in tu-
mulo defigerent, eaque ratione interfectori-
bus vltionem denunciarent. Vtinam ex
huiusmodi more imbueremur, hastam tu-
mulo figendo, parentare vltioni; sic samq;
vltionem denunciaremus interfectoribus,
dum, ea cum cadavere tumulata, veniet
tandē tempus, quo reuiuisceat corā sum-
mo rerum omnium Vindice, qui ex Val.
Max.lib.1.cap.1. lento gradu ad vindictam
procedit, tarditatemque supplicij graui-
tate compensat.

S V M M A R I V M .

- 1 Tortura potest inferri pro delictis occultis, non constito corpore occisi.
- 2 Delictum in genere requiritur in omnibus criminibus, sine quo non potest ad torturam deueniri.
- 3 Delictum in genere requiritur etiā in ex-
minibus occultis.
- 4 Delictum in genere etiā constat, quamvis corpus occisi non reperiatur.
- 5 Delictum in genere quo modis dicatur constare.
- 6 Delictum in genere in criminibus occultis quale erit.
- 7 Confessio homicidij incerti an sufficiat ad torturam inferendam.
- 8 Fama publica, & confessio inquisiti pro deli-
cto in genere, periculosa sunt.
- 9 Fama publica an sit sufficiens ad torturam in-
ferendam.
- 10 Confessio facta à Reo in tortura ex sola fama
publica an illi nocet.
- 11 Fama quomodo probetur.
- 12 Fama non semp̄ verificatur, & quotplex
sit.

- 13 Delictum in genere quomodo possit constare
in occultis per famam.
- 14 Crimina punienda sunt, licet eveniant casu
nonnulla absurdā, que, tanquam consequen-
tia per accidens, non considerantur, nec con-
siderari debent, quod late ostenditur.
- 15 Corpus occisi quandoque reperiri non potest,
quare alio modo constare poterit delictum in
genere.
- 16 Occisor verus, si post mortem falsò inquisiti
reperiatur, an plebētus sit.
- 17 Delinquens liberandus non est per alterius
punitionem:
- 18 Occisore vero reperto, & mortuo falsò inqui-
sito, potest in causa procedi eodem modo, quo
procederetur, si falsò inquisitus mortuus nō
esseret.
- 19 Delictum in genere requiritur etiā contra
Forasitos.
- 20 Bona confisca redienda sunt falsò inquisito,
vel eius hereditibus.
- 21 Interesse, quod passa est falsò inquisiti fami-
lia, soluendum non est à Iudice, qui ritè pro-
cessit, & quarē.
- 22 Injusta quandoque fiunt, quæ nemo potest re-
prehendere, & quomodo id intelligendum.
- 23 Pœna à falso inquisitis soluitur quandoque,
Deo Vindice, in panam aliorum criminum.
- 24 Crimina celari possunt hominibus, non Deo,
qui ea occulte punit, quia occulte commissa
sunt.
- 25 Infortunia sep̄ pericitur ob commis-
crimina, que alijs nota non sunt, quarē nō
falsò indicant.

DILVCIDATIO DECIS. XXVIII.

Hic edocemur, posse procedi ad inqui-
sitionem, & torturam, non constito
corpore occisi, cū agitur de criminibus
occultis; sicque sep̄ numerò obseruatū.
Verū decisio hēc est bene examinanda,
dum habemus commune proclama, in om-
nibus scilicet delictis requiri delictum in
genere, alijs non posse ad torturam procedi
ex infinitis DD. quos recenset, & sequitur
Scialoya in praxi torq. reos cap. 3. num. 16. &
seqq. Et in homicidio delictum in genere est
corpus occisi, pulcherrimam dant rationem
Guazin. defens. 4. cap. 3. num. 13. & Danza de
pugna DD. tom. 2. tit. de corpore delitti cap. 2.
num. 17. quiā scilicet reperi poterunt viuī
post illatam torturam, qui antea mortui
prædicabantur, prout, sic repertos fuisse
asserunt; vndē in ijsdem etiā casibus, in
quibus ex abrupto proceditur, requiri deli-
ctum in genere, edocuit Calu. de Bracio Re-
gio par. 1. num. 88.

Hinc voluere DD. vt neque ad torturam
testium deueniri possit, ni prius habeatur de-
lictum

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

69

- licitum in genere, ut videre est apud *Foller*.
subr. capiat informationem: num: 24. & 38. Farinac. præc. crimin. tit. de opposit. contra examen testium: quest. 79. num. 70. Guazzin. def. 19. cap. I. num. I. aliosque.
- 8 Aduertamus igitur oportet, in quibus cunctis criminibus, siue occultis, siue patentibus, requiri delictum in genere; non semper autem corpus delicti, quæ duo, meo iudicio, valde differunt. Valet enim dici, est corpus delicti, ergo est delictum in genere; non autem, est delictum in genere, ergo est corpus delicti, cum delictum in genere magis latè pateat, quam corpus delicti, & ratio est, quia delictum in genere plurimis modis constare potest, scilicet per evidentiæ rei, per testes de visu, & per famam publicam, quando veritas aliter haberi nequit, ut ex *Sim. de Petris conf. 50. num. 4. Cal. de Brach. Reg. par. 3. num. 10.* concludit *Baldaxar de Angelis ad Foller. tit. capiat informat. num. 20.*
- 6 Igitur habemus, in delictis occultis, in quibus veritas aliund haberi nequit, sat esse pro delicto in genere publicam famam; vnde non requiri, dicimus, corpus occisi. Quod adeò verum est, ut *Reg. Salernitan. decis. 29. relatus à de Angel. loc. cit. voluerit*, sufficere etiam confessionem, qua quis confitetur, se occidisse hominem incertum. De qua re valde dubito, cum alijs habeamus, confessionem non inferre Reo praividicium, non constituto delicto in genere, ex *Guazz. defens. 4. cap. 3. per to: um: licet, concorrente confessione cum alijs adminiculis, posse etiam deueniri ad condemnationem, velint Bossius tit. de delicto num. 15. aliisque relati à *Scialoya in praxi forind. cap. 4. num. 1. pro limitatione eorum, quæ scripserunt Regens Salernitan. aliisque apud eundem Scialoyam loc. cit.**
- 8 Et verè fama publica, & confessio inquisiti periculosa sunt quo ad delictum in genere pro tortura inferenda, vnde in his prolixiorum esse non me tñdet.
- 9 Quoad famam, non sufficere illam ad inferendam torturam, habemus, post alios, apud *Reuerter. decis. 365. ibique Reg. de Marin: multos adducentem Doctores, & præcipue Farinac. in praxi tom. I. partis prime quest. 47. num. 4. de indit. & tort. qui num. 10. ait, si quis ex sola fama fuerit à Iudice*, *tortus, & fassus sit delictum in tortura, post eamque debito tempore confessionem ratificauerit, illi huiusmodi cōfessionem nō nocere, quia nūis ratificatam; & huius conclusionis laudat autores Hippol. de Mars. sing. 97. & Menoch. de præsumpt. lib. 1. quest. 89. n. 28. in fine; deinde verò num. 27. & 28. ead. quest. 47. aliter dicendum concludit, quando fama esset vehemens.*

Vt autem breuissimè veritatem videa-

mus, supponendum est, in duplice capite posse periculum famæ consistere; scilicet in probatione, & verificatione.

- 11 Quoad probationem multa dixit *Iuli Clar. in s. fin. quest. 6. Et Farinac. loc. superius citato: à num. 207. septem ponit requisita cum ampliationibus, & limitationibus ad famam publicam benè probandam, quæ, ut ampliations, limitationesque deseramus, sunt, quod testes super illa deponentes sint saltē duo, quod sint optimæ famæ, & fidei, quod reddant rationem eorum dicti, exprimentes causas, inditiae, & conjecturas, ex quibus orta sit fama, quod sciant, quid sit fama; alijs ignorantes eius definitionem, non probent, quod specificè deponant super articulis illis, in quibus fama est articulata, quod nominent autores, à quibus orta est fama, quod dicant, se rem illam audiuisse à maiori parte populi.*

Hinc non immeritò *Grammat. conf. 42. num. 8. affirmauit, nunquam se vidisse processum, in quo fama publica legitimè esset probata. Et Caball. resol. crim. cent. 2. casu 200. num. 131. in casu, de quo ibi, concludit, non intelligi famam legitimè probatam secundum relata à Claro loc. cit. quarè Reg. de Marin. ad d. decis. Reuerterij scriptit, satis difficultem reputari à Doctoribus famæ, probacionem.*

- 12 Quoad verificationem recurrentum ad *Mascardum de probation: tom. 2. concl. 748. per totam tria famæ genera distinguentem. Primum, inquit, esse (loquens de fama super aliquo factō particulari, quod cadit in nostrum sermonem) cùm insurgit vox populi, & rumor in populo, prout suis temporibus orta fuerat fama de obitu Imperatoris Turcarum, quæ postea falsa reperta fuit: De quo genere loquitur cap. Osijus Episcopus: de electione: Hancque famam, in nulla esse consideratione, arbitratur. Secundum genus, cùm insurgit vox arte, & malitia alicuius ob proprium commodum, prout etiam ijs temporibus euenisce refert, & loquitur textus in l. omnibus C. de testibus & l. nullis ff. eod. cū ceteris iuribus Pontificijs concordantibus, ut ibi. Hancque nec attendendam, vult *Mascardus*. Tertium denique genus, cùm traxit fama originem à personis fide dignis, grauibus, iuridicis, & de quorum commodo non agitur, & appareat, à qua ratione, & causa ortum habuerit. De qua text. in cap. licet ex causa: de testibus, cum concord: Hancque *Mascardus* ne sufficientem, quidem existimat ad plenam probationem, ni alijs probationibus coadiuuatam. Quod si recurrentius ad Petrum Caball. loc. cit. n. 136. & seqq. neque aliqua associatam probationibus plenam probationem facere dicemus, cum ipse velit, regu-
*lam**

Iam illam, quæ singula non prosunt, collecta iuvant, militare tantum in causis ciuilibus, non autem in criminalibus, ex Mars. conf. 20. num. 48. estque secundum illum communis opinio.

Quare, ut videtis ex his, cum periculum famæ consistat in probatione, & verificazione, non videtur delictum in genere posse probari per famam, per quam consequenter nec poterit ad torturam deueniri, & multò minus, ut ad alterum punctum descendamus, per confessionem factam, quæ semper fit tormentorum metu; neminem enim tam stultum assererem, ut sponte confiteri vellet sua crimina Iudici, ni, ut torturam effugeret, vel aliam vexationem, cuius fugam sola confessione suauissim scribere Fiscales, Rei inertiam inspicientes, ut pluriè accidisse nemo ignorat, cum sibi reus confiteatur, se aliquem occidisse, qui viuat; de qua confessione Menoch. de arbitrar. casu 260. num. 8.

Concludendum ergo videtur prima facie, nec per famam, nec per confessionem probari delictum in genere in ordine ad torturam. Hinc de Angelis ad Foller. in d. sit. capiat informationem, post quam num. 20. dixerat, in delictis occultis probari delictum in genere per famam, subdit num. 22. famam super corpore delicti sufficere ad inquirendum, non autem ad inferendam torturam.

13 Ut, quoad possumus, absque severitatis nota, arceamus crimina, dicimus, posse in occultis procedi ad torturam, constito delicto in genere per famam publicam, quæ, licet sola non sufficiat ad torturam inferendam; sufficiens nihilominus erit pro delicto in genere, quæ duo inter se differunt; nam, non eo ipso, quod constet delictum in genere, poterit deueniri ad torturam; sicque in occultis arbitrator, sufficere solam famam publicam probataam, non per duos testes, sed per septem, cum hic numerus dicatur magnus, ex Abb. conf. 72. num. 5. alijsque, & est conclusio admissa à Mascard. d. tom. 2. conc. 748. nu. 21. Sic ergo probata fama publica, dicetur constare delictum in genere, adeoque, concurrentibus deinde indicijs ad torturam, poterit ad illam deueniri, nec vallebit excipi, non esse probatum delictum in genere. Hæcque assertio videtur esse secundam sententiam Cyni in lfin. C. de quæstion. & aliorum, quos adducit Mars. conf. 72. num. 15. nec non secundum decisa hic apud Reg. Sanfelictum.

Neque vrgeas, ex his non elidi periculum famæ, tam in probatione, quam in verificazione, cum bene possint stare huiusmodi pericula, etiam probata fama per septem testes.

Nam respondeo, si ponemus pericula ob oculos, vix posse puniri crimina, dum nunquam esset fides adhibenda testimonibus deponentibus de visu, & imperfectores comburentes cadavera tuti redderentur ob delicti in genere occultationem.

Præterea, reperto corpore occisi, adeoque constito delicto in genere, & existentiibus indicijs ad torturam, torto deinde reo, & confessio, nec procedi posset ad condemnationem, quia forte reus confessus fuerit delictum vi tormentorum; quinimò, sic damnato reo, & laquo tandem suspenso, dari posset casus, quo deinde reus imperfector reperiatur; non inde tamè dicendum esset, temere processisse Iudicem ad illum condemnandum. Non igitur, ut somniata, hæc mala effugiantur, delicta debent impunita remanere; sat enim est, si ea diligentia adhibeatur, quam prudentia expostulat, quam iura requirunt, posthabitis consequentibus, quæ præter intentionem iudicantium eueniunt:

14 Non ignoro, in promptu obijci, non constito quandoque per rei evidentiam delicto in genere, licet aliunde per famam, concurrentibus vero alijs ad torturam indicijs, tortum deinde reum, & confessum, fuisse ultimo supplicio punitum, & tandem repertum innocentem, prout euenit casus temporibus Regentis de Marinis; qui nonnullos nautas laquo suspendendos decreuit propè Pauli lypii ora, eo, quod confessi iam fuerant, ab ipsis mulierem quandam in nauis vectam, ut ab alio necaretur, prout iam fatebantur imperfectam, quibus suspensis, mulier illa fuit reperta viuens, & adhuc viuit, nomenque silentio tradimus modestia studio. Quare præfatus Regens nimis à voto, in quod iurebat, cruciabatur. Hoc, inquam, cæteraque similia, non ignoro, quæ, etiam, constito per rei evidentiam delicto in genere, euenire possent; siquidem, constito corpore occisi, adhuc aliquis tortus tanquam Reus, posset confiteri, se patrasse homicidium illud, quod vere non patrauit; hocque in nautis illis consideremus; nam, si casu mulier ea ab alijs fuisset imperfecta latronibus, quare repertum fuisset cadaver, iam ipsi nautæ, qui eam tulerant, fassi essent tormentorum vi, quod iam confessi fuerant. Quid ergo hoc casu diceremus? An culpam tribueremus delicto in genere? Non vriue. Igitur, cum bene antecedentia procedunt, de consequentibus parum curandum est.

Et miror sane, tantam dotem tribuendam casui fortuito, nullamque cæteris, qui appenfate eueniunt. Loquar clarius. Quos impunè à Iudicium rapinis, & inertia absoluuntur, qui essent damnandi? & bene damnati

nati censentur , nec proīndē vñus clamor , & è contrā , quia vñus , aut alter innocentē damnatus est absque Iudicis culpa , statim culpa tribuitur Iurium dispositionibus , vel vñui male recepto , ac proīndē regulas coarctamus , parūm curantes , infinita incurtere absurdā , vt vñum vitemus non actuale , sed possibile . Quot Rei tormentis cruciati Icelera , quæ verè commiserunt , non patefaciunt ; & , quia Fiscus testibus caret , absoluuntur , nec iura reprehendimus , quæ modum non inuenient illos damnandi ; & tamen , si quis crimen , quod non commiserit , fateatur , statim nullam dicimus confessio nem , delictum in genere sustinemus non cōstitutum , & pericula vnde somniamus . Quot tandem , vt Superioribus placeant , reos dimittunt , qui laqueo essent arctiori suspendendi ; nec vña expouit querela (quod Principum præcipitum est , vt clarissime demonstramus in secunda parte contra Macchiauelum non amplius forte Typis demandanda ex amicorum iussu id iustis ex causis optantium) cùm verò innocens casu damnatur , à communi discedimus praxi , & , vt periculum vitemus , maiora permittimus . Sed calamum opportunè retrahamus . Igitur quoad rem nostram ex his arguimus , non requiri semper pro delicto in genere corpus occisi , licet requiratur delictum in genere .

15 Et verè quandoque difficile est reperiiri corpus occisi , prout nobis exemplum dat Cassan. in consuet. Burgund. de eo , qui confessus fuit , se suum Dominum occidisse , & proieclisse in lacum . Sic etiā , si quis occisum vñsset , siue in locum impracticabile proieclisset , quem à canibus , alijsque belluis dilaceratum occultasset tempus . An forte in his casibus dices , requiri corpus occisi ? non ita quidēm ; sat enim est publica fama , super qua re cautiissime agendum .

16 Quoniām verò euenire potest , prout nō semel euenit , vt tortus confiteatur homicidium , quod non patrauit , siue repertum sit corpus occisi , siue feciūs ; quarē suspensus forte fuerit , deinde verò , qui homicidium commiserit , reperiatur ; idcirco quæri potest , an verus occisor plecti possit . Superē qua quæstione affirmatiuē respondet Boer. decif. 164. num. 9. ea ductus ratione , quia

17 per alterius punitionem non liberatur delinquens , ex singulari tex. in l. qui seruum in princ. ubi Bald. & alij per ipsum citati ff. de interrog. att. Quod ego procūl dubio extenderem etiam , quoties vera indicia constarent contrā reum occisorem , contrā quem

18 procedi potest , siue ad inquirendum , siue ad carcerandum , siue ad torquendum , ac si non punitus esset primus inquisitus de-

codem delicto ; nām , si verus occisor potest plecti , quamvis punitus fuerit falsò inquisitus , poterit etiam contra illum procedi ex ijsdem indicijs , quibus ad veritatem dignoscendam procederetur , si falsò inquisitus non fuisset punitus .

19 Hinc collige primò , licet nonnulli voluerint , contra forascitos non requiri delictum in genere , cum ij soleant cadauera in mare , proiecere , aliaque loca impracticabilia , int̄ quos Io. Grandis : de bello exklum , quæst. 3. spec. 62. num. 2. & spec. 93. num. 2. & Muscatell: prax. cri. in proæm. num. 52. contrarium tamē dicendum esse ex Guazz. defens. 4. cap. 4 post num. 5. de Angel. ad Foller. Rubr. capiat informationem , post num. 10. alijsque . Quod fortius militat secundūm nostram opinionem , quæ vult , vt possit dari delictum in genere absque corpore occisi ; vnde , quamvis cadauer non reperiatur ; poterit nihilominus aliundē constare delictum in genere , secundūm superiūs exposita .

20 Collige secundò , reperto vero occisore , & delinquentे , si primus occisor passus sit bonorum confiscationem , ea suis hæredibus , vel illi , si extraordinariam passus sit pœnam , restituenda ; quod idem non dicerem de alio

21 quouis interesse propter carcerationem , vel mortem illius , quo eius familia orbata extitit ; nām , cū Iudex ritè processerit , & rectè , non tenetur illis consulere dannis , quæ nulla culpa euenerint ; iuste enīm falsò inquisitus obiit hoc casu , quamvis materialiter iniustè mortuus dici possit . Hucque non immerito reuocatur , quod ait Cic. 2. de fin.

22 honor. & malor. quām multa scilicet iniuste fieri posse , qua ueno posse reprehendere .

23 Secundò collige , huiusmodi casus sāpiūs euenire in pœnam aliorum criminum , quæ falsò inquisitus alias occulte , & verè commiserit , nām , vt Cleob. per Auson. felix criminibus non erit diū . Adeò verum illud Lyciani .

24 Homines quidem fortasse latebis , absurdum quid cum feceris .

Non latebis autem Deum , neque ratiocinas .

Vnde , quemadmodūm , qui occulte aliquem interfecit , impunem se cogitatbat , ita profectò ex illo crimine clam commisso , Deo vindice , punitur , licet ex alio non patrato pœna ei tribuatur à Iudice .

Somniant ergo delinquentes , si arbitrantur , posse eorum crimina impunè latere .

25 Hinc corrigendi prorsū sunt ij , qui , alios iustitiz gladio iniustè peremptos , putant , qui , nonnullos fortunæ bona fato amississe , judicant , qui denique , cæteros infortunijs immerito vexatos , fatentur ; cum hi , aliud que hominum genus , patentem eorum scelegrum ,

Ierum, quæ nobis nota non sunt, pœnam per-
ticitentur, utinam quidem, non tanquam
æternæ perditionis artham.

S V M M A R I V N.

- 1 Pœna exiliij commutata in pecuniariam à M.C. solutione pœna est facienda in beneficium Baronis.
- 2 Pœna soluenda est Vniuersitati, si Baro habens causas secundas reformauerit in plus, vel minus, pœnam impositam à Iudice Vniuersitatis habentis primas causas.
- 3 Pœna solutio an facienda sit Baroni secunde instantie, si agatur de prouentibus factis voluntarie.
- 4 Recitato à M.C. in causa appellationis, illoque renuente, pœna applicatur fisco.
- 5 Solutio pœna orta ex offensa facta Principi non spectat ad Baronem.
- 6 Princeps potest plenitudine potestatis delictum reo remittere in Baronis præiudicium.
- 7 Prouentus cui sint applicandi, quando crimen remissum est tempore vnius officialis, exactio autem facta est tempore alterius successoris.
- 8 Baro an post sententiam foriudicationis possit fatere subdito gratiam.
- 9 Baro, pendente appellatione, si habeat secundarum causarum cognitionem, potest gratiam facere.
- 10 Cautela data à Reg. de Marin. Baronibus non habentibus secundarum causarum cognitionem ad gratiam faciendam subditis non videtur posse subsistere.
- 11 Vassalli non possunt præiudicium inferre Baronibus, eximendo se ipsos à Baronum potestate.
- 12 Arbitrium Baronum non est extendendum.
- 13 Titulorum fama deperditur.
- 14 Ventacapadinus Ragiù innumeris titulis fuit decoratus, & tamen, quis fuerit, a paucis non ignoratur.
- 15 Barones quid agere debeant in Iudicijs.

DILVICIDATIO DECIS. XXIX.

Habet hæc decisio, commutata exiliij pœna, qua damnatus fuit Reus per Curiam Baronalem, in pœnam pecuniariam à M.C. solutionem pœnae esse in baronis beneficium.

3 Tu igitur id ipsum dicas, si qua Vniuersitas habeat iurisdictionem primarum causarum; baro vero secundarum, & reus damnatus sit pœna pecuniaria per Iudicem primarum causarum; nam, deuoluta causa ad Iudicem secundarum causarum, eaque reformata in plus, vel minus, pœna solvetur

Vniuersitati, vt, discussio articulo iudicatum refert Capibl. ad Pragm. 8. de Baron. cap. 40. num. 5. & seqq. tom. 2.

- 3 Aliter tamè teneas, si prouentus heret voluntarie, puta, quia reus se composuerit cum Barone secundæ instantie; tunc enim Baroni ex priuilegio, quod illi inest, pœnas commutandi, facienda est pœna solutio, vt in puncto docuit Staib. Sen. cons. 74. quem sequitur Capibl. l. c. num. 7. in fin.

Hæc autem Sanfelicij decisio limitanda est primò in accessorijs, veluti, si deuoluta sit causa in M.C. per appellationem, eaque cita-

- 4 nerit Reum ad se præsentandum; hic namque, ni compareat, soluet pœnam, non Baroni, sed Regio Fisco, quia commutatio pœnae causæ principalis tantum spectat ad Barōnem, non alijs, quæ materialiter se habent, & per accidens insurgunt; & exiguntur ratione contemptus illati Iudici appellationis. Sic idem Capibl. tenet loc. cit. num. 8. & sequitur alijs terminis discurrat.

- 5 Secundò limitanda, cum offensa est Principis auctoritas, quia tunc pœna orta ex huiusmodi offensa non spectat ad Baronem, vt in multis exemplificat idem Capibl. ibid. num. 3.

- 6 Sed quid, si Princeps potestatis plenitudine delictum reo remiserit, an hæc remissio poterit præiudicium inferre Baroni, cuius curia Reum damnauerit pœna pecuniaria? Affirmatiè concludit, vt alios deseram, Thesaur. lib. 4. quest. forens. 71. quam vide.

- 7 Cuinam autem sit applicandus in Regno prouentus, quando crimen remissum est tempore vnius officialis, exactio vero facta est tempore alterius successoris? Reg. Ronit. in dec. 91. nu. 30. ex Pari. de Puteo de Sindicatu respondet, vt queratur ius officiali ex criminis patrato, oportere, vt condemnatio, vel compositio, vel pignorum captio, quæ omnia secundum illum idem sonant, facta sit tempore suæ administrationis. Cætera ad materiam, & pœnarum commutationem, vide apud Reg. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 160. num. 4. & Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 27. & 38. num. 4.

- 8 Hic autem queri potest, an post sententiam foriudicationis, prævidens Baro gratiam à Principe faciendam, possit gratiam facere subdito: supèr qua questione scissi sunt DD. vt videre est apud Reg. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 33. adeoque quid dicendum, alibi scribam. Interim, admissa opinione negatiua, certum est, Barones habentes secundas causas posse, appellatione pendente, gratiam facere, prout iunctis aulis decisum fuisse testantur DD. apud Reg. de Marin. loc. cit. Displacet autem cautela, quæ ab eodem Reg. datur Baronibus secundas cau-

causas non habentibus, ut scilicet Bannitus proponat nullitates, quas deinde Curia Baronialis decernat obitare, cum sepius in huiusmodi curijs deueniatur ad sententiam foriudicationis, iuris ordine non seruato; tunc enim poterit Baro, quicquid sibi placuerit pro foriudicato, peragere.

Displacet, inquam, cautela hæc triplici ex capite. Primo, quia, cū, ut suademur ex hac Sanfelicij decis. n. 4. aditus vassalli ad M. C. 11 præjudicium Baroni afferre non potuerit, dum in eius potestate non est, se à Baronis potestate eximere, quare commutatio pœnae exilio in pecuniariam dicetur facta in Baronis beneficium, ita etiam, nec in eius, nec Baronis potestate est fraudibus iurisdictioni Iudicis secundarum causarum præjudicium inferre; vndè ad fraudes has arcendas, dicendum est, non sibi locum vindicare cautelam à Reg. de Marin. traditā. Secundo, quia huiusmodi cautela est innixa inordinato procedendi modo, adeòque nimis bonorum famæ detrahit; quinimò occasionem præberet Baronibus curijs inordinatum construendi processum, vt deinde inordinatum quoque exerceant arbitrium, quod ferendum non est. Tertio tandem, ut cætera omittam, quia tali cautela ridicula redderentur iura, dum ab arbitrio Baronis dependent subditum absolui, nullitates militare, vel secùs, & alia, quæ à iuribus determinata sunt. Non arbitror ergo, cautelam hanc esse tanto viro dignam, potissimum, cu m natura hominum 12 ad malum proclua reddatur, Baronesque, quantum possunt, eorum iurisdictionem extendant, & quatuor illis literis arbitrarijs, de quibus inter cœteros Sanfelicius decis. 348. arbitria prætermodum exerceant, bona quo post habita fama, nil aliud intendant 13 posteris relinquere, quæ opes, dignitatesque, quas temporis tractu euanscere certum est.

Quis enim temporibus nostris, paucis exceptis, non ignorabit, quis fuerit Venacapadinus Ragiù; & tamèn eius edita his decorabatur titulis italicò explicandis idiomate. Lo sposo della buona fortuna, Il Rè de grandi provincie, Rè di grandissimi Rè, e Dio di Rè, Il Signor di tutta la cavalleria, maestro di coloro, che non fanno parlare, Imperador di tre Imperadori, Vincitor di quanto vede, conservator di quanto ha visto, formidabile alle otto parti del Mondo, Signor delle provincie, che corre, distruggitore degli eserciti macomettani, dispogliator delle ricchezze del Zeilano, quel, che leuò la testa all'Inuitto Virizatano, Il cacciator di Elefanti. Questi elogij di honoris gode l'eccellenissimo nell'e belliche forze Ventacapadino Ragiù, che regna, e governa questo mondo. Hec ergo notum profectò de-

berent reddere tantum Magnatem, & tamèn, quis fuerit, multi nescirent, ni dicerem, illum fuise Regem Nar singanorū sub Asia, de quorum idololatria Buterus part. 3. lib. 2.

14 Studeant quidem Barones immortalem comparare gloriam, non mortalem, quæ eorum obitu marcesceret; adeòque, nec à subditis pecunias extorqueat, nec alieno sudore maiores comparent dignitates, nec Astreæ lances impares reddant munerum pondere, nec denique gratias exponant venales, sed, quæ permitta sunt, legitimè componant, quæque sub iudice sunt, incorruptè tueantur, easque tantum adhibeant cautelas in iudicijs, quæ recta ratio, non quæ Iurisperitus, sua- deat.

S V M M A R I V M .

- 1 Vxor, sciens futuram viri necem, quam emilia in eum scutia non impedinit, non punitur eadem pœna, qua intercessor.
- 2 Vir saus in uxorem non se cum illa vnam carnem dignoscit.
- 3 Extraneus non tenetur reuelare in foro externe homicidium furorum in perniciem alterius.
- 4 Vxor ex nimia viri famâ opem prestans eius neci, eadem pœna plectenda est, qua intercessor.
- 5 Extraneus, licet non teneatur homicidium futurum reuelare, non debet tamèn homicida praestare opem.
- 6 Vxor, sciens futuram viri necem, nec nulla precedente eius scutia, illam reuelans, eadem pœna punitur, qua intercessor.
- 7 Insensati vocantur, qui putant, qd viro uxori rem defendi non posse.
- 8 Vxor an de Iure canonico teneatur sequi virum bannitum.
- 9 Vxor an amittat fœda data in dotem viro, qui postea rebellis declaratur.
- 10 Vxor, non reuelans futuram viri necem, primum voluntatis actum ostendit.
- 11 Vxor, non accusans homicidium sui viri, nulla plectenda est pœna, dummodo præteritam necem ignorarit.

DILVICIDATIO DECS. XXX.

V Xorem eadem pœna puniendam, qua eset puniendus intercessor, si domum, auxiliu[m]q[ue] præstaret ad sui viri necem ex l. qui domum ff. ad l. Iul. de adult. secundum Baroli opinionem in praxi receptam videtur hic esse indubitabile; fin autem vxor de simplici scientia accusaretur, maturius cogitandum de pœna, scribit Sanfelicius.

Ego autem super hac re quatuor puto causas distinguendos. Primus est, si vxor, ante-

K quam

quām eius vir necaretur, sciuisset necem futuram, & ex nimia in eam mariti sāuitia necem non impediūisset; & tunc non puto, eani esse eadem pēna puniēdum, qua intersector, sed mitiori; nam opem non præstītit, sed tantū non reuelauit, mota ex nimia mariti sāuitia; siquidē ratio, quare ipsa tenetur reuelare, secundūm eos, quos citat Boer. dec. 262. num. 8. ea est, quia, vir, & vxor censentur vna caro ex Genes. 2. & cap. gaudemus: de diuore. vnde appellatur socia Diuine, & humanæ domus; atqui per nimiam viri sāuitiam, licet matrimonium non sit diuīsum, cum, quod Deus coniunxit, homo non separat, tamē non videtur cum illa agi, tanquām cum socia, & cum sua carne, sed potius cum extranea, quinimō cum hoste; igitur, si extraneus non tenetur reuelare homicidium futurum in perniciem alterius extranei in foro externo, neque tenebitur hoc in casu vxor, quæ, tanquām extranea, inō tanquām hostis habita fuit à suo viro.

4. Secundus casus est, si vxor, ex nimia viri sāuitia in ipsam, conscia de futura nece, opem præstītit; & dico, non obstante tali sāuitia, illam, teneri eadem pēna, qua intersector, secundūm dicta per Reg. hic, & ratio desumitur ex antecedenti casu; nam, licet illa non teneatur reuelare, tenetur tamē non positiū concurrere ad homicidium, dum extraneus, licet reuelare non teneatur, teneatur tamē opem non præstare contrā alium extraneum, qui consequenter tenebitur de eodem criminē, vt per Caball. esq. l. crim. 192. num. 2. Dec. in cap. 1. num. 63. de off. de leg. Menoch. de arbitr. iud. casu 349. cent. 4. & alios DD. communiter.

5. Tertius casus est, si vxor, nulla precedente viri sāuitia in illam, sciuerit futura m necem, sed eam non reuelauit, nec opem in virum præstītit; & dico, ex mera scientia teneri eadem pēna, qua intersector; & huc reuocari potest ratio tradita per Bart. in l. utrum de parricid. quia ratio subiectionis, & amoris operatur, vt sola scientia æquiparetur perpetrationi, quam rationem sequitur Boer. dec. num. 9.

Hæcque eadem ratio amoris exemplificata in appellatione viuis carnis mouit Bald. in l. 1. num. 21. C. vnde vi: contra Gaud. in

7. rubr. de defens. a reo fact. num. 2. ad vocandum insensatos eos, qui alterunt, ab vxore virum defendi non posse, vt videre est apud Blan-
cum in praxi crimin. §. iuris emissione num. 25. & 26. qui aliōs adducit.

8. Hacque eadem ratione puto, motos esse DD. qui voluere, vt vxor teneatur de iure canonico (licet alitē de iure ciuili, ex ratione speciali politica) sequi maritum bannitum, & rebellem, quo cunque is vadat, vt

per Farinac. tit. de crim. les. Maiest. quest. 113. num. 281. & se. nec proindē ipsa efficiatur rebellis, vt per Boss. pract. crim. tie. de crimin. les. Maiest. num. 32. & Sebas. de Neap. in cap. Regni, Nuper num. 22.

9. Hinc Bammacar. ad t. it. si de feud. defunct. content. quest. 5. disputans, an vxor amittat feuda data in dotem viro, qui postea rebellis declaratur, concludit cum multis Doctribus, illam non amittere feuda, ni ei consuli possit supèr cæteris viri bonis, quæ si ei consuli valeret, amitteret, tanquam data in dotem viro, qui ex l. doce ancillam: dominus rei dotalis dicitur.

10. Hac eadem igitur ratione tenebitur à fortiori vxor futuram viri necem reuelare; vnde, non reuelans, ostendit actum prauum voluntatis, quæ eò fortius plectenda est, quo arctius est amoris vinculum.

11. Quartus de nique casus est, si vxor homicidam post patratum homicidium sciuerit, nec illum denunciauerit accusando; & tunc dicere, nulla plectendum pēna, cum maxima sit pēna, illam viro fuisse orbitam; vnde, licet reperiamus, vxorem posse viri necem accusare apud Gloss. in const. summo periculo, idque propter suum interesse, prout voluit Foller. in praxi Rubr. Audiantur exceptiones proponendæ per eos num. 18. non tamē reperimus, illam omnino teneri, quod intelligendum, dum modò non supponatur scientia antè necem; alias enim ad superiores casus recurrentem crit.

S V M M A R I V M .

1. Absentia allegatio quandoque iusta est, quan-
doque calumniosa.

2. Absentia censetur calumniosa allegata, cùm probatur, reum non abesse, licet visus non sit.

3. Reus, ni fuerit visus eadem die, vel die antecedenti, presumitur absens, ni probetur.

4. Reus, quamvis verè absit, non meretur excusationem, si eadem die, aut antecedenti, visus sit.

5. Reus visus eadem die, vel antecedenti, in alio loco, non autem in loco delicti, meretur excusationem absentie.

6. Reus, si post absentiam inciderit in manus latronum, vel aliud simile periculum subierit, non excusat.

7. Reus visus eadem die, vel antecedenti, & probans absentiam ex causa necessaria, excusat, & quomodo, late discutitur, & expli-
catur.

8. Reus quanto tempore debeat non esse absens à loco delicti, vt excusari possit, cùm citatur.

9. Absentia allegari potest a quibuscumq; etiā in habitib;.

Absen-

- 10 *Absentia allegari non potest, contraria ultima consumacia, quod fuisse examinatur, si que praxi receptum offenditur.*
- 11 *Absentia an allegari possit in citatione ad foriudicandum.*

DILVCIDATIO DECIS. XXXI.

Hec decisio habet, ex absentia allegata per excusatorem, fuisse datam dilationem excusato damnato ad poenam propter fractum mandatum. Vnde habita fuit excusatio absentie iusta, & non calumniosa.

Quare, ut videmus, allegatio absentie quandoque iusta, quandoque calumniosa redditur. Quod iudicis arbitrio substat ex Vinc. de Franch. dec. 327. n. 2. Ricc. ad dec. eiusdem 589. Ronit. in rubr. Pragm. de appellat. n. 24. aliosque. Ut autem illud demus regulatum, aduertendum est, duplixi modo posse dici calumniosam, & iniustam absentie allegationem; primò, cum reus verè non abest, altero, cum quandoque abest. Vterque modus explicandus est, quanto clarius poterit.

Primus modus, cum reus verè non abest, sed probatur, illum esse in loco, ubi citatus non meretur excusationem; adeoque, licet aequaliter fuerit visus in loco delicti, parum refert; tamen est, si probetur, illum non esse absentem, ne eius absentie allegatio per excusatorem admittatur.

Deficiente vero hac probatione, alterum ex his requiritur, scilicet ut reus visus fuerit in loco delicti, vel eadem die, vel die antecedenti, ex expressa dispositione Capit. Regni, post commissum, per ea verba, cum tandem ipse reus criminis in loco delitti visus fuerit die commissionis ipsius, vel etiam precedenti. Et ratio est ea, quæ ab ipso redditur, quia absentia memorata latitatione fungitur, quare reus non presumetur absens, sed latens, sive quo ad primum, si reus non fuerit visus die antecedenti, vel eodem die patrati delicti, requiruntur probationes; secundus vero, si sic fuerit visus, & his casibus calumniosa dicetur excusatio absentie, cum verè reus non abest.

Alter modus, cum quandoque reus abest, nec meretur quidem excusationem. Dixi (quandoque) cum non semper absens excludatur à dilatione petenda, per excusationem; sed tunc tantum, quando eadem die, vel antecedenti fuerit visus in loco delicti, eadem ratione tradita per prefatum capit. quia dicitur fuga presumpta propter timorem sceleris; satis namque rationi consona videatur suspicio, reum fugisse metu criminis commissi, si die antecedenti, vel eadem die, qua delictum commissum est, praesens fuerit in loco, ubi citatur; die vero sequenti absit

vel prius fugam arripuerit?

Præter hos ergo casus, nunquam dices iniustum allegationem absentie, quare semper concedetur dilatio; vnde resoluentur sequentes casus varijs conclusionibus, tam ad admittendam, quam ad rei sciendam absentie allegationem.

Primò, si quis non reperitur die antecedenti, vel eadem die delicti commissi in loco delicti, sed alibi, non obstat, si eadem die, vel antecedenti fuerit in alio loco visus; sive que admittetur absentia; clara enim est dispositio tex. in d. cap. Regni. Ibi. Cum tandem ipse reus criminis in loco delicti visus fuerit die commissionis ipsius vel etiam precedenti.

Secundò, si post absentiam circumstantijs prefatis consideratam inciderit in manus latronum, vel hostium, aut carceribus fuerit detenus ab alio Iudice propter aliud crimen, vel temporis intemperies superuenierit, vel aliquod aliud impedimentum possibile habuerit, nullam habebit dilationem, cum iniusta supponenda sit absentia, dum dolo suo impedimentum habuit; & dolus hic duplex est. Primus, quia aufugit metu sceleris. Alter, quià presumptio est, reum data opera patrasse aliud delictum, vel incidisse in manus latronum, vel hostium, cum quibus ante fortè pacem ille inijecit, vel alijs impedimentis visum fuisse, ut absentie excusatione gauderet. Vnde dolus hic nullam meretur dilationem, cum nullam mereatur absentie excusationem, præcipue, cum capituli dispositio non fundetur in subsequentibus, in ijs scilicet, quæ eueniunt post fugam, sed in fuga ipsa ex proposito arrepta. Ibi. Aut enim absentia memorata latitatione fungitur, vel, si veritati consentias propter timorem sceleris, fuga presumpta rationabiliter comprobatur. Sicque optima politica, & Christiana, quidem inspicimus, Carolum III. ibi consuisse fraudibus delinquentium.

Igitur, dum clara est dispositio, nullas nostro marte debemus effingere explicaciones, ne verè locum sibi vendicet proclama illud. Oritur cum lege fraus. Casus vero expostii in dicto cap. per de Nigris, aliosque ibi addentes, non supponunt, reos fuisse eadem die, vel antecedenti visos, quare nil mirum, si ex iustis impedimentis admittant Doctores per illos relati absentie excusationem, qui casus, ut consideranti patet, diuersi sunt à nostro.

Tertiò, si fuerit reus visus eadem die, vel antecedenti, sed tamè elidet presumptionem, probans clarissime, se abesse ex causa necessaria, quæ tempore discessus superuenierit, gaudebit dilatione; secundus vero, si causa fuerit necessaria, nec superuenierit tempore discessus: quare verumque requiretur copula

latiuè, modo autem mox explicando, hæc que explicatio erit etiam in probationem.

Et ratio differentia est, quia causa necessaria superueniens tempore discessus non arguit, absentiam esse metu sceleris affectatam, ut considerauit *prefatum cap.* Igitur locum sibi non vendicat hoc casu eius dispositio; secus verò, si causa non fuisse necessaria, quia ad elidendam presumptionem contra se, poterat reus non discedere; vnde, dum discessit, est presumptionio contra ipsum; sic quoque, quamvis causa fuerit necessaria, si superuenerit tempore discessus, adhuc presumptionio est contra ipsum; quandoquidem poterat differre discessum, prout ante delicti tempus distulit; vnde, dum non distulit, est presumptionio considerata per dictum cap.

Non negauerim tamè, ut nihil substantiale relinquam intactum, quandoque causam necessariam considerari traheütem secum discessum illo tempore, quo delictum est commissum, licet illo tempore non superuenerit; puta, si erat quis necessariò discessus Romam, qua disceditur cum tabellario die Saturni, quæ exspectatur; accidit verò, ut in die Veneris antecedenti homicidium committatur, non ideo profectò affectata dicitur absentia, si die Saturni reus discedat, dummodo causa fuerit necessaria, quia hæc causa, licet non realiter superueniat tempore discessus; virtualiter tamè dicitur talis, quia trahit secum discessum tali tempore. De absentia nara ex causis iustis, & necessariis, quinimò voluntariis, vide, quæ scripsierunt *Fariuac.* quæst. 2. n. 5. 2. *Gnazzin.* defin. 12. cap. 1. n. 4. *Iul. Clar.* S. fin. quæst. 34. Et *Scialoya in praxi foriudic.* cap. S. n. 9. 2.

Quarto, ad sciendum, quanto tempore debet reus non abesse à loco delicti, in quo visus fuisse eademi die commissi criminis, vel antecedenti, ne dicatur recentè discessisse, aduerte, si reus discesserit ante captam informationem, & citationem eorum, qui citadi sunt, seruata forma informationis, vel postquam ipse citatus fuerit, nulla illum gaudere dilatione, cum affectata dicatur fuga; secus verò, si aliter. Hinc nota, DD. variè scripsisse super tempore, quo quis abesse non debet à loco delicti. Näm *Foller.* in *praxi crimin.* rubr. *Audiantur excusatores.* num. 20. exemplificat tempus duorum mensium. *De Nigris ad dictum cap.* post commissum num. 11. tempus multorum meusium requirit. *Vinc. de Franch.* ex relatione facti enarrati in dec. 327. videtur velle, si reus fuerit absens quindecim diebus post delictum patratum, nō iuuari eū allegata absentia. Idē in dec. 589. multum tempus efflagitat. Alios Doctores desero, cum tempus certum non exprimant, quod profectò Iudicis arbitrio

relinquendum absque limitatione alicuius qualitatis non est; siveque regulæ datæ stemus, ut scilicet, si reus post captam informationem non citatur, vel ex negligentia Iudicis, vel quia ex informatione non apparet, illum esse citandum, & deinde discedat, iuuetur absentia; siveque aduertendum, temporis cursum non attendi à die commissi delicti, sed captæ informationis. Quod nota.

Ex his ergo ceteros casus, quos, ne nimis prolixii simus, deserimus, quisque poterit resoluere, suumque regulare arbitrium. Alia vide apud *Foller.* loc. cit. ubi *Baldaxar de Angelis.* *Nouar.* quæst. forens. 148. num. 7. par. 1. *Reg. Tapiæ* dec. S. C. 16. num. 18. *Baiard.* ad *Clar.* quæst. 34. num. 9. *Amend.* & *Ricc.* ad *citas* dec. V inc. de *Franch.* *Thor.* 1. par. compend. ver. absentia: *Scialoya* uberrime in d. cap. 8. aliosque per ipsum ibi in diuersis casibus citatos.

Quando autem reus dicatur absens, vide apud *Carau.* ritu 266. nu. 1. *Scaglio.* 264. nu. 2. *Gratian.* *discept.* 230. num. 20. *Menoch.* cons. 182. lib. 2. *Gizzar.* in punclo dec. 42. num. 15. & 187. *Nouar.* 2. par. quæst. 7. 1. num. 6. & *Baiard.* ad *Clar.* quæst. 34. num. 1.

9 Hinc nonnulla perutilia colligenda sunt; & primò quidem, ad allegandam absentiam admitti quoscunque, quamvis inhabiles, ex *de Nigris* in *cap. Regni*, ubi ne quis: num. 50. *Baiard.* ad *Clar.* quæst. 34. num. 7. *Scialoya* in *praxi foriudic.* cap. 8. num. 88. aliisque apud ipsum.

10 Secundò, absentiam allegari non posse, contracta ultima contumacia, ex *Pragm. 51.* de off. S.C. R. de qua in sequenti decisione, & aduertit *Scialoya* d. cap. 8. num. 103.

Et quamvis idem *Scialoya* num. 104. aiat, in praxi admitti allegationem absentie, contracta iam ultima contumacia, & post rectam curiam, allegando *Foller.* in rubr. *Audiantur excusatores.* num. 166. secundum, quam prædicti scripsit *Danza* tit. de absentia cap. 3. num. 34. & seqq. præcipue num. 38. quamque videtur tacite, ni expresse, sequi *Dom. D. Carolus Petra* tom. 3. ad ritum 266. num: 7. ubi scripsit, facere pro hac opinione, quæ ipse dixerat in *Ritu* 206. num. 8. lib. 2. de quibus in sequenti dilucidatione dicemus.

Tu tamè, lector, contrarium teneas; näm *Follerius* loc. cit. loquitus est circa obseruantiam Ritus, concludens, Sed hodie non seruitur ille ritus, sed admittitur excusatio absentie: & tempore Follerij non dum lucem viderat prefata *Pragm. 51.*

Danza verò varias refert Doctorum opiniones, quorum multi sustineant, posse excusatorem comparere usque ad primus somnum, ex dispositione tot Rituum id statuentium; alij verò velint, ut tot Rituum dispositio,

positio, locum sibi vendicet, cùm agitur de instrumentorū liquidatione, aduersus quam admittatur comparitio de sero, quæ est usq; ad primum somnum, quæque non est licita, nisi tribunali sedente, cùm agitur de causa criminali, subdens, *Regentem Rouitum in rubr: de sentent. foriudicationis num. 36. articulum disputare de comparente post lectionem, & publicatam sententiam foriudicationis, Iudice tamè adhuc sedente; & tandem concludit, allegato per ipsum Follerio loco cit. in casu à se proposito, obtinuisse dilationem à Regia illa audientia; verùm sic subdit, Sint ergo diligentes Adiocati, & excusatores ad allegandum absentiam tempore vaccinationis, & sic, Tribunali sedente.*

Vnde, cùm Danza nullam faciat mentionem de præfata Pragmatica, sed moneat aduocatos, ut diligentes sint in excusatione proponenda, & casus ab ipso propositus acciderit in Regia Audientia, videte per vestram fidem, an praxim possimus fundare, supèr positis ab illo.

Ut video, difficultas, quæ secundum Danzam oritur supèr tot ritibus, an scilicet eorum dispositio locum sibi vindicet tantum, cùm agitur de instrumentorū liquidatione, oritur etiam, attenta Pragmatica præfata § 1. ac proindè videndum esset, an hæc Sanctio loquatur tantum, cùm agitur de huiuscmodi liquidatione, an autem in quacunque causa criminali.

Quinimò esset videndum, an dispositio Ritus, 268. secundum ordinem Caravita si praxi recepta, contrà Follerium; & tandem, an præfata Pragm. antecedentem dispositionem Ritus confirmaret. Quod examen non est huius loci. Et miror sane, Rouitum, cuius interuentu emanauit ea decisio, ne verbum quidem de ea facere. Quare quoad dilucidationem huius articuli atque, concludo, Pragmaticam præfata locum sibi vindicare in quacunque causa criminali, nec solummodo, cùm agitur de instrumentorum liquidatione; immo, si esset dubitandum, dicerem, citius dubitari posse, an ipsa comprehendat causas liquidationis instrumentorum, quam, an comprehendat omnes causas criminales: & moucor, quia Reg. Sanfelicius initio decisionis loquutus fuerat de citato ad informandum, & ad capitula; sive in causa criminali; vnde, cùm postea descendit ad alium casum excusationis, quilibet prudenter arbitrari potest, illum loqui etiam in causa criminali, prout ante loquutus fuerat, vel saltèm vniuersaliter, quod verius; sive tam in liquidatione instrumentorum, quam in qualibet alia causa criminali.

Ceterum ab re loqui censeron, qui di-

ceret, Sanfelicium loquutum tantum in causa liquidationis instrumentorum, de qua nullum videmus verbum, nec in casu per Sanfelicium posito, nec in decreto edito per totum Sacrum Consilium. Hæc que quoad causas criminales; quoad liquidationem verò instrumentorum iterum de hac Pragmatica opportuniùs verba faciemus in sequenti dilucidatione, quæ propria eius sedes est.

Interim non omittere arbitratus sum, me de hac praxi loquutu cum Dominis Ignatio Prouenzale, & Carolo Antonio de Rosa. Huius postremi virtutes breuissimè scripsi in dilucidatione decisionis 22. De Domino Ignatio Prouenzale nihil est quod dicam, quod omnibus non innotescat, ex munieribus, quæ exercuit; postquam enim aduocati munere, tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus functus est, Iudex criminalis M.C.V. & postea Fisci Patronus ibidem electus, deinde Regius consiliarius, postmodum in Regia Camera Fisci Patronus, ibique tandem Praeses, ostendit, hæc omnia suis tribuenda virtutibus, non fortunæ. Cetera autem, quæ exercuit munera, tam in Regno, quam in ciuitate Neapolitana, potius sunt committenda silentio, quam cœsim enarranda, dum, vel multa præterirentur, vel longam ordiremur orationem. Sat est, si dicam, hæc illi fuisse parata ab integritate, & prudentia, quas in negotijs peragendis demonstrauit.

Hi ergo restati sunt, nunquam M. C. V. admissis absentie allegationem post rectam curiam, sive semper praxi receptum; quare de hac re non amplius utique dubitandum.

Tertiò collige, absentie allegationem non admitti in citatione ad foriudicandum, sive semper usu receptum; & ratio diuersitatis inter absentiam allegatam in citatione ad informandum, & inter absentiam allegatam in citatione ad foriudicandum, ea utique est, quia in citatione ad informandum agitur de poena contumacia, de qua non agitur in citatione ad foriudicandum, quæ vere aliud non est, quam simplex monitio pro sententia foriudicationis ferenda; adeoque, cum quilibet sententia fieri possit contraria absentem monitum, & contumacem; poterit & hæc similiter fieri contra quemcumque, qui monitus sit, accusata postmodum contumacia. Et licet Seialoya in sua praxi foriudicatoria cap. 11. nro. 13. scripsit, posse consanguineos, & alios in ultimo peremptorio citationis ad foriudicandum allegare absentiam, & consequenter dandum terminum ad denunciandum; contrarium nihilominus ex dictis tenendum est, cum ma-

gna Curia Vicariæ nunquam huiusmodi absentiæ allegationem admittat in citatione ad foriudicandum, vt etiam diebus elapsis contra quandam nobilitate conspicuum vidi obseruatum, & de hac praxi omnes testantur; vndè neque de ea est amplius dubitandum.

S V M M A R I V M.

- 1 Comparitiones de sero admittenda non sunt; ni principales ipsi compareant.
- 2 Comparere an possint de sero instructores faltèm, ni procuratores.
- 3 Comparitiones procuratorum in causa criminali admittuntur antequam contumacia contractabatur.
- 4 Comparitiones procuratorum in causa criminali post contumaciam quare non admittantur.
- 5 Procuratores an audiendi sint, si compareant ad defendendos reos in causa criminali post contractam contumaciam, si impedimentum ortum sit post contumaciam contractam, adeoque principales non possint comparere;
- 6 Excusari possunt principales, si compareant, si indici evidentissime constet, absqueulla suspicione fraudis impedimentum venisse post contractam contumaciam.

DILVICIDATIO DECIS. XXXII.

IN hac decisione præcipue duo habemus. Primum, absentiam excusatoris non fuisse admittam, cum excusatus fuerit visus tempore delicti, & de recenti post patratum crimen. Alterum, comparitiones de sero omnium citatorum in casibus, quibus tenentur comparere personaliter, non posse recipi per M. C. V. Iudices, ni compareant personaliter ipsi principales, non obstante quounque praetextu infirmitatis, alteriusque impedimenti, quamvis petatur accessus Iudicis ad locum, ubi degit impeditus.

De primo articulo iam verba fecimus in antecedenti dilucidatione. Quoad secundum Sanfelicius iam refert decretum insertum in Pragm. 51. de off. Mag. Institiar. cuius pariter decisionis mentionem facit Thorin supplem. comp. decr. verb. excusator, & verb. procurator, & nouissime etiam meminit Dom. D. Ca. el. Petra ad Rit. 206. num. 8. & seqq. inquiens, fuisse eā reuocatā in dubium in causa Gubernatorū Mōtis Chiufandi, & septem operum misericordiæ, ad quorum instantiæ fuit citatus Princeps Petrus Elcinus, & Callelionis, qui, tanquam absens, constituerat V.I.D. Autocium de Viuo procuratorem cum speciali mandato ad comprehendendum etiam de sero, ipsumque princi-

palem excusandum. Quarè, vocato Principe, comparuit Procurator de sero cum speciali mandato, & nihilominus per Regium Consiliarium Hodiernam, tunc Iudicem M. C. V. fuit dictum, quod non recipiatur: à quo decreto appellans Procurator ad S. C. facto verbo, obtinuit, quod certioretur S. E. & interim M.C.V. prouideat, quod supercedeatur in exactione pœnæ.

Cuius decreti occasione Dom. Petra in dubium reuocat decisionem præfatam relatam à Reg. Sanfelicio, quam coarctat tantum, cum, infirmus non tam longè abest à loco Iudicij, vt nequeat comparere personaliter usque ad Galli cantum; varijsque eius dicta exornat ingeniosè quidem rationibus; & tandem concludit, huiusmodi decisioni editæ anno 1617. superuenisse deinde Pragm. 8. sub tit. de instrum. liquid. cap. 8. quæ lucem vidit anno 1632. & in hac postrema dari facultatem procuratoribus comparandi de sero, eorumque recipi comparitiones.

Vt autem omnia concordemus, non reuocanda in dubium est decisio relata à Sanfelicio, quæ certè in viridi obseruantia adhuc appetat; quæque loquitur, quando excusatores comparent de sero, accusata ultima contumacia, quo casu certum est, non recipi similes comparitiones de sero, nisi à principalibus porrectas.

Quod si queratur, qua ratione decisio hec emanauit, facilis est responsio; nam anno 1608. autem huiusmodi decisionem aderat iam Pragm. quæ est 7. de instr. liquid. iubens, vt infirmus citatus super tenore instrumenti teneretur mittere fidem infirmitatis Authenticam, & procriptionem specialem in personam alicuius, cum quo ad omnes actus procedi posset.

Quoniam autem hec Pragmatica loqui videbatur de infirmis in longinquis Regni partibus commorantibus, dubitatum deinde fuit in S. C. an esset admittendus excusator, seu procurator, presentando comparitionem de sero, allegans, citatum reperiri infirmum, vel absente in loco (notare, quia verba sunt Sanfelicii) in quo potest accedere Iudex autem primum somnum, petendo Iudicis accessum. Et fuit negatiuè resolutum. Itaque præfata Pragm. 7. locum sibi vindicat, tam in casu, de quo loquitur, quam in casu dubitationis expressa à Sanfelicio.

Superuenit tandem Pragm. 8. quæ mentionem faciens in 8. cap. de eadem Pragm. 7. proponit abusum quendam, qui irrepererat etiam in S. C. recipiendi scilicet fides Medicorum absque Authenticam, nec non generales procurationes; quare iubet, ut recipientur tantum procurationes speciales, & fides Au-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

79

thenticæ secundum formam ibi prescriptam, nec ullam facit mentionem de comparitionibus de sero. Hæc est ergo series dispositionum, in quibus nulla est considerare, correctio, nulla difficultas.

In casu igitur relato à *Dominus Petra* comparuerat procurator de sero, adeoque, contracta contumacia; quid ergo mirum, si à M.C. fuerit pronunciatum, non esse comparitionem de sero recipiendam? Et sum mam profecto demonstrauit æquitatem S. C. decernens, ut certioraretur Prorex; interim vero superlegeretur in exactione poenæ; solus enim Princeps poterat tantum rigorē lenire; ceterum, si comparatio fuisset recipienda, alijs vtique verbis concepisset suum decreta S. C. quam certioratione Proregi facienda. Ut ergo vela contrahamus, concludendum, decisionem relatam à *Reg. Sanfelicio* factam per modum legis condenda, congregato Consilio, in viridi huc usque esse obseruancia, nec in dubio vnuquam reuocata, nec reuocari potuisse, eamq; esse iam *Pragmaticam* § 1. sub tit. de off. Magistr. Iustitiary. Cur autem Sacrum Consilium rigori parentasset, variaz poterant esse rationes, quæ tantum Senatum mouerunt, quasque recensere non iuuat; forte enim agebarur contra personam titulo decoratam, quam non potuisse ad iocum iudicij accedere, etiam constare poterat.

Vnde ex his, & similibus vellem, ut omnes, qui iudicandi munere funguntur, non adeo à rigoroso iuris ordine dependerent, ut prudentia parentarent; & miror sane, multos reperiri, qui, postquam in iuris rigore, pedes fixerunt, omnia alia deserunt inconsiderata, ac si lex nostra Iuris prudentia non men non merceretur.

Hos profecto non prudentes appellarem Iudices, dum non ea perfectione iudicarent, quam requirunt iura ipsa super politica, & aquæ ratione fundata. Hinc Sacrum Consilium Neapolitanum, post habito iuris ordine, sola facti veritate inspecta, ea decernit, quæ ratio, quæ tempora, quæ politica, quæque alia incidentia expostulant; ob idque eius auctoritatem maximam fatecamur, oportet. Si ergo tale est Sacri Consilij munus, non video, cur similes esse nequeant omnium Iudicantium mentes. Nec præterea ignoro, multos iam extare, qui, sola duce prudentia, melius iudicandi munere fungantur, quam alij, qui toto eorum ætatis tempore Iurisconsultorum libros tantum perlegerint, præter quos, omnes alias historicos, politicosque parui penderint, & quandoque Principes iussu ad aliquid pro Republica indagandum missi, oleum profecto perdiderint, & operam. Felices Principes, si ijs omnes ei-

sent Iudices, qui prudentia iudicarent, nec solis Iurisconsultorum responsis ducerentur.

Comparitiones verò de sero, tam in causa criminali, quam in causa liquidationis instrumenti, quomodo sint facienda, vide apud *Baldaxar de Angelis ad Foller. in praxi 1. par. secunda partis. rubr. verum si citati comparentur. 1. & seqq.*

Hic autem aduertendum est primò, posse dubitari, an, licet non admittantur comparitiones de sero citatorum in casibus, quibus tenentur comparere personaliter, ni ipsi 2. principales compareant, possint tamè comparere pro illis absentibus alij, non tanquam procuratores, sed tanquam instructores, seu informatores curia de defensionibus reo competentibus, ut in terminis statuti asserunt *Aretin. cons. 147.* aliquæ relati per *Scialoyam in praxi foriudicat. cap. 8. num. 83.*

Tu vero respondeas cum eodem ex *Campana de foriudicat. resol. 11.* negatiuè, quia dicta Aretini locum habent autem citationem, secùs verò post illam.

Aduertendum secundò, licet comparitiones procuratorum admitti nequeant post contractam ultimam contumaciam, ut diximus suprà; admitti tamè, antequam illa contrahatur; vnde ante illam contractam, comparere poterunt procuratores, allegando infirmitatem, & alia impedimenta suorum principalium: & hæc est ratio, cur comparitiones de sero non admittantur per procuratores, quia scilicet poterant isti autem contractam contumaciam talia impedimenta allegare, & non allegarunt.

Tertiò aduertendum, posse dubitari, an, orto impedimento post contractam contumaciam, possint procuratores, evidentè producendo documenta super impedimenti oris post illam contractam, comparere de sero pro eorum principalibus; & videtur prima facie, respondendum affirmatiuè, quia principales ipsi, qui priuilegium hoc habebant, comparuerint de sero, ni infirmitas, aliudq; impedimentum superuenisset; vnde, cum hoc eis imputandum non sit, locum non sibi vindicat *dicta Praga. 5. 1.*

Ego tamè contrarium dicere, siquidem, si poterint ex impedimento superueniente principales comparere personaliter de sero, sibi imputent, quia debebant autem contractam ultimam contumaciam comparere, nec se alteri periculo exponere. Præterea elusorium redderetur decretum relatum à *Sanfelicio*, cum maximæ fraudes oris possent circa impedimenti superuenientiam, & vix reperiaretur aditus huiusmodi fraudes evitandi. Res tamè, accidente casu, maturius perpendatur; nam eueniere verè poterit?

rit, vt impedimentum superueniat post contractam contumaciam, idque Iudici euidetissimè constet; quare, cum contumax excusari posset, se antè contumaciā non comparuit, spe illam purgandi, hæc excusatio admitti forte posset, si verè impedimentum superuenisset, & clarissimè constaret, nullam adesse fraudis suspicionem, alias contrarium dicendum.

S V M M A R I V M .

- 1 Excusatio absentie, quoties iusta est, admittitur.
- 2 Appellatio à non admissa absentie excusatione non denegatur. Quod per totam dilucidationem probatur.
- 3 Appellatio à non admissa excusatione proposita ab amicis admittitur, quamvis eorum periculum non sit.
- 4 Amicus admittitur ad allegandam Rei absentiam, adeoque eadem ex causa ad appellandum ab excusatione denegata.
- 5 Amicus comparens ad allegandam Rei absentiam, licet possit appellare ab excusatione denegata; non poterit deinde appellare à sententia, qua reus fuit damnatus.
- 6 Absens excusatus consideratur tanquam terminus, non tanquam comparens: quare excusans audiendus est.
- 7 Praes S.C. in admissitudis supplicationibus à decretis interlocutoriis latis à M. C. non adhibet causæ cognitionem, qua adhibetur tantum tempore relationis facienda.
- 8 Decretum denegata remissionis dicitur irreparabile per definitiuam.
- 9 Præiudicium, quod recipiunt absentes à denegata excusatione, quale sit.
- 10 Testes fisci, si moriantur, durante contumacia, babentur pro repetitis.
- 11 Pœna contractæ per contumaciam in causa criminali non possunt reparari per citationem ad foriudicandum.

DILVICIDATIO DECIS. XXXIII.

Dubium fuisse habitum articulum, ait hic Regens in S.C. an à decreto, quo denegatur dilatio ex absentia allegata, admittatur appellatio; quarè in Collaterali Conflito, illo non discussio, ex consensu Adiuvanti Fisci fuit relata causa, & confirmatum decretum M.C. quo non fuit admissa allegatio absentie.

Hæc decisio, licet altam contineat materiam; paucis tamen est dilucidanda. Vidi mus in dilucidatione decis. 1. fuisse admissam absentiam allegatam ab excusatore, quam, certum est, admitti, quoties iusta est, ex i. accusatore 13. s. ad crimen ff. de public. iu-

dic. quam citauit Sanfelic. pro Fisco in d. decr. Ibi hæc. Ad crimen Iudicij publici per sequendum frustrè procurator interuenit, multo que magis ad defendendum. Huc usque Iureco nsultus de procuratore ad defendendum reum pro crimine patrato. Deinde, sed excusationes absentium ex Senatus Consulto Iudicibus allegantur, & si iustum rationem habent, sententia differtur.

2 Dum igitur allegatio absentie permittitur, non video profectò, cur, absentia denegata à Iudice inferiori, non possit idem accusans appellare ad superiorem, cum opinio contraria, nec rationibus, nec praxi aliqua fundata sit.

Et, vt à rationibus ea breuitate, qua possumus, incipiamus, inquit Rouitus in Rubr. Pragm. de appellat. à num. 14. ad finem, acerrimè contrariam opinionem defendens contraria citatum ad informandum, tres inspicendas personas, scilicet Accusatoris, Iudicis, à quo appellatur, & Iudicis, ad quem fit appellatio, nec non denique decretum, à quo appellatio interponitur. Quidam Accusatorem, certum esse, inquit, ad illum non spectare appellationem, quià non fuit ipse condemnatus, sed contumax, cuius est periculum; vnde non competit appellatio, ex textu, quem ad propositum esse optimum, deducit in l. liberto 5. fin. ff. de neg. gest.

Ad hoc argumentum elidendum posui in principio dilucidationis, excusatorem admitti tantum ad hanc defensionem, scilicet ad allegandam absentiam, vt deducerem, illum etiàm admitti ad appellandum ab absentia denegata, cum appellatio sit species defensionis; vnde, si excusans admittitur ad allegandam absentiam, quamvis ad ipsum non pertineat admissa, vel denegata absentia, fed ad reū, pro quo allegatur, admittetur etiàm ad appellandum ab ea denegata, quamvis suum non sit periculum, si ea denegata sit, sed Rei. Reliquum est, vt videamus, an obstat textus in d. l. liberto 5. fin. Et quidem ignoro, quo pacto Rouitus potuerit textum illum allegare, cum suam intentionem nullo prorsus modo probet. Ibi Papinianus querit, an amicus allegans in lite deducta in iudicium absentia alterius amici, qui, non obstante absentia allegata, condemnatus est in causa principali, videatur esse in culpa, ni à sententia appellari; & negatiue responderet, quia amicus non venit ad defendantum reum in causa principali, sed ad opponendam absentiam; vnde, si absens succumbat in causa principali, amicus non tenebitur appellare ab ea sententia: quod secus esset, cum veniret amicus ad absentē in causa defendantum. Igitur, si forte tex- tis hic esset ad nostrum propositum alle- gandus,

gandus, dicendum etiam esset, amicum excusatorem in causa criminali allegantem absentiam non teneri appellare à sententia foriudicationis, ad quam euitandam ipse non comparuit, prout comparere non poterat, defensiones producēdo, sed comparuit tantum, allegando absentiam; quare argumēto è contrario sensu, quod in iure nostro firmum est, ex vulgaris iuribus, prēcipue, cùm nullum sequitur absurdum, si amicus comparuit allegando absentiam, poterit à decreto, quo excusatio admissa non fuit, appellare, quemadmodum non poterit appellare à sententia foriudicationis, ad quam euitandam non comparuit. Ne autem suspensum teneamus lectorem in dispositione Papiniani, hæc ille. *Litem in indicium deducit, & à reo defensam frustatoris amicus vulnerè egit, causas absentia eius allegans indicū culpam contraxisse non videbitur, quia à sententia contra absentem dicta ipse non prouocauit.* Vlpianus nosas. Quid clarius? Hoc verum est, quia frustator condemnatus est. Aliter enim respondendum erat, si absentia fuisset denegata. Ceteram, si amicus, cum absentem defendere, condemnatus, negotiorum gestorum ager, poterit ei imputari, si, cum posset, non appellasset. Quinimò ex hoc textu non deducitur, amicum non posse appellare à sententia, qua condemnatus est absens, sed illam non esse in culpa, ni appellari, quæ duo diuersa lūma sunt. Sicque intellegendus est Baldi in sua Margarita in ver. officiis, quem Rouit. loc. cit. num. 19. inquit, aliter intelligendum, & sic Baldus voluit expressè in d. S. fini legendo, vbi inter cetera hæc. In prima parte amicus comparebat ad absentiam excusandam, in secunda parte comparebat ad causas causa. Deinde. Secundò nosa, quod sententia definitiva non est formanda contra defensorum, qui allegat solam causam absentie, quia iste non compares ad articulum principalem causa, sed ab sententia formanda contra Dominum absentem.

Vnde collige hiac, ad elidenda ea, quæ subdit Rosit. num. 20. scilicet non inspicendam hic personam inquisiti, qui non audiatur, nisi personaliter compareat, hoc verum esse; sed in calu proposito non comparet, nec comparere potest inquisitus, quia est absens; quare eius personæ consideratur, tanquam terminus excusatus, non tanquam comparvens; cum excusator tantum consideretur comparvens, allegando absentiam citati.

Gradum deinde facit Rouitus ad personam Iudicis à quo, inquiens, illam non grauasse reum, cù fundatus fuerit in cap. Regni, post commissum. Quod à num. 23. usque ad 27. exornat, nec eius dicta refero, cum ad ea respondere non renemur; dum non iude cuim-

citur, non esse admittendam applicationem; siquidem, an Iudex à quo grauauerit reum, an ne, debet cognosci à Iudice superiori, à quo discutienda sunt grauamina, quæ reus pretendit, sibi illata; adeoque dicta Rouiti respectu Iudicis à quo non probant, excusantem non posse appellare.

Quoad personam Iudicis ad quem, ait, illum, vel in applicationis supplicatione adhibere cause cognitionem, &c, cum viderit decretum M. C. V. aliorumque Tribunalium fundatum in d. cap. post commissum, debere illam rei jecere; aut verò secùs; & nec debere, eam admittere, cum non agatur de sententia definitiva, quæ reddatur irreparabilis, sed de decreto interloquitorio, quod ab eadem M. C. possit reparari: quas rationes applicare videtur decreto Iudicis, quod, ut verè interloquitorium, continens grauamen reparabile per sententiam, non adiicit appellationem, nec suspensionem.

Verùm, si hæc bene introspiciantur, nullo prorsus modo conuincent. Siquidem Iudex applicationis, qui in Sacro Consilio est Preses, nullam adhibet cause cognitionem in applicatione admittenda, sed tātum decernit, ut M. C. verbum faciat in S. C. adeoque non videt, an decretum M. C. V. ritè processerit, an ne; hoc enim inspiciunt tempore; quo sit relatio. Ceterum non obstat, decretum hoc esse interloquitorium; nam, licet decreta interloquitoria, quæ reparari possunt per definitiūam, non admittant applicationem, de qua re nos in dilucidatione decisionis 5. hoc tamē decretum absentie denegare non reparari poterit per definitiūam; omnīam, denegata excusatione absentie, reus reputatur contumax; quare deducitur, irreparabile esse per definitiūam decretum, quo absentia denegata est.

Sed Rouitus concludit, nullum præjudicium inferri citatis à decreto, quo excusatio absentie admissa non est, sicque applicatione eos non indigere, assertit, ea ductus ratione, quandoquidem, aut sponte comparabunt, & purgabitur omnis contumacia; aut nō comparabunt, sed persistent in illa, & dabunt annus ad foriudicationem, ad quam deueniri nequibit sine noua citatione; quare noue citationis tempore poterunt omnia opponi ab agnatis, & cognatis, qui citantur. Quinimò, ut Rouiti dictis vim addamus, videatur, per nouam citationem reparari grauamen illatum in decreto, quo aduersus citationem ad informandum non fuit admis- sa excusatio.

Quoniā verò præjudiciū, quod infertur citatis absentibus, consistit in contumacia, in qua incurrit, non admissa excusatione, idcirco cum ante illam contractam compare-

re non poterint, tanquam absentes, ac proinde citationis ignorantos, post iHam contraham, siue compareant, siue secus, semper priuilegium sentiunt; quoc autem; & quanta sive preiudicia eorum, qui in causa criminali contumacia contraxerunt, videat, qui vult, apud DD. cum hic locus non sit de ijs agendi. Adiunt in nostro Regno constitutiones, Ritus, & Pragmaticæ de personis huiusmodi tractantes, inter quas eam sensio graviorem, ut scilicet, si testes Fisci moriantur, durante contumacia, censeantur repetiti, ex Pragm. 10. de off. indicum &c. num. 83.

Vnde, licet sententia foriudicationis reparari possit per nonam citationem facienda ante sententiam foriudicationis; non poterunt tamen reparari pena contumacia iam antea contractæ per nonam hanc citationem, adeoque admittenda procul dubio est appellatio à denegata excusatione absentiæ aduersus citationem ad informandum. Hæc quoad rationes compendiosè deducas.

Quoad primum Rouium initio quæstionis num. 15. & 16. ait, indeuisse praxim antiquam remiteadi supplicationes in similibus oblatas eidem M.C. quæ iustitiam facere, vt constat ex dec. Pragm. de Franc. 3. 27. post num. 1. Verum in calce, tanquam opeimus Iureconsultus, neveritas latet, hæc ait. Sed postmodum aduerit, quod ex eod. Pragm. de Franc. ch. dec. 589. constat, huiusmodi appellationes quandoque admissas, & factæ verbo in 3. G. fuisse concessas attestationes quæ M.C. denegaverat, tali consequens est, ne in futurum à formaliter obseruata discedatur, quicquid esset de iure obseruandum, ut in simili ait Iureconsultus in 4. constitutionibus in fin. ff. ad municipal.

Quare, si Rouium etiam nobiscum habemus, licet aliter ante senferit, non est ab hac sententia recedendum, quam quoque firmant decisione Collateralis Consilij Taspia dec. 17. num. 3. alijque relati à Dominico D. Carolo Potra tom. 3. ad Ritu 266. num. 6. qui sic etiam sapienter obseruatum fuisse in M.C. V. testatur. Prudens ergo fuit Fiscus apud Sanfelic. hæc, dando consensum pro revisione cause excusationis non admissæ, quæ conerà reum decidendam præuidebat, dum alias, prætendens, appellationem deneganda, difficile retrahit victoriam, quam in causa principali decidenda utilius retulit.

Nec dicas, nos discedere ab opinione Sanfelicenam Regens nulli opinioni adhæret, sed utriusque fundamenta refert, & tandem concludit, fuisse dubium articulum in Collaterali Consilio, verum siue tenet, dum Fiscus consensum præsticit pro decisione principalis puncti, scilicet excusatio-

nis non admissæ, illum præuidisse, Dominos judicantes cum decisione Vincenij de Franch. 589. vota propalatueros. Cetera vide apud Scialoyam in praxi foriad. cap. 8. num. 9. & Laghar ad Rouit. loc. cit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Furtum attentatum punitur pena mortis naturalis, si qualitates aggrauantes concurrant. Et quæ sint istæ qualitates.*
- 2 *Ascensus cum scalis non reddit dignum morte furtum attentatum absque alijs qualitatibus.*
- 3 *Ascensus cum scalis ad locum religiosum reddit granus furtum attentatum.*
- 4 *Scalas asportans nocturno tempore per ciuitatem pena ultimi supplicij punitur, vel alia arbitraria, si cum illis repertus sit.*
- 5 *Furtum attentatum ratione loci quandoque punitur, non sequente effectu.*
- 6 *Scalas asportans, si capitur, dum actu eas asportat, punitur pena ultimi supplicij, sine alia arbitraria; secus, si non ita capiatur.*
- 7 *Scalas asportans nocturno tempore necessitate coactus non subiacet Pragm.*
- 8 *Scalas ferendi nocturno tempore necessitas est probanda, ut effugiatur dispositio Regia Pragmaticæ.*
- 9 *Scalas ferendi nocturno tempore necessitas est etiam probanda à fabricatoribus.*
- 10 *Scalas ferendi nocturno tempore necessitas quomodo probanda sit ad evitandas fraudes.*
- 11 *Affactus quomodo puniatur, non sequente effectu.*
- 12 *Ascensus cum scalis nocturno tempore non reddit dignam morte attentatum puellarum rapinam, improbat a dec. 36. Grammatici.*
- 13 *Rapina attentata monialium tantum punitur pena ultimi supplicij; secus aliarum puellarum.*
- 14 *Ascensus cum scalis ad monasteria monialium punitur pena ultimi supplicij.*
- 15 *Ascensus cum scalis, ut res iacentes auferantur, quomodo puniendus.*
- 16 *Ascensus cum scalis ad conservatorium Virginum puellarum an puniatur pena mortis.*

DILECIDATIO DECIS. XXXIV.

- 1 *Hic habemus, furtum attentatum, quævis ad effectum non redactum, puniri pena mortis naturalis, si qualitates aliquæ aggrauantes concurrant; qualitates autem, quæ in casu per Sanfelicum exposito inconvenient, fuere vulnera, & ascensus ad locum religiosum.*
- 2 *Vnde evidenter suademur, si census cum scalis non posse dignum morte reddere furti attentati crimen, ni interueniant qualitates admodum graues, & similes illis expostis hæc*

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

83

hic à Regente Sanfelicio , quæ , vt videre est ex casibus ab ipso relatis , fuere vulnera , & ascensus ad locum religiosum . Et ratio est, quia Regia Pragmatica sub titulo, de scalarum prohibitione, loquitur de asportatione scalarum per Ciuitatem ; vnde non dicetur aliquis cum illis inuentus, nisi cum ijs capiatur, ad tex. in l. Si Bavariorum C. de fideiuss: & iest punctualis decisio Praef. de Franch. 333. omnino videnda . De qua re etiam infra .

Quid autem dicendum sit , attento iure communis, vide apud Peguer. dec. crim. 26. Ca-ball. resol. crim. casu 97. Farinac. pract. crim. quest. 2. num. 145. aliisque relatos à Rovito ad d. Pragm. 1. de scalar. prohibit.

Hinc collige primò , quandoque furtum ratione loci puniri, non sequuto effectu; locus enim sèpè delictum aggrauat , vt refert Reg. de Ponte, quem adducit Reg. hic in tract. de potestate Proreg. sive de prouis. fier. solit. §. 21. num. 13. & seq.

Secundò , ad hoc , vt repertus cum scalis possit poena mortis puniri, debere illum capi, dum eas asportat, cum sic loquatur pre-fata Pragmatica; alias nunquam esset poena ultimi supplicij puniendus, si caperetur non asportans , sed in loco, in quo vellet ascendere, vt vnanimitè DD. fatentur, & facit d. dec. Praef. de Franch. in princ. cum dictis per Sanfelic. hic.

Tertiò, non esse puniendum illas asportantem necessitate coactum, sed tantum voluntariè, dum Pragmatica ipsa illas prohibet ratione criminis , ad quod patrandum scalas feruntur . Quare, quotiescumque celsa finis legis, cessat & ipsa lex , vulgatis iuribus . Hęc autem necessitas erit probanda, cum alias necessitate omnes coactos se fingent.

Quartò, etiā fabricatores teneri huiusmodi necessitatem probare, cum iij etiā valent talia crimina patrare .

Quintò, si quis repertus fuerit necessitate coactus ad huiusmodi scalas deferendas, probata tali necessitate , neque arbitrio delicti subiacere , quiā arbitrium extenditur eantum contra asportantes illas dolose, ex Regia Sanctione . Ibi . E quelli, che si troveranno portare dette scale, i incorrano nella pena di morte naturale, o altra pena a nostro arbitrio riservata . En quomodo ex cumulazione, poenę mortis naturalis, & arbitrarię argui-mus, dolam omnino debere interueant .

Sextò, necessitatem scalas deferendi debe-re apparere probatam ex parte termini , ad quem fertur scala; puta, si quis reperiretur eās ferens, tunc probare deberet, se necessitate coactum illas ferre ad tam locum ecclesiamque, quę illis tunc absque dilatione

indigebat; quare deberent deponere Economi illius Ecclesię . Dixi, absque dilatio-ne , quandoquidem alias posset inueniri occasio à quolibet, qui prouideret, se scalas asportantem posse semper excusari. Quando autem puniatur affectus, non sequuto effectu, vide in nostris dilucidation: quest. 13.

Septimò, ascensum cum scalis nocturno tempore non reddere dignā morte attentatam puellarum rapinam , sicuti non reddit dignum morte furtum attentatum , ni quatenus ascensus fuerit ad locum religiosum , cum vulneribus , vt hic . Et quamvis ultimi supplicij poena fuerit punitus iuuenis quidam nobilis Neapolitanus , qui contra bannum tunc temporis emanatum cum scalis nocturno tempore ascenderat ad locum, in quo pulcherrima quædam puella morabatur, vt refert Grammat. dec. 36. hęc tamē decisio à tota Italia crudelis fuit habita, vt scripsit Clar. S. fin. quest. 68. ver. ascen-dens, tanquam in nullo iure fundata . Nec ignoro, Grammaticum ibi studuisse, eam defendere longo sermone, potius, vt illius Proregis facta tueretur, quām vt veritatem ostéderet, prout ex eo apparatu satiis, superq; constat; nam, totus eius sermo ad duo reducitur, ad attentatam rapinam, & ad bannum contra ascensum nocturno tempore cum scalis . Quoad attentatam rapinam paucis

13. se expedit, fundans eius dicta in l. si quis non dicam rapere C. de episcop. & cleric , qui tex-tus non loquitur, nisi de monialibus. Ibi. Si quis non dicam rapere , sed attentare tantummodo iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur . Quare nimis profecto erraremus , si quamcunque virginem non monialem appellaremus Sacratissimam : eas tantum igitur attentates capitali ferientur pœna, non alias, pro quibus titulum habemus in Codice, de raptu virginum, seu viduarum, vbi , vt videre est, nunquam attentata rapina, siue affectus, punitur pœna capitali ; vnde perperam à nonnullis dispositio pro monialibus ad alias virgines applicatur.

Quoad ascensum nocturno tempore cum scalis Vinc. de Franchis d. dec. 333. qui memini-t, tam de banno emanato ordine Proregis anno 1542. de quo Grammat. d. dec. 36. quām de Pragmatica edita anno 1560. inquit, pœnam in casu ab ipso relato certam fuisse, si reperti fuissent inquisiti, & apprehensi cum scalis per Ciuitatem; igitur, si virtute dicti banni iuuonis ille debebat in flagranti repe-riti cum scalarum asportatione , siue cali modo repertus non fuit, non debebat, serua-ta forma banni, pœna ultimi supplicij pu-niri . Non est ergo facienda vis in d. decis. relata à Grammatico , ac proinde conclue-

L 2 dendum

dendum, ascensum cum scalis nocturno tempore non reddere dignam morte attentata puellarum rapinam, licet aliter procul dubio dicendum sit de ascensu cum scalis ad monasteria monialium, qui ultimum supplicium expectat.

Hinc Sperel. decis. 137. num. 36. & seqq. postquam aliorum opinionem retulit voluntum, ut ascensus nocturno tempore cum scalis ad domum priuatam ad tentandam honestam puellæ pudicitiam poena ultimi supplicij puniendus sit, quæ opinio etiam secundum ipsum nimis severa alijs visa est, inter quos Mantica cons. 3 1. num. 2. lib. 2. & Clar. in s. fin. quæst. 68. num. 4. & quæst. 92. sub num. 1. vers. idem loquendo, subdit tandem num. 37 illam opinionem seruandam contra appouentes scalas ad moniales violandas, præsertim, sequito ingressu, & clausuræ violatione.

Eticet idem Sperell. num. 38. aiat, Baldum in l. fin. sub num. 3. de rer. diuis. velle, ut ascendens scalis ad domum meretricis, qui idcirco esset arbitraria plectendus poena, talem posset inferte iniuriam, ut etiam ultimo esset puniendus supplicio, quam sententiam sequitur Caball. casu 97. nihilominus tamèn, ut videtis, non est tribuenda poena ascensui cum scalis, sed iniuriæ, quæ adeò atrox esse potest, ut poenam mortis mereatur. Et quidem, si Regiam Pragmaticam tollamus, ignoro, quarè ascensus cum scalis sit morte dignus; nam, siue cum scalis, siue absque illis, nil aliud respicitur, quam actus, qui ultimo intenditur, qualis est puellarum rapina, cum his casibus honestas tamèn personæ dicitur offensa. Quod secùs est, cùm ascenditur ad locum religiosum, ut moniales rapiantur, quia tunc, præter offensam factam personæ, quæ etiam poenam augeret, tanquam monialis, adest offensio facta loco; sin autem consideremus Pragmaticam, iam suprà vidimus, illam requirere etiam, ut Reus inueniatur scalas ferens. Quarè standum scriptis per nos, nec contrariaz opinioni adhærendum, ne cum ceteris severitatis notam subeamus, quicquid etiam in contrarium scripsiterit Caball. resol. crim. d. casu 97. qui num. 3. & seqq. studet defendere sententiam Proregis Neapolitani tunc temporis ob proclama, seu bannum, quod extabat.

15 Sed quid dicendum, si quis scalis ascendat ad domum hæreditatis iacentis, ut res ibi eiusdem hæreditatis furetur, an hic grauius plectendus sit ob furtum attentatum? Hæc dubitatio supponit, tanquam certum, furtum attentatum, licet grauius ex ascensi scalarum, non redi tamèn dignum morte ex solo huiusmodi ascensi, ni alijs associatum qualitatibus, ut diximus.

Videtur igitur prima facie respondendum: huiusmodi crimen non puniri eadem poena, qua punitur furtum attentatum, cum in hæreditate iacente non committatur furtum, eo quod in ea non detur verum dominium, ut ex l. ultima ff. de crim. expil. hered. aliquique probat Bened. Pinell. select. iur. interpr. lib. 2. cap. 9. num. 9. quem refert, & sequitur Consiliarius D. Ioan. Dexart. select. iur. concl. decis. 5 1. num. 169. Contrarium tamèn dicendum est, cum sub diuerso nomine idem contineri videamus crimen.

16 Octauò collige, puniendum ultimo supplicio ascensum cum scalis ad conseruatoria puellarum, quæ loca etiam religiosa dici possunt. Vnde Thor. part. 3. verb. pœna discoliantis, re uberrimè ab ipso disputata, refert, per M. C. delegatam à Prorege anno 1628. fuisse morti traditum quendam reperatum in conseruatorio virginum cum scalis funibus contexta. Illum vide, dum multa reperies non contempnenda. Ceterum, si à locis sacris, ceterisque qualitatibus præscindas, inspicias, non solum ascendentibus cum scalis, sed etiàm eas nocturno tempore ferentes, non sempèr ordinaria plectri poena; sed quandoque arbitraria mitiori, dum ipsa Regia Sanctio pœnam arbitrariam non prorsus excludit, quo casu ad Proregem recurritur. An autem ascensus cum scalis sic qualitas reddens dignum morte furtum ad effectum redactum, dicemus in sequenti dilucidatione, ubi sermo erit incidenter de furto qu alificato, quod in Regno punitur regulariter pœna ordinaria, quodque non aliorum criminum regulam sortitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacrilegi attento communi iure puniuntur pœna arbitraria, sed rigorose sacrilegi pena cap. itali.
- 2 Sacrilegus nequit esse melioris conditionis simplici fure:
- 3 Sacrilegus de iure Regni an puniatur pena ordinaria.
- 4 Sacrilegium secundum ius canonicum committitur, si auferatur sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum, de non sacro.
- 5 Sacrilegium rigorosum secundum ius civile committitur tantum, cùm auferatur sacrum de sacro.
- 6 Res rigorose sacra ea tantum dicitur, qua ab Episcopo consecrata est.
- 7 Res sacra priuata qualis sit.
- 8 Furantes res consecratas ab Episcopo puniuntur de Iure Regni pœna capitali.
- 9 Furantes res ab Episcopo non consecratas de iure Regni an puniantur pœna arbitraria.

comes

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

85

- 10 Comes de Castillo prudenter se gessit in sacrilegum puniendo.
- 11 Sacrilegium in Regno, quocunque modo sumatur, poterit plectri pena ordinaria.
- 12 Sacrilegium non rigorosum fuit etiam in Regno punitum pena ordinaria.
- 13 Furtum non committitur tempore necessitatis.
- 14 Furans res sacras de loco non sacro quandoque punitur etiam extra ordinem in Regno.
- 15 Furans res sacras de loco priuato absque alijs qualitatibus non punitur ultimo supplicio.
- 16 Pena capitalis non intelligitur pena mortis ciuilis in sacrilegio, sed naturalis.

DILVCIDATIO DECIS. XXXV.

A It hic Reg. Sanfelicius, furantem res è loco sacro, quamvis non consecratas; ad sacram tamèn vsum destinatas, & excedentes vnciam, plectendum pena mortis naturalis, siveque decisum. Hzc autèm decisio durissima videri poterit. Quare aduertendum, attento communi iure ciuili, sacrilegos puniri pena arbitraria l. sacrilegij ff. ad l. l. In l. pecul. licet rigorosè sacrilegi pena capitali, vt infra. Aduenit deinde constitutio Regni incip: multa leges, quæ idem comprobavit, duos casus his verbis excipiens. Sed pena moderanda est arbitrio Iudicis, nisi forte manifestè templa Dei destructa, vel fracta sint violenter, aut dona, & vas a sacra nocte sublatæ sint. Hic enim casus crimen capitale est.

Cum autem ex dispositione cap. Regni incip: ad hoc, furans vtrà vnciam punitatur pena ultimi supplicij, hinc est, vt, concurrentibus qualitatibus, iuxta decisionem Gizzarelli superius relataim, sacrilegus eadem persona sit puniendus, ne melioris conditionis sit simplici fure, vt seruatum refert Foller. de quo meminit hic Sanfelic. & licet Follerius nullam de qualitatibus mentionem faciat; attamen certū est, d. cap. sic obseruari: quicquid scripsiterit Danza de Pagna Doctorum tom. 2. sit de furtis. cap. 6. a num. 40. putans, rigorosam fuisse condemnationem ad Tribunales declaratam per illud Tribunal, ex furto patrato noctis tempore cum fractione domus, cum eius error innotescat etiam ex literis à Reg. Sanfelicio missis ad Paulum Laurenzanum Fisci patronum in illa Audiencia, in quibus huiusmodi furtum pena mortis secundum dicta à Gizzarello puniendum scripsit; quare Danza, vt antiquum errorem alio recentiori confirmaret, contra Gizzarellum post tales literas receptas, vt ibi, deuò scribere non erubuit.

3 Dubium autèm est, an, non concurrentibus qualitatibus, iuxta decisionem Gizzarelli, qualitas sacrilegij sit talis, vt reddat

furtum pena ordinaria dignum in Regno. Supèr qua questione, licet etiam in Regno videatur quandoque vnu recepta pena arbitraria, cum videamus apud Ricc. decis. 293. par. 2. sacrilegium damnatum ad remigandum per quinquennium, & decis. 27. part. 3. per deceanum; tamèn illud utique certum est, cùm versamur in duobus illis casibus expressis in d. const. multa leges, procùl dubio esse pœnam mortis naturalis explicata in ibi per pœnam capitalem, vt scripsit Scialoya in praxi foriud. cap. 3. num. 125, quamvis non defint, qui voluerint, pœnam capitalem non intelligi ibi mortem naturalem, ed ciuilem, adeoque etiam in illis casibus enunciatis in d. const. non puniri sacrilegium pœna ultimi supplicij: quam sententiam inexaminatam reiicio. Ut autem, quid dicendum sit in alijs casibus, videamus.

Dubium oriri potest, an huiusmodi bona, & vasa sacra, ea intelligenda sint, quæ ab Episcopo consecrata sunt, an autem ea, quæ largo modo sic appellantur, quatenus scilicet destinata sint ad ministerium Diuini cultus; nam, si ea intelligenda sunt, quæ ab Episcopo consecrata sunt, si quis alia vasa, præter consecrata, nocte eripiat, non subiacebit pœna ordinaria, sed arbitraria: secùs autem, si ea intelligenda sunt, quæ quocunque modo ad ministerium Diuini cultus destinata fuere.

- 4 Vt autem id videamus, supponendum est, sacrilegium diuerso modo considerari à iure Pontificio, & Cæsareo; nam sacrilegium de iure Pontificio committitur, siue auferantur res sacrae de loco sacro, siue res non sacrae de loco sacro, siue res sacrae de loco non sacro, vt in cap. quisquis 17. quaest. 4. Ibi. similiter sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro. De iure ciuili autem sacrilegium committitur tantum, cum sacrum de sacro auferatur, vt aperte colligitur ex l. Divi 5. l. sacrilegij pœnam 6. & l. sacrilegi capite 9. in qua hzc. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilauerunt. ff. ad leg. l. l. peculat. His suppositis, dum in d. l. sacrilegi capite, hzc habemus. Quare quod sacrum, quodue admissum in sacrilegij crimen cadas, diligenter considerandum est, non debemus cuicunque rei facrum nomen tribuere, sed illi tantum, quæ verè ab Episcopo consecrata est. Hocque patet ex eadem lege, in qua Paulus huiusmodi sacra furantes vult, vt capite puniatur. Ibi. Sacrilegi capite puniuntur, cum alias eos, qui cetera non sacra furati fuerint, arbitralia pœna plectri scripsiterit Vlpianus in d. l. sacrilegij. Hinc glos. in d. l. sacrilegij capite ver. compilauerunt, inquit. Et quod dicit publica sacra, ut consecrata per Pontifices, ut instit. de

ter.

7 rer. diuis. s. nullius. Priuata sacra, in quibus committitur quasi sacrilegium appellat consecrata per Principem &c.

Cum ergo in nostra Constitutione disponatur, vt dona, & vasa sacra nocte auferens poena capitali plectatur, intelligendum id est de ijs, quæ verè, & propriè sacra sunt, adeoque ab Episcopo consecrata, nec somniandum, omnia venire, quæ Ludouicus Peguera in dec. crim. 24. gradatim, tanquam ad sacrorum vnum destinata arbitrio Iudicis, vult, vt subiaceant, quali a sunt, inter cætera, Ciboria, Phialæ, Capsulæ, Feretra, Libri, Ornamenta, Mappæ, Linteamina Altarium, Cortina, Cera, Gazophilacium, Arcula, inquam eleemosynæ coniunctiuntur, & similia, cum furantes ea, tanquam non consecrata ab Episcopo, verè arbitraria poena secundum dicta à Peguera plectendi sint ratione sacrilegij, quia non rigorosè sacrilegi, sed propriè fures dicuntur, licet grauiori qualitate, quæ quomodo reddat huiusmodi fures dignos quandoque poena ordinaria, videbimus infra.

Hinc, cum in Ciuitate quadam vir, cuius nomen non propalo, furatus esset quadam vasa sacra nocturno tempore ab Ecclesia, eiusque consanguinei obrulissent mille aureos in beneficium Catholicae Maiestatis, Comes de Castillo, qui tunc Regno huic prærerat, renuit, & vir ille, tanquam Doctor, a fuit capite diminutus. Reddidit tantus Prorex dilectus rationem, ne scilicet Rex Catholicus Ecclesiarum violatæ pretio uteretur, arbitriumq; adhiberet, ubi Rugerius Rex in d. constit. expressè denegauit. Nec credo, nostris temporibus reperiri iudices, qui etiam contra Ecclesiam tantum claram arbitrio, quone palam quidem vti voluit Comes de Castillo. Alia dicemus in dec. 243.

Interim, vt promissis stemus, ad decisionis huius dilucidationem aduertendum est, licet, vt superius diximus, sacrilegium non possit, qua sacrilegium, puniri poena ordinaria, attento iure Regni, nisi in duobus illis casibus suprà expositis à costituti. multæ leges: scilicet, cum templo Dei defructa, vel fracta sunt violenter, aut dona, & vasa sacra nocte sublata sunt. Quæ vasa sacra ea vtique intelligenda sunt, quæ sacro oleo ab Episcopo fuere consecrata, vt diximus; nihilominus tamen posse puniri poena ordinaria, qua furum cum qualitate. Et profectò qualitates, quæ furum reddant dignum, morte, multæ possunt esse, tam respectu furantis, quam rei subtractæ, loci, & temporis, scilicet, claves adulterinæ, Barbæ fictæ, ingens quantitas rei subtractæ, fractura domus, Ascensus cum scalis, Pecunia destinata ad Principis, vel Reipublicæ vnum, Vulnera,

Homicidia, Locus sacer, Palatum Principis; Tempus hebdomadæ Sanctæ, quæ omnes qualitates reperi poterunt apud Gizzarelli. d. decis. 13. Abb. conf. 25. lib. 1. num. 2. de Ponte decis. 14. num. 8. Gizzarelli. d. decis. 26. num. 75. Angel: tract. de malef. verb. vestem cælestem num. 13. Danzam d. cap. 6. Merlin. cent. 1. cap. 17. num. 14. Basilicum decis. Sicil. 2. num. 4. tom. 1. aliosque passim, qui sparsim huiusmodi qualitates exemplificant; non indè tamè dicas, posse ijs numerum prafigi, cum tot possint esse furti qualitates illud reddentes dignum morte, quot poterunt casus ipsi ostendere; vnde eas numerari valere, dicendum procul dubio non est. Quod adeò verum præfert, vt fures, qui continuò furantur, si duo, vel tria commiserint furtæ, ordinariè plecti posse, voluerint Doctores, eo quod mala intentio citius, quam rei valor, sit attendenda, secundum Drogbet. ad Clar. S. furtum, & Baiardi ad eundem vers. sed an pro uno farto.

Quarè hæc ratio applicanda est cæteris casibus, qui evenire posunt; quoties enim furtum qualitatem aliquam habeat, quæ, vel malum animum, vel appetitè suam ostendat, procliamue ad delinquendum, naturam, poena poterit esse ordinaria. Hinc Reg. Sanfelic. in fine antecedentis decisionis 34. refert, fuisse poena mortis punitum Ioannem Dominicum Costa, qui furtum non perfecerat, ex qualitatibus, quæ interuererant, & fuere claves adulterinæ, vis, & vulnera in coniuges; sicque, si qualitates adeò quandoque graues esse possunt, vt reddant etiam furtum attentatum dignum poena ultimi supplicij, non statuenda est certa mensura, nec numerus prafigendus qualitatibus, quæ non solum furtum ad effectum redactum, sed etiam attentatum valent grauius reddere.

Vt igitur ad casum nostrum deueniamus, cum inter cæteras qualitates, quæ furtum reddant ordinaria dignum poena, sit locus sacer, non video, cur furantes in Ecclesia res ipsius Ecclesiæ, quamvis non sacras, tali poena puniendi non sint, non tanquam rigorosè sacrilegi, si forte res non rigorosè sacras furentur, sed tanquam fures cum qualitate; non enim dicendum est, claves adulterinas, barbas fictas, cæterasq; huiuscmodi qualitates, potentiores esse loco sacro. Quod ridiculum vtique esset.

12 Hinc videmus, multos furantes res non rigorosè sacras fuisse ultimo supplicio punitos; nam legimus apud Mustatell. tit. de sacrileg. num. 20. laqueo suspensum salernitanum quendam, qui ab Ecclesia Sancti Laurentij hic Neapoli Crucem argenteam fatus erat, aliumque, qui mappas, & Altaris

taris linteamina: & in decisione hac, quam dilucidamus, habemus, Ioannem Dominicum della Rocca, eo quod surripuerat linteamina altaris, & alia ferica, eadem subiisse poenam, quam etiam subiit Andreas de Mauro, qui argenteas tabulas ex votis fidelium affixas abstulerat. Ceteri autem causi videndi sunt apud citatos auctores, & ne longior sim, mensibus elapsis per M. C. V. tanquam delegatam, fuit ultimo supplicio damnatus quidam, qui ab ecclesia lapidata surripuerat; licet postea, dum ad locum destinatum ducebatur, à Prorege veniam impetrarit, eo quod graui pressus inopia tale ille patraret crimen. Quod summa factum

13 pietate est; dum enim necessitatis tempore Omnia communia sunt, ex c. si quis propriis necessitatibus: de furtis: de qua re Mari ad Gizz Zar. decis. 13. num. 21. Tallong. Racem. 46. à n. 3. ad 31. Clar. in s. furtum. vers. quandoque vbi Baiard. numer. 98. Molfes. ad consuetud. Neap. part. 5. quest. 1. numer. 26. aliquae apud citatos, poterat tale crimen subiacere venire.

14 Non negauerim tamèn qualitatem hanc, quæ non rigorosum reddit sacrilegium, quandoque poena arbitraria puniti, ut diximus supra num. 3. Nam quandoque dari potest casus, ut aliquis, per Ecclesiam transiens, linteamina altaris, candelabrum, aliaque similia rapiat; tunc enim nimis severus esse Index, si delinquentem poena plectere ordinaria, duceret; vnde multum in hoc versatur Iudicis arbitrium considerantis delinquentis naturam, modum, res, aliasque circumstantias, quæ poenam minuere valent, & augere. Sicque concludendum, locum sacrum reddere qualificatum furtum, quod proinde possit puniri poena ordinaria, quemadmodum alia fura associata alijs qualitatibus, licet ratione leuum circumstantiarum minori poena procedi queat.

Quinimò Dominus Ianuarius Andreas ad præsens Fisci Patronus in M. C. V. id ita se habere comprobauit, dum de re hac cum eo sermonem habuit. Et tanti viri sententia estimanda: vtique est, cum illi quævis scientia, non arte quæsita, sed à natura citius data videatur, adeo, ut nil reperire sit, quod promptè non decidat, quod docè non explicet, quod clare non suadeat. & veramque & quæ mirari voleamus, eruditiores eloquiem. Vnde, si, post quam in Regno diu Fisci patroni munere, deinde eodem in M. C. V. functus est, tandem Sancz Claz consiliarius electus sit, nō eius virtutes à dignitatibus, sed dignitates à virtutibus dixeris decoratas; nec deniq; me hyperbolice loquuntur putes, si scientias illi fassus sim naturales, cum viderim illum, eiusq; germanum Dom.

Franciscum celeberrimum re, & fama non vulgaris causarum patronū, nec nō Patrem Caeterorum in Theatinorum Religionē conspicuum, è Didaco genitore doctissimo Jurisconsulto descendentes, non solum eius doctrinæ hæredes ex ase præferre, sed longius superantes, ostendere, perfici propagine naturam, eosque multa etiam auxilie ascendentibus, si multa ex iisdem traxere.

Sin autem quandoque legeris, extra Regnum sacrilegium quoque rigorosum punitum poena extraordinaria, non autem mortis, id accidisse, dicas, quia ibi poena furti associati qualitatibus non erat poena ordinaria; quare eadem poena fuit punitum crimen rigorosi sacrilegij. Ex his Clar. lib. 5. §: sacrilegium. in princip. refert, illum Senatum condemnasse poena statuti punitis fures ad poenam pecuniariā quendam, qui calicē sacram surripuerat. Et circa finē refert, aliū, qui etiam calicem surratus fuerat, ad tritemes quinquennales damnatum; quibus casibus in Regno esset puniti huiusmodi delinquentes poena mortis, non solum ob qualitates furtorum, sed ob qualitatem rigorosi sacrilegij. Alij verò duo, quos ob furtum candelabri ex æde sacra fustigatos, refert, & electos, idem Clarus ibid. forte, licet ob qualitatem loci, ni rigorosi sacrilegij, potuissent in Regno puniri, ex dictis, poena ordinaria, poterant, attentis circumstantijs, extraordinariè in Regno etiam plecti. Quarè Basilicus loc. cit. num. 5. scripsit, fuisse ibi resolutum, sacrilegij poenam esse arbitrariā, quæ (sunt eius verba) ex qualitatibus poterit ad mortem extendi, & ad tritemes, & ad exilium, & ad fustigationes, & ad similia, ex communi calculo Doctorum &c. Alios verò casus vide apud relatos ab eodem Basilico, & potissimum apud Carpzou. pract. crim. part. 2. quest. 89. numer. 18. qui huiusmodi sacrilegos in foro Saxonico Rota plecti refert. Et ita sub hac regula omnes decisiones conciliandæ, poti. lumen, in Regno nostro Neapolitano, quo Sacrilegium non rigorosum, modò poena ordinaria, modò extraordinaria, inspicimus, punitum, ne recentiorum nonnullorum more decisiones, absque vilia regula, tanquam in Emporium adducamus.

Hinc collige primò, etiam secundum erroneam opinionem volentium, in duobus illis calibus expressis à d. const. sacrilegium non puniri in Regno poena ordinaria, debere quidem huiusmodi delinquentes ultimo puniti supplicio, quia saltē dicetur furtum cum qualitate, admodum graui, qualis est, vel fractura Ecclesiz, vel res sacra ē loco sacro sublata.

15 Collige secundò, licet Constitutio non explicit,

plicet, an vasa sacra auferenda sint de Ecclesia, an autem de loco priuato, vt furans capitali poena plectatur; nihilominus tamen, eam intelligendam esse, vt loquatur de loco publico, pro ut Ecclesia, de qua ibi erat sermo: sic sensit Andr. in d. Constit. quem sequutus est Affl. ibid.

16 Collige tertio, poenam capitalem non intelligi poenam mortis ciuilis, vt videtur sentire ibi Affl. sed mortis naturalis. Quod, ut superius dixi, meo iudicio est euidens; nam alijs id expressissimum, praterquamquod, dum casus illos constitutio excepit, longius distare debent a poena deportationis, quaz datur etiam, si sacra de non sacro, siue non sacra de sacro ablata sint: sique contrarium dicemus, neque qui manifeste templa Dei destrueret, poenam mortis naturalis subiaceret, cum hic sit alter casus a d. Constit. exceptus, ac proinde non daretur casus, quo sacrilegium poena mortis esset puniendum. Sed de hac re fuscè alibi, & propriè in decis. 47.

S Y M M A R I V M :

- 1 Interueniens in furto eadem poena, qua fur, plotti debet.
- 2 Delinquentes indiuisibiliter concurrentes ad aliquod crimen, licet diversis officijs, eadem puniuntur poena.
- 3 Furantes eadem poena puniuntur, quamvis alter non aquæ cum altero rem subtractam participaverit.
- 4 Auxiliator merus non debet eadem poena, qua principalis plectitur, puniri.
- 5 Auxiliator merus quis dicatur.
- 6 Auxilium, vel consilium prestans manuis, puniatur poena mortis, quod singulariter prouisum est.
- 7 Furantes omnes insolidum tenentur, tam quoad poenam, quam quoad interesse; veram, uno soluente, ceteri liberantur.
- 8 Auxiliator merus non dicuntur, qui in furto interuenit.
- 9 Consilium dantes, vel assistentes, nunquam eadem poena puniuntur, qua principales; nisi specificè fuerit prouisum.
- 10 Auxiliatores delinquentium cum armis ignis tenentur etiam assistere, ut poenam principaliū delinquentium in Regno statuam subeant.
- 11 Auxiliatores torqueri nequeant, ni prius liquidò constet contra principales delictum: quod late examinatur.
- 12 Auxiliatores, licet aqua poena puniendi sint, qua plectuntur principales; tam non eodem modo contraria omnes procedendum est.
- 13 Auxiliator, quamvis in delicto patrato interuenierit, non dicetur principalis, sed principalis denominabitur, qui delictum ad perfisionem redigit.

DILVCIDATIO DECIS. XXXVI.

1 **P**vlcherrima sane est decisio hæc; habet enim, interuenientem in furto, in quo adeat fractura domus, siue aliqua alia qualitas, propter quam in Regno nostro debeat furans ultimo supplicio puniri, iuxta dispositionem cap. Regni, ad hoc, sic vsu recepti secundum dec. 13. Gizzarelli, licet ipse dominum non fregerit, nec aliam qualitatem adhibuit; esse nihilominus puniendum poena mortis naturalis, cum sufficiat, vt socij id egerint: & ratio nem, inquit, esse Reg. Sanfelic. quia cap. Regni loquitur per verbum, commiserit, non autem per verbum, fecerit; vnde tam auxiliator, quam frangens domum, dicetur committere furtum, qua occasione varia netur de mandantibus, & auxiliatoribus, quos lector aduertet.

Nos autem in hac decisione sistentes, ut veritatem hanc, non distinctione verborum, tantum comprobemus, innixi verbis, committere, & facere, quæ distinctio forte non omnibus placebit, sed etiam ratione a priori, quæ ad multas alias materias deseruit, aduertimus hic, a furto specificari indiuisibiliter poenam infligendam omnibus illud patrancibus. Dixi, indiuisibiliter; nam, ut praxi verbum hoc patefaciam, multi sicut, qui furtum patrent, quorum quilibet officio inter ipsos statuto fungatur; quare unus sit explorator ad videndum, an milites per illam viam transeant, alius domum frangat, alius ianuam domus custodiat, alius postmodum domum ingrediatur, alius bona subtrahat, alius tandem illa asportet; omnes isti dicentur indiuisibiliter, concurrendo ad furtum illud, ad quod omnia huiusmodi officia tendunt, quibus commodiū res illa subtrahitur. Vnde, si unicum est furtum, ad quod omnes indiuisibiliter varijs officijs concurrendo, indiuisibilis, & unica esse debet omnium poena; sive, si furtum iam habeat eam qualitatem, quæ poenam mortis indicit, omnes ea plectentur poena, cum qualitas illa materialiter, & efficienter a b uno dependeat, formaliter autem ab omnibus. Hanc que regulam in quibusunque alijs crimini bus adhibeas.

3 Hinc optimè Caball. resol. crimin. casu 198. num. 1. & 2. ait, si plures sint, qui ultra vinciam furtum committant, omnes posse puniri poena ultimi supplicij, quamvis inter ipsos aliquis fuerit, qui minus vincia de illo furto rem aliquam habuerit; idque, quia omnes insolidum ad furti poenam tenentur.

4 Ceterum auxiliator, qua merus auxiliator, non poterit mortis poenam periclitari. Dixi, merus auxiliator, ut eius interuentum excluderem, putq, si explorator fuisset die ante

antecedenti ad eodem aliquā, vt videret, quot, & quales domestici erant in domo illa, qua noctis hora vigilabant, & cætera huiusmodi. Quare tunc, ni per statutum fuerit expressè imposita pœna mortis, erit talis auxiliator extra ordinem plectendus. Quod adeò verum est, vt in Regno nostro fuerit necessaria dispositio *Pragm. 2. de Nautis*, ad hoc, vt auxilium præstantes Mauris potuissent mortis pœna plecti.

7 Hinc tamèn collige primò; licet omnes furantes teneantur in solidum, tam quoad pœnam, quam quoad restitutionem, & interesse; uno tamèn soluente, alios liberari, ex l. 2.C. de condit. furtina; & videndi sunt *The saur. dec. 25. 4. num. 3. & Reg. ipse Sanfelic. dec. 44. num. 4.*

8 Collige secundò ex dictis, quotiescumque aliquis in furto interuenerit, non dicimerum auxiliatorem, sed auxiliatorem cum interuentu, adeòque illum eadem pœna plectendum; & ratio est, quia idem est, aliquem esse auxiliatorem cum interuentu, ac interuenire in furto, socijs auxilium præstando modis superiùs expositis.

9 Collige tertio, nunquam eadem pœna puniri, qua punitur principalis, consilia dantes, vel assistentes in delicto, absque villa ope. (Dixi, absque villa ope, vt excluderent exploratores, cæterosque id genus superiùs relatos, qui etiam opem præstant) & ratio est deducta ex ijs, quæ diximus; nam illi non indiuisibiliter ad delictum concurrunt. Hinc in nostro Regno die 15. Nouembris 1650.

10 Comes de Ognatte statuit in *Pragm. 3. 2. sub tit. de armis* num. 15. vt contra auxiliatores, & assistentes procedatur ad pœnam aureorum mille, qua proceditur aduersus principales delinquentes cum armis igneis. Quare in casu d. *Pragmaticæ* non sufficit, vt aliquis assistat tantum, vel vt consilium det, quod genus meri auxiliij etiam est, sed utrumque requiritur, scilicet auxilium, & assistentia. Ibi. *Auxiliatori, & assistente;* sicque excluduntur meri auxiliatores auctiæ assistentia, qui extra ordinem puniendi eisent, vt superiùs diximus. Quod non sic te habet in casu *Pragmaticæ secunda: de Nautis* superiùs enarrata, in qua, meros etiam auxiliatores, adeòque consiliarii dantes, expressè mandatur, puniri.

11 Collige quartò, adeò auxiliatorum criminis per se non subsistere, vt ij torqueri nequeant, etiam si contra eos extent indicia ad torturam; dummodo non certum sit, principalem delinquisse, vt late, post alios, *Farinac. pract. crimin. tit. de inquisitione: quæst.* 3. Unde aduerte, ne forte decipiaris, licet contrà principalem adsint indicia ad torturam, quare torqueatur, non inde tamèn pos-

se torqueri auxiliatores; & ratio est, quia auxilium specificatur à delicto principali; & sic illi adhæret, & accessorium vocatur. Itaque, ni liquidò constet, & plenè probatum sit delictum principale, ita vt nulla supervit reo defensio, quinimò, ni fuerit reus damnatus, nec ullum superstitremedium, non poterunt auxiliatores puniri, licet custodiendi sint. Quoniam verò superiùs diximus, eos, qui meri auxiliatores non dicuntur, indiuisibiliter concurrere ad delictum, ideo videtur, non posse diuidi principales ab auxiliatoribus, adeòque contra omnes procedi indiuisibiliter, cum simul etiam deliquerint.

12 Tamèn aliter dicendum est; etenim, quāvis omnes æquæ pœna puniendi sint, rationibus superiùs adductis; non tamèn æquo modo contra omnes procedendum est, sed primò contra eos, qui delictum consumarunt, & perfecerunt, qui verè principales dominantur, cum, sicuti denominatio oritur à nobiliore parte, ita ille principalis dicitur, qui verè delictum perficit, idest ad perfectionem redigit, deinde verò contra alios auxiliatores.

Collige quintò & vltimò, Doctores loquentes de pœna auxiliatoris in statuto disponente de committentibus maleficium, intelligendos secundū superiùs per nos exposita, & ita conciliandos, intèr quos *Alex. de Imola & Angel. in l. 15. qui opem: ff: de furt. Bald. in add. ad Spec: de appell: vers: sed pone questionem de facto. Alex. conf: 140. tom. 2. vers. Homicida. Bart. Veronensi in l. bac verba ff. de adult: in l. uibil: de sicar: Flor: in l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. Panorm. cap. 1. col. 2. in fin: vers. & aduerte: extr. de off. deleg. Aretin: de Malef. vers. astitit. Salicet. in l. 1. C. de rapt. virg. Hostiens. in cap. quia pena: de homicid: Bald. in l. ancillæ col. 1. vers. & facit C. de furt. & in margar: vers. delinquens, in princip. & in l. non ideo minus: column. antepenult: vers. item quæritur, an quis. C. de accusat. Paulus de Castro conf. 194. Fel. in cap. 1. de off. & po: Iud. deleg. col. 7. Socin. conf. 188. Gaud: trac: maleficiorum Rubr. an mandans: & fieri faciens homicidium puniatur, ut homicida: quæst. item po: ne. Ariminensi: in addit ad Ang. Aretin: in tract. maleficiorum ver. astitit. Grammat. conf. 45. nu. 41. Corne. conf: 8. vol. 3. Nat. conf. 240. num. 14. & 458. num. 9. vol. 2. aliisque passim.*

S V M M A R I V M,

1. *Confessio trium delinquentium facit plenam probationem contra receptatores.*
2. *Confessio delinquentium, quamvis ex alijs delictis infamium, facit probationem contra receptatores.*

M Tottius

- 3 Tortura omnes maculas purgat, preter illas suspicionum.
- 4 Confessio delinquentium contrà receptatores plenam facit probationem, quamvis per actus singulares.
- 5 Confessio delinquentium facit plenam probationem quo ad furtarum patrata in Ciuitate Neapolis:
- 6 Latrones in faciem inquisiti iurantes repeti possunt cum eiusdem inquisiti interrogatoris, & quomodo.
- 7 Confessio delinquentium, ex cap. Regni, Constitutionem, locum habet contra leues personas; sed vide inferius mem. 9.
- 8 Confessiones latronum contra graues personas an faciant indicium ad Torturam ex dispositione dict. cap. Constitutionem: remisit.
- 9 Confessio duorum delinquentium contra receptatores, quamvis graues, & optimæ famæ, plenam facit probationem.
- 10 Receptatores delinquentium, nosfris temporibus, non sunt leues, sed bona famæ apud homines.
- 11 Confessiones delinquentium faciunt plenam probationem contra receptatores, quo ad auxilia, non quo ad alia delicta.
- 12 Regula ad cognoscendum, quando Pragmaticæ in viridi sine obseruantia.
- 13 Pragmatica 3. de furtis an in viridi sit obseruantia.
- 14 Nominatus an debeat esse leuis famæ, attingens dispositione Pragm. 3. de furtis.
- 15 Confessio trium sociorum ex dispositione Pragm. 3. de furtis an facienda sit in tortura ordinaria.

DILVICIDATIO DECIS. XXXVII.

- 1 O Stenditur in decisione hac, cap. Regni incip. frequens, & ineffrenata, disponens, vt confessio trium latronum post tormenta facta tantam fidem faciat, quantum faceret testimonium duorum proborum, extendi ad furtarum intus Ciuitatem Neapolitanam, ex Regia Pragm. 3. de furtis & in M.C. obsernari, vt si præsens sit reus, iuretur in eius faciem; si vero non sit præsens, cum ille venerit ad manus Iudicis, nominans iterum torqueatur ad conualidandum eius dictum in faciem nominati, quo absente, torqueatur; citato nominato:
- 2 Hinc collige primò dictum cap. militare, quamvis si latrones sint alijs ex delictis infames: & ratio est euidens, quia tortura maius quamunque purgat, qui cquid sit, si aliter dicendum videatur, cum contra eos opponitur minor actas, siue similis alius defectus. Alia de huiusmodi confessionibus videnda sunt apud de Angelis ad Foller: in-

- pract. crim. rub. & si confitebuntur il primo num. 109.
- 4 Secundò collige, d. Pragm. 3. de furtis, de qua meminerant hic Regens, & de Franch. dec. 5. 70. locum sibi vendicare, quamvis socij deponant per actus singulares, vt eadem Prag. disponit; & quamvis non interueniat fractura ianuarum, vt decisum refert Vinc. de Franch. d. decisione.
- 5 Tertiò collige, huiusmodi latrones, qui in faciem inquisiti iurarunt, repeti posse cum interrogatorijs ipsius inquisiti ad eiusdem instantiam, non obstante iuramento, & confrontatione facta, vt optimè Ricc. dec. 242. post num. 2. Genuens. in prax. Archiepis. Neap. cap. 33. num. 15. Guazzin. defens. 20. cap. 21. num. 2. & seqq. quare in hoc cauti sine aduocati pauperum, dum ex talibus interrogatorijs maximè reorum defensio dependet. Quomodo autem facienda sit confrontatio, habes penes Scialoyam in prax. torquendi reos: cap. 6. num. 3. 2. & seqq.

Et ex his videmur nos ab hac dilucidatione expediti; non sic autem se res habet, cum maxima insurgant controversia à nobis breuissime de more dilucidandæ; etenim, cum, vt diximus, Carolus 1. in d. cap. fre. quens & ineffrenata, disposuerit, vt confessio trium latronum post tormenta facta de receptatore, sanguine, & partice, vel vicitur, ministrante, tantam fidem faciat, quantum facere testimonium duorum proborum virorum, nisi causa rationabilis suspicionis adesset. Carolus secundus deinde in cap. constitutionem Di- na memoria declarauit, tunc demum confessio- nem ipsam tam habere vigorem, quando præmissi nominati per eum reperiantur fore leues, & infamata persona. Tandem haec subdidit. Si verò non fuerint leues, & infamata persona, illam confessionem eandem volumus efficaciter aperiri &c. & ex illa inquisitione formatur contra nominatos processus, & ad ulteriora proceditur, quemadmodum in cateris causis criminalibus; & solet quarti à Doctoribus, an in hoc casu confessiones latronum faciant indicium ad torturam: de qua re non est hic noster fermo: videat, qui vult, Muscatell. in praxi crim. et. de privil. crim. fur- ti rapina &c. num. 29. aliosque passim.

Cum autem, vt ad quæsiionem acceda- mus, hominum malitia creuerit, fuit dispor- situm anno 1563 in Pragm. 1, de exilibus 5. 6. che, dichiarando in tortura tre forasciti, e delinquenti esserno statu ricettati, seu guidati, affi- curati, e favoriti, o amissi, dì alcunii (notare) di qualis uoglia grado, e conditione se sia, ancor- che deponessero d'atti diversi, e singolari, s'bab- bia per piena, e pienissima probatione. Ettan- dèm, improborum obstinatione perseue- tante, iterum disposita est per Pragm. 6. de-

recce. 13

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

91

receptatoribus delinquentium, ebo, dichiarando
in tenebra due forasiti tantum, e delinquenti
efferno stati recessari, seu guidati, favoriti, &
agutati da alium (notare) di qualsiuglia
stato, grado, e conditione si sia, ancorche depo-
nentio d'acti dinersi, e singolari, s' habbia per
piissima probatione.

Seantibus igitur duabus hisce postremis
dispositionibus, quæ ritur primò, an sit cor-
recta dispositio d. cap. Constitutionem Dine
Memoria, disponentis, ut confessio larronū
locum sibi non vendicet copera personas
non leues, nec infamatas.

Et prima facie quisque responderet nega-
tive, cum in illis nulla fiat mentio de huius-
modi capitulo; ac proinde, licet illud refor-
marint quo ad alias qualitates expressas,
videlicet depositiones factas per testes sin-
gulares, & diuersos, nec non quo ad numerū
deponentium; tamè non reformarunt quo
ad cōditionem personarum nominatarum;
vnde semper, videtur locum sibi vendicare
contra nominatos malz famz.

9. Contrariupi tamè sentiendum est; adeò
que respondendum, esse iam correctum di-
ctum cap. Constitutionem Dine Memoria ob-
ella verba, di qualsiuglia stato, grado e condi-
zione si sia. Vnde, licet non fiat mentio de
dict. cap. non indè tamè non intelligitur
correctum, cum, quamvis non fiat mentio de
eo, quo ad alias qualitates superiùs exposi-
tas, quo ad illas correctum verè sit; sicque
idem dicendum est quo ad qualitates per-
sonarum nominatarum; & merito quidèm,
dum quotidiè periclitamus, receptatores, &
fautores delinquentium nō leues esse perso-
nas, nec infamatas, sed graues, & optimè
apud homines famz; quartè eorum deposi-
tionibus subiacebunt.

10. Vnus tamè aduertamus velim, confes-
sionem huiusmodi delinquentium plenam
facere probationem quo ad receptionem,
fautores, & auxilia prestata, ut patet. Ibi &
efferno stati recessari, seu guidati, favoriti, &
agutati, non autem quo ad cetera delicta
patrata, cum d. pragm. in odium receptatorū
emanarit, ut nobiscum sepeit Muscatell doc-
tit. Quarè in alijs criminibus dicta sociorū
accienda sunt, pro ut iuris, nec de ijs est
hic locus agendi. Quod si replicabis, etiam
quo ad alia delicta eorum confessiones ple-
nam facere probationem, cū sufficiat, suisse
eos socios delictorum, in vim dicta Pragma-
tica, ex illo verbo, agutati, cum, qui delicta
patrant associati, auxilia dicantur prestare.
Respondebo, replicationem, hanc esse mēre
fiscalem, subtilemque, dum satis, superque,
constat, auxilia, de quibus d. Pragm. loqui-
tur, considerari respectu personarum, quæ
recipiuntur, non autem delictorum, quæ alio

proposito patrata, in quibus subinerat alia
regula de socijs hic non ex aminanda, ut di-
ximus. Alia dicemus in dilucidatione de-
cis. 82. vbi sermo erit de ijs doctoribus, de
quibus hic opportune non meminimus.

Quæritur secundò, an hec Regia Pragm. 3.
de furtis, de qua Reg. Sanfelic. hic, sit in viridi
adhuc obliterantia:

12. Hec questio ad multas alias questiones
desceruit in materia Pragmaticarum, ut vi-
debitis; adeòque est admodum necessaria;
ut igitur parvam breuitate examinemus,
supponendum est, in Regno sempèr huius-
modi Sanctiones insurgere ex nimis frequē-
tibus criminibus, quæ ijs temporibus ser-
pant; vnde, cum temporis tractu per tales
leges illis consulatur, diù delicta silent, ac
proinde Sæctiones, licet robur non perdant,
earum tamè exercitium amittunt; sicque,
si quandoque deinde tale crimen insurgat,
quod rigore Pragmaticæ esset alioquin ple-
tendum, & quitas respicitur, nec tanto rigo-
re plebitur; sin autem postmodum frequen-
tior a pullulant delicta, statim, vel noua in-
surgit Pragmatica veterem confirmans, vel
antiqua pristinum iterum assumit robur, &
equitas à Iudicantibus iterum in rigorem
vertitur. Sic videmus, ianumeras in tribus
voluminibus silere Pragmaticas, quæ repen-
te, re nata, nouam vident lucem; vnde non
immetit dicerem, eas intèr ceteras reponi,
ne earum dispositionum perdatur memo-
ria, qua deperdita, securiora in posterum in-
cederent delicta.

13. His ad eruditionem positis, nulli dubiu-
m, teste Vincentio de Franch. d. decis. tem-
pore, quo emanauit prefata Pragm. 3. de
furtis, infinitus fuerit munerus (ut utar verbis
Vinc. de Franch.) modo prædicto delinquenti,
ita ut vix Neapolitani poterint accedere ad
eorum rura. Quarè, dum talia delicta fla-
grabant, vñq; ad tempora Vincentij de Fran-
chis, dubitatum fuit apud illum, an Prag-
maticæ dispositio locum sibi vendicaret in
furto facto sine fractura, & sine ceteris qua-
litatibus, de quibus ea Pragmatica loque-
batur, ut patet d. decis. 570. & S.C. affirma-
tive respondit, redditique rationem Vincentius
de Franchis his verbis. Item concurrevit ratio
dicta Pragmaticæ, quod in eorum domibus tuti
flare non poterant.

Ecce tandem sic concludit. Et licet aliqui-
bus ex Dominis quæstio visa fuisset difficilis;
nibilominus (notare) qualitas temporis in hac
causa aliud suadebat. Hinc inspicimus, ex
temporis qualitate potuisse adeò rigorosam
reddi Pragmaticam, ut ea etiam ad casus,
de quibus non loquebatur, extenderetur, li-
cet per ficta citius, & somniacam rationem,
quam veram; poterit ergo diuersa tempo-
ris

ris quatuor operari; ut catus rigor cesseret ad ius commune redatur. Hæc autem temporis qualitas nunc verè adest, dum dicere saltē ne quimus est, quæ dixit Vinci de Franch. d. decisi. num. 2. vbi scripta, considerato numero furarum accedentium de die, & nocte, furando, &c. ut vulgo dicitur, cappiendo per banc Ciuitalem, & suberia, & eorum, quæ furta committuntur die, ac nocte, cum scassatione apothearum, & dotorum ciuium, & habitanthum in eis, & etiam cum discalacione domorum; & apothearum, propter quod ciues non possuntflare tuta in eorum domibus, & apothecis, & quod non stant cum minori periculo eorum, qui in strata publica disrobantur &c.

Cum, inquam, hæc nostris temporibus dicere quidem nequeamus, non immitio interfilere poterit, ni penitus silere, rigorosa Pragmaticæ dispositio; quare, nec prædebet Aduocatos reorum in iudicio ab hac eos defendere, nec Iudices illi parentare. Quamvis, si temporum qualitas mutetur, quod repente evenire posset, aliter esset decernendum. Sic usus, vbususque tacitè super hac materia inducendus est, ne scelerum impunitas delinquendi tribuat incentiuum. Quod ab Aduocatorum solertia, non secundus ac Iudicantium prudentia dependet.

14. Quæritur tertio, an ex vi dicta Pragm. 3. requiratur, ut nominatus fitteuis, & male facta, seruata dispositione prefati cap. confituationem *Dua memoria*. Et difficultas argetur in casu Pragmaticæ, in qua non adsumit verba illa, *di qualis uoglia grado, e conditione*, prout adiungit in prædictatis Pragmaticis; unde videtur seruanda dicti capituli dispositio. E contra autem videtur aliter dicendum, quia hæc Pragm. 3. non versatur circa receptatores, & consequenter nos circum materiam, de qua d. exp. quare non esset regula secundum illud. Tu tamen dicas, regulandam Pragmaticam secundum d. cap. Nam legislator, in prædictatis Pragmaticis, quas, voluit, non regulandas secundum illud, expressit; hic vero, quia tacuit illa verba, *di qualis uoglia grado, noluit*. Et ratio evidens est; quia, cum d. Pragm. 3. disponat de furibus, hi utique nequeunt esse, quia in personis malæ famæ, ac proinde vir bona famæ, cum similibus delictis non subiaceat, nequibit pariter subiacere nominationibus infamis, neque consequenter eorum nominationes haberi debentur tanquam plena contra virum bonæ famæ. Quod secundus est, si loquamur de receptatoribus delinquentibus, seruatis dispositionibus dictarum Pragmatica. *Hm 1. de entibus, & 6. de receptatoribus* delinquentum, cum receptatores huiusmodi non sine regulariter malæ famæ.

15. Quæritur quartò, an confessio trium son-

ctorum criminis ex dispositione d. Pragm. 3. de furti & debet fieri in tortura ordinaria; un autem sufficiat, ut facta sit in tortura ijs data, tanquam cadaueribus:

Qua super quæstione resolutio procedam, inquiens, debere fieri in tortura ordinaria similes nominationes, cum testis tortus, tanquam cadauer, non sit integræ fidei; ut in punto decisum reperimus apud San Feliciam decisi. 382. num. 7. ex adducatis per Bertazzot. conf. 234. quem sequitur Romane in Pragm. 6. num. 5. de recepto malefacto de qua re, ut supra dixi, dicam in dilucidatione d. decisi. 382. vbi discussam ea, quæ dixerit Vincent. de Franch. in dictis decisionibus 390. & 391. Giuzzarelli. decisi. 48. num. 7. Capy. last. decisi. 132. alijque.

S Y M M A R I V M.

1. *Furti pena tenetur rem alienam reperiens, etiamque non reddens domino.*
2. *P retium rei amissa potest peti, antequam ex reperiatur; secundus autem postea.*
3. *Res innenta in via publica fisco reddenda sunt; secundis innenta in domo priuata.*
4. *Thesaurus innentus in loco proprio totus erit Domini, non autem, si in alieno; & quid, si aut data opera; aut casu fortuito.*
5. *Thesaurus innentus in alieno territorio, patiente Domino, cuius sit.*
6. *Thesaurus innentus in loco publico etiæ applicandus.*
7. *Thesaurus innentus in locis publicis profanis acquiritur innentori, & Fisco.*
8. *Porta Ciuitalis appellantur sanctæ, & quartæ.*
9. *Thesaurus de iure communi, sicut reperiatur ex industria, sicut casu in locis publicis, semper medietas erit innentoris.*
10. *Thesaurus innentus in territorijs abutientijs Ciuitalis, applicatur Ciuitali & innentori.*
11. *Thesaurus innentus casu fortuito in territorijs religiosis, & ecclesiasticis, est totus innentoris.*
12. *Thesaurus dicitur Dei beneficium, ob idque reperiens in loco religioso casu fortuito totus erit innentoris.*
13. *Thesaurus reperiens ex industria in loco Ecclesiastico acquiritur Ecclesie.*
14. *Loca sacra, eo quod sunt Ecclesie, dicuntur esse nullius.*
15. *Suara res, ideo sunt nullius, quia sunt in bus Dei, non tamén excludunt administracionem dominum.*
16. *Thesaurus non acquiritur innentori, sicut in artibus reperiens sit.*
17. *Thesauri nonnullam reperi facte malis artibus; variaque tradimuntur auctorum dicta, & exempla.*
18. *Deus non vult, Demonem posse thesaurizare.*

- 19 Sortilegi, & Magi sunt ceteris pauperiores.
- 20 Sortilegi docepiunt carceres in bellissimis.
- 21 Tresauri cui acquiruntur de iure feudalium consuetudinum.
- 22 Tresauri de Iure Regni cui acquiruntur.
- 23 Tresauri de Iure Regni acquiruntur quemadmodum de iure communii.
- 24 Tresauri effectus mali.
- 25 Tresauri in Caso tresaurorum.

DILVCIDATIO DECIS. XXXVIII.

- 1 Abemus hic, temeripena futili cum, qui rem alienam reperit, nec domino reddit, vel Regiis Iustitiariis, tam attento iure communi, ex L. falsus Creditor s. qui alienam: ff. de furtis, quam iure Regni nostri Neapolitani, ex Conf. incip: pecunia si quis inuenierit. Multa igitur colligimus:
- 2 Et primò, pretium aliquod pro re amissa peti posse, antequam ea inveniatur; secùs autem, postquam ea reperta fuerit, ut optime Bartividendus in d. falsus creditor.
- 3 Secundò, res inuentas in via publica fiscop restituendas, secùs in domo priuata; cuncte namque Dominus non ignoratur. Quod aperte ostendit prefata confitatio. Pecuniam si quis inuenierit, ijs verbis: scire etenim debet unusquisque; inuentiones omnes Regni nostri, quorum Dominus non appartenit ad Fiscum, specialiter pertinere.
- 4 Tertiò, diuersimodè discurrendum de inuenientibus thesauris; nam de iure communi in L. tressa: C. de thesauris lib. 10. distinguendum est; siquidem, si thesaurus reperitur in loco proprio, totus erit Domini; si autem apparet in alicao territorio, illius erit, qui territorij Dominus est, cum nemini licet, nec volente Domino, in aliens territoriis opes abdicari perscrutari nomine proprio; unde aduertendum, si quis requirat dominum alicuius territorij pro thesauro inueniendo, ille vero consentias, & thesaurus inueniatur à requirente, eoth acquisi ti Dominio Territorij, evita non licet suo nomine alicui in alieno territorio opes abdicas perscrutari, vt in dicta l. Imperator disponit, quo casu Domini voluntas non operatur, quicquid alioè dicendum sit, si alieno nomine possit in alieno territorio perquiriri thesaurus, secundum Bass. in d. l. 46. Hinc abstineant nos rororum temporum vagi à tam accurate thesaurorum somniatorum locis perquirendis; nam, ijs force inuentis, Dominisque locorum conseruacionibus, & pacificationibus, nill, preter labores consequentur.
- 5 Sin autem thesaurus, ut sapientis accidit, reperiatur casu, non autem appensare in alieno territorio, puta arando, vel terrano-

- colendo, dimidia pars invenientis; altera vero dimidia, territorij Domino applicanda est, vt Imperator idem disponit.
- 6 Ut autem ad loca publica denunciamus, maxima est controvicia orta inter l. 3. s. ff. in locis ff. de iure fisci, & inter s. thesauros. Iustitiae de rer. diuis: vt, post alios, otulatè aduertit Reg. Moles in decif. sub via de thesauro inuenio s. 18. vbi. totam habet materiam. Quod opus ab omnibus optatum, imprimita fideliter curauit Dominus D. Franciscus. Moles eius pronepos non impari predicus doctrina, optimis moribus, integritateque associata, qui post eoe, tanquam munera, quibus omnium plausu optimè functus est, expleta, in supremo tandem Italicæ Senatu Regens electus adhuc iuvenis, facis, supèr ostendit, ex natum nobilitate; doctrina, prudentia, integritate, exterisque virtutibus, tot tandem dignitatibus, esse vere numeris omnibus absolutum.) Ego autem, vt magis, qua possum, claritate, & breuitate procedam, loca publica, vel dici sacra, vel profana, adeoque, vel ecclesiastica, vel secularia.
- 7 Ut à postremis incipiamus, dicimus, thesauros in locis fiscalibus publicis inuenitos acquiri Fisco, & inuentori, quorum alter dimidiabit, alter vero alteram dimidiabit partem consequetur: ita habetur in d. l. 3. s. si in locis, in qua aduertendum est, nullo modo disponi de thesauris reperitis in locis sacris, & Ecclesiasticis; nec obstat, si ibi apponatur hoc verbum, religiosissime, cum nomen hoc etiam rebus Cesaris sepiissime videamus tributioni; quinimo muri, & portæ Ciuitatis quandoque appellantur Sanctæ, vt in s. Sanctæ: Inst: de rer. diuis. ibi: Sanctæ quoque res, voluti muri, & portæ Ciuitatis quandoque diuinis iuris sunt, & ideo nullius in bonis fave. Ideo autem muros sanctos dicimus, quia per a capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Nil ergo mirum, si appellentur quandoque religiosa loca publica, dum sanctus ait titulo frumentorum.
- 8 Hoc ergo casu, siue ex industria, siue fortuito thesauri reperiatur in huiusmodi locis, semper in eorum dimidiatatem consequatur, nam, si consideremus rem ex industria inuentam, licet hoc fieri nequeat in territoriis priuatia alienis; permisum tamen est in publicis, (quod dicendum, venia prius impetrata) adeoque dimidia pars erit inuentoris: sin autem sem consideremus inuenientam fortuito, cum sic inuenta in territoriis priuatia dimidia pars sit inuentoris, id est dicendum erit de territoriis publicis; quarè etiam utique in casu fiscus dimidiabit partem consequetur, cum in territoriis suis non debat inferioris conditionis esse priu-

to . Hocque, quod de fisco diximus, dicen-
ti eam est de Ciuitate ; adcoque thesauri in-
venti in alienius Ciuitatis Territorij me-
dia pars erit Ciuitatis ; altera vero inuen-
tio, ex d.s. thesauros inst. de rer. dñis.

Verum de locis sacris, & Ecclesiasticis
aliter discurrendum est ; nam, vel thesau-
rus inuenitur in illis casu fortuito, & tunc
eius inuentori acquiretur, ex d.s. thesauros,
nec immoratur, quia, cum thesauros Dei be-
neficium vocetur ab Imperatore in d.l. vna-
ca C. de thesauis, cum ex re in sacro, & re-
ligioso loco fortuito inuenata, argui pruden-
ter posse, Deum voluisse inuentori huius-
modi conferre beneficium, integrum illi con-
cedendum est, nec diminuendum. Si au-
tem ex industria repertus sit thesaurus, non
disponere iura, cuium acquirendus sit; ac
proinde dubium videtur, cuiusvis comparan-
dus sit locus sacer, & Ecclesiasticus, terri-
toriorē Cesaris, an territorio priuatorū :
Ego vero non dubitarem, quin comparan-
dus esset loco priuatorum, cum quo ad in-
ventionem thesaurorum non appelleretur pu-
blicus in d.s. thesauros, ibi, Idemque statutus, si
quis in sacro, aut religioso loco fortuito casu in-
uenierit. Vnde, si inueniens appensate the-
saurum in priuato alieno territorio acqui-
rit Domino territorij, hic acquireret Domino
illius loci, scilicet Ecclesiz; pro qua conclu-
sione faciunt, ea, quae adducit Reg. Moles
loco cit. num. 25. &c. 26.

Et ex his apparet in d.l. 3. S. si in locis non
esse sermonem de locis sacris, quia huius-
modi loca, licet appellentur religiosa; pu-
blica tamē, nec sacra vocantur. ibi : Si in
locis fiscalibus, vel publicis, religiosisue, axe
monumentis thesauri reperti fuerint, Dini Fra-
tres constituerunt, ut media pars ex huic fisco
vindicaretur. Cura alias nescirem, quo pa-
rto disponi potuisset, ut res in loco sacro in-
uenta fisco applicaretur, nec Ecclesiz. Ca-
teras igitur concordantias videoas ibi apud
Glos. Bar. & Reg. Moles. aliosq; per ipsos ci-
tatos : hec namque apud me venior est, &
naturali rationi magis confusa.

Hec autem distinctio à nobis data de re-
bus sacris, & Ecclesiasticis impugnatatur à
nonnullis præcipue recentioribus in S. Sacra
Inst. de rer. dñis. volenteibus, ut, si thesaurus
reperiatur in huiusmodi locis, Guā easu for-
tuio, siue, data opera, dimidia pars sit in-
uentoris, dimidia vero Ecclesiz, ea forte
ratione, quia hodie loca sacra, & religiosa
non sunt in bonis nullius, sed Ecclesiz ex
Rice. Collett. 33 1. &c. 1800.

34 Tu vero, lector, firmam teneas nostram
distinctionem; nam loca sacra, & religiosa,
eo quia sunt Ecclesiz, sunt nullius, cū ideo
bona facta sint nullius, quia sunt in bona

Dei, licet censura, & dispositione hominum]
secundum Glos. in d.s. siue ver. nullius, sine
15 vt clariū loquamur, sub administratione
Praelatorum, siue Rectorum Ecclesie; quare
ly, nullius, non ita sumendum est, vt non
terseatur Ecclesiz, cuiusque administrato-
rum, quiā sic non dicerentur Ecclesiastica; &
sed sumendum est, vt nullius hominis pri-
uati sint, pro vt sunt priuata prædia; verū
externū hominis dicantur, quatenus Eccle-
siz, siue Ecclesiastico addicta ministerio.

16 Vnum tamē aduertamus velim, nullo
vtiquā casu inuentoribus acquiri thesau-
rum, si forte is malis artibus inuentus sit, vt
iura superiūscitata disponunt. Itaque, cum
nostris præcipue temporibus, tot improbi
reperiantur, qui quacunque artem diabo-
licam adhibent, vt thesauros inueniant, nul-
lo iure illis deberentur; quamuis, vt verum,

17 fatear, nunquam audiuerim, malis artibus
suffite reperta huiusmodi bona; sed ijs vte-
ntes, illusos, non nummos, sed innumera retu-
lisce, & verbora, & mala, quae male artes pre-
stare assolent. Supèr qua te audiamus que-
so Martinum del Rio disquisitionem: magicar. lib.
2. quæst. 12. Pancos ante annos quidam Prior

Margullina cum duobus socijs fossam quan-
dam in sepulchra Regis sales prope Pueulos
thesaurorum causa ingressus, misere interiit, nec
amplius visus, vt narrat Vallamontius lib. 1.
itinerarij sui cap. 23. &c. Et audiamus que-
que Paulum Grilland. lib. de sortileg. quæst. 3.
num. 12. relatum ab eodem Martino del Rio
loco est. Arte huiusmodi iactant, se posse inuen-
ire thesauros in locis valde remotis, & sub-
terraneis absconditos, & quandoque inducere
homines in calorem insaniam, vt foucas quā
ingentes conficiant, pro inueniendis thesauris
huiusmodi, & ista videatur mihi quod se una-
ex turpioribus illusionibus, quas Demon homini
faciat, quia in rei veritate, nunquam legi, vidi,
nec auditi, quemquam ex necromanticis magis-
cis, aut sortilegii huiusmodi aliquos inquam
inuenisse thesauros, aut alias aurum, vel argen-
tum, sed quamplures vidi huic operi incommuni-
ties, qui mirabiliter conati sunt telle experiri,
qui post multos labores, & diabolicas observan-
tas, demum nihil viderunt, nec inuenirene, nisi
28 terram. Et ratio est, quia Deus non permitit,
ner vult, Demonem posse thesaurizare, quid
alias sequeretur, quod isti magici necromanticis,
ac catervi diabolica fidei professores, essent ca-
teris Christifidelibus ditiones, ac præstantiores,
& quamplures reperirentur ex ipsis Christifi-
delibus, qui animo dicandi prosequerentur illos,
nec curarent Christianam ipsam protegere fi-
dem, ut magno thesauro abundarent, & tene-
rarentur ab omnibus. Quoniam videmus ho-
die eorum oppositum, quod isti Sortilegi, Magi,
Necromanticis, & similes, sunt cateris Christi-
fidelis,

fidibus pauperiores, sordidiores, & viliores, & in hoc mundo, Deo permittente, calamitosam vitam communiter peragunt; demum vero in felici morte pereunt, & aeterni ignis incendio cruciantur, ut in c. firmissime extr. de hereticis: & canec mirum 26. q. 5. & ea argutia, qua Daemon illos decipit, eadem, & similibus promissi o-nibus ipsi nos decipere student, sed non capiunt, 20 nisi aliquos, qui sunt simplicis cognitionis, & carent intellectu, & ratione, vel qui sunt nimium creduli, & curiosi, qui auiditate quadam imprudenter appetunt scire ea, quae nulla ratio-ne, aut honesta causa competit sibi. inuestigare: d. cap. nec mirum s. argutia, vers. potestis. Hec Grillandus.

Sed multi haec legent; non inde tamè à thesauros malis artibus procurando abstinebunt; adeò eos subditos firmè tenet 2. mentia.

21 Hec, attento iure c omuni Cesaroo. De iure vero feudalium consuetudinum, quo ad thesauros inuentos in loco Cesaris, ha-bemus in cap. unico: in ultimis verbis tit. qua-sint Regal. hanc dispositionem. Dimidium thesauri in loco Cesaris inueni non data ope-ra, vel loco religioso, si data opera, totum ad eum pertineat, vnde, si Thesaurus inueniatur, vel in loco Cesaris, vel in loco religioso, da-ta opera, totum Cesaris est; si casu fortuito, dimidia pars.

Quomodo autem explicandus sit locus religiosus, supra vidimus, cum de loco rigo-rose religioso, vel sacro, aliter discurrendum sit, ut verè sentit Andreas in tit: Qya sint regalia: loco cit. num. 90. ubi huc. Sed si fortui-to faciendo aliquod opus in alieno inuentis the-saurum, tunc medium est inuentoris, medium Domini soli, vel Cesaris, si in loco publico, vel fiscali, secùs, si in religioso, vel sacro. De qua refuse nos in nostra Ariadna Fendali: cod. tit. par. ultima. Quarè, explicato iure feuda-lium Consuetudinum, nec non iure c ommuni Cesaroo, secundum quod, ve-supra vidimus, indistinctè Cesaris dimidiata partem dandam scripsimus, dum in-ira præfata nullam adhibent distinctionem. de Thesauro in loco Cesaris, vel publico, inuento casu fortuito, vel data opera, re-22 liquum est, ut videamus, quid dicendum, attento iure nostri Regni Neapolitani. Vnde constitutiones habemus incipientes, De-bang, de secrecis, & Pecuniam si quis inuenierit; editas tempore Guglielmi Regis, quibus res omnes inuentas fisco applicandas statuitur, quæ correctæ deinde fuerunt per cap. Regni

23 incip: Quia non decet Principes, quo ius commune seruari iubetur, ut notat idem Reg. Moles loc. cit. quarè nostris temporibus ius commune seruandum est. Vnde notandum, cum in d. cap. enarretur dispositio iuris com-

munis his verbis. Sentiendo edicimus, thesaurum inuentum commodis inuentoris in sola proprio requirentis illum accrescere, cuius me-dietas fisco nostro, quando in loco publico, vel fiscali, & domino loci, quando in alio, non suo quis thesaurum inuenierit absque sceleratis puniendis magicis artibus, iuxta dispositionem iuris veteris applicetur: nec illa fiat menio de loco religioso, profectò discurrendum fore secundum à nobis superius posita.

Hacque satis (vt ex era fastidio affectus deseram) de iure; Quid autem de facto, au-24 diamus quælo Sebas. de Neap. in d. cap. sic loquentem. Illud autem, quod dicitur, quod thesaurus est donum Dei, ut dicta l. unica C. de thesauris lib. 10. credo verum, quando in-uentor thesauri est iti sagax, & astutus, qui sciat thesaurum inuentum occultare, & id suis utilitatibus applicat, sed, si donum prædictum dinalgat, ut plurius vidi galia diuulgantes; tunc fortuna prædicta, non donum, sed infor-mum inuentoris dicitur, quoniam per Fiscales Curia accusatur, incarceratur, & torque-tur, & post offa confrastra, thesaurum inuen-eum restituunt, & quod deteriorius est, oportet, ad hoc, ut à carcerebus excant, quod se redi-mant, & sic proprium patrimonium, & the-saurum perdunt, & cum corpore torto, effratto, remanent; quarè, quando casus contigit, esto sapiens. Alia vide apud Id: Ant. de Nigris ad d. capit. Tepatum in compend. var. sentent. tit: de Thesaur. Peregr. de iure Fisci lib. 4. tit. 2. Ricc. collect. decis. 1080. & 331. Grat. discept. forens. 453. nmer. 5. Reg. de Pont. de pot. Proreg. tit. de thesauris 10. per tot. ubi Thorus, qui, post enunciatam præmix traditam & Reg. de Fonte, reuelandi in Regno huiusmo-di thesauros, inquit, subi jci sempèr tormentis eorum inuentores à Fiscalibus, ad sciendum, an in publico loco malis artibus ij reperti sint; sed verè, ut thesauros habeant. Illa ergo vide, dum alios ad rem citat, & signanter Vrsill. ad decis. Affili 321. num. 7. & Capyc. in inuest. feodal. Rubr. feud. clasif. verb. cum inuentoribus, in fine:

25 Terrenos ergo effugiamus thesauros, illosque in Coelum thesaurizemus. Caterum de inuenientem rem alienam, eamque Domino non restituente, quomodo discurrendum in foro poli, & in foro contentioso, videlicet, an requiratur dolus, & quomodo agendum sit ciuitate ad rei restitutionem, consule, Archid. cap. si quid inuenisti 14. qm: 5. ubi Glosa.

S Y M M A R I V M.

- 1 Fur in flagranti criminis repertus quis di-catur.
- 2 Fur in flagranti repertus quando sit fustigan-dus.

Ehr.

- 3 Fur in flagranti repertus an appellatur.
- 4 Satellites non faciunt plenam fidem in delictis.
- 5 Satellite dicta faciunt indicium ad torturam.
- 6 Satellitebus nonquam creditur, cum agitur de eorum lucro.
- 7 Curores Ecclesiastici non faciunt plenam fidem in delictis.
- 8 Curores Ecclesiastici quo ad fidem circa eorum depositionem uidem censemur, ac satellites seculares.
- 9 Inabilitas promovens à vilitate exercitii non tollitur per Clericatum, non remota qualitate.
- 10 Familiares Episcopi, an, & quinam possint esse testes.
- 11 Satellite in nullo criminis, quamvis priuilegiato, faciunt fidem, etiam si agitur de delicto flagranti, licet delinquentes aliunde vel re coniuncti, vel confessi esse possint.
- 12 Satellite deponentes in delictis, pro quibus certa pars pecunia illis applicatur, dicuntur deponere in re propria.
- 13 Satellite fidem faciunt in rebus ad eorum officium spectantibus, quod etiam, certis circumstantijs intervenientibus, est intelligendum.
- 14 Satellite neque fidem faciunt quo ad lenitatem, nisi, ut in illis delictis ad ulteriora procedatur.
- 15 Denique offendens graviter, non erubescit illum leuitate offendere.
- 16 Pena ultimi supplicij practicatur in magno furto, & quid in alijs furis.
- 17 Furans tertia vice an ultimo sit puniendum supplicio.

DILVCIDATIO DECIS. XXXIX.

Quartuor continet hæc decisio. Primum, dici furtum manifestum, cum quis, rem furtivam gerens, captus est in flagranti, licet procùl à loco delicti. Secundum, non standum esse in graui criminis satellite dictis. Tertium, vnu receptum esse, pro magno furto imponi penam mortis naturalis. Quartum denique, obseruatum fuisse, furantem tertia vice puniendum ultimo supplicio, quamvis pro duobus alijs furtis fuerit anteà punitus.

Quo ad primum aduertere, furem, quo usque secum trahit rem furto detractam, dici, esse in flagranti criminis, cum crimen ad huc dicatur flagrare, scilicet, cum quis puellam raparet, diceretur in flagranti esse, quo usque secum illam ad locum destinatum traheret, cum crimen habeat trahitum successuum, nec corollat tantum in actu illo, siue instanti primo, quo agitur. Alia vide apud Fari-

- nacium quæst. 21. num. 133. Giurb. cons. criminis. 98. num. 1. & Vulpell. cons. 137. num. 16.
- 2 Fur igitur, qui in flagranti capitetur, si fursum non sit magnum, nec contineat qualitates illas, quas infra referemus, potest absque aliqua sententia fustigari, secundum Angelum, quem DD. omnes sequuti sunt in l. i. t. col. 1. ff. de his, qui not. infam. nec villa ei datur defensio, vt dixit Baldaxar de Angelis ad Folli. in tit. & facta litis contestatione num. 1. &
- 3 seqq. Quinimò non appellat, ex Borrell. in summa decisi. tit. 33. num. 173. quem omnino vide, & consule Vulpell. in d. cons. criminis. dum multa ad rem reperies.
- 4 Quo ad secundum, non credendum scilicet esse satellitebus, aduertere, eorum dicta in
- 5 graui criminis facere indicium ad torturam, ex Vinc. de Franch. decisi. 379. sic tenent Cebal. resol. criminis. casu 126. cent. 2. alijque relati à Thoro in compend. decisi. 1. par. verbo: delictum. Quid autem dicendum de Capitaneo Guardiæ, vide Ricc. decisi. 1. par. 4. & ex
- 6 his aduertere, nunquam credi satellitebus: cum agitur de eorum lucro, vt aduerterit Alciat. de presump. reg. 3. presump. 24. num. 6. De scribis fiscalibus, dicemus in dilucidatione 98. quam vide.
- 7 Hinc collige primò, quod dicimus de satellitebus, dicendum quoque de Cursoribus Curia Archiepiscopal, illos scilicet non plenam fidem facere, sed tantummodo indicium ad torturam, non obstantibus ijs, quæ dixerunt contraria sententia sectatores, inter quos Genuensis in praxi cap. 39. in impressis Roma anno 1630, qui in calce capitis hæc ait. Est tamè habenda ratio cursorum, quorum aliqui sunt aded maligni, vt eis credendum non sit. Ratio, quæ me mouet, est, quia non video disparitatem inter satelliteseculares, & curores, cura utriusque satellite verè sint, & carcerandi munere fungantur. Coeterum ridiculam arbitror rationem illam, quam communiter tradunt, scilicet, in illis propter clericatum cessare vilitatem illam, quæ coeteros satellites non clericos reddit inhabiles ad deponendum; nam, dum perseverat qualitas reddendi inabilem aliquem, non potest tolli inhabilitas per aliam qualitatem, quæ, licet de se non reddit inabilem hominem; tamè non est apta ad tollendam inhabilitatem. Sic in casu nostro, quo inhabilitas oritur ex munere, quo funguntur curores, non poterit clericatus tollere inhabilitatem ortam à qualitate, quæ ad huc perseverat propter officij exercitium. Vnde
- 9 contrariam prorsus tenet opinionem; nam, licet familiares Episcopi possint esse testes, de ijs familiaribus intelligendam id non est, qui tam vili munere funguntur.
- 10 Collige secundo, in nullo criminis, quamvis

uis priuilegiato , præstari fidem huiusmodi famulis; vndè non sequor Consiliarium Roccum tractatu de officijs tit.de priuileg.criminis extractione rerum contra deuet. §. 1. num. 16. volentem, vt in eo crimine idonei testes sint famuli Curia contra repertos in flagranti, cum verius censeam , quod ait hic Sanfelicius, scilicet , tunc tantum famulos curiæ fidem facere contra repertos in flagranti criminis , cum , facta relatione à famulis , reus confitetur, licet verè tunc confessio sit illa , quæ delictum comprobat, non depositio famulorum curiæ . Ne autem erres, aduerte , Sanfelicium hic velle etiam, vt furans in flagranti crimine repertus , & ductus coram Iudice cum re furtiva , dicatur coniunctus , non depositione famulorum Curia, sed re , ibi, quia re coniuncti dicuntur . Vnde concludendum, in quoconque crimen nunquam satellites plenam fidem facere; & ratio est luce meridiana clarior , quia priuilegium delicti non tollit vilitatem illam ortam ex munere tam infami; igitur cum delicto priuilegiato poterit bene stare vilitas satellitum . Quare potius adhærendum est Andrea ad Constat. Reg. humanitate, quām Afflito ibidem num. 30. alignanti rationem, quia non reperiuntur prohibiti huiusmodi famuli capientes delinquentem in flagranti ; quandoquidem, si hæc ratio tradita ab Afflito militaret, semper tales homines fidem plenam facerent , cum flagrantia delicti non tollat ab eis vilitatem , qua inhabiles redduntur ad deponendum .

12 Quod fortius militat in casu relato à Rocco, quo eis applicatur dimidia, vel tertia pars rei interceptæ, quare in causa propria deponerent; siveque, si fides illis præstaretur, essent, licet viles, melioris conditionis, ceteris, qui, quamvis omni exceptione maiores, in causa propria deponere prohibentur .

13 Non negauerim tamèn, illis plenam fidem præstari in rebus ad eorum officium spectantibus, puta, in relationibus citationum, in captura , & ceteris ex cap. cum parati. cap. prudentiam , ubi Glos. de appellac. apparitores C. de exactoribus lib. 10. alijsque omnibus relatis in puncto à Mascardo , qui alias pro nobis stat, conclus. i 89. nu. 7. & 8. quem refert Roccus loc. cit. Sed ex his non probatur , illis fidem præstandam quo ad alias qualitates ad eorum officium non spectantes, quæque delictum important. Quinimò, si Mascardo credimus in ceteris declaracionibus positis ibi numeris seqq. neque in rebus ad eorum officium spectantibus ijs fides præstanta est, nisi, adhibitis aliquibus circumstantijs, quas ibi videre poteris, dum, ne longiores simus , eas deserimus: adeò

verum est , eorum conditionem vilissimam esse, prò ut Mascardus ipse initio conclusonis citatae doctissimè fundat .

Sin autem velis aliter declarare dicta Consil. Rocei , vide, quæ scripsit Dom. de Luca in observat. ad decis. Vincen. de Franch. 379. eius scripta limitans . Ego autem hæc sensi iuxta certæ rationi , qua ad omnes casus ducor .

14 Vnde collige tertio, quamvis receptum videatur apud aliquos Doctores, huiusmodi hominibus fidem præstandam in leuibus delictis, prout etiam videtur sentire distinguens Dom. de Luca loc. cit. num. 2. id tamèn locum sibi vendicare dixeris tantum , non ad imponendam delinquenti poenam , sed ad procedendum contra illum . Nec urget, in leuibus non tam rigorosè procedendum; siquidem clarissima est responsio, quia siue res sit parui momenti, siue magni , semper testes inabiles remouendi sunt: immo quandoque non in rebus parui momenti , sed in delictis exceptis admittuntur testes inhabiles (quod, an verum sit, & quomodo recipiendum , non est huius loci) igitur , licet crimina leuia sint ; non inde tamèn dicta satellitum illa plenè probant; Vnde, quemadmodum in gratibus delictis dicta satellitum facient indicium ad torturam, ita in leuibus eam facient fidem , qua vterius procedi possit , seruata delicti qualitate. Et aduertendum est , Vincen. de Franch. decis. 379. indistinctè fidem plenam denegare satellitibus , sicque decisum in S. C. apud ipsum videbis in casu , quem refert , licet M. C. alias iudicarit ; & volens reddere rationem, cur M. C. cōtrarium sensisset, inquit, id accidisse , quia suis temporibus non seruabantur ea, quæ Affl. dicit in Constitutione Regni, Appellationum tempora, in 6. notabil. vbi Affl. hæc . Et ideo ibidem debens præponi Iudices sapientes, & experti, & timentes Deum . Cum ergo meliora sint nostra tempora , procū dubio arbitrör, M. C. sequi opinionem Vincen. de Franch. adeoque in nullo crimen fidem præstare huiusmodi satellitibus, qui, utinam , ipsi nocturno tempore quandoque ea crimina, non patrarent, quæ alijs deinde mendaci depositione imputant. Quare concludendum , satellitibus nunquam plenam fidem adhibendam , neque in leuibus , ni leuia velimus , relationem citationum , capturam , sequestrum factum, ceteraque huiuscmodi ad eorum officia pertinentia . Ceterum, qui in grauibus suscepimus redditur, reddetur & in leuibus, cum 15 potissimum, qui grauiter Deum offendere non erubescit, contrà eundem leuitè peccare non timeat .

16 Quo ad tertium aduerte , posnam ultimam

N sup-

supplicij practicari, non solum in magno furto, quod dicitur illud, quod viginti augustales excedit, secundum Follerium tit. de *Iustitiae eorumq; officio*, sed in quois alio, in quo concurrunt aliæ qualitates, scilicet fractura domus, claves adulterinæ, cæteræque aliæ, quas enumerat Gizzarelli in decisi. 13. totiæ decantata. Et ad rem nota, si huiusmodi claves reperta fuerint penè aliquem, qui alias fuerit inquisitus de furto, puniri pœna triremium per quinquennium. Quod intellige, dummodo tunc inquiratur de furto, quod requiritur à Pragm. 5. sub tit. de furtis, alias non procederet pœna præfata.

Hinc collige primò, furtum magnum quandoque dici, non tantum, habito respectu ad quantitatem, sed ad qualitatem intrinsecam: puta, si quis furaretur picturam, à celebri pictore factam, & similia. Quarè Muta tom. 6. cap. 30. nu. 12. relatus à Danza, de pugn. Doct. tom. 2. tit. de furtis cap. 5. nu. 14. scripsit; furante repertoriū, super quo Doctor aliquis nimis laborauerit, cōmittere magnum furtum. Ego autem non dicere, hunc puniendum pœna mortis, cum hæc magnitudo non sit qualitas intrinseca rei, quæ tantum operatur, vt furtum dicatur propriè magnum, sed tantum extrinseca, scilicet ratione laboris; quod si quandoque ob rerum eminentiam illis magnitudinem propriam præberet talis labor, aliter dicerem. Sed hoc raro evenire potest.

Collige secundo, quandoque plura furtæ vñiti ad recendendum vñum furtum magnum, si scilicet uno, eodemque continuato tempore patrata sint, secūs, si diuerso, quia tunc nullo prorsus modo vñiri possunt; vñde inquisitus de pluribus furtis, si in defensionibus ea nequit elidere, tenebitur probare, vt ordinariam effugiat pœnam, se diuersis ea patrasse téporibus. Ita oculatè aduerit idem Muta loc. cit. num. 21. quem sequens est Danza ubi supr. num. 10. & seqq.

Quo ad quartum aduerte, furantem tertia vice, puniendum vñimo suppicio, fundari ratione, quia, si fur punitur pro magno furto pœna mortis, eadem pœna puniendus est, qui tertio furatus fuit, cum furtum magnum equipolleat tribus, vt doctissime suo more fundat Boerius decisi. 173. num. 5. arguimento l. si is, qui tres ff. de excusatione tutori.

Hoc tamè non sic generaliter accipendum est, vt sempè tria furtæ committentem pœna mortis dixeris puniendum; nam potest dari casus, quo Titius tria furtæ eodem tempore committat, quæ vñita, ex supra dictis, non constituant ex tenui valore furtum magnum, adeoque non plectendus sit pœna mortis, eo quod furtum magnum non

dicatur, nec eandem mortis pœnam mereti dices, quia tria committerit furtæ, dum illa, vñico actu patrata, habentur, ac si vñam esset furtum, cum, vt diximus, vñiatur, adeoque pro vñico sit condemnatio ut benè viuus decisi. 352. num. 9. & Petr. ad Grammat. decisi. 48. num. 1. quam opinionem vsu receptam scripsit Danza d. tit. de furt. cap. 6. nu. 30. & seqq. Tunc ergo tria furtæ punienda sunt, ac si furtum magnum esset, cum diuerso tempore, reiteratisque vicibus patrata sunt, licet ea leuia sint, cum, non rei magnitudo, sed furandi attendatur frequentia, secundum Gazz. discept. 26. nu. 69. Danza loc. cit. aliosque, quos refert, & sequitur Scialoya praxi foriud. cap. 3. num. 123.

Aduertas autem, attento rigore iuris, nullam aliam qualitatem requiri in furante, magnam quantitatem, vel tertia vice, cum inter cæteras qualitates, quas retulimus suprà in dilacitat. decisi. 35. hæc etiam reponi possint, scilicet reiteratae vices, & magnitudo furti (& iam videmus, vera esse, quæ ibi diximus, omnes nempè qualitates non posse numerari) quoniā autem quandoque varijs ex circumstantijs huiusmodi qualitates non ostendunt adeò præcliuam ad furtum naturam, vt furans mortis pœnam mereatur; idecò ne mireris, si quandoque etiam sic furantem non videris vñimo punitum suppicio. Et ita in praxi pluriè seruatum vidi, & ita quoque recipiendi Scialoya ductus à doctrina Clari, & casu ibi relat. in s. furtum, & Danza cum ijs, quos adducit in d. tom. 2. tit. de furtis cap. 6. nu. 30.

Collige tertio, furtæ alias commissa extræ territorium numerari intèr furtæ, cum agitur de reo tertia vice puniendo; nam, non locus attenditur, sed furandi habitus, qui illum tertia vice furantem reddit vñimo dignum suppicio, vt ex multis, quoq; citant, scripsere De Nigr. in cap. Regni, Ad hoc, numer. 66. & Clarus lib. 5. s. furtum vers. sed pone. Et nota, in Regno nostro non faciendā distinctionem traditam à Claro, secundum diuersa verba statuti, cum non puniantur furtæ commissa tertia vice pœna mortis ratione statuti volentis, vt fur tertia vice tali pœna plectatur, dum huiusmodi statutum, non habemus, sed puniantur ratione qualitatum, intèr quas est furtum tertia vice commissum, quod, quando prauum ostendit animum, vt diximus suprà, poterit pœna mortis puniri ad instar furti commissi clavis adulterinis, vel alijs qualitatibus illud aggrauantibus.

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

99

S V M M A R I V M .

- 1 Furtum commissum in via publica alio proposito, quād furandi, punitur pēna remissionis.
- 2 Aggressores nocturni in Cūitate, & suburbīs punitur vltimo supplicio, quamvis minimum sit furtum.
- 3 Graffatores viarum, quomodo puniendi, attento iure communi, & quomodo, attento iure Regni Neapolitani.
- 4 Latro publicus qn differit à graffatore viarum.
- 5 Furtorum reiteratio an requiratur, vt graffator viarum possit plecti pēna ordinaria: sed vide num. 9.
- 6 Furtum unicum non excedens vnciam non est sufficiens ad pēnam mortis naturalis in graffatore: sed vide num. 10.
- 7 Graffatores viarum dicuntur etiā publici latrones, adeoque eorum qualitates retinend quoad pēnam.
- 8 Publicus latro non semper est viarum graffator.
- 9 Graffator viarum debet habere easdem qualitates, quas habet publicus latro, vt possit plecti pēna mortis.
- 10 Furtum excedens vnciam non requirit reiterationem in graffatore.
- 11 Furtum commissum in via publica est qualitas reddens furantem dignum morte.
- 12 Furtum unicum commissum in via publica non excedens vnciam non punitur pēna mortis.
- 13 Vulnera quando reddant furantem dignum morte.
- 14 Furtum an reddatur leuius à proposito non furandi.
- 15 Furtum modicum quando vltimo supplicio puniendam, si sit commissum à graffatoribus.
- 16 Aggressores nocturni in Cūitate, & suburbīs punitur pēna mortis.
- 17 Aggressores nocturni in Cūitate an puniantur pro primo furto pēna vltimi supplicij.
- 18 Furantes in mari qua pēna plectantur.
- 19 Mare dicitur via publica.
- 20 Furantes in mari, via publica, & campagna, punitur in Regno ad modum belli.

DILVICIDATIO DECIS. XL.

Deo in hac decisione reperimus decisam. Primum, si quis alio proposito in via publica permanens, quād furandi, modicam casu summam, & semel, furatus sit, additis vulneribus illatis armis non prohibitis, remigatiois pēnam, non autem vltimi supplicij locum sibi vendicare. Alterum vero, aggredientem nocturno tempore viatores

in Cūitate, & suburbīs, furandi causa, licet minimum sit furtum, vltimo puniendum, supplicio, ex Pragm. 1. de furt.

- 3 Quoad primum, certum est, attento iure communi ex l. capitalium §. Graffatores ff. de pēnis, ad hoc, vt Graffatores vltimo supplicio plectantur, requiri, vt sēpius ij huiusmodi furtum commiserint, & ex proposito. Ibi Graffatores, qui prāda causa id faciunt, proximi latronibus habentur, & si cum ferro aggredi, & spoliare instituerunt, capite punitur: utique, si sēpius, atque in itineribus hoc admiserunt; ceteri in metallum dantur, vel in insulas relegantur: Vnde ly, prāda causa, ly instituerunt, & tandem ly, si sēpius, satiō ostendunt, graffatores eos tantum capite puniri, scilicet secundū receptio rem vsum, & acceptiō, vltimo supplicio, qui ex proposito, & sēpius furati sint; cum igitur in casu exposito à Sanfelicio, semel, & absque proposito furtum in via publica interuenierit, non debuit vltimo plecti supplicio.

Et licet via publica sit qualitas aggravans delictum ad instar aliarum qualitatum, quae fuerunt narratae in superioribus decisionibus, adeoque videatur tale furtum morte puniendum, ex dispositione cap. Regni. Ad hoc; nihilominus tamē, quia furtum, de quo Sanfelicius, non erat ultra vnciam, non poterat locum habere præfatum cap. quod vult, vt furtum vltimo supplicio puniendum vnciam excedat. Quare concludendum, tam attento iure communi, quād nostri Regni Neapolitani, præter ea, quae hic Sanfelicius cumulauit, decisionem hanc nullam pati difficultatem.

- Non inde tamē negotium dicas explatum; siquidē Regens Merlin. contr. forens. lib. l. cap. 17. attento iure nostri Regni, doctissime probare studet, frequentiam furorum requiri in publicis latronibus, non in disrobatoribus stratarum (vt utar verbis Merlini, & Pragmaticæ) quae duo genera delinquentium secundū ipsum differunt, eo quod latro publicus, non tantum ille dicatur, qui in via publica cum violentia solitus sit depredari, sed etiā qui in domibus priuatorum id faciat; disrobator vero stratarum, qui armis, & semper in via publica furtum committat, quod confirmat auctoritate multorum, & potissimum Vincentij de Franch. decis. 142. num. 2. & 5. cum igitur Pragm. 5. ubi de delicto, quis conuenit debet loquatur, non solum de publicis latronibus, sed etiā de disrobatoribus stratarum, vult ille, vt, attento iure Regni, dicatur disrobator stratarum, qui vnicum furtum commisit; ac proinde non requiri pluralitatem furorum consideratam a d. s. Graffatores in publicis latronibus, concludit his verbis. Sit proinde conclusio

N 3 clusio

100 Io: Baptiste Mucci Lib. I.

elusio, exus, qui semel in itinere furcum commisit, verè dici disrobatorum strata publica. Hinc Rouit. initio d. Pragm. postquam retulerat opinionem Ferrer. in obseruat. Catal. par. 3. cap. 238. num. 12. voluntis, ut publicus latro si sit, qui duo saltē latrocinia in itinere publico violentē commisit, refert opinionem Merlini loc. cit. vbi scripsérat, semel furantem comprehendendi in d. Pragm.

Quarē videmus, ex dictis à Merlino, non obstatre ultimo supplicio furorum pluralitatem non patratam, ac proinde, licet in casu relato à Sanfelicio ille semel tantum furtum patrasset, ni alia obstatabant, potuisse plecti pena mortis. Alia verò, quæ obstatre poterant, erant, modica quantitas, & propositum non furandi. In hoc postremo nulla vis facienda, cum, quale fuerit delinquentis propositum, patere nequirit; præter quānquam ex furto patrato potius colligatur, fuisse illius animum furandi, ut vere fuerat furatus. In modica tandem quantitate nec illa vis facienda est, cum non attendatur quantitas, sed qualitas furti patrati in via publica. Vnde Scialoyain praxi foriudicat. cap. 3. num. 134. refert, anno 1653. Regium Consilium Agnellum Portium tunc Iudicem M.C.V. tanquam delegatum à Prorege ad poenam mortis damnasse quemdam, qui solus furatus fuerat quadraginta carolenos cuidam monaco armata manu in via publica; quarē fuit laqueo suspensus.

Ex his ergo videtur in dubium reuocata decisio prætens relata à Sanfelicio. Igitur ea gloriū dilucidanda est.

Et quidem Reg. Sanfelicius tres enumerat qualitates, quæ ibi interuenierunt. Prima

- 6 erat, vnicum furtum. Hæc qualitas apud me operatur, ut furans in via publica non possit pena mortis puniri tanquam grassator, cùm, si attendamus ius commune, in d. s. Grassatores: requiratur furorum plurilitas; nec, iure Regni acento, illa facienda est distinctio inter publicos latrones, & stratarum disrobatores, cum verè ius Regni hos nos distinguat, imò una oratione, & una appellatione confundat, ut patet in d. Pragma: 5. vbi de delicto: quis conuen. deb. vbi hęc, si aliis non essent publici latrones disrobatores stratarum publicarum, qui possunt à quocunque officiali capi, puniri. & castigari. Nam, ut videtis, post ly, publici latrones, nec adest copulativa, &, nec alternativa, vel, sicut vulgariter iuribus consideratur identitas, & per vocum multiplicationem maior expressio. Vnde, si dicere vellimus, in publicis latronibus requiri pluralitatem furorum; securus verò in viarum grassatoribus, seu disrobatoribus, certè somniaremus, ianxi in subtilesibus quibusdam, quæ potius in

scholis, quam in foris aptæ sunt. Hinc Mascalell. nimis affectatè citatus à Merlin. loquens de penis huiusmodi criminum, ait. Si latrocinium commissum fuerit à latronibus non incendentibus cum armis ad medium forastitorum per campanam, cùm sanctum semel exierint, & latrocinium commiserunt, seu etiam in strata disrobauerunt; & tunc, si latrocinium non excedit vinciam, non erit pena mortis, sed condemnationis ad tritemes, nisi fuerit cum hominis interemptione. Hæc ille. si que Vincentium de Francib. ab illo citatum consulamus, etiam affectatè allegatum reperiemus.

8 Non negauerim tamè, non valere genus hoc arguendi. Est publicus latro, ergo grassator viarum, seu disrobator stratarum; cum possit dari publicus latro, qui grassator viarum, seu stratarum disrobator non sit, ut considerat Merlinus. Sed valet hoc aliud genus arguendi. Est grassator viarum, seu disrobator stratarum, ergo est publicus latro. Et ratio est, quia magis latè patet grassator viarum, quam publicus latro, ac proinde hic in illo continetur; secùs è contra. Non immoritò igitur præfata Pragmatica disrobatores stratarum vocavit etiam publicos latrones.

9 Quæ cum ita sint, procùl dubio dicendum, debere viarum grassatorem, seu stratarum disrobatorem habere qualitates publici latronis, ut possit ea pena puniri, tanquam talis. Jam verò inter ceteras qualitates requisitas, ut suprà vidimus ex d. s. Grassatores, ea vtique est, scilicet reiteratione furorum; quarē, cum in casu exposito à Sanfelicio, hæc non interuenierit qualitas, non poterat ille inquisitus pena ultimi supplicij puniri. Et certè non possum non mirari, quomodo hoc controverti queat; nam, omnibus rationibus post habitis, circa difficultatem hanc, & differentiam inter publicos latrones, & viarum grassatores, quas videre est apud Merlin. aliosque ab eo citatos, certum est, viarum grassatores, & stratarum disrobatores idem sonare, nec in alio differre, quam secundum crasis, & aptiorem loquendi formam. Ceterum quoad substantialia non differunt. Vnde Cic: de Fato, ait, viator bene vestitus causa grassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur.

Et certum quoque est d. s. Grassatores loqui de grassatoribus; vnde, si ibi Callistus requirit furorum reiterationem ad pœnam capit; ego credam, esse demonstrationem, requiri etiam reiterationem hanc in disrobatoribus stratarum, qui iijdem sunt, ac viarum grassatores, ni tamè huiusmodi disrobatores hoc privilegium habeant à crasis loquendi formam,

Hanc

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

101

10. Nam verò reiterationem non requiri, p. Iam est, cùm furtum excedit vnciam, quia tunc ex dispositione d. cap. Regni, *Ad hoc*, furtum in via publica commisum puniri debet, quamvis vnicum, pena mortis, nulla alia concurrente qualitate, cum intèr ceras qualitates, ea considerari queat, scilicet per perpetratio criminis in via publica (ex quibus apparet denuò veritas expositorum in dilucidatione dec. 35. scilicet non posse numerari qualitates redditentes in Regno furtum dignum pena mortis) quamvis verò furtum expositum à Sanfelicio non excedebat vnciam, quo fuit secunda qualitas, de qua mox, non cadit in illum casum hæc limitatio, ac proinde quia furtum fuerat semel commisum, non erat furans in via publica ultimo dignus supplicio.
11. Secunda igitur qualitas, quo non reddidit furtum apud Sanfelicium morte dignū, erat modica quantitas carolorum virginum; siveque, ut diximus, dum tale furtum non excedebat vnciam, non poterat practicari dispositio d. cap. *Ad hoc*.
12. Tertia qualitas erant vulnera cum armis non prohibitis; quarè, licet vulnera quandoque redditant furtum adeò qualificatum, ut possit locum sibi vendicare pena mortis, vt in superioribus decisionibus enarravimus: quia tamèn hoc furtum non excedebat vnciam, neque pena hæc poterat practicari; præterquam quod vulnera illata armis non prohibitis poterant etiam furentem excusare à pena mortis, dummodo furtum patratum non fuisset in via publica, quo erat maxima qualitas.
13. Quarta tandem qualitas, quo non adeò consideranda est, ut magna in illa vis fiat, fuit aliud propositum in furante, quam sustandi. Quod elicetur ex eo, quia vnum tandem furtum patratur inquisitus; & quidem modicæ quantitatis; nám, si proposito sustandi permanisset, non vnicum furtum, & solus ipse, sed plura, & maiora, & denique cum alijs associatus patrasset, & forte arma gestasset prohibita. Sat fuit ergo, duas qualitates interuenisse, scilicet furtum minus vncia, nec reiteratum, ad hoc, ne pena mortis potuisset plecti furans. Quarè non vni, quo recedendum est à decisione relata à Sanfelicio.
14. Et ex his aduentandum, licet Doctores dixerint, huiusmodi grassatores morte plementos, quamvis furtum modicum sit, siveque quotidie seruari, cum viarum usus liber esse debeat, tandem publicus, intèr quos *Topia de Iure Regni lib. 5. sit. 41. num. 3 & 4.* aliquæ relati à *Danza: de pugna Doctor. 30. et tit. de furt. cap. 6. circè fin. vers. ulteriæ.* Hi tamèn loquuti sunt, ceteris paribus, non

excludentes scilicet furorum reiterationem; tunc enim, quamvis tenues sint quantitates, quas in dies furantur grassatores, puniuntur ultimo supplicio. Ita igitur intelligenda est *Pragm. 1. de furtis:* quoad viarum grassatores, licet aliter quoad furtæ nocturnæ patratæ in Ciuitate, de quibus mox, quicquid senserit *Campana de foriud. resol. 19. numer. 12.* quem non sequitur *Scialoya;* & merito, in d. cap. 3. num. 124. Hæcque satis quoad primum caput decisionis. Alia ad materiam videnda sunt apud Dominum D. Carolum Petram in rit: M. C. tom. 3. ritu 270 & xum. 65. cuius gesta ne queso sit, qui mittetur, me præter morem hucusque tradidisse silentio, dum aptius incident in sermonem, cum dilucidauero decisionem quādam, in qua de ijs opportuniū loquar, omniaque coaceruabo.

15. Quoad alterum, vt brevissime dicam, adeò iam *Pragm. 1 de furtis,* quo vult; vt fures nocturni in Ciuitate, & suburbis puniantur ultimo supplicio, tanquam viarum grassatores; Vnde, quemadmodum in illis non attenditur modica quantitas, ita nec in istis est attendenda; potissimum, cum Pragmaticæ verba id expresse suadeant. Ibi. *Non havendo rispetto alcuno al valore delle cappe, e robbe rubate di notte nelle strade predette, che vagliano più, o meno, perché così conviene alla punitione di tali arrobbi.* Vgùm hæc *Pragmatica*, vt bene aduertit *Roxit:* habet locum contrà eos, qui aggredientes spogliant viatorem, nō qui in domibus, contrà quos locum sibi vindicat dispositio *Pragm. 3. cod. tit. 5. Pragm. 3. 1. de empione, & venditione: edita per Comitem Oliuares die 14. Octobris 1598. vbi habetur, quid obseruandum contrà minores:*

16. Hic autem dubium insurgit, quod diu me anticipitem reddidit, & adhuc tener. *Brenim Regia Sanctio* vult, vt aggressores nocturni in Ciuitate, & suburbis puniantur, tanquam viarum grassatores; quarè dubitari potest, an in istis requiratur reiteratione furorum, quemadmodum in grassatoribus. Ut dixi, adhac anceps sum; nihilominus tamèn, rigorose loquendo, essent pena mortis puniendi, quamvis nulla interueniree furorum reiteratione, siquidem, dum *Pragm. 1.* nullam esse habendam rationem de rerum valore, intelligere debebat de uno furto, dum respectu multorum certum iam erat, non attendendum valorem; nihilominus tamèn, comparatio, quam *Regia Sanctio* facit inter viarum grassatores, & huiusmodi aggressores, & aquitas, sunt duæ rationes, quo aliter sepe iudicantes suadere possunt, & suadent in mortis pena inferenda.

17. Hinc collige ad decisionis ornatum, idē dicen-

102 Io: Baptiftæ Mucci Lib. I.

dicendum de furantibus in mari , cum etiā
 19 in via publica furari dicantur, dum mare
 via publica est, vt ex l.3. ff. ne quid in loco pu-
 blico vel itin: fiat.l.1. s. ait Prator. cum s. seq.
 ff. de flumin. alijisque in puncto probat Vinc.
 de Franch. decis. 142. d nu. 2. ad 5. Quod adeò
 expeditum est, vt in nostro Regno habeam
 mus Pragm. 10. sub tit. de offic. Iud. nu. 48. qua
 20 iubetur, vt contrà tales delinquentes pro-
 cedi possit ad modum belli . Ibi . li detitti,
 che si commettono more piratico in mare, pro-
 ut statutum fuit etiam in furtis patratis in
 via publica , & campanea. Ibi . Nelli furti,
 che si commettono in strada publica , & in
 campagna .

S V M M A R I V M :

- 1 Delegatio M.C.V. contrà furantes in Ciuitate Neap. & suburbis non extenditur ad furantes alibi , licet captos in Ciuitate cum re furtiva .
- 2 Fur repertus cum re furtiva in Ciuitate an teneatur probare, rem alibi furto substractam, vt delegationem effugiat, & quomodo .
- 3 Res furto substracta, celari nō potest, cuius sit .
- 4 Testes producti ad relevandum furem prætentem , rem substractam fuisse extra Ciuitatem, sunt suspecti, ideoque caute agendum .
- 5 Fur, ubiunque reperiatur cum re furtiva , puniri potest .
- 6 Furti noua actio nascitur mutatione dominij .
- 7 Actio noua furti nascitur etiam mutatione inrisdictionis .
- 8 Fur, siue morans , siue transiens cum re furtiva , poterit in eo loco puniri .
- 9 Fur est dignus pena, non per moram diuturnam, sed per nouam contrectationem .
- 10 Fur ad publicam vindictam punitur .
- 11 Furta commissa à militibus in Ciuitate Neapolitana , & suburbis , an recognoscend a sint à M.C.V. tanquam delegata .
- 12 Milites, ex Regijs Sanctionibus quād pluri- mis , tam in causis ciuilibus , quād in cri- minalibus, recognoscendi sunt ab Auditore exercitus .
- 13 Furta commissa in vīs publicis ; an equiparantur, quoad forum M.C.V. furtis patratis in Ciuitate Neapolitana , & suburbis, late discuntur .

DILVCIDATIO DECIS. XLI.

1 D E cīsum hīc refert Sanfelicius , delega-
 tionem M. C. V. contrà furantes in
 Ciuitate Neap. & suburbis , non extendi
 ad furantes alibi, licet captos in Ciuitate,
 cum re furtiva .

Super hoc casu relato à Sanfelicio , & de-
 cito scripsit Io: Laganariis ad Ronit. ad Prag,

1. Vbi de delicto quis cōueniri deb. vers. bit tamēn: & ratio decisionis fuit, quia, licet fur-
 tum possit ratione contrectationis cognosci à M. C. debet tamēn agi via ordinaria ,
 non autēm per delegationem, dum vigore
 Pragm. poterit M.C. procedere , tanquam
 delegata , cum agitur de furtis patratis in
 Ciuitate , siue suburbis , vt ex eius verbis
 patet, ibi, dentro questa Città, e suoi borghi .

2 Hic tamēn dubitandum videtur , an, si quis reperiatur cum re furtiva in Ciuitate Neapolitana , dicens, se alibi extra Ciuitatem , & suburbia, rem illam esse furatum, id nihilominus non probet, sed gratis asserat, M.C.hoc casu procedere possit , tanquam delegata .

3 Pro negatiua opinione dici potest , dum in Ciuitate non apparet , fuisse commissum furtum , non habere locum Pragm. Pro af-
 firmatiua verò facit , quia, dum inquisitus non probat , vbinam furtum comiserit , præsumptio stat contra ipsum , vt nempe præsumatur , furatum esse in loco , in quo reperitur .

4 Ego, vt verum fatear, metaphysicum di-
 xerim casum , vt videlicet possit com-
 mitti furtum in Ciuitate, vel in suburbis, &
 ignorari per aliquos Cives ; si tamēn eue-
 niret, nec veritas aliundē appareret, habita
 notitia ab inquisito , vbinam furtum ille
 comiserit, poterit M.C. rescribere Iudicū
 illius loci , vt , vel informationem captam
 pro tali furto transmittat, vel nouam infor-
 mationem capi faciat ; si enim ab illa ap-
 pearat, verè ibi furatum inquisitum, proce-
 dat via ordinaria , si secūs , tanquam dele-
 gata, cum tunc militaret , non solū præ-
 sumptio, sed potius rei evidentia .

5 Verū in informatione hac capienda vi-
 deat Iudex , benèque perpendat testes , qui
 producuntur, cum quandoque ad reum re-
 leuandum nonnulli deponerent , inquisitura
 sua bona furatum ; hēc namque depositio
 poterit esse affectata, sicuti captura, prout in
 illa loquutus est Capibl. ad Pragm. 8. de Ba-
 ron. sub nu. 215. Nōlēm tamēn, vt modum
 præstatem, non tantum aduocatis reos de-
 fendendi, sed reis crimina occultandi : qua-
 te hoc satis .

6 Quoniam verò initio decisionis Sanfelicius introducit quæstionem , an fur, qui in
 alio loco reperiatur cum re furtiva, possit ra-
 tione contrectationis ibi puniri , vbi reperi-
 enr; & affirmatiuè responderet; idcirco, præter
 citatos à Sanfelicio, scilicet, Capyc. decis. 104.
 Ann: singul. 438. Rouit. ad Pragm. 1. vbi de de-
 licto quis conu. deb. num. 35. Caball. casu 163.
 supèr hac quæstione videadi sunt Reg. Mer-
 lin. controv. forens. cent. 1. cap. 80. Capibl. de Ba-
 ron. tom. 2. cap. 54. & 61. Carlen. de indic. com.
 1. lito .

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

103

tit. I. disp. 2. quæst. 7. sect. 1. num. 720. Thor. part. I. compend. vers. fur. delinquens, Peguer. decis. 28. Laganar. ad Rouit. in d. Pragm. 1. ubi de delicto quis conu. de Franch. decis. 681. ubi Dom. de Luca, Danza de pugna Doctorum, eto. a. tit. de furtis cap. 1. num. 7. Et seqq. Couarr. præf. quæst. cap. 1. num. 9. Guazzin. ad defens. reorum, defens. 1. cap. 15. num. 1. Ricc. collect. 280. Scialoya de foro competenti: cap. 40. tit. de foro furis, alijque apud citatos. Vnde. cum apud tot Doctores habeas dilucidatam materiam, cumque, nec tempus, nec locus partantur, vt eam præter ordinem reducamus ad trutinam, libenter lectorum ad illos remittimus, aduertentes, communem esse affirmatiuam, pro qua Reg. Sanfelicius stat in hac decisione, & fundata est in doctrina Bartoli in l. si dominium vers. Et aduerte ff. de furtis, cuius verba, tanquam nobis deseruientia, iuuat rescribere. Et aduerte, aliquis facit furtum Florentia, reperitur hic cum re substraeta, poteritne puniri bic. Communiter dicetur, quod non de iure, quid assidua constrectio ne non nascitur actio furti. Sed contradico per banc legem; nam, sicut mutatione dominij nascitur noua actio furti ad panam applicandam parti, sic mutatione territorij, Et iurisdictionis noua nascitur actio, seu accusatio furti ad vindictam publicam per istam legem. Nota, Et tene menti.

Hec Bartolus; si igitur noua nascitur actio ad vindictam publicam, non puto, esse cum nonnullis ex citatis superioribus distinguendum inter sisteantem in aliquo loco cum re furtiva, & inter transeunte; nam non est diurna mora temporis illa, quæ furem facit pena dignum, sed illa cõrectatio noua, quæ in instanti temporis sit; vnde, cum ad publicum spectet, furem puniri, à quounque poterit detineri, quamvis fur per locum aliquem transeat animo non diu morandi, cum satis sit, si illo temporis intervallo, & instanti, noua oriatur cõrectatio, ut ad publicam vindictam puniri possit.

Hic autem ad decisionis ornatum quæri opportunè potest, an M.C.V, tanquam delegata in causis furorum, quæ in Ciuitate Neapolitana, eiusque suburbis committuntur, possit procedere contrà milites, qui huiusmodi furtæ committunt.

Et ratio quidem dubitandi oritur, quia, licet statutum sit per quam plures Pragmaticas, ut milites, tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus remittantur ad Auditorem exercitus, tanquam competentem eorum Iudicem, prout videre est in Pragmaticis sub tit. de militibus, nempe 5. edita 27. Aprilis 1580. 11. die 12. Octobris 1614. 13. die 7. Ianuarii 1615. 13. die 31. January 1612. 34. die 18. Martij 1636. 16. die 8. Aprilis

1639. & ; vt alias omittam, 20. die 3. Junij 1652. nihilominus tamèn in hac postrema legimus, quæ en las causas criminales de delitos de hurtos de estrada publica, armacion de campañas, delitos de oficiales, y en las causas civiles de concurso de Accreadores, causas feudales, y de fideicomisso, de assistencia, y cesion de bienes, procedan los oficiales ordinarios, a quien pertenezieren sin distincion alguna. Et postmodum inferius y en todas las de mas asì ciuiles, como criminales, sin distincion alguna de delitos militares, o comunes, o de que estén en servicio actual, o llamados, el conocimiento de las toque en la provincia de tierra de Lauor priuatamente al Auditor General &c.

13 Cum igitur los delitos de hurtos de estrada publica cognoscenda sint à Iudicibus ordinarijs, videtur M.C. posse cognoscere furtæ commissa intùs Ciuitatem, & suburbia à militibus, cum hæc à Pragm. prima de furtis æquiparentur viarum grassatoribus.

Et quamvis contra hanc rationem urget responsio exposita à Dom. D. Carolo Petra ad vit. M.C.V. 270. post num. 80. vers. neque labrandum tom. 3. Pragmaticam scilicet primam de furtis loqui quoad penas, non autem quoad fori declinatoriam, quam debuisse extimere, quemadmodum fuit in Pragm. 3. sub cod. tit. expressa qualitas probationis plena, quam facit depositio sociorum, cum agitur de huiusmodi furtis, quæ alias, tanquam equiparata furtis patratis à grassatoribus, debebant comprehendi in cap. frequens, Et ineffracta. Vnde, non eo quod furtæ commissa in Ciuitate æquiparentur commissis in via publica, videtur dicendum, esse hec quoad omnes alias qualitates æquiparata.

Nihilominus tamèn contra hanc responsionem expositâ à Domino Petra, & excogitata secundum ipsum à Domino D. Ioanne Baptista Marchesio (qui genere, moribus, & ingenio ditissimus merito ad pauperum Adiutori munis euectus, ostendit, sub veris hisce diuinijs vndique tuta esse pauperimorum iura, eorumque crimina eius ope debilitata, vel venia, vel iniiori pena subiacere) urgeo; nam præfata Pragm. 1. de furtis hæc ait. Comandamo alla Gran Corte della Vicaria, che (notate) proceda, e trattati detti disfattori, come veri derobatori di strada, e crassatori, contro essi. Et huc visque non loquitur de pena, sed de modo procedendi contra illos. Deinde verò subdit, e castighi di pena d'ulimo supplicio. Vnde, vt videtis, non solum loquitur de pena, sed modo etiam contra illos procedendi; ac proinde æquiparantur quoad alias qualitates, quicquid sit, si quoad probationem fuerit necessaria alia dispositio, cum probationes non potuerint com-

comprehendi sub modo procedendi, qui diversus utique est à probationibus, quæ substantiam delicti respiciunt.

Alia igitur via procedendum est, ut milites Auditori exercitus deseramus cognoscendos; eamque arbitror tutiorem, quam tradit *prefata Pragm. 20. de militibus*, quæ posterior d. *Pragmatica 1. de furtis*; iubet, ut los delitos de hurtos d'estrada publica tantum cognosci debeant à Iudicibus ordinarijs; unde, dum nullum simile, ex vulgatis iuribus, est idem, cum potissimum in penalibus versemur, non est eius dispositio extendenda ad similia, & equiparata. Quæ ratio eò fortius militat, quia alias dispositum fuit per antecedentes sanctiones, ut milites gauderent fori priuilegio, nulla habita distinctione de criminibus patratis intùs, & extra Ciuitatem, ut patet præcipue in *Pragm. 11. de militibus*, vbi hęc, y que por qualquier delito, o causa, que sea cometido en N apotes, o fuera de baxo de vandera, o fuera della, se remitan a nuestros Auditores generales &c. Igitur cōcludendum, benè decisum à Collaterali consilio, militem illum, de quo *Dominus Petrus loc. cit. remittendum ad Auditorem exercitus*, quicquid anteā sensisset M.C.V.

S V M M A R I V M .

- 1 Decoctor fugiens torquendus est, non obstante conventione facta cum mercatore.
- 2 Decoctores dicuntur infames.
- 3 Decoctores, licet fures non sint, puniuntur lamen pena furti.
- 4 Tortura cur danda decoctoribus.
- 5 Decoctores nequeunt guidari.
- 6 Decoctores an gaudeant Ecclesiastica immunitate.
- 7 Decoctores fraudulentes qua pena puniantur de iure Regni.
- 8 Decoctorum bonacelantes quam penam incurvant.
- 9 Decoctorum bona ducta in Ecclesiam confignanda sunt à Iudice Ecclesiastico Iudicio laico.
- 10 Penna imposta decoctoribus non habet locum, ni decoctio fuerit fraudulenter facta.
- 11 Decoctio quadrupliciter esse potest.
- 12 Decoctio fraudulentè facta qualis sit.
- 13 Fraudum probatio quo ad eius vim dependet à probitate indicum circa decoctores.
- 14 Decoctores cur nostris temporibus remansant impuniti.

DILVCIDATIO DECIS. XLII.

- 1 Abemus hic, decoctorem fugientem, totquendum, non obstante conventione facta cum mercatore de solvendo

modicam quantitatem in singulos aureos centenos receptos; siveque pronunciatum, dum similis decoctor poena furti puniendus est, ut multoties punitum refert *Sanfelicius*.

2 Quarè audiamus *Baldum* in *cons. 382.* sic loquentem. Falliti sunt infames, & infamissimi, & more antiquissima legis debent tradi creditoribus laniandi, adeò, quod propter dolum suum non videntur beneficium cessionis babere, quod est subsidium miserorum, sed non praesidium dolosorum, facilesque sunt ad mentendum, & colludendum, & à communione accidentibus falliti sunt deceptores, & fraudatores, presumiturque, omnibus inesse, quod omnibus est commune, nec excusantur ob adversam fortunam, est decoctor, ergo fraudator; sic enim lex vocat eos; unde editum fraudatorium. Hęc *Baldus*, quæ vtinam non verificantur. Unde contrà hos varia collige.

3 Et primò quidem, licet huiusmodi mercatores, qui à Bartolo in *l. singularia concl. 2.* vocantur cedentes foro, & à tota Italia, mercatores falliti, scilicet decocti, non sine fure; de qua re *Stracca strati. de decoctoribus. par. 3. num. 6. & Boer. decis. 215.* non solum puniri poena furti, ut *Reg. Sanfelicius* hic, sed etiā contrà illos posse agere Creditores, non obstante parte debiti per eos remissa, & cōdīctione ob turpem causam remissum repetere, ut longo calamo doctissimè de hac re disputat *Stracca. d. frat. par. 6.* omnino vindicandus.

4 Secundò, torturam huiusmodi decoctoribus dandam, ut indicent pecuniam ipsius datam ad mercandum, quam denegare habere, illam perdidisse alserentes. De qua re videndi *Boer. dec. cit. Stracca. d. strati. par. 7.* aliquae *Doltores* apud citatos, qui agunt de modo contrà eos procedendi.

5 Tertiò, illos non posse guidari, nec assecurari, nec indultari, ut *Capibl. de Baroni-bus ad Pragm. 6. num. 156. tom. 1.* quem vide.

6 An autem, si ad Ecclesiam cōfugiant, sublati bonis, possint impunè extrahi, consule *Escobar de ratiocin. cap. 4. num. 7.* aliosque relatos à *Gizzio ad Reg. Capyc. latr. obser. 196.*

Quartò, quicquid sit, an de iure communi præfati decoctores gaudeant dilatione quinquennali, de qua re *Stracca strati. cit. par. 6. num. 20.* tamè de iure Regni nostri, illos nulla gaudere dilatione, ut statutum fuit per *Regiam Sanctionem anno 1666.* vbi hęc. Prohibendo espressamente, che dà boggi auanti di veruna maniera si possa concedere moratoria, saluaguardia, nè dilatatione alcuna à detti falliti, per qualsiuoglia causa, o pretesto, che s'allegasse, ancorche vi fosse il consenso, non solo della maggior parte dellii Creditori, ma anco di tressi li Creditori dellii falliti predetti &c.

Quia-

¶ Quinto, hos mercatores fraudulentè decoctores puniri poena statuta in Pragm. i. & 4. de nummularijs in Regno nostro, vide licet, poena mortis naturalis, ut statutum est per eandem Pragm. anno prefato 1666.

Sexto, eos, qui eorum bona celarent, in eandem mortis poenam incurere, præter aliam poenam aureorum quatuor mille; ter mille nempè applicandorum Creditoribus; mille verò ea reuelantibus, ut patet ex eadē Pragm. quæ etiā poenas eorum bona asportantibus imponit. Vnde illam vide, dum multa continet circa fraudis coniecturas, probationes, & foriudicationis abbreviationem.

Septimo, licet, stante Gregoriana, gaudent Ecclesiastica immunitate, qua fortè, antè illam non gaudebant, ut videre est ex relatis à Gizzio loc. cit. tamè corum bona, si reperiantur in loco immuni, extrahenda esse ordine Iudicis Ecclesiastici, cum immunitas concedenda non sit bonis in præiudicium creditoris, dum personis tantum à Gregoriana conceditur. Quare apud Diagnam resolut. 17. in fine tract. par. 6: del bene de immunit. Eccles. par. 2. cap. 16. dubi. 11. sect. 6. in fine, legimus, sacram congregationem pluriès decreuisse, non solum huiusmodi decoctores non diu tolerandos in Ecclesia, sed eorum bona illuc ducta consignanda Iudici seculari, pro ut etiam talia decreta referuntur à Gizzio loc. cit. num. 20.

¶ Octauo, poenas impositas mercatoribus decoctis non habere locum, ni decoctio fuerit fraudulentè facta, vt DD. omnes conueniunt, & aduertit Gizzius ead. obseruat. in qua multa tuit contra huiusmodi mercatores num. 25. quod expreſſe voluit prefata Pragm. Ibi. Comandamo, che tutti quelli mercanti, & negotianti, che fraudulentemente falliscono in danno delle persone, che con essi hanno negoziato. Quare circa talen fraudem hec subdit, e circa la qualità della fraude, che due concorrere, come ordinariamente corre in tali fallimenti, bafi, che se prout per conceſſure, e per veriſimili argumenti, che muovano l' animo de giudicati a così crederli, con la presuntione, che milita contro di tali falliti, sempre, che evidentemente dà indubitate cauſe non così il contrario.

Hucque reuocanda sunt, quæ post innumeros DD. quos consulè desero, scripsit Consil. Roccus in titulo de decoctione mercatorum omnino videndus, dum omnia habes de huiusmodi decoctoribus; sed ad casum

¶ nostrum nos. 2. per totum, ubi triplex datur decoctio, prima procedens ex fortunæ iniuria, que digna est miseratione, secunda, ob vitium debitoris, que miseratione indigna redditur, tertia participans veramque natu-

ram, quæ itidem nullam mereatur miserationem. Ego adderem quartam, scilicet procedentem ex prodigalitate decoctoris, quæ mereretur quidem miserationem. Nihilominus tamè non omnibus his modis dicenda est decoctio fraudulentè facta; nam,

¶ nec fortuna, nec prodigalitas, siue viuendi luxus inducit fraudem; illa igitur decoctio fraudulentè facta dicenda est, quæ fit à mercatoribus, plena crumena ut, ad Ecclesiastica confugientes, creditores decipient, eosque compositione inuite facta illudant. Hancque fraudem requirit nostra Pragm. Quoniam verò, qui fraudibus vteatur, fraudes celeare non ignorat, eorumque probatio vim accipit ab animo Iudicantium, sic ead em.

¶ 13 Pragm. disponente, idcirco summus rerum omnium Vindex rogandus, ut boni sint iudices, dum ab eorum iudicio fraudem probatio dependet. Hic autem pro coronide, quæri potest, an Pragmatica prefata in Regno sit in viridi obseruantia. Fateor, eam non esse reuocatam, nec ob non usum ab aquila recessisse; video tamè quotidie, multos insurgere decoctores in nostro Regno; neminem verò poena mortis punitum, sed eos ad Ecclesiastica confugientes, bona, vitamq; reddere inmunia. Credam ego, tam bene

¶ 14 ab eis fraudes occultari, ut locum sibi non vindicet Regia Sanctio, nec Iudicantium animi ad eos tali poena plectendos flectatur; præterquam quod, etsi fraus innotescat, creditores ipsi eorum debitorem tutum in Ecclesia respicientes, concordiam potius clament, quam necem, omniaque, pecunia imperante, componantur. Utinam Summus Pontifex huiusmodi decoctores immunitate Ecclesiastica spoliaret; sed non inde tutus essem illos inficiendi punitos, quandoquidem tam benè crimina celarent, tam callide in decoctione se gererent, tam aptè denique remedia præstarent, ut, quacunq; lege posthabita, eos respiceremus impunitos. Adeò verum Proclama illud. Pecunia obediens omnia.

S V M M A R I V M .

1 Arma prohibita ferentes, nō puniuntur à M. C. ni cù illis reperti fuerint, vel deliquerint.

2 Arma prohibita ferentes puniuntur pœna asportationis, licet non capiantur cum illis, sed conuicti fuerint de insultu.

3 Arma asportans & delinquens, puniuntur unicæ pœna, & maiori.

4 Pœna utraque exigitur, si dua concurrente diuersis personis applicande.

5 Arma asportans tempore non prohibito, si cum ipsis delinquat, & delictum pœnam minorem mereatur, quam mereatur asportatio

- tempore prohibito , plectitur pena delicti .
3. Arma prohibita an ferri possint , si pulsata sit campana ad arma .
7. Arma prohibita à satellite propè ipsum relens , & inimicum vulnerans , an puniendus sit pena criminis .
8. Arma prohibita ex proposito ferenda sunt , ut puniri possit reus .
9. Coniunctus de delicto patrato cum armis punitur pena asportationis ; si sit maior pena delicti , quamvis cum illis repertus non fuerit , quod iure probatur .
10. Arma non considerantur per se quo ad penam imponendam , sed in ordine ad delictum .
11. Insultus quomodo puniatur .
12. Scriptores nequeunt adulando veritatem opinionum celare , prout agunt nonnulli nostri temporibus , quos sic agentes grauitè errare , ostenditur .
13. Delinquens cum armis prohibitis , si deinde cum illis repertus sit , duplci plectendum est pena .
14. Penis duabus concurrentibus , legali scilicet , & conventionali , exigenda est legalis tantum .
15. Relegationis rupta pena in Regno , præfice cautione de seruandis finibus , exigitur , etq[ue] pena duplicationis , illa verò fideiussionis non exigitur , etiamstantibus Pragm. 3. & 7. de Deleg.

DILVCIDATIO DECIS. XLIII.

Duo hinc habemus ; Primum , non puniri in M.C. asportantes arma prohibita , ni cum ijs apprehensi fuerint , vel deliquerint . Alterum , puniri asportantem arma prohibita pena armorum , si hæc fuerit maior , quamvis non apprehensum cum ijs , sed coniuctum de asportatione , dummodo insultum sequutum esse , probetur , quamvis absque vulnere . Ut à primo incipiām .

Quo ad apprehensionem , vt scilicet ea requiratur , præter eos , quos adducit Capyc. latr. decis. 78. num. 1. scripsierunt Laganar. ad Rouit. super Pragm. 4. de armis , vbi omnia habes , Gizzius ad d. Capyc. latr. Prat. ad Muscatell. tit. de cognit. seu prob. delict. Rubr. de probib. arm. asport. ad num. 8. & respons. crim. 9. à num. 49. alijque relati à Domino Petratom. 2. ad Rit. 6. 8. M.C.V. num. 9. quicquid videatur sentire Campanil. in 4. ind. Rubr. num. 20.

Quo ad delictum dabitarunt D.D. an delinquens cum armis prohibitis puniatur 3. duplci pena , asportationis videlicet , & delicti . Et omnes dixerunt , puniri unica pena , & attendi maiorem , nám , si pena delicti maior est , puniatur hac;li asportationis , eadem pena asportationis punitur , ut late Capyc.

latr. decis. & Lagan. loc. cit. qui varias adducunt limitationes videndas ; quicquid Rouit. dixerit in d. Pragm. de quo infra .

Hinc collige primò , licet , cùm duæ pœnas concurrant e quales , sive corporales , sive pecuniariae , una exigatur , ut fundat Laganar. & ad rem Rouit. decis. 64. attamen , si duæ pœnae concurrant pecuniariæ , quarum una applicetur fisco , altera verò parti , utramque solvendam , nec attendendum , quemam ex ijs sit maior , & an sint omnes e quales ; hac enim omnino attendenda sunt , cùm eidem personæ sit solutio pœnae , puta , fisco , quia , licet censeatur unicum delictum , respicit nihilominus interesse duorum , partis scilicet , & fisci , sive , disparitas est evidens .

Collige secundò , quandoque asportantē arma prohibita , & cum ijs delinquentem , puniri pœna minori , puta , si , pulsata campana ad arma pro perseguendis malefactoribus , aliquis adhibuerit arma prohibita , quo casu licitum est , ex Danza , de pugna Doctorum , cap. 8. num. 10. & seqq. eori. 2. sit de armat. per campan. relato à Scialoya in praxi foriudicatoria cap. 19. num. 5. hic vero occurrens casu inimicum , leviter illum vulneret , tunc punietur pœna delicti , non asportationis , quæ licita fuit , siveque euenire poterit , ut pœna delicti minor sit , adeoque non attendenda maior . Multa alia quo ad asportationem vide apud eundem Scialoyam ibidem , & Gizzium ad d. decis. Capyc. latr.

Collige tertio , si quis suum inimicum occurrrens , à satellite propè ipsum stante , arma prohibita unico actu collat , iisque inimicum vulneret , hunc puniendum pœna criminis , dum non potest dici , illum arma ex proposito asportasse , quod requiritur , tanquam unum requisitum , ad hoc , ut quis puniri possit armorum pœna . Hoc tamen intelligendum dixeris , circumscripta fraude , nám , si appensatè satellitem ibi morari fecit , aliter dicendum erit .

Quo ad secundum sciendum est , licet , atento iure Regni , non puniatur asportatio armorum , nisi quis cum illis apprehensus sit , vt , relictis cæteris , scripsit etiam Confid. Franc. Maria Pratus ad Muscatel. in d. cit. de cognit. seu probat. delicti rubr. de prohib. armorum asportat. ad num. 8. & respons. crim. 9. num. 49. & seqq. puniri tamen coniuctum de tali asportatione , si ea associata sit aliquo delicto leuiori ipsa asportatione ; unde insultu accidisse refert hinc Sanfelicius , & ratio est evidens ; nám duplex potest hoc casu interuenire difficultas , prima respectu delationis armorum , altera respectu delicti . Quare aduertendum , quamvis delatio non puniatur , nisi repertus fuerit asportans cum huiusmodi armis ; id tamen intelligi-

elligendum, non interueniente aliquo delicto; igitur, cum associata est aliquo delicto, ea punienda est ratione delicti commissi, ne hoc remaneat impunitum; nam tunc, ut optimè Bald. in *Laduversus C. de furtis*, ex errore
10 citatus in fid. Sanfelicio num. 7. arma non considerantur per se, nec delictum per se, sed utrumque coniunctim; adeòque delictum cum armis; quarè, si asportatio armorum punitur maiori pœna delicto commisso cum armis, illa punitur delinquens, non pœna delicti; & ratio rationis est, quia alioquin non consideraretur utrumque coniunctim, si pœna delicti tanquam minori plecteretur delinquens, contra doctrinam Baldi, prout consideratur, cum plectitur pœna maiori, cum pœna minor insit in maiori, non autem maior in minori.

11 Quo ad delictum insultus, de quo Sanfelicius collige, illum de iure communio, quamvis nullum sequutum sit vulnus, puniri pœna legis Iul. de vi publica, secus autem de iure Regni, ex constitutione *Iustitiarij noven. iuncta declaratione Glossa in constitutione*, si quis in posterum in verb. quas pœnas vers. credo tamèn, ut optime Rouit. in *Pragm. 2. de Abolit. num. 14.* nam tali iure simplex insultus non punitur pœna corporali, ni percusso sequita fuerit, sed alia pœna; adeòque alia pœna, licet corporali minor, efficit, ut insultus verè delictum sit, sive punitum maiori pœna, si maior sit pœna armorum prohibitorum asportationis.

Ex quibus omnibus collige, non esse indistinctè verum, quod ait Rouitus in d. *Pragm. 4. de armis*, videlicet in M.C.V. & in S.C. feruari utriusque pœna impositionem. scilicet asportationis armorum, & delicti, cum ex superiori dictis, & relatis DD. contrarium appareat. Quarè *Laganarius ibid. variorum casuum distinctione illū querit*, declarando, excusare, non audens impugnare, ductus à Gaito in tractatu de *Credito cap. 4. quæst. 7. num. 874.* volente, ut dicta Reg. Rouiti explicari debeant, non impugnari, nec controverti, cum potissimum eius doctrinam comprobatam, & laudatam semper fuisse, testetur *Præf. Fulvius Lanari* in addit. ad *repetit. Regent. Lanari* in cap. 1. de his, qui feendum dare poss. sub num. 131. quarè *Laganar.* concludit, & scimus, quia verum est testimonium eius.

12 Hic ergo (præscindendo à doctrina Rouiti, quæ optima est, quando explicatur, pro ut sic sententia Doctorum omnium bonarum esse possunt, non autem indistinctè, pro ut ibi proponitur) non possunt recentiorum Iurisperitorum nostri temporis adulaciones non fieri; nam scribant omnes, non inde tamèn omnes impugnantur, si quid contro-

ueri oporteat, sed ij tantum, quos Astrea nuptiali, vt sic loquar, veste non decorauit. Ceterum ij, qui eius lances, & gladium habent, summo decorantur honore, eorumque opiniones plus ponderis obtinent, quam leges ipsæ ab illis quandoque perperam explicatæ. Sic profectò edocemur, iustitiam posse, non à iudicibus tantum, sed à scriptoribus impunè conculcari. Quod quidem yitium apud Doctores aliorum sublimiorum scientiarum professores nullo prorsù modo reperimus, cum notum sit, *Diuum Thomam*, qui tam bene scripsit, vt vocem audiendi dignus fuerit, *benè de me scripsisti Thomam*, sèpius impugnari in multis, quas tenet, opinionibus, tam in Philosophia, quam Theologia, adeò, vt de eo dicant cæteri Theologi, Philosophique, *Sanctus est, veneremur eum, Doctor est, disputet nobiscum*, adeò veritas præfulget: cur autem id, in nostro precipue Regno, apud Iurisperitos receptū non sit, fateor me penitus ignorare; etenim (quod maximè aduertendum est) quemadmodum damna posunt inferre Iudices, iustitiam denegando, aduocati causas iniustas defendendo, ita etiam ea inferre valent scriptores, falsas colorando doctrinas, illorumq; Rhetoricis artibus admittendo, nō quia veræ sint, sed quia venerabili scriptæ calamo. Quod evidentè patet, cum possint, tam defensiones iniustarum causarum, quam decreta iudicium fundari in falsis illis scriptorum doctrinis, cursu temporis, veris existimatis. Sed ad tam graue facinus ij etiam concurrunt, qui potius vitâ deferrant, quam eoru dicta impugnari viderent; & tamèn, Seneca teste, *Marcer sine aduersario virtus*. Scriptores igitur laudemus, ob natalium fortunam, mores, virtutes, ingenij perspicaciam, subtilium rationum pondus (quod laudum genus optimum, religiosum, & laudabili v su receptum) veritatem verò ab his omnibus segregemus, eam nude examinantes, cum dedecus non sit, hominem discursu errare posse, ni stultissima hominum superbia eò peruerterit, vt ad instar Primæ Veritatis, falli non posse arbitrentur, cum aliás, posse fallere, quin imò fallere, nō erubescant. Hęc ergo, lector, nimis prolixè scripta patienter, re nata, feras, & ad *Laganarium*, ac *Rouitum* reuertarunt tandem.

13 Rouiti igitur dicta eo casu admittenda sunt, quo quis prius deliquit cum armis prohibitibus, deinde verò non ijsdem armis captus est; tunc enim, ut bene *Laganarius in 3. casu*, duplex pœna concurrit, vna pro asportatione armorum, quibus apprehensus est, altera pro delicto cum ijsdem prius patrato, non quia distincta sunt delicta, sed

quià facta sunt diversis temporibus; quare casibus huiusmodi, non solum delinquens duplice poena plecti poterit, sed multiplici, secundum delicta, que varijs temporibus patravit; secundum quas facti contingencias, verè loquutus non est Rousus ad d. Pragm. 4. num. 4.

34. Sed quid dicendum, si duas poenæ separatae concurrant, quarum altera legalis sit, conventionalis altera, puta, si quis relegatus sit, præstita cautione de seruandis finibus, annates non seruans teneatur ad poenam statutam contraria fines non seruantem, & poenam fideiussionis. Et in punto Anna allegat. 40. fundat, teneri ad poenam legalem, ob fines non seruatos tantum, sive decisum in M.C. & in S.C. in causa Iulij Carafæ die 20. Nouembris 1563. de qua decisione valde quidem, & rationabiliter miratur Laganus ad Rouitum in d. Pragm. 4. de armis, eo quod, cum die 24. Septembris 1563. adeoque paucis mensibus ante huiusmodi decisionem, emanarit Pragm. 3. de Relegati. quæ deinde fuit confirmata per aliam Pragm. 7. die 29. Aprilis 1581. qua statutum fuit, ut deberetur vtraque poena, duplicationis scilicet relegationis, & cautionis præstite, contrarium tamè fuerit decisum, nulla facta mentione d. Pragmatica. Quod tribuit poenis iam debitiss multo antea Pragmatica promulgationem, & casui pietatis, cum Iulius Carafa fines non seruauerit, ut videret matrem morti proximam, ab eaque benedictionem recipere.

Quoniam vero d. Pragm. loquitur contra quelli esulati relegati, e da esularsi, e da relegarsi, videtur comprehensus in illa casu Iulij Carafæ, adeoque restat ultimum tantum motiuum, pro quo saltē debebat enunciari dispositio d. Pragmatica. Igitur ego sentio, etiam statibus huiusmodi Pragmaticis, semper exigendam poenam legalem, nostris temporibus, contra Laganarium; moueor, quià, cum certum sit, ut diximus, unam exigendam poenam, & eam quidem, quæ maior est, sive legalem, quæ est poena deportationis, maior quacunque poena pecuniaria, ut ex l. in seruorum ff. de penis probat com multis DD. Anna d: alleg. nom. 14. & 15. quotiescumque non habemus aliam dispositionem contrariam, semper una exigenda est poena.

15. Reliquum est igitur, ut videamus, an d. Pragmatica contrarium disponant. Et tertia non disponit, ut exigatur poena fideiussionis, sed præter huiusmodi poenam, quæ enunciatiæ stat, non dispositiæ in d. Pragm. disponit tantum, ut damnetur non seruans fines ad poenam duplicationis. Ibi e quelli, che baneranno data pleggiaria sufficiere

romperanno, e non offerueranno la loro relegatione, olerè la pena, obe d. effo, d. dalli pleggi s'eligerà irremisibilmente, si condanni alla duplicatione della relegatione, conforme è giustitia. Ex quibus verbis duo colligimus. Primum, diuerso modo sermonem esse de poena conventionali, & legali, cum haec dispositiæ ponatur, illa enunciatiæ. Secondò, per illa verba, conforme è giustitia, reduci penas has ad ius, & iustitiam, adeoque, cum optimè fundetur, non debere delinquentem duplcam subire poenam, ex Anna d. alleg.stante hac Regia sanctione, non poterit à delinquentee duplex poena exigiri, sed tantum legalis, tanquam maior conventionali, ex superius dictis.

Ceterum in Pragm. 7. idem habemus, quod in tertia, immo aliiquid minus, dum sublatum est verbum illud, irremisibilmente, sive que cautio exigetur tantum, cum relegatus fines non seruans non posset duplicationis poena puniri, quià à Regno aufugeret; tunc enim locus esset poena conventionali, quæ exigeretur ob defectum legalis. Haec ego sentio; si quæ occurrant in contrarium, sum; vel ad respondendum paratus, vel ad sententiam hanc corrugendam, si conuictus videar, cum iam videam, non defuisse, qui fundati in ijs verbis, olerè la pena &c. aliter sentire possint, sed, si ea perpendant, forte mecum sentient; interim ea non examino; aliū expeditans, qui ea mihi denuò ad trutinam reducendi occasionem præsteret.

S V M M A R I V M .

1. Eximens reum à manibus familia punitur iudicis arbitrio.
2. Eximens reum à manibus familia magno intervente contempnu, punitur pena mortis.
3. Eximens reum à manibus familia ab sive violentia, sed maximo curia contempnu, punitur pena mortis.
4. Contemptus Curia non mensurandus est à grauitate, vel lenitate criminis illius, qui à manibus familia eximitur.
5. Affinitas, vel consanguinitas eximendis reum à familia manibus an minuat crimen.
6. Eximens reum à manibus familia, à quo derubatur in Carecerem propoer as alienorum contrahit, non ideo minus punietur, quid carceratio non erat ex causa criminali.
7. Eximentium reos à manibus satellitum excusaciones, quales sint, & quomodo confundendum.
8. Satellitum natura qualis sit.
9. Probatio, quando facienda à sacerdotibus, quando autem ab eximentibus carceratum. Et quid in dubio.
10. Eximente carceratum à manibus familia an patia-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

109

- ¶ 1 patiatur interesse Fisci & partis, praeviso Curia contemptu, & quid, si reducatur ad carceres, late discurritur.
- ¶ 2 Innocentia confita, reus restituendus est aduersus sententiam, Principe consulto.
- ¶ 3 Iudex, an, & quando possit suam sententiam declarare, & emendare.
- ¶ 4 Innocentia Rei non est deducenda ex confessione socij, & quarè.
- ¶ 5 Socij dictum non facit plenam fidem contrari socium.
- ¶ 6 Socio exculpanti confocium an, & quando praestanda fides sit.
- ¶ 7 Confessario an fides adhibenda sit circa Rei innocentiam.
- ¶ 8 Innocentie reuelatio quandoque sigillum confessionis aperit.
- ¶ 9 Innocentia an denegetur ex laquei fractura in exequitione sententia, late discurritur.
- ¶ 10 Laquei fractura in exequitione sententie, aliud simile, potest evenire, vel carnificis imperitia, vel arte diabolica, vel Diuina miseratione, & quomodo cognoscatur.

DILVCIDATIO DECIS. XLIV.

- ¶ 1 In hac decisione duo reperimus. Primum est, eximentes Reum à manibus familij puniri arbitrio iudicis. Alterum, Reum repertum post sententiā innocentem, absoluendum, consulto Principe. Quo ad primum, regula hæc certa est, & rationi valde consona, pro qua duo videntur concurrere, contemptus Curia, & interesse partis, & Fisci.
- ¶ 2 Quo ad Curia contemptum, ut regulam praxi explanemus, tam magnus poterit esse Curia contemptus, ut eximens penam mortis mereatur, quamvis nullum contrà reum Fisci interesse concurrat, puta, si maxima inobedientia violentia. Quarè tempestatibus Duciis de Alcalâ refert Caranita ritu 160. num. 2. in fine, fuisse suspensos quatuor eximentes à manibus familie nobilium, quandam de fedili Capuano, qui pro debito Civili ad Carceres ducebatur. Nec potest dici, id euensis motu proprio Protagis, non autem fuisse lute factum, ut videat nonnulli, prout videre est apud Scialoya in praxi foriudicat. cap. 20. num. 5. in fine; nem̄ non attendere debemus correcionem criminis, sed modū, quo patrari hoc possit, dum contemptus Curia penę taxationem non admittit, que alijs infligi debet secundum contemptus gravitatem. Exemplum vero à Caranita relatum alio modo refert Capyc. lat. decif. 76. ubi multa, inquiens, casu illum euensis tempore D. Petri de Toleto, à qua opiniōne non discedit Doma Altim.

ad conf. 6. Roniti num. 37. tom. 3. ex Vllas, &
Summons: utramque verò refert etiam Dom.
D. Carolus Petra ad Ritum M.C.V. 160. nu-
mer. 27. tom. I.

- ¶ 3 Potest quoque Curia contemptus esse maximus absque violentia, sed modo, qui ipsius vilipendium inducat; vnde sic eximentes penam mortis etiam puniuntur, ut obseruatum refert Clar. quæst. 68. vers. eximens autem, in fine.

Sic etiam videmus hac in decisione, eximenterum reum non condemnatum, nec confessum, pro capitali crimine intus Civitatem, vulnerando scribam fiscalem, fuisse ultimo supplicio punitum, cum alijs secundum communem regulam sic puniendus non fuisse.

Insuper Farinac. de carcereb. & Carter. qu. 32. nro. 6. refert, se initio Pontificatus Sixti V. vidisse quendam auferentem à manibus familie assellum captum in ciuili exequitione, laqueo suspensum: durum profectò dices iudicium: non ita tamè, si contemptum ponas ob oculos, qui adeò vehemens esse potuit, ut compulerit iudicem ad illum penam ordinaria puniendum.

- ¶ 4 Vnde contemptus non regulandus est à crimine; hoc enim regulariter, quanto maius est, tanto minor solet esse contemptus. Dixi, regulariter; quandoquidem excusatione dignus est, qui vim aliquam familie infert pro tuenda alterius vita; secùs verò, si id agatur pro tuendis alterius bonis.

Hinc Guazzin. defens. 5. cap. 5. post num. 5. & 20. Farinac. præf. crim. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 30. nam. 118. Foll. præf. crimis. Rub. pénis deb. fer. num. 108. Catalan. de indul. cap. 40. nn. 63. Concial. refol. I. & 2. verb. uxori. Scialoya in praxi forind. cap. 20. num. 2. Dom. Altim. ad d. conf. 5. Roniti. som. 3. num. 27. aliqui apud citatos, scripsere probabilius ceteris contrarium tenentibus, consanguinitatem, affinitatemque excusare eximentes reum à manibus curia. Sic pariter apud Concidium legimus in alleg. 92. decisum anno 165. eximenterem fei plenum à manibus familie fuisse ab illo Judice absolutam, non obstante Ballo Sixti V. 6. in ordine imponente penam mortis, & confiscationem bonorum, quam locum non sibi vindicare in existente seipsum, per totam illam allegationem fundauit, signans, inter ceteras, rationem eam num. 5. quia id à natura impellente factum dici posset; vnde se eximens dicitur facere actum minus illicitum.

Igitur, cum Curia contemptus non tam vehemens est, minor solet esse pena; semper enim contemptus consideratur, licet modo maior, modo minor; sic legimus apud Vitoen. de Francb. doc. 44. eximenterem è manibus

nibus familiis carceratum pro debito civili, fuisse damnatum ad regias tritemes per biennium, & ad interesse partis. Sic legimus apud *Vinius* *decis.* 92. eximentem carceratum pro causa civili, fuisse poena exilio per biennum punitum. Sic apud *Guid. Pap.* *decis.* 579. eximentem carceratum etiam pro delicto civili fuisse damnatum poena pecuniaria, & ad interesse partis.

6 Vnde, ut videtis, non est facienda distinctione inter eximentem carceratum pro causa civili, & eximentem pro causa criminali; de qua re *Reg. de Marin. ad Reuert.* *decis.* 383. cum quandoque reperiamus, eximentem carceratum pro causa civili fuisse ultimo supplicio punitum, tantus potuit esse Curia contemptus.

7 Quoniam verò tentant plerique eximenteres contemptum curia varijs effugere pretextibus, idcirco de his brevissime discurrendum. Alij igitur, quorū interest, nō posse ipsoſ puniri putant, eo quod Iudex, qui carcerationem ordinat, erat incompetens. Alij, quia exemptus nequibat satellitum iniurijs, verberibus, ceterisque id genus concubinelijs resistere. Alij, quia ad exempti, siue ad ipsorum eximentium instantiam mandatum de carcerando non exhibebant. Alij, quia exemptus innocens erat; quare in promptu innocentiam ostendunt. Alij, quia satellites non demonstrabant, esse ipsoſ de Curia corpore. Alij, quia carceratus, iudeque eximenteres credebant carcerati hostes, qui se satellites iactabant. Alij, quia indecens putabant, & indecorum, ut eorum socius à tali hominum genere duceretur. Alij denique, quia, pretio recepto, satellites curarunt, ut carceratus fugeret, quem postea ab ipsis dicebant exemptum. Hos ego præcipuos posui casus, ad quos ceteri similes, si qui sunt, reduci poterunt, iisque ad instar propositorum resoluendi.

Non defuerunt ergo, qui in pluribus existitis casibus, posse licetè carceratum eximi, scripserint, inter quos *Affl. in constit. Regni, Pacis cultum* num. 56. & seqq. *Marant. disput. iur. dis. 1. num. 27. Boer. decis. 170. num. 2. vers. quia habens mandatum de capiendo. Guid. Pap. super statuto Delf. incip. si quis per literas §. 1. num. 15. Clari in §. fn. quæst. 29. in fine. Hippol. de maſ. prat. crim. §. attigam. num. 49. *Vini. decis. 92. nu. 6. Gram. conf. in. 51. Seraph. de privilegi. iur. privileg. 132. num. 27. Marant. disput. numer. 22. & in singular. & iur. notab. lit. C. ver. b. carceratus pag. 10. col. 2. Cabal. cent. 1. casu 42. Farinac. qu. crim. lib. 1. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 30. num. 130. Federic. de sen. conf. 15. 1. Cal. conf. 118. col. 2. Ba. bat. conf. 83. lib. 4. Fontanell. de paſt. nupt. claus. 4. gloss. 10. par. 2. num. 96. Vermigl. conf. crim. 87. num. 5.**

Farinac. conf. 100. Vrsell. conclus. iur. conclus. 169. num. 25. Spad. conf. 2. pnum. 11. lib. 1. Ricc. decis. 300. part. 3. Scialoya in praxi foriud. cap. 20. num. 7. Gratian. dis. c. p. forens. cap. 801. num. 26. Ann. conf. 7. num. 11. T besaur. decis. 97. Reg. de Marin. resol. iur. cap. 115. ubi Dom. Rodoer. C. b. c. i. alleg. 92. Dom. Altimar. ad conf. §. Rouit. tom. 3. alijque apud citatos, apud quos casus superius exposti videndi sunt.

Nos tamē aliam debemus regulam statuere, ut cautela detur eximentibus, & curia cōtemptus effugiat, cum, ut ex quā plurimis relatis Doctoribus videre est, omnes consentiant, ad euitandum contemptū, & scandalum, non licere huiusmodi exemptionem, quamvis alijs iusta videretur. Ignitur, ut secundū ordinem propositum ad superiores casus respondeamus. Qui aiunt, iudicem, à quo fuit ordinata carceratio, esse incompetentem, poterunt ordini parere, & incompetentiam deinde allegare. Qui, se non potuisse satellitum iniurijs resistere, quoniā genus hoc hominum adeò pessimum est, ut *Diuis Ignatius martyr* ad Romanos scribens hæc dixerit. *Nocte, dieque ligatus cum decem Leopardis, hoc est militibus, qui me custodiunt, quibus & cum beneficeris peiores fiunt, poterunt, comparitione, Iudicis euadere contemptum, cum ad poenam exemptionis euitandam optimum sit remedium comparitione exempti post exemptionem, ex l. penult. 6. docere ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi eximere. ut dixere Reg. de Marin. q. cap. 115. num. 8. alijque communiter. Qui culpam tribuunt mandato de carcerando non exhibito, eadem comparitione consulent poenam. Qui innixi sunt innocentia exempti, eiusdem comparitione innocentiam ostendent, cum fatuus alijs dicteretur, qui vellet pati, se in carceres includi, cum innocens non esset, ut ex Roland. conf. 63. num. 9. lib. 3. *Mascard. de probat. concl. 904. num. 22. lib. 2. Farinac. de iudic. & tortur. alijque in puncto concludit Concial. d. alleg. 92. num. 42. Qui allegant, satellites non esse de corpore, curia contemptum non ostendunt, exempti comparitione. Qui satellites credebant hostes, exempti exhibitione iustam reddent excusationem. Qui dedecori tribuebant socium tradere satellibus, contemptum Curia profecto demonstrarunt, ac proinde neque exhibitione exempti poenam arbitriam effugient, dum Iudex neminem dedecore dicitur afficere, nec consequenter dedecori tribuenda poena carceris, sed potius culpe, propter quam huiusmodi poena infligitur. Qui tandem pretio satellibus ab exempto tributo fugam tribuunt, indigent probationibus, quibus etiā indigent satellites ipsi afferentes, exemptum fuisse**

In Decisiones Rég. Sanfelicij.

111

fuisse carceratum, cum ceterum ex ijs, quos aliás diximus, satellitum dictis, tanquam vilium hominum, standum non sit, proct etiam in punto aduertunt omnes ij, quos referunt Concio. d. alleg. 93. num. 14. Dom. Altimar. ad d. cons. Roniti num. 13 de Marin. dict. cap. 115. num. 5. & 6. & Dom. Rodoer. ibi numer. 19. siquè satellites exemptionem non probauerint, neque ex informatione ea considererit, utique non presumetur, non solum, quia malum in dubio non presumitur, sed etiam, quia fuga, & exemptio, tanquam facta in via publica, vel loco, in quo alij aderant, potest constare; vnde, ea non constituta, presumptio est contrà satellites citius, quam contrà eos, à quibus, exemptum esse carceratum, satellites ipsi allegarent.

Quarè, vt ad propositum revertamur, ex reponsis adductis iatis, superque apparet, contemptum effugi triplici modo, scilicet, comparitione, obedientia, & probatione, cum in contrarium vrget presumptio. Quibus modis quæcunque poena effugitur ceterum semper exientes arbitrariz se subiicerent poenæ, quæ ex dictis poterit esse etiam ultimi supplicij, habito respectu ad contemptum curie. Cetera, ne longiores simus, videnda sunt apud ceteros Doctores.

Quo ad secundum de interesse Fisci, & partis, respectu carcerati, distinguendum est; aut enim carceratus extitit aliquis ex debito ciuili; & tunc, quia nullum interesse Fisci concurredit respectu carcerati, eximens nulla poena punitur (præciso contemptu, ut diximus) sed tantum condemnari debet ad interest partis, à quo, aduerte, liberari eximentem, dummodo iterum hic ad carceres reducat debitorem eodem in statu manentem, vt benè obseruat conter nonnullos Reg. de Marin. in d. 3. obseruat circa finem: & tali modo forte conciliandi sunt DD. quos citant ipse, & Scialoya in d. cap. 20. num. 6. Aut verò aliquis carceratus est ex causa criminali; & tunc, cum adsit (præciso contemptu) interesse fisci quo ad carceratum, distinguendum est; nam, vel carceratus erat convictus, vel condemnatus poena ordinaria, & eximens poena mortis punietur: vel secùs, & tunc puniendus erit poena extraordinaria, & arbitriarizatè oculatè cum communiori distinguunt Scialoya d. cap. 20. in principio. Et licet Reg. de Marin. in d. obseruat. velit, circa secundum hoc caput distinctionis, ut eximens puniatur eadem poena, qua puniendus eset carceratus, si in carceribus reperiatur, id tamè intelligendum est in terminis, in quibus tunc carceratus reperiatur, scilicet, cum ille non reperiatur neque confessus, neque

convictus, neque ordinaria damnatus poena, eximentem non esse puniendum poena ordinaria; sed extraordinaria, quantum tempè potuit esse presentaneum Fisci interesse.

Sed quæres, quid, si exemptus denudò in carcerem reincidat, & eximens hac causa carceratus, vel non dum damnatus sit poena ordinaria, vel damnatus poena pecuniaria pro interesse Fisci respectu exempti?

Respondeo breuitè, præciso contemptu, qui semper attenditur, quo ad aliud interesse, si eximens non dum fuit damnatus, esse absoluendum, quia iam Fiscus potest punire pro delicto exemptum, quem denudò carcere denudatum habet; quod si eximens fuit poena pecuniaria punitus, dabitur illi actio contrà exemptum ad pretium reddendum. Dixi, contra exemptum, non contrà fisca, qui iam satisfactus est; nec poterit ab eo pecuniaria liceitè acquista auocari. Quintū dico, si exemptus esset poena pecuniaria plebendus, & post quam ad carcerem venit, non reperiatur tam locuples, eximenter pecuniaria poena plebi, tandemque actionem dari contrà exemptum; & ratio est, quia, si ex dictis suprà ex Reg. de Marin. sic consulitur priuato, eodem modo consulendum est fisco, qui nequit esse deterioris conditionis. Quid autem probandum sic in trimine exemptionis, vide apud de Marin. resol. iurib. 1. cap. 115.

11 Quo ad alterum, certum est, ut sit hic Sanfelicius, constituta innocentia, reunitum sententium esse aduersus sententiam ex l. 1. 5. si quis vltro ff. de questione. Idque intelligendum, consulto Principe, ex d. l. 1. 5. sed Praeses, ibi. Principi eum scribere oportet, si quando ei, qui nocens videbatur, postea ratio innocentiae constiterit. Quod latè cum multis probat Scialoya, in praxi fortitudit. cap. 14. num. 23.

12 Estque ratio, quia Iudex non potest suam sententiam definitiūam revocare, ex l. Index, l. acta ff. de re iudicata, alijsque. Et in punto, ceteris omissis, de Franch. decif. 398. num. 3. in fine, & 4: vers. comparatis, ubi ait, non licere iudici corrigere primi decretu post ius parti questum, referens in fine decisionis factum cuiusdam iudicis, de quo mentionem facit, citans Vinc. de Franch. Staibani. I. p. cent. 2. resol. 176. n. 110. & seqq. eiusque dicta exornat Dom. de Laca ibi.

Verùm aduerte, hoc limitari tribus modis ab eodem Staibani additis ad d. resol. & propriè ad num. 110. Primus est, ut regula illa non procedat in sententia interloquitoria, sed tantum in definitiua, citoam Intriglio. singul. 160. num. 6. & Castili. decif. Sicili. 5. 2. n. 3. 4. & 5. Secundus, ut secundum eundem

Cat.

112. Io. Baptistæ Mucci Lib. I.

Castill. num. 6. possit statim Index, interpretando, suam declarare sententiam. Tertius, ut possit, licet non variare, tamèn expone verbum ambiguum, quæ omnia concludit, fuisse practicata in aula, in qua tunc ipse residet, in causa vertente inter Annam Todaram cum hæredibus quondam Consiliarij Agnelli Portij ad relationem Domini Consiliarij D. Ioannis de Dura.

13 Hæc autem innocentia non deducenda est ex confessione socij, duabus præcipue rationibus. Prima est, quià, cum dictum socij 14 contra locum non faciat plenam fidem ad illum condemnandum, ex l. fin. C. de accusat. cap. veniens, ubi Glos. extræ de testibus, sed tantum indicium ad torturam, vt videre est apud Iulium Clar. 5. fin. quæ s. 21. vers. sed pone Caball. resol. criminal. casu 185. num. 1. & 2. Rouit. in Pragm. 1. num. 10. de persq. malefact. aliosque passim, de qua re nos alibi, neque faciet plenam fidem ad illum absoluendum, cum in socio plus ratio affectionis, quam odij consideranda sit. Secunda, quià non est aperienda via fraudibus, quæ in casu proposito aperiretur, dum socius rogari poterit, vt confocium diceret innocentem, & ponam ultimi fortè supplicij subiens, releuaret alterum. Hacque ratione, vt videmus, Sanfelicius dixit, præter socij confessionem, compertam aliundè fuisse innocentiam condemnati, vt videmus, non soli socij confessioni adhærendum ad damnati innocentiam detegandam.

15 Aliter tamèn dicendum esset, cum socius antea consocium inculpatet; tunc enim illi ad mortem damnato, sic exculpanti fides præstaretur, vt volvere Maur. alleg. 83. nu. 5: Gramm. cons. 21. nu. 27. ver. 3. num. 15. & voto 11. num. 18. & decis. 56. num. 10. & Campagna in cap. Frequens a num. 79. usque ad 82. quos refert, & sequitur Reg. de Marin. ad Reuerterij decis. 44. numer. 1. hancque exculpationem recipi, ait, à sacerdotibus congregationis, de quibus infra. Disparitas autem inter primum, & secundum casum est, quià, quando socius nullo modo, neque tormentis, neque sponte faciūt inculpauit, deinde illum innocentem confitetur, habetur tanquam testis; & quamnam fidem faciat depositio socij pro alio socio, neminem laterat. Et verò, quando illum inculpauit, in exculpatione non habetur, tanquam testis, sed tanquam integer Catholicus, ac optimus conscientia sua director, qui, ne animam perdat, aeternarum poenarum menor, reuocat, quod falsò deposuerat. Sicque decisum reperimus apud Reuerter, dicta decis. 44. quæ Reg. de Marin. ibi scripta, esse semper à Iudicibus ob oculos ponendam.

16 Hic autem opportune, sed breuissime vi-

dendum supereft, an Rei innocentia detegi possit à confessario, adeoque, an confessario dicenti, reum damnatum innocentem esse, illi fides præstanda sit. Fateor quidem, vt quid in facto acciderit, aperiam, me de hac reolim verba fecisse cum Domino Antonio de Francbris, viro religiosissimo, adscripto sodalicio fratrum curam habetum de damnatis ad ultimum supplicium, vulgo dictorum, della confraternità dellli Bianchi, quem iam vita functum, suademur, frui nunc Diuina visione, ex eximia in id genus hominum charitate, exemplarique, quam ducebat vita, nulla affectata hypocrisi, sed hilari semper vultu, grato semper sermone cum omnibus idem, à sceleribus fraterno correptis amore benignè receptus, dilectus à probis, cunctorum consulens zruminis, nemini unquam opem denegans, ostendebat profectò, vitæ hilaritatem signum verè esse sanctitatis. hancque, non lacrymis ostendi, nec mestitia, sed operibus. Hæcque pauca dicta sine deo, viro tam eximio, de amico tam digno, quem si lacrymis afficiaui moriente, liceat frumentum nunc, si rudi, amico tamèn calamo, demonstrare citius, quam commendare, dum de illo, vel nunquam satis, vel semper parum. Tantus ergo vir respondit, se multis huiusmodi condemnatis morituris astitisse, multosque inuenisse innocentes, qui tormentis vexati confessi fuere, quæ non patrarentur.

17 Puto igitur, sepiùs eueniare, vt innocentes absque iudicium culpa daminentur, non tamèn confessarij fidem sufficientem esse, dicam, ad illos absoluendos; vnde hoc casu præstanda fides esset confessario, non autem dictis à pœnitente, qui, vt à crimine absolvetur, parum curaret sacrilegio animam coinquinare.

Et certè suadeor, si per impossibile viæ hæc aperiretur, omnes delinquentes, quamvis facinorosos, comparere innocentes, præterquam quod eueniare etiam sepiùs posset, 18 vt confessarius sigillum confessionis frangret, fortè ex circumstantijs, quæ aliorum criminis patefacerent. Quod, quam periculum sit, consule Layn. c. 14. num. 21. aliosque de sigillo Confessionis tractantes, videlicet, Iann. Medin. quæst. 45. Nau. c. 8. Vinal. de sigillo D. Thom. supplem. quæst. 11. 50 1. d. 18. quæst. 4. ver. 5. Suar. disp. 33. tom. 4. V. asq. 4. Reg. lib. 3. ceterosque apud citatos.

19 Quonià autem quandoque, non modo vulgus, sed docti viri, teste Iulio Clare in l. 5. fin. quæst. 98. ver. ultimò quare: putant innocentiam Rei detegi, cum in sententia exequitione, vel laqueus frangitur, vel securis inobediens redditur ad caput cedendum, aliudque simile euenit; pro vt etiam varia ibi excepta.

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

113

exempla tradit *Clar.* inquiens, fuisse quendam, habita gratia à Principe, tandem dimissum, id circò, cùm id eueniret, cautè esset agendum, dum triplici via casus secundum illos accidere posset. Prima fortuitò, scilicet instrumentorum, vel carnificum defecū. Secunda, diabolica arte. Tertia, diuina miseratione. Prima non detegit innocentiam, sed carnificum imperitiam. Secunda, non modò innocentiam non detegit, sed reum nocentem, & iniquum propalat. Tertia veram aperit innocentiam. Nec multum laborandum in istis casibus distinguendis; siquidem, si Diuina id eueniret misericordia, Deus ipse, qui reum miraculo declarauit innocentem, eundem à supplicio illo redderet immunem, intrinsecus docendo Iudices, quid illis esset agendum. Ceterum, si fortuitò eueniret, carnificum imperitia non apta esset iustitiae effectus impeditare, sceleraque deferere impunita: Quod idem dicendum de euentibus arte diabolica, quos in foro frequentes legimus apud *Marin del Rio disquisi. Magicar. lib. 5. sect. 8.* Alia de reorum damatorum innocentia vide apud *Clarum loco cit.*

S V M M A R I V M .

- 1 Actuarius recipiens pecuniam à litigatore, ut partem iudici daret, puniendus est.
- 2 Iudices famam perdunt ob nimiam adherentiam familiaritatem, & quomodo.
- 3 Pecuniam recipiens à litigantibus, ut eam iudici daret, punitur pena arbitraria.
- 4 Pena fustigationis data est de iure communi promittentibus futurum litis eventum propitium, pecunia recepta à litigantibus, ut eam iudici darent.
- 5 Pena fustigationis imposta recipienti pecuniam à litigantibus, ut eam iudici daret, dimini potest, attentis omnibus circumstantijs.
- 6 Pena iniuriarum est arbitraria.
- 7 Iudices quorundam amicitiam debeant esse fugere.
- 8 Meretrix quedam revelans votum affessoris potuit penam combustionis subire.
- 9 Regij quidam Consiliarij fuerunt dignitate spoliati, & quare.
- 10 Pena, qua iudicem corrupti imponitur de iure communi, an sit eadem, qua imponitur Iudici corrupto.
- 11 Pena corruptentis Iudicem est diversa à pena recipientis pecuniam à litigantibus sub promissione dandi eam Iudici, ut suam praefet arbitrium.
- 12 Pena fustigationis non necessariò imponenda est recipientibus pecuniam à litigantibus, ut eam iudici dent.
- 13 Actuarij qua recipere possint.

DILVICIDATIO DECIS. XLV.

Hec decisio nimis odiosa redditur, eo quod materiam continet occultandam, ideoque paucissimis nos illam experdiamus. Habemus ergo, puniendum actuarium, vel scribam pecuniam recipientem à litigatore, & afferentem, dimidiā sibi remanere, dimidiā verò iudici, promittendo propitium negotiū euentum. O quot Iudicum fama denigratur ab eorum familiaribus, qui ijs, nulla alia certe ratione, facta illa prestant obsequia, ni, vt litigatoribus intrinseci, domesticique illorum videantur negotiatorē. Hi prompti sunt ad propitium promittendum euentum, quem fortunę committunt; si que malus, aduersusque eueniat, non erubescunt, se fingi deceptos, cum verè fuerint decipientes: si autem propitius erit, eorum industria tribuunt iustitiam, inscijs Iudicibus, venalem expositam. Sic fur vocabitur Iudex, integer verò eius familiaris: Nil ergo mirum, si huiusmodi familiares horas impendant integras, tempusque terant in obsequijs, ceterisque veris adulatio- nis affectatæ expressionibus, quas ceteri student effugere. Ast ne hoc dixeris actuario- rum tantum vitium, sed aliorum altioris or- dinis professorum. Iudices ergo oculos, au- resque aperiant, si forte in terrarum orbe, & in floridissimo hoc Regno nostro id ge- nus hominum reperire est, quod certe non credam.

3 Ut autem ad pœnam huiusmodi actua- rijs infligendam deueniamus, certum est, eam esse arbitrariam; nam, cum in l. qui ex- plicandi C. de accusatione, & inscriptione, quam citat Sanfelic. non explicetur pœna, licet in l. apud labeonem §. idem ait eum, qui euentum ff. de iniurijs h̄c habeamus. Eum, qui euen- tum sententia, vel latus pecunia vendiderit, fustibus à Preside ob hoc castigatum iniuriarum 4 damnatum videri; utrique autem apparet, hunc iniuriam ei fecisse, cuius sententiam vendicauit: quare optimè Sanfelicius hic deducit, tā- leni delinquentem mereri pœnam fustiga- tionis, sed dicendū est ea minorati posse, at- tentis qualitatibus mediatoris, & Iudicis, cui fuit facta iniuria, ceterisque alijs cir- cumstantijs perpensis, quæ iudicis arbitrio substant; potissimum, quia, quamvis videa- tur illata iniuria Iudici, cum postea per ve- ritatem detectam integra remaneat Iudicis fama, non est talis iniuria tanti estimanda, quanti estimatur quævis alia iniuria gra- uis, quæ iudicis famam, honoremque redde- ret diminutum, dum affectata potius iniur- 6 ia, quam ad effectum redacta vocari potest; vnde, cum pro iniurijs illatis nulla sit deter- minata pœna, sed iudicis arbitriò remitta-

P. tur,

cur, ut fasè Muscatell. in præ. criminis de-
iniurijs, & famosilibell. per rotum, signanter n. 25. idem dicendum erit in casu nostro. Et
verè videntur in hac decisione, non fuisse pu-
nitum crimen hoc pena tam rigorosa, qua-
ntique puniri posset, attentis circumstan-
tijs. Quare audiamus quælo Muscatell. in
tit. de Iudicis corruptel. num. 23. Et dicit hoc
Paris in d. verbo corruptio num 12. ubi etiam
refert, quod Angelus in d. s. idem ait, exclaims
contra adlocatos, & procuratores hoc promis-
tentes, dicentes, & instantes, se habere amici-
tiam cum Iudice, ut hi grauitè teneantur
etiam iniuriarum, & ideo Iudices conere de-
bent ab istorum amicitia: & ibidem narrat,
quod quadam meretrice, qua stabat in camera
eiusdem affessoris, propalauit vocem illius af-
fessoris in causa criminali, & fuit in paricu-
lo combustionis, & etiam affessor in magna
periculo, & scio ego temporibus nostris, quod
quidam Regij consiliarij ob hanc causam pri-
uati fuerunt administratione eorum officij, &
dignitate, & aliqui inepti adlocuti condam-
nati ad paenam relegationis in insulam. Hac
ille, quem etiam vide de pena, quæ Iudi-
cem corruptenti infligitur diuersa profe-
ctio à pena, quæ corruptus Iudex punitur,
ex Auth. nono iure C. de pena Iudic. &c:
11 Vnde aduentendum est, diuersam esse
paenam contrà corruptores Iudicem, de
qua in d. Auth. nono iure, à pena contrà re-
cipientem munera sub promissione arbitrij
Iudicis in lite, cum hæc exprimatur tantum
in d. l. apud Labeonem, quæ, licet huiusmo-
di delinquentibus paenam fustigationis im-
ponat, mitius tamè practicari potest prop-
ter effectum non sequutum, consideratis
circumstantijs, quæ quandoque, ut diximus,
tales esse possent, ut delinquentes, non mo-
do paenam fustigationis mererentur, sed vi-
elimi supplicij, ut de mereurice vidimus apud
Muscatell. in casu, quem refert, qui adeò
circumstantijs alteratus est, ut dicere bene
possimus, in aliud delictum transitum feci-
sc.

Sed dices, nos hæc diuinare contrà legis
casum patentes, tales delinquentes plecten-
dos paenordinaria, cum Iurisconsultus ver-
lit, ut puniantur pena fustigationis..

12 Hæc obiectio cogit me contrà proposi-
tum ad. iurisconsultu responsum explican-
dum, ja quo, ut videris, licet explicetur pe-
na fustigationis, non ea tamè necessario
imponitur; nam Vlpianus ibi inquit, delin-
quentem punitum ob hoc crimen à Präside
fustibus, videri damnatum ad paenam iniuri-
arum, cum illo casu Präses fustigari feco-
rit delinquentem; non inde tamè deduci-
tur, semper esse illum fustibus plectendum,
sed responsio cecidit suprà casum illum,

ad eoque suprà fustigationem iam datam
delinquenti. Ceterum non inquit, Präsi-
dem sic necessario illum debuisse punire.
En iterum verba Vlpiani. Idem ait, eum
qui evenerit sententia, vel laturus pecunia
vendiderit, fustibus à Präside ob hoc castiga-
rum, iniuriarum damnatum videri. Cum
igitur hæc non habeamus certam paenam
statutam, non diuinamus, si can dicamus
arbitriam.

Hæc de iure communi. De iure autem
nostrí Regni non habemus circà hoc cri-
men certam paenam, licet de corrupten-
tibus Iudices, & de Iudicibus munera reci-
pientibus adiunt Pragmatica sub tit. de mu-
neribus Officialium, circà quas multa dici pos-
sent, sed tempora non patiuntur: videndum
igieur super illis Rerit.

13 Ut autem breuissimè ad actuarios reuer-
tamur, quanam ipsi recipere possint, non
est hic locus fuscè agendi. Consulat, qui
vult, Pragmaticæ de actuarijs. Ille tamè
potest aduentendum, scilicet, actuarios, ca-
serofque scribas non posse à litigatoriis
plusquam taxamenta est recipere in foro con-
scientia, qui, si quid sponte facerent recipi-
sse, adhuc ad restitutionem tenentur. Hoc
que adeo verum est (sunt verba Roriti ad
Pragm. 36. de offic. magist. Iusticiar. num. 3.)
et nec sponte remissio à parte facta libet
ab obligatione restituendi sed requiritur actuari-
lis restitutio, post quam restitucionem factam,
si pars voluerit donare, ipse poterit recipere,
aliæ recipiens non est tunc in conscientia, ut
docet Marchisell. quest. 18. num. 4. Hacenus
Roritus.

Sed adverte, in hoc Roritum errasse,
(quod contingit Iurisconsultis de theologi-
cis agentibus) est enim omnino in Theolo-
gia certum, per spontaneam remissionem,
etiam ante actualem restitutionem, cessare
restituendi obligationem, ut videtur est apud
Cardin. de Lugo de iust. & iure, tom. 1. dispuc.
21. num. 46. & licet D. Antonius, & alij vo-
luerint, remissionem non esse liberam, quan-
do praescus pecunia creditori non offertur;
hæc tamè sententia communiter explodi-
tur, ut patet apud eundem de Lugo num. 47.
Non negauerim tamè, non facile creden-
dum, creditoris remissionem esse sponta-
neam, quando timor aliquis, aut fraus im-
pellere potest ad remittendum, quo casu nō
prodest remissio, ut rectè explicat idem Lu-
go d. num. 46. sicut etiam credendum non
est scribis, actuarijs, & iudicibus afferenti-
bus, aliquid sibi vltro donatum, quia sepi-
simè litigantes ab his sibi timere, & ideo
simulant se donare, cum re vera vexationem
redimerent intendant.

Ad regm optimè facit id, quod Religio-
sus

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 115:

Ius quidam cum Aduocato de re hac sermonem faciens, retulit, nempe, quendam actuarium in confessione iti exposuisse; multa se recipisse a litigatoribus sponte; qua de re illum iussisse, ut, quæ receperat sponte, sponte redderet, curus quidem factum accipiendo est iuxta superius adnotata, nempe, quod huiusmodi hominibus difficultate aliquid sponte doratur. Causa sint ergo Conseriarij in ijs absoluendis.

Collige tandem ex eodem Reg. Romio ibidem nn. 1. exigentes ultra pandectam puniri pena corporali arbitrio Proregis per exp. ultimum de gratijs concessis à Duce oīm. ann. 1585.

S M M A R I Y M.

- 1 Culpæ presumuntur in custodibus, aufugiente carcerato, & quare.
- 2 Fama bona non sufficit ad tollendam præsumptionem culpe in custode carcerum, aufugiente carcerato.
- 3 Custos substituens an liberetur exhibendo substitutum.
- 4 Substituens à Custode; reponens parum fidelis; non facit, ut custos tenetur de eius infidelitate, si idoneus erat, & fidelis tempore substitutionis.
- 5 Custos carceris puniendus est de iure contractu eadem pena, qua puniendus erat Carceratus, qui fugit culpa custodis, non autem fraude, vel dolo custodis.
- 6 Custos veniam consequitur de iure communione, si carceratus fugit absque culpa Custodis.
- 7 Custos eodem modo puniatur de jure contractu, quo de iure Regni, si Carceratus culpa illius fugit.
- 8 Custos semper punitur pena capitii, si eius fronde & dolo vero Carceratus fugit.
- 9 Fraus quandoq; potest intelligi sine dolo vero, fecus sine præsumpto.
- 10 Culpa late aqua tute fraudi, & dolo præsumpto.
- 11 Dolus verus, & cvidens nullam admittit executionem.
- 12 Fraus associata dolo præsumpto ministratur, quamvis associata dabo vero & evidenter.
- 13 Custodis excusatio adeò efficax esse posset, ut elidat dolum præsumptum.
- 14 Custodia Carceris, interueniente dolo vero in carcerati fuga, nullam meretur excusationem, ad capitii panam cuiusdam.
- 15 Pena Custodi carceris debita non est mensuranda à pena debita fugienti, sed à dolo, & fraude.
- 16 Custos de iure Regni eadem pena puniatur, que de iure communione fugiente carcerato dolo custodis.
- 17 Causa mississima requiritur in custode ad ex-

cusandum dolum præsumptum.

- 18 Probatio plena requiritur ad elidendum verum dolum.
- 19 Custos carceris en teneat de Carcerati fuga, si carceratio fuis nulla.
- 20 Carceratus fugiens culpa Conseriaricensis, absque carceris fractura non habetur tanquam confessus.
- 21 Custos carceris, an capitii pena puniendus sit, si carceratio, qui fugit, iterum in carcerem inciderit alioquin mope.

DILVCIDATIO DECIS. XLVI.

A Gens hic Sanfelicius de pena custodum carcerum ob carceratorum fugam, inquit, locumtenentem fuisse libertatum eo quod duobus veteribus militibus custodiam commisisset, custodes vero fuisse exercitio spoliatos, & in exilium missos, quoniam carceratus detinebatur, non pro peccata capitali, sed pro bono regimine. Quare denique conclusiones quatuor deducit. Primam, in custodibus præsumi culpm. Secundam, illos non liberari exhibitione substituti. Tertiam, pro culpa teneri pena capitii. Quartam, ad excusandum dolum non sufficere qualilibet causam, sed requiri iustissimam.

Quo ad primam, probat illam Regens ex Gloss. in l. fin. ff. de custodia reorum, alijsque Doctoribus, quibus addendi Guazzin. ad defensam reorum defens. 6. cap. 1. numer. 83. O. Mansu. de causis exequar. amplias. 25. nn. 12. quod quidem optimæ ratione fundatur, nam, ex d. l. fin. si ipse custos custodiam personam interficerit, vel præcipitauerit, homicidij reus est, & si casu custoda persona defuncta dicatur, testationibus id probandum est; multo fortius, aufugiente custodito, præsumendum est custos in culpa; quandoquidem plus potest stare mors custoditicum innocentia custodis, quam fuga custodii cum innocentia eiusdem custodis, quia in primo casu, licet custos custodiat Carceratum omni cam diligenter, poterit tamè se carceratus manus interficere, caput pariere, frangere, aliquo simili modo à custode intuitibili; in secundo autem, si custos diligenter adhibeat in custodiendo carcerato, non poterit ille profecto fugere. Si igitur in illo primo casu præsumitur culpa custodis, adeò ut Modestinus velit, ut custos contrarium probet, procul dubio in secundo casu requiretur à fortiori probatio; & ratio rationis est, quia mors custoditi non dependet ab officio custodis, at vero fuga eiudem utique ab eius officio pendet.

Vnde, dum Gloss. in d. l. fin. verj. probandum est, inquit, dispositionem huius legis videtur

I 56 Io: Baptiste Mucci Lib. I.

esse contra communem regulam, qua vult,
ut culpa probanda sit, adeoque hunc esse
catum specialem, quia speciale eius officiu
m erat custodire, hac ratio fortius urget in
nostro casu; sicutque collige, non sufficere
bonam custodis fauam, quia textus pr
bagionem specialem requirit.

3 Quo ad secundam videnda omnino sunt
ea, qua scripta reperimus apud Rouium,
decis. 39. per totam, vbi fuscè agitur, quan
do substituens liberetur, substitutum pra
sentando, nec non Carleton. in *Apolog. ad il
lam decis. Thor. in suppl. comp. decis. verbo
Officiales. Dom. Petr. ad Rit. 2. M.C.V. nn. 48.
& seqq.* Hoc tamē iuribus certum est,
tunc scilicet non liberari substituentem
exhibitione substituti in casu, in quo ve
samur, cum non substitutæ sunt personæ ve
teres, & idoneæ; secūs est, si talis qualita
tis personæ substitutæ sunt, ut fecit Reg.
Sanfelicius hic num. 7. & 8. ex ijs, quos citat,
idque ex d. l. suff. de custod. reorum. Ibi. Non
est facile Tyronis custodia credenda, nam, p. a.
predita, is culpa reus est, qui eam ei commisit,
nec vni, sed duobus custodia committenda est,
Vnde, dum textus permitit, duobus com
mittendam esse custodiā, non tyronibus;
si ijs committitur custodia, permittente le
ge, non tenebitur committens. Id ipsius
habemus in l. ad *Commentariensem C. cod. sis.*
Ibi. Nec poterit (loquitur Imperator de
Commentariensi, id est Princeps carcer
is) hominem ab omnib[us] atque vilis obvicien
dum esse Iudicii, si reus modo aliquo fuerit elap
sus, & deinde in s. si verò, Adiutoriem eius pa
ri iubens in vigiliare cura. Quod adeò ve
rum est, ut ibi Glos. in verbo, qui fugerit: id
exemplificari in eo, qui Tyroni curam con
misit, referens se ad d. l. fin. merito igitur
apud Sanfelic. hic fuit liberatus locun
dens, et quod duobus veteribus iniitibus
idoneis estimatis custodiā commiserat,
quod idem reperies apud Reg. de Marin. in
observat. ad decis. 325. Reg. Remere, qui ex Fa
vunio inquit, carceris custodem, non tene
ri de suo substituto, quando substitutus à
principalī Commentariē ē tempore substi
tutionis erat estimatus fidelis.

4 Vnde collige, si post substitutionem re
periatur parum fideliter se gessisse, non in
de tamē teneri Commentariensem, cura
Deus tantum dicatur cordium scrutator,
immo vidamus, Principes ipsos post lon
gam id genus hominum experientiam ab
illis decipi, & sapè numero eos maxima
Reipublice pernicie proditores dignoscere,
& tamē ijs castra fuisse confusa.

5 Quo ad tertiam, sciendum est, de iure
communi, si carceratus fugiat custodis cul
pa, non autem custodis fraude, & euidenti

dolo, eadem esse poena puniendum custodem,
qua puniendus erat, qui fugit, & ita iuxilla
genda l. carceri, & l. fin. ff. de custod. reorum.
cum dicitur in prima officio Iudicis punien
dus est, & in altera, fraudulenter autem, si fuge
rit, veritas in dimittenda custodia, vel capite
punitur, vel in extremum gradum militia dat
ur; nam in l. ad *Commentariensem C. de cu
stodia reorum* ita disponitur. Ipsum velut
mus huicmodi pena consumi, cui abnoxius do
cubatur fuisse, qui fugerit. Vnde, quia qui fu
git pro delictis pacatis, varijs potest subiecti
ponens, idcirco in dictis iuribus superius ex
positis varijs poenæ exemplificantur. Itaque
de iure communi, cum custodis culpa tan
tum interuenit, eadē poena punitur custos,
qua puniendus erat carceratus, non autem
iudicis arbitrio, vt putarunt ij, quos refert, &
sequitur *Scialoja in prax. foriud. cap. 20. n. 27.*

6 Cū autem nulla interuenit culpa, cu
stos veniam consequetur, quemadmodum,
cum carceratus se absque custodis culpa
interfecerit, vt optimè *Iureconsultus in d. l.
fin. ibi: ergo, si caju custodia defuncta dicatur,
restationibus id probandum est, & sic venia da
bitur.* Puto autem difficilis esse probatio
nis, fugisse carceratum absque custodum
culpa.

7 Verum de iure nostri Regni Neap. habe
mus constitutionem, *Custodes*, qua custos, su
giente carcerato illius negligencia, adeoque
culpa, punitur pena carceris per annum
bonis publicatis. Quæ constitutio edita à
Federico Imperatore, tanquam dura, non est
in obseruancia, sed ius commune supra ex
positum seruat, ut obseruat hic Sanfelicius
num. 13. in fine ex *Grammat. ior. 29.*

8 Sin autem, non solum custodis culpa in
teruenit, sed etiam fraus, & dolus cuidens, &c
verus, tunc de iure communi nulla facienda
est distinctio, sed custos pena capitis feri
etur, ut nunc melius explicatur *Modestinus in
d. l. fin. cū ait. Fraudulenter autem, si fuerit
versatus in dimittenda custodia, vel capite pu
nitur, vel in extremum gradum militia datur.*
interdum venia datur. Non autem ille vult,
ut fraus quandocunque commissa à custo
de arbitrio puniri possit; nam sic dolus etiā
verus veniam convequeretur: sed, quia fraus

9 quandoque sine dolo vero intelligi potest,
cum tanta possit esse negligencia, & culpa.

10 quæ lata solet appellari, ut equivaleat frau
di, & dolo presumpto, in quo, tanquam in
genere, est fraus tanquam species, ut fusc
Bart. in l. quod *Nervia ff. deposit. numer. 1.*
Hinc est, ut, cum minorem penam me
reatur dolus presumptus ortus ex frau
de nata à lata culpa, eo quod maior est do
lus verus, & cuidens, qui nullam meretur ex
cusationem, ut fusissime Bart. ibidem quæst. 3.

11 reatur dolus presumptus ortus ex frau
de nata à lata culpa, eo quod maior est do
lus verus, & cuidens, qui nullam meretur ex
cusationem, ut fusissime Bart. ibidem quæst. 3.

In Decisiones Reg. Sanfelicitij : 173

4. & 5. *fraus associatio dolo presumpta puniatur*
 12 *ut nichil, & quandoq; veniam consequatur ex excusatione, quz probata, adeò effi-*
 13 *cax esse potest, ut dolum etiam presumptum elidat, adeoque fraus ipsa euaneat.*
 14 *Ceterum, interueniente dolo vero, & cuiidenti, qui nullam mereretur excusationem, profuga carcerati, custos poenam capitalem subibit. Hac interpretatio tanquam à magisteria difficii dependens latissime esset examinanda; quoniam verò locus hic non patitur, ideò alibi in nostra Ariadna legali in d.*
L. quod nerva, fusè de illa agemus, Deo dante. Interim hic teneo, dolū verū poena capitale puniti, cum id ratio ipsa suadeat; non enim leviter puniendus est, qui ex dolo, delicto, & impunita remanere, vel ius alterius concubatum, inquisiti, vel debitoris fuga ex proposito permisit; & hoc modo pariter intelligenda est. I. milites ff. de custod. reor. ne dicamus, etiam fraudes, & dolos euidentes poena arbitraria puniri posse.

Hocque adeò verum est, ut Sanfelicitius nra. 14. in fine asserat, custodes fuisse officio privatos, & in exilium missos, quià carceratus non tenebatur sub custodia pro capitali criminis; nàm si pro capitali crimine detinebatur carceratus, vtique ex ea negligencia, & culpa capitali poenam subire debebat; nec non asserat, custodes fuisse bona fama, quare merito excludebatur dolus verus, quo existente, poterat capitali plectri pena.

Vnde non bene dicunt afferentes, si carceratus aufugiat negligencia, vel fraude custodis, poenam custodis esse capitalem, si carceratus erat poena capitali plectendus; arbitriam verò, si ille capitali poena plectendus non erat, vt videtur est apud Farinac. in praxi criminis. est. de carcer. & carcerat. quast. 31. Grammat. d. vot. 29. omnesque alios, quos adducit Reg. de Marin. in obseruat. ad dec. 104. Reg. Reuer. cum poena custodi infligenda propter fraudem, & dolum euidentem. paratum non mensuranda sit à poena fugientis, sed à dolo ipso, quz semper, vt videtur, capitalis est, & talem esse voluit Federicus in eadem constitutione, de Iure Regni, referens se ad iura communia, à quibus, iam asserit, esse impositam capitalem poenam. Ibi. Hi autem, qui per fraudem intarceratos abire permissiner, iuxta antiqua iura capitali sententias feriantur. An autem, hac poena capitalis intelligenda sit poena mortis naturalis, vide in dilucidatione sequenti.

17. Quo ad quartum, aduertendum est, Sanfelicitium in hac conclusione intelligendum de dolo presumpto, qui, vt ex Bart. diximus, excusationem admittit; vnde, cum, vt videtur, contra custodem ex iuribus superioriis allegatis presumatur culpa, & consequenter fraud,

& presumptus dolus, ad presumptione hanc elidendam requiretur iustissima excusatio-
nis causa.

18. Ceterum, cum verus, & euidentis dolus secundum Bartolum in locis cit. non admittat excusationem, aliter de illo discurrendum est, ex dictis, dum verè requiritur plena probatio, qua appareat, dolus non fuisse commissum, omnemque suspicionem fraudis abesse: quod difficile erit. Et Sanfelicitum loquutum esse de dolo presumpto, patet: ex ijs, quz dixit nam. I. ius fine, ibi, à quo presumpto dolo ratione publici officij, nema, nisi ex instans causis excusat ur.

Hinc collige primò, id, quod subdit Sti-
 loya loc. cit. num. 28, ex Farinac. & Hipol. de
 Mars. scilicet custodem non teneri de fuga
 carcerati, cùm carceratio est nulla, intelli-
 gendum esse, cùm quis carceratus est absque
 iudicis mandato, aliter secùs, dum sic
 dicere ausus, custodem esse iudicem destina-
 tum ad dignoscendam carcerationis nulli-
 tatem, quod ridiculum est; nàm custos de-
 bet diligenter carceratos custodire, & sem-
 per in culpa erit, si carceratus aufugerit. In
 & tractiones verò custodum reperies in Prag.
 31. de officiis magistris iustitiae.

20. Collige secundò, fugientem culpa Com-
 mentariensis, & custodis absque carceris
 fractura, si alias ex fractura esset habendus
 tanquam confessus, non dici hoc casu con-
 fessum; ita egregie notat Foller. in prax. Cri-
 puen. subr. & si confusione num. 59. ex l. 1. ff.
 de effractoribus: & ratio, meo iudicio, euiden-
 tissima est; nàm fractura carceris arguit me-
 tum contumissi criminis, sed liber exitus abs-
 que fractura arguit prudentiam. Quis
 enim carceratus ex quacunque leui causa
 non egreditur ex hostio aperto?

21. Sed quid dicendum, si carceratus fugiens
 dolo vero, & fraude custodis, ceterum in car-
 cerem inciderit aliorum ope? An custos ca-
 pitali sic plectendus poena? Pro affirmativa
 videtur diceadum, quià sciincidentia carce-
 rati non excusat custodem à fraude, pro-
 qua capitali poena erat plectendus. Pro ne-
 gatiu à verò facit Lponal. s. docere ff. ne quis
 cum, qui in ius. ven. est in exim. ex qua dedu-
 cit Reg. de Marin. resoluta, iur. cap. 115. lib. 1.
 num. 8. poenam exemptionis cessare, quando
 exceptus post exemptionem comparuit.
 Ego vero alia desero decisionem, meum
 sensum sic aperiendo, vt affirmatus opinio
 sit fundata in rigore iuris, negatus in equi-
 tate, quam ex iniquitate ad carceres redi-
 sequi debemus.

SX Me

118 Jo: Baptiste Mucci Lib. I.

S P M M A R I F M.

1. Fractura carceris facta cum conspiratione, quamvis fuga non sequatur, punitur pena ordinaria; secus, si absque conspiratione.
2. Pena capitalis quenam intelligenda sit, latenter discutitur.
3. Pena capitalis in tribus consistit.
4. Homo multa habet, qua eius definitionem, non ingrediuntur.
5. Capitalis res à quo dicantur:
6. Libertatem amittens dicetur amittere rem capitalem.
7. Pena capitalis intelligi potest pena capititis, amissio libertatis, & carcerum rerum principium; secus verò pena capititis, qua intelligitur pena mortis naturalis: quod latenter discutitur, & probatur.
8. Pena capititis contrà effractores carcerum est: conspiratione est intelligenda pena mortis naturalis, quod latissime probatur Iurisconsultorum responsis.
9. Pena capititis conerà custodes Carcerum impo- sita, iam de iure communi, quā Regni, intelligenda est pena mortis naturalis.
10. Fugiens à Carceribus, & ad superiorem incedens, an, & qua pena puniendus.
11. Eximis rerum à manib[us] familia abfugeat, nulla violencia an puniendus.
12. Fugiens è carceribus iam fractis quā pena puniendus.
13. Indicis indubitate, an, & quando denunciari possit ad penam ordinariam dare discutitur, attento iure communi, & nostri Regni.
14. Indicia indubitate quenam dicantur, attento iure communi, & nostri Regni, latenter discutitur.
15. Fides firma, quae requiratur in indicis indubitate, quanam debet esse, latenter examinatur, et: àm doctris & beologis.
16. Formidat actus, & vi. talis, qua dicantur, latenter examinatur conrà Romam.
17. Fixus nunquam dicitur firma, internachito actualis, vel virtualis formidine.
18. Hære icus dicitur si: pendens assensum in rebus fidei diuina, & quomodo.
19. Dubius in fide infidelis est.
20. Hæreticus dicitur dubitans, an anima rationalis sit forma corporis humani, & an sit immortalis.
21. Damon decipit doctores; media formidatio virtuali in rebus fidei diuina, ad quam ei cunctum exponitur, & narrat exempla; quod emittit.
22. Indicatur nec dictum indubitate, cùm non internachito fortido actualis, nec virtualis.
23. Indicium unum an sufficiat indubitatum, ut puniri possit res pena ordinaria, an plura requirantur.
24. Fides quandoque efficit, ut numerus plura-

lis reducatur ad singularem.
25. Indicia dubitata, quando omni possint, ut faciat unum indubitatum sufficiens ad imponendam penam ordinariam.

DILVICIDATIO DECIS. XLVII.

Agit hic principaliter Sanfelicius de pena contrà effractores carceres M.C. quamvis inde fuga sequeta non sit, & concordit, suis effractores laqueo suffragos. Præter citatos à Sanfelicio sunt videndi Menoch. de a bizar. casu 301. Bergogol. cons. 35. vol. 1. Duen. reg. 23 ad Mescard. cons. 826. vol. 2. qui omnes aiunt, carceris contra frangentem Carceres, perinde haberi, ac si fugisset, cum idem operetur preparatio fuga, quod ipsa fuga, ex Bal. in L. p. mult. C. de pigrorat. actio. Marsil. in L. 1. n. 28. ff. de quaest. Criminal. l. un. cons. 302. num. 12. vol. 2. Baiard. ad Clar. S. fin. qu. 21. num. 75.

Pro qua re nota, varias esse Doctorum sententias, quas videbis apud Farinac. tis. de carcer. & carcerat. qu. 30. Tu vero distinguis; tuam, vel fractura carceris facta est cum conspiratione cum ceteris, & licet non sequatur fuga, adhuc effractor punitur pena ordinaria, de quo genere fracturæ loquitur decisio hæc; aut fractura fuit facta absque conspiratione, & fractios punitur pena extraordinaria, sive etiam decisum habes in hac decisione num. 7. aliosq; casus refert Scialoya in præ. fortud. cap. 20. num. 35.

Hanc ego distinctionem, ut breuitati consideralam, probbo ex L. 1. ff. de effracto. vbi hæc. Baincrinus etiam probat, eos, qui de carcere eruperant, siue effractis foribus, siue conspiratione cum ceteris, qui in eadem custodia erant, capite puniendos. Quod si per negligentiam custodum euaserint, leuius puniendos. Ex quibus collige hæc, non differre eos, qui de carcere erupiunt, ab alijs, qui cum conspiratione fuerunt; sat enim est, ut plures sint effractores, ad hoc, ut dicatur facta conspiratio. Sicque Ulpianus supponit conspirationem, dum in numero plurali loquitur; quare quo ad hoc est unus casus, & differentia tantum stat inter eos, qui aufugerunt, & inter eos, qui in mera conspiratione reperti fuere; utrique vero vult Iureconsultus, ut capite sine puniendi, & ita Iuteconsulti responsum explicatur à Doctoribus à Sanfelicio citatis, quos vide. Unde, si conspiratio pena capititis punitur, certum est, cum conspiratio non interuenit, effractores minori plectendos penam.

Itaque aduertendum est, nos non sequi Peguer. dec. 1. varios distinguenter casus, sed fundari in conspiratione, quam semper capitali.

In Decisiones Rég. Sanfelicij.

119

pitali pena plecti, vidiimus.
2 Reliquum, est ut videamus, quoniam sit ista pena capitalis, de qua etiam alijs dubitauimus.

Et quidem, post longum iter in Doctores consulendo, de fessus tandem, eorum dictis non confusus sum articulum hunc dilucidare; sed statui ad iura, tanquam ad fontes, recurrere, cum antiquiores ipsos DD. videgiatis, suas sententias ijs firmas. Ceterum vide relatos à Puegued. dec. 1. & Capyc. latr. decis. 76. num. 11. aliosque per ipsos citatos Doctores, & innumeros penes recentiores, quos hic consultò desero.

Quoniam verò Sanfelice hic, quem dilucidare aggressus sum, inquit n. 2. penam capitalem in tribus consistere, scilicet in perdizione vite, libertatis, & Civitatis, ex Bald. in l. reos 3. C. de accusat. num. 2. vers. breviter concluso, adeoque contra tentantes carcoris effracturam cum conspiratione fuisse à M. C. obseruatam penam mortis naturalis, idcirco cum Baldo, & obseruatione relata à M. C. nostram fundabimur dilucidationem à iuribus salem regulatam.

Vt autem brevissime, quo ad possumus, procedamus, nemo ignorat, omnia esse in homine, quz humana, & hominis sunt, tanquam eius partes, licet non essentiales, ijs tamen non competere definitionem hominis. Sic dicitur, pedem esse pedem humananum, & hominis, adeoque rem humanam, sic manum, & cetera, sed non inde dicimus, manum, pedem esse animal rationalis, licet homo compositus ex anima rationali, quz à Philosophis (ludovosum, in aliisunque nomine nonnullis nostri temporis caudicis) forma appellatur, & corpore, quod ex partibus superius expositis etiam constat, dicatur inde esse animal rationale: & ratio est, quia definitio, quz toti composite conatur, nequit partibus singulis competere.

3 Cū igitur caput hominis, tanquam res illius principalis, & nobilitate, eale nomen fertur, viderat, quicquid in homine principaliè considerari potest, esse appellandum capitale, nos tamen definiri, quemadmodum caput hominis definitur, licet esterres capitalis ipsius hominis, pro ut libertas: vnde homo, amittens libertatem, dicitur quidem absitare res capitalem, non atraeatis amittere caput. Si contra vero hominem amittens summi caput, potest dici amittere res capitalem, quz magis latè patet, quam caput, dum nomine rei principalis venit quocunque res capitatis, qualis etiam est caput ipsum hominis.

4 Ex his patet, punitionis pena capitati posse intelligi punitum capie, & amissionem libertatis, ceterarumq; rerum principaliunt;

ipius hominis, sed punitionis pena capitatis debere tantum intelligi punitum poena vite per truncationem capititis, vel fuream, ceteraque, quz mortem naturalem importent, dum truncatio capite, necessaria mors sequitur naturaliter, adeoque pena capitatis exemplificari posset in quocunque genere poena, quz mortem naturalem importat; ne autem videat loqui solus, neae consequenter erubescam, audiamus, si liber, Callistratum in l. capitalium 28 ff. de penis. Hic enim incipiens capitalium penarum gradus referre, sicut etiam quz ex dictis mortem non important, sed amissionem rerum principaliunt, numerat primò penam mortis, quz etiam ex dictis pena capiealis dicitur propter veri capitatis amissionem, deinde verò ceteras alias, sic loquens Capitalium quoque panarium, fere isti gradus sunt. Summum supplicium est. viri crematio &c. item capititis amputatio. Et antequam ad ulteriora progrediamur, si tulus profecto esset, si quis dicere, capitis amputationem esse amissionem libertatis. Deinde (inquit) proxima morti pena, metalli coercitio, deinde in insulam deportatio. Igitur Iureconsultus inquit, omnes hanc penas esse capitales. Sed non inde dices, metalli coercitionem, in insulam deportationem esse capitatis truncationem, & consequenter penam capitatis, quz, ut infra dicemus, idem sonant. Quoniam verò idem Callistratus paulò inferius inquit, cetera pena ad amissionem, non ad capitatis periculum pertinere; quare argui posse contra nos videtur, ad capitis periculum pertinere omnes penas superius à Callistrato enarratas, adeoque sub capitis nomine venire etiam alia, præter verum caput hominis, idcirco hic sistendum.

Et quidem hic quoque revocari potest; quod tota scholasticorum turba obiicit, nimicrum sub nomine capitatis non contineri tanquam caput hominis, sed ceteras res principales, inter quas libertas, cum habeamus totum titulum in lib. i. institutionum; de capitis distinctione, quod non loquitur de vero hominis capite. Vnde Bald. ipse, in cuius dictis nosterum fundamentum statuere iam, triplex homini caput assignat; primum naturale, secundum appellat libertatem, tertium Civitatem, & ciuitatem.

Igitur aduertendum est cum ipso Bald. verius breviter concluso, verbum hoc, capitale, adspicari posse tribus illis capitibus, quz omnia, non tanquam res capitata consideranda sunt, & quibus omnibus non competit verbum truncatio, quz tanquam vero Capiti hominis competere sicutque, cum fore consulti voluerem ad explicandam rem principalem nomen etiam copiat illi rei tribus,

sc.

re, & pœnam infligere , non vñi sunt explicatio[n]e truncationis capit[is] simplicit[er] , siue pœna capit[is] absolute , qui à h[ab]et duæ explicationes vero capiti competunt; siquidem , truncatio competit tantum vero capiti , & pœna capit[is] sic absolute dicta , & suprā caput cadens intel[lig]etur cadere suprā verum caput , sed vñi sunt alia explicatione , scilicet diminutione capiti ; nam , qui libertatem amittit , videtur diminutus re principali ; Sicque ly, diminutione , ostendit caput venire non verum honiūnis , sed metaphoricum , vt DD. omnes scribunt in Inst. de capit[is] diminutione , sic etiam , quia , qui quocunque modo pœnam soluit capitalem , dicitur soluere pœnam rei principalis , propterea periculum hoc dici capit[is] , vt Callistratus loquutus fuit ; non autem dicitur absolute pœna capit[is] , quia illa caput diminuit . Quare Callistratus , volens vñica explicatione claudere pœnas rerum principalium , adaptauit verbum rebus illis omnibus principalibus conueniens ; nam , si adaptasset truncationem , inepte loquutus fuisset , qui à truncatio vero capiti competit ; si diminutionem , inepte quoque esset loquutus , qui à diminutio non competit vero capiti , sed metaphorico . Igitur vñus est verbo , periculum , quod omnibus rebus principalibus , ac proinde omnibus capitibus metaphoriscis , & vero competit , non tamē vñus est verbo , pœna , quod absolute prolatum , & cadens supra caput , intelligitur cadere supra verum caput , non metaphoricum , vt diximus ; cum alias Callistratus initio legis vñus sit hoc verbo , pœna , in capitalibus . Ibi . Capitalium quoque pœnarum . Igitur , si hoc verbo , pœna , non vñus est loquens de rebus principalibus , & capitibus metaphoriscis , & vero , misto cum illis , certum est , illam absolute prolatam cadere supra verum caput . Quod idem est , cùm iura iubent , aliquem puniri capite ; nam capite puniri nil aliud est , quam dare capit[is] pœnam ; adeoque , si pœna capit[is] intelligenda est pœna veri capiti , cùm quis puniendus est capite , dicendum est , puniendum esse pœna veri capiti .

8 Hac explicatione breuius , quam oportebat , exposita , à nobis inferiùs confirmanda , videamus profectò in casu , in quo versamur , quibus nām verbis vtatur . Iureconsultus , & , vt vidimus , in d.l. 1. ff. de eff. at. ibi h[ab]et capite puniendus : igitur carcerum effractores cum cōspiratione pœnam mortis subibunt , & consequenter nil mirum , si M. C. apud Sanfelicium illa reos plectere existimauit . Sed ne videamus fragili subtilitate muniri , h[ab]ec nostra assertio eò magis confirmatur , quia cùm pœna capitalis imponitur promiscue , non explicatur pœna capit[is] absolute ,

sed pœna rei capitalis , scilicet pœna rei principalis , vt patet in l. editto 13. ff. de bonor. poss. ibi Aphrican . Rei autem capitalis damnatus intelligitur is , cui pœna mors , aut aquas , aut ignis interdictio &c. quod idem dixit Vlpia: in l. 2. §. de pœnis , vbi , rei capitalis damnatum sic accipere debemus , ex qua causa damnatio , vel mors , vel etiā ciuitatis amissio , vel seruitus contingit . Cæterum , pœnam mortis exemplificatam , videmus , & explicatam pœna capit[is] absolute prolatam , vt in l. quadam 14. & in l. sequenti cit. it. de pœnis . In prima , ibi , Capite puniendum Menander scribit . In secunda , capite puniri prohibuit , & Iureconsulti loquuntur de pœna mortis naturalis , vt ibi , & apud Gloss . & DD. videre est . Quod idem habemus in d.l. capitalium §. solent quidam , ibi , nonnunquam capite plebendii , quæ pœna est mortis naturalis ad differentiam exilij , de qua suprā Iureconsulus fuerat loquutus .

Quinimò in l. si quis aliquid 38. eodem tit. de pœnis , pœnas reorum capitalium habemus proprijs nominibus expressas his verbis , qui non dum viri potentes virgines corrumpunt , humiliores in metallum damnantur , honestiores in insulam relegantur , aut in exilium mittuntur , & sic deinde in §. sequenti cæteras pœnas capitales eaumerat proprijs nominibus . Tandem verò deueniens ad pœnas mortis , sic ait in §. fin. miles , qui ex carcere dato gladio erumpit , pœna capit[is] punitur , eadem pœna teneatur , & qui cum , quem custodiebat , deferrit , miles , qui sibi manus intulit , nec factum peregit , nisi impatientia doloris , aut morbi , luctusne alicuius , vel alia causa fecerit , capite puniendus est , en quomodo pœna capit[is] pœna mortis naturalis est ; nā , si Iureconsultus hic loqui voluisse de pœna mortis ciuilis , illam expressisset , quemadmodum eam antecedenter expressit . Quare euincitur , licet pœna capitalis intelligi possit etiā pœna mortis ciuilis , qui à competit omnibus rebus principalibus ; non tamē sic intelligendam esse pœnam capit[is] absolute , prolatam . Hæcque satis , vt cætera deserentes , breuitati optatæ studeamus .

9 Hinc , vt stemus promissis in antecedente dilucidatione , collige , licet Federicus in Cons. Regni , Custodes , dicat , capitali puniendos pœna , qui per fraudem carceratos abire , permisérint , hanc pœnam capitalem intelligendā esse pœnam mortis naturalis . Quod , licet optimè colligi possat ex positis in antecedenti dilucidatione , probatur tamē , qui à Federicus remittit se ad iura communia , quæ volunt , vt huiusmodi delinquentes capite puniantur ; unde secundum à nobis dicta hæc pœna est mortis naturalis .

10 Sed quid , si quis autungiat è carceribus , &

ad

In Decisiones Reg. Sanfelicij: 121

ad superiorem incedat? Super hac re scissi sunt DD. quos refert *Scialoya loc. cit.* sum. 36. ego vero eadem distinctione loquerer; nam recursus ad superiorem non efficit, ut publicus locus violatus non sit, nec quisque absque carceris fractura possit ad superiorem recurrere; ac proinde idem tenerem, cum quis pro debito ciuili carceres frangere. Endicet *Capyc. latr.* omnino videndus decis. 76. referat, fuisse effractorem damnum per quinquennium in exilium, id, intellige, eueniisse, quia nulla interuenierat conspiratio, quicquid ille afferat, poenam mortis nunquam fuisse praxi receptam, etiam sequens fractura cum conspiratione, idque auctoritatibus conetur probare. Illam vide.

³¹ Hinc collige ex dictis, eximentem se è manibus familie absque villa violentia, non soluto mitius puniendum, vt voluit *Clarus quaest. 39. vers. quero etiam*, eo quod non dicatur, violare publicum carcerem, sed nullo modo puniendum propter fugam *ex d. l. i. de effractoribus*, vbi habetur, lenius puniendos eos, qui propter custodium negligentiam carceres eualerunt; igitur, si hic non agitur de fuga à carceribus propter negligentiam custodium, quo casu mitius puniuntur, sed de fuga à manu familie ob eorum negligentiam, dum nulla interuenit violentia, nullo modo puniendi sunt. Consequentia probatur, quia maior est fuga è carceribus, quam è manibus familie, igitur, si ibi puniuntur mitius, hic nullo modo.

¹² Sed quid, si quis videns carceres effractos deinde fugiat eodem ex loco fratio? an hoc casu puniendus sit mitius, quamvis fuerit carceratus pro pena capitali? Et affirmati, uè respondeo; nam delictum, pro quo quis carceratus est, non efficit, vt ab illo specificetur poena, sed tantum carceris violatio, quam etiam per fugam inducitur. Vnde, cum in casu hoc non detur carceris violatio cum fractura, nec conspiratione, mitior erit pena. Cetera vide apud *Scialoyam d. cap. 20.* & *Capyc. latr. d. decis. 76.* qui alias refert.

Quoniam vero hic Sanfelicius incidenter inquit, quandoque ex indicijs indubitatis posse deueniri ad poenam ordinariam, deusque adstare Regias Sanctiones, idcirco, nemancam demns dilucidationem, tria nobis videnda sunt. Primum, an, & quando ex indicijs indubitatis deueniri posse ad tamē poenam. Secundum, quānam sit indicia indubitata. Tertium, an, an, vero plura indicia requirantur. Ast, quia de his omnibus fūse Doctores pastini, nos breuitati consulentes, ea tantum apponemus, quaz ad tria hæc dilucidanda deficiunt.

¹³ Quo ad primum, attento iure communi, licet videas scissos Doctores relatos à *Scialoya in praxi torquendi reos cap. 4.* nou tamē discedere iuuat à methodo *Rouiti in dec. 63.* nam, vt ille benè infert, non potest dubitari, quin à l. fin. C. de probat, possit deueniri ad poenam ordinariam, si adsint huiusmodi indicia indubitata; at, quia Doctores, quos refert Rouitus idem, non conuenerunt in assignandis indicijs indubitatis, hinc est, vt plurima Tribunalia elegerint dare poenam extraordinariam, huiusmodi indicijs interuenientibus; plurima vero ordinariam. Quare, attento iure communi, difficultas non consistit in videndo, an ex indicijs indubitatis deueniri queat ad ordinariam poenam, cum iam id expresse dispositum reperiamus, sed in videndo, quānam dicantur indicia indubitata, de quibus nos in secundo loco, vt iuri communi satisfacimus, quod non est diuersum à iure Regni, à quo explicatur tantum in hoc, vt videbitis, licet limitetur quoad qualitatem delictorum, vt mox dicemus.

¹⁴ Vnde, stante contrarietate Doctorum in explicandis talibus indicijs, aduenit *Regia Pragm. quæ est 12. sub tit. de offic. Iud. et tantas lices dirimens his verbis.* Dicibiarando quelli indicij indubitati, che sono tali, che, pronati legittimamente, inducono la mente del Giudice à credere fermamente, il delitto esser commesso dall'inquisito, quietando il suo intelletto in questa ferma credenza. Et, ne firma fides dependeat ab uno tantum Iudice super huiusmodi indicijs, vult *Pragm. 13. sub tit. eodem*, vt ex indicijs indubitatis sic explicatis deueniri possit ad poenam ordinariam à Tribunalibus collegiatis tantum, nec prius, quam in scriptis, si extra hæc Civitatem, vel voce, si in Civitate ea fuerint, in Regio Collaterali Consilio fecerint relationem; nam, quamvis tradita fuisse explicatio indiciorum indubitatorum; adhuc tamē poteras errare. Index; vnde pluribus arbitriis hoc erat concedendum, non vni, & quia plures errare poterant, causa tamē necessaria erat quoque à Collaterali Consilio dignoscenda. Et tandem, quod est aduertendum, adeò est difficilis indagatio talium indiciorum, vt Pragm. nolit, in omnibus delictis procedendum ad poenam ordinariam cum his indicijs, sed tantum in delictis atrocibus, & exemplaribus, ibi, *Essendo in questo Regno molte volte posto in duilio, se per l'indicty indubitati nelle cause criminali nelli delitti atrocii, & exemplari si può venire ad imponere la pena ordinaria.*

Quare, vt primum hoc caput absoluamus, concludimus, de Iure communi ex indicijs indubitatis posse deueniri in quibuscumque crimi-

T 2 2. Io: Baptiste Mucci Lib. I.

criminibus ad pœnam ordinariam, in nostro Regno autem, attenta hac Sanctione, quæ in processio loquitur de delictis tantum atrocibus, & exemplaribus, in his tantum posse pœna ordinaria procedi; sicque videtur tacitè declaratum, dispositionem iuris communis in hoc Regno militare quo ad talia solummodo delicta. Quoniam autem sine delicta atrocia, non est huius loci recensere. Multa enumeratæ in punto Scialoja d. cap. 4: cetera videnda sunt apud Muscat. Foller. catena, ut super praxi criminali. Tota igitur difficultas stat in videndo, qualia debeant esse indicia indubitata, attento utroque iure. Supèr qua Dom. de Luca in observad. dec. 372. nimis insudat, Doctorum opiniones referendo. Itaque ad secundum punctum gradum faciamus. Et quidem quo ad modum illa explicandi, puto me paucis expeditius (licet quo ad substantiam alta sit questio, & certè subtilis, & fortè Theologica proposita à Rorito, de qua breuissimè mox) nàm nomine ipsum ostendit, qualia debeant esse huiusmodi indicia, attento utroque iure; quandoquidem, si sermo est de indicijs indubitatis, ea talia esse debent, ut de ijs dubitari non possit, quin delictum sit patratum. Igitur, vel iudex dubitat: & non procedere poterit ad pœnam ordinariam, quia iam indicia remanent non indubitata sed dubia: vel non dubitata, & poterit ad talem pœnam procedere. Quæ explicatio clara est; siquidem pœna infiigi debet à sententia, & sententia nil aliud est, quam opinio; sic dicimus, varias esse Doctorū sententias, id est opinions, sic ergo dicere debemus, esse sententiam iudicis, nempe opinionem, qua Iudex iudicavit, reum esse tali pœna dignum. Vnde, cum opinio nil aliud sit, quam adequatio intellectus cum obiecto, si iudicis intellectus adæquatatur cum indicijs, nec de ijs formidat, indicia dicentur indubitata, ac proinde locum sibi vendicabit pœna ordinaria imposita à iure communī, & à iure Regni confirmata; secūs, si aliter. Regia igitur Pragmatica, explicando, quoniam sint indicia indubitata, clariorem reddidit iuris communis dispositionem loquentis de indicijs indubitatis controversis à Doctoribus inter se scissis.

Quoniam autem, nec ius commune, nec ius Regni explicat, quāmanni formidinem debeant excludere talia indicia indubitata; ideo id praestitit occasionem dubitandi Rorito in d. decis. 63. num. 19. Et, ut clarior, & quæ curiosior reddatur dubitatio, est pace lectoris explicanda, qualis sit, cum sit necessaria talis, diuidatio vite hominum, & animæ, ut videbitis.

²⁵ Cura indicia indubitata ea debeant esse,

quæ cogunt indicem ad firmè credendum, ut explicat nostra Sanctio, dubitatur, an firma haec fides debeat excludere omnem formidinem. *Barbosa* in 1. parte l. 2. in print. ff. sol. matr. num. 89. & 90. dupl. tradit formidinem, scù hæsitationem, alteram actualē, virtualem alteram. Hæsitationem ¹⁶ aactualē illam vocat, qua aliquis actu dubitat, an res ita se habeat, vel secūs; virtualem verò, qua aliquis actu non dubitat, sed dubitat forte, aliter reni posse se habere. His suppositis, inquit, in delictis occultis sufficere credulitatem, eamque dici firmam, quæ actualē excludat hæsitationem, & illa indicia dici indubitata: verū in delictis non occultis requiri credulitatem illam, quæ actualē, & virtualem excludat formidinem, & hæsitationem, & tunc indicia dici indubitata respectu criminum non occultorum. Huic *Barbosa* sententia, & explicationi acquiescit *Rouitus* in d. decis. 63. in fine, quem sequitur *Capyc. latr. decis. 163. num. 50.*

Sed, ut verū facias, animus meus non ²⁷ acquiescit huic distinctioni, cum verè non videam differentiam inter hæsitationem aactualē, & virtualem, dum utraque est hæsitationis, & consequenter, interueniente altera tra, nequit dici firma credulitas, vel fides. Ceterum dubitare, an res ita se habeat, an ne, & assere, rem ita se habere, sed forte non sic se habere, apud me synonima sunt. Vnde ad videndum, quando verè dicatur aliquis firmè credere, recurrentum est ad Theologos.

Cardinalis de Lugo: de virtute fidei divina ²⁸ disp. 20. sect. 1. num. 25. inquit, posse dari causum, in quo in rebus fidei Divina voluntas describita motiis contrariis ab intellectu propositis imperat suspensionem actus; hoc que casu, dixit, incurri in hæresim, quia per huiusmodi suspensionem comprobantur vice, qualiter, & implicitè ea motiva, quæ prædictè non essent approbanda, & suspenso subsequuta in intellectu denominatur mala ab illa voluntate, & per ipsam suspensionem consumatur infidelitas in intellectu, & hoc num. 19. reuocat, quod habenus in cap. 1. de ²⁹ hereti: quod scilicet dubius in fide infidelis est, & in clement. 1. s. porrò: de summa Trinitate, vbi damnantur dubitantes, an anima rationalis sit forma corporis humani (*Causa fiduci* ergo nescientes quid sit forma, illam deberent edoceri) & apud *Leon. X. in consil. lateranensi*, vbi damnantur dubitantes de anima immortalitate.

Hæc igitur suspensio dicitur hæsitationis, siue dubitatio virtualis, quia continet virtutem dubitationis actualis, dum quisque per suspensionem assensus dubitat. Ceterum tam peccat, qui actualiter dubitat assertiue, affi-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

123

afferenda scilicet rem illam, quæ de fide est, apud se esse dubiam, quæcum qui super re illa assensum suspendit, cum uterque actus hæsitatione in contineat, qua ne uno firmè dicitur credere. Hæc ergo est vera hæsitatione actualis, & virtualis tradita à Theologis summa ratione. Et Dæmon ipse, quoties si nequit aliquæ reddere infidelem hæsitatione aequali, curat summo studio illum reddere talam hæsitatione virtuali, prope pacet ex exemplo, quod mihi à viro fide digno enarratum sum hic narraturus ad fidelium animalium salutem, & ad Dæmonis fraudes degendas, ne quis casu capiatur.

Erat Religiosus quidam in perspicua religione, in qua octo annorum spatio hic Neap. Theologiam publicè docuerat, animam, iam infirmus, vero Deo redditus, quando circa meridiem, qua hora aptius huiusmodi terri spiritus student tentare homines, Diabolus Superioris illius loci foranam assument, infirmi cubiculum introire non timuit, & post varias hortationes, ut consuetos fidei actus eliceret, tandem hæcatus est infirmum, ut si forte fides nostra vera non esset, aut in aliquo peccaret, illam firmè fateretur sequi, quæ vera esset, sed si forte ignora, quem actum Diabolus suadere conabatur non esse contra fidem; quia in modo pro vera fide, pro qua actus ille elicibatur, Eccidit Religiosus Theologus, & magister, & putans actum fidei elicere, infidelem se fallus est. Hunc iij, quos scientia inflat, superbiā deponant, sed, ne ab exemplo distrahamur, exiit à cubiculo. Diabolus, putans animam sibi iam acquisitam, at, quæ Deus non permittit, ut, qui illi seruire suavit, damnatur, infirmus Religiosus mente revolvebat actum, quem fictus Superior hæcatus erat, ut eliceret, illumque tandem, intraspedixit, hæretim inuolueret, quandoquidem virtualem continebat formidinem; nam licet, qui actu opinatio nullata contineat formidinem, intentitur alicui mysterio fidei, hæreticus non sit, ut voluit idem Card. de Lugo d. dis. 20. contra Pagrem Conwinch. disp. 18. dub. 7. num. 105. & seqq. quando tamè aliqua formido volitat, hæreticus est. Dum ergo hæc mente voluebat, ingressus est verus Superior, quem infirmus redarguere non erubuit de scelere, quod perniverat, & negante Superiore, se illuc ante ingressum diabolica illusio detrecta est, innquam merisque actus fidei eliciens infirmus, nos edocuit, nunquam proprijs fidendum viribus.

Ut ergo vela tandem contrahamus, colligimus ex his, quæ Doctores dixerunt de fide Divina, nunquam firmam fidem repetiri, quoties interuenit aliqua formido

actualis, vel virtualis voluntaria: igitur in fide humana, ceteris paribus, idem dicendum erit, scilicet, tunc indicia indubitate esse, cum nos ad firmè credendum inducunt, remota quacunque hæsitatione, siue actuali, siue virtuali, idque, attento iure communī, in omnibus criminibus, & attento iure Regni nostri, in atrocibus, & exemplaribus delictis.

Hoc tamè non ita intelligas velim, quemadmodum in fide Divina debemus credere, rem ita esse, & ne metaphysicè quidem posse rem ita non esse; nam hoc pacto non essent indubitate indicia, quæ oppositorum redderent omnino impossibile, quid est satis indubitatum, paginam, esse, hanc, in qua scribo, licet impossibile non sit, paginam non esse, & me decipi, immo satis erit moralis certitudo, quæ credimus ea, quæ à pluribus non suspectis, sed fide dignis, ut veni narrantur.

23 Quo ad tertium punctum à nobis proposcum, licet Doctores varia dixerint, quorum multi voluerunt, ex multis indicis dubitatis posse pullulare unum indubitatum, qualeverò requiri necessariò plura indubitate, dum iura loquuntur per verbum plurale, ut videtur est apud Cap. 1. d. decis. 163. nn. 45. & seqq. & Dom. Altimar. ad d. decis. 8. nn. 63. ceneo ego, posse iudicem procedere ad pœnam ordinariam, quoties firmè crediderit, siue ex pluribus, siue ex uno dubitis indicio, delictum iam esse patratum, cum attendenda sit ratio formalis legis, tanquam ex vulgaris iuribus eius anima. Unde, cum non pluralitas indiciorum, sed qualitas faciat indicis mentem quiescere, parum refert, an unum, an plura sint indica.

24 Nec obest, iura loqui per verbum plurale, quoties ratio intenta à iuribus, & effectus potest ab uno tantum specificari. Non negaverim tamè raro rem evenire cum uno tantum indicio nude sumpto; nam, si quis exigit è domo aliqua deterius absque gladio cruento, vel alio signo, non erit utique indicium indubitatum, ab illo intersectum cum, qui in illa domo reperitur mortuus. Qui, si anfugiat gladio cruento, alioque signo, quod indubitatum præster indicium, condamnabitur pœna ordinaria, hoc tantum indicio qualificato, quod reduci potest ad 25 plura, si segregatim consideremus fugam, gladium, sanguinem, & cetera huiusmodi, & iæ recipiendi sunt Doctores, qui dixerunt, ex varijs indicis dubitatis nasci unum indubitatum. Cetera vide apud cicatos.

S V M M A R I V M .

- 1 Delinquens, pendente securitate, & indicia-
tus, nec indicia per torturam elidens, iterum
torquendus est.
- 2 Gratia non dicitur perfecta, pendente serui-
tij complemento, sed vide num. 8.
- 3 Reus tortus ex indicij vrgentibus, nec con-
fessus, est pena extraordinaria plectendus,
ni agitur de securitate amittenda, secùs, si
de illa amittenda agatur, & quare.
- 4 Securitas nequit solli, ni constet delictum.
- 5 Tortura, an, & quando repeti possit.
- 6 Pena extraordinaria habet locum etiam in
reto torto ex indicij vrgentibus, & no con-
fesso.
- 7 Tortura dari potest in panam.
- 8 Tortura cur replicetur, cum agitur de securi-
tate amittenda.
- 9 Pena extraordinaria plectendas no est rens
si indicia indubitata non adiunt, sed tor-
quendus.
- 10 Gratia, pendente actualis formatio, ex disposi-
tione Regie Pragm. 20. de exilibus no-
dicitur perfecta.
- 11 Delinquens, pendente actuali seruitio, perdit
securitatem.
- 12 Delictum est placè probandum, ad hoc, ut de-
linquens perdat securitatem.
- 13 Securitas non amittitur propter leue crimen.
- 14 Crimen leue quodnam dicitur in materia
securitatis amittenda.
- 15 Nullius guidaci: ex defectu potestatis con-
cedentis non importat confessionem illius; fe-
cens uicem, si ex defectu affectu.

DEVCIDATIO DECIS. XLVIII.

- 1 Vo continet dilucidanda decisio hec:
Pritium est, delinquentem, pendente
securitate, non conuictum, sed iudicatum,
tortum, & non confessum, non tamèn indicia
euacuancem, non posse extra ordinem puni-
ti, sed esse iterum torquendum.
- 2 Alterum, nō dici perfectam gratiam, nisi
completo seruitio, adeoque, pendente com-
plemento seruitij, haberi postiorem gratia,
tanquam guidatum, & assicuratum.
- 3 Quo ad prium sciendum est, hunc esse
pulcherrimum articulum; ne autem æquino-
cis laboret lector, aduertendum, negari non
potie, ex tantibus indicij vrgentibus, reu-
tum, & non confessum, non esse liberan-
dum, sed pena extraordinaria puniendum.
Ita communicebat DD. in eis quos Gramma-
dec. 8. & 96. & cons. crimin. 1. a. Ricc. parte 2.
decis. 73. Fuller. in praxi, parte 3. tertiae partis
Rubr. & si confitebuntur num. 110. Ambrosin.
de processu inform. lib. 4. cap. 4. num. 10. de Fran-
cb. decis. 372, aliquae apud citatos.

Sed hoc modo proceditur, cum agitur de
infingenda pena pro delicto, pro quo fuit
tortus delinquens, non autem pro securitate
auferenda: & ratio est, quia, ad hoc, ut secu-
ritas tollatur, debet constare delictum, prop-
ter quod delinquens securitate privetur:
iam vero, si pro eo delicto puniretur rens
extraordinaria, non diceretur vere constare;
vnde securitas tolli non posset: merito igitur
non damnatur pena extraordinaria, sed de-
nuò torquetur ad indicia euacuanda.

Ex his collige primò, non sempèr scum.
esse denuò torquendum, cum vere tortura
regulariter loquendo, repeti nequeat; & li-
cet Scialoya in praxi torquendi reos cap. 10.
tres referat opiniones; ipse tamèn hanc su-
stinet, & inter ceteros ab ipso relatos, me-
lius omnibus examinat Fuller. in praxi, se-
curita pars tertiae partis Rubr. & si confitebuntur
num. 78. quicquid sit, ut apud citatos Docto-
res videre est, si ea repeti possit, cum rens
sufficienter tortus non esset ex aliquibus
causis, & Index protestatus esset de repeti-
tione, cum tunc non vere diceretur repeti-
tio tortura, sed potius continuatio prima;
vel cum reus deinde extra torturam non
ratiocinari possit confessionem in tortura factam,
quo casu etiam usque ad tertiam vicem pos-
se reum torqueri, scripsere Doctores, inter
quos Gomez variar. resol. cap. 13. num. 27.
Clar. quæst. 21. vers. vterius quero, ceterique
practici passim, vel cum noua superuenientia
indicia, ut ex Doctoribus relatis ab eodem
Scialoya loc. cit. num. 7.

Ceterum, ijsdem indicij reum sufficien-
tè tortum non posse iterum torqueri, certi-
tus est; vnde, cum ea per torturam di-
caatur debilitate, si sunt vrgentia, & si sine
indubitate, reus damnatur ad penam ex-
traordinariam, cum vere absolucndus non
sit, ex tantibus huiusmodi vrgentibus, vel in-
dubitatis indicij, qua ex eorum grauitate
non dic possunt purgata à tortura, sed tan-
tum debilitata ex Vinc de Francb. decis. 38.
in fine. Verum, si ea non erunt indubitate, ne-
que admodum vrgentia, reus penam etiam
extraordinariâ effugiet, & relaxatus sub fi-
deiusoribus, secundum praxim ab omnibus
Doctoribus traditam, si noua superuenientia
indicia ad torturam sufficientia, reus ite-
rum torquetur. Sed hoc tam raro accidit,
ut nunquam euensi viderim. Hęcque dicta
sunt, ut Tyrone confundantur in legendis
auditoribus, qui paucim scribunt torturam
repeti posse, nec explicant, quoniam sic
hęc repetitio torturz.

Collige secundò, licet tortura dari possit
in panam, ut videre est apud Correr: ut de
indicij, & tortura, num. 5. de Nigris in cap.
Regis, Tormenta, post num. 12. Farinac. prob.
Cri-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

125

Crimes de delictis, & penit. quæst. 19. num. 30.
 & adest Prag. 3. 10. & 14. de carcer. & Prag.
 2. de custod. reorum; hic tamèn dari, non in-
 ponam; sed, vel ut Reus purget Indicia ve-
 gencia non dum purgata in prima tortura,
 vel, ut crimen, quod confessus non fuit in il-
 la, confiteatur in altera.

Collige secundò, cùm non adfunt indicis
 indubitate, sed tantùm ad torturam, non
 posse Iudicem damnare reū pena extraor-
 dinaria propter indicia, sed debere illumina-
 torquere. Ita Guazzin. defens. 30. cap. 41.
 num. 2. Farinac. quæst. 86. num. 34. alijque,
 quicquid dixerit Danza de Pugna DD. sive
 3. sit de indicis c. 1. num. 7.

10. Quo ad alterum dubitari non potest;
 quin, seruitio non completo, gratia non di-
 catur perfecta, adeoque remaneat seruiens
 guidatus. Quod in dubium renocari non
 potest, ex dispositione Reg. Pragm. 30. de car-
 cer. lib. vbi hæc. E restando contento d'andare à
 seruire per lo tempo, che si destinera, finito di
 tempo, resti ognuno indultato di iuxti li delictis,
 che hauerà diebbarato, baxer conuenienti prima
 della pubblicazione del presente banno, non
 obstante, che non baneggero remissione di parte, e
 maneras farà al seruitio predetto, sempre s'in-
 tenua (notate) guidato in maniera, che, non
 si li possa dar fastidio nessuno per d. detineti.

11. Igitur, si medio hoc tempore seruiens de-
 lictum patrabit, perdet securitatem; seruata
 dispositione Reg. Pragm. 1. de Guidat.

12. Dubium verò versatur in probationibus
 faciendis; & , ut in primo puncto diximus,
 debet crimen plenè probari, ad hoc, ut ordi-
 naria pena sit dignus delinquens, & securi-
 tatem perdat.

Quoniam verò sodomie crimen ob suara
 seruata ex indicis indubitatis mortis po-
 nemus meretur, ex Reg. Pragm. 13. de officiis Iu-
 dicis pro qua re vide multa apud Reg. Capyc.
 lass. decif. 163. tom. 2. ut in cateris delictis
 fundas Capib. ad d. Pragm. 6. de Baron. tom.
 2. cap. 3. 2. num. 2. ex baultis DD. prime claf-
 sis; idcirco nol mirum, si fuerit in casu relato
 à Sanfelic. suspensus laqueo delinquens.

13. Hinc Collige primò, pro leui crimine
 non esse delinqüente spoliandum guidati-
 co, pro ut probat, & decisum refert Vinten.
 de Franc. decif. 258. in fine; nam, si pro quo-
 liber leui criminis puniendi essent etiam pro
 delictis commissis antè securitatem, eamq;
 amitterent, vel nemo securitatem reciperebat,
 vel pauci illa gauderent. Crimini autem le-
 uitatem in hac materia non iudicis arbitri-
 atio remitterem, ne guidatorum securitas à
 14 iudicis motibus dependeret, sed ea dicere
 esse leuia delicta, quæ ponam corporis affli-
 ciuam non megerentur, sed pecuniariam.

15. Collige secundò, nullitatem guidatici &

defectu potestatis concedentis non impor-
 taré amissionem illius, cum carceratus in
 pristinam libertatem reducendus sit, secùs
 verò, si eius nullitas causata sit ex taciturni-
 tate alicuius criminis, vel, si guidatus in
 confessione criminum, pro quibus assécu-
 tus est, non obseruauit leges banni, puta co-
 lorando crimina commissa, vel tempus ex-
 ceptum à bannis, ut fuscè ostendit Capyc. lat.
 decif. 105. num. 53. & seqq. omnino viden-
 dus, dum omnia habes ad materiam hic non
 rescribenda.

S V M M A R I V M :

- 1 Delinquens, & accedens ad forum partis of-
 fensa contra formam gratia, puniendus esse
 pena delicti.
- 2 Baro nequit ad instar Principis alicui gra-
 tiam facere, ni prius remissio obtenta sit.
- 3 Remissio partis debet procedere, non subsequi
 gratiam.
- 4 Remissio, quamvis nulla praevenerit querela &
 est necessaria.
- 5 Proreges bene operantur, cùm gratias conce-
 dunt inquisito, dummodo intra certum tem-
 pus procuret partis remissionem, contra ea,
 qua scripta Reg. de Ponte.
- 6 Principes semper laudandi.
- 7 Cornelius Tacitus quomodo laudaris Vespa-
 sianum.
- 8 Ratificatio remissoris obtenta post tempus
 statutum à gratia non prodest: quod intelli-
 gendum, re non integra; & quare.
- 9 Reustransiens per loca partium offensarum,
 non animo commorandis, non punitur.
- 10 Mora modica in locis partis offensa quatenus
 dicenda sit.
- 11 Offensus, si aggrediatur offensorem transien-
 tem per loca offensi, & offensor interficiat
 offensum, an puniatur.

DILVICIDATIO DECIS. XLIX.

H Aber decisio hæc, puniendum esse pas-
 na delicti cum, qui à Princeps gra-
 tiam obtinens patrati criminis, non concor-
 data parte, nec obtenta remissione, ad quam
 obtinendam tempus statuti fuit, dummodò
 non accederet ad loca partium offensarum,
 nihilominus illue accessit, & deliquit iter-
 dum.

Supèr qua re vide etiam Catalan. de in-
 dulsi: quæst. 5. num. 10. sed ne deseras Roni:
 de quo Reg. noster hæc. in d. Pragm. 1. de Guidat.
 dum multa sit scitu digna, quæ non re-
 peto, ne alias scripta decantem, nec non
 tandem Ronitum in decif. 4. formata ex ijs,
 quæ dixerat in d. Pragm. vbi Dec. Altimar.

Hinc multa collige; & primò, Baronem
 pon

non posse aliquam gratiam concedere ad instar Principis, ni prius partis remissio obtenta sit, vt ait Capiblan. ad Pragm. 6. num. 48. partis enim remissio præcedere debet, non subsequi gratiam, ex eodem Capibl. loc. cit. num. 34. & de Pente cons. 69. Estque semper necessaria, quamvis nulla præcesserit querela, ex de Pont. de potestat. Proreg. tit. 1. §. 4. num. 33. Carav. ritu 272. Konit. Pragm. 4. de composit. alijsque.

3 Verum non possum non mirari Reg. da. Ponte sic alloquenter loc. cit. num. 11. Et propterā, dum Proreges ad gratias faciendas processerunt absq; partis renuissone, nulla causa publica existente, vel fecerunt gratiam, dummodo infra tot annos partes concordarentur, & interīm inquisiti liberi incederent, & prætificarent, male fecerunt contra leges, contra rigas, & contra publicum bonum, & nullam ad hoc habuerunt, nec habent potestatem, cum nec etiam Rex de potestate ordinaria iuri tertio competenti derogare potest, & maxime bac sunt abdominalia, quando sunt sub colore grisea, sed verd, pecunia in tercedente &c. Illum, inquam, non possum non mirari, cum huiusmodi gratias sicut à Proregibus, non pecunia intercedente, vt Reg. de Ponte, vel somniauit, vel suspicatus est, vel diuinare arbitratus fuit, sed ratione publica utilitatis; etenim pars offensia, videns, Principem concessisse inquisito gratiam, nec aliud deesse, quam remissionem ipsi reseruataq; facilius, inducitur ad eam faciendam, quam alias facere renueret, ni Principis gratiam præcessisse, videret, putans, huiusmodi inquisitum Principi etiam esse invisum, adeoque sibi licere eundem odio habere. Ad hanc ergo cuitanda optimo iure talis gratia conceditur, partique offensia consulitur, tam prohibitione accedendi ad locum, in quo ipsa inimoratur, quam dilatione concessa ad remissionem procurandam. Ceterum non licet scriptori supponere in Principi, sive suspicari actum illicitum; &, quemadmodum non licet in Rege, ita nec in Prorege, qui loco Regis stat. Quod nos edocuit exemplius ille Scriptor Cornelius Tacitus, qui, vt Vespasianum laudaret, ita se gessit, vt cæcum, claudumque sanatos ab ipso speciali eorum falsi numinis Serapidis prouidentia scripsiterit in libro viiiijmo: hæcque, Cornelij ars occasionem prætitit nonnullis, tam antiquis, quam recentioribus scriptoribus viuentes ienit, laudandi Principes, eosque, quo altius ponunt, rebendi. Post habitus ei go Regenij de Pente iuspcionibus, concludimus hilares, ni. neq; à Regni nostri Neapolitanij Proreges huiusmodi gratias, prævia pecunia, concessisse, sed ad publicam utilitatem, quam ex earum concessione nasci vide-

bant. Illas ergo in posterum concedant, alij verò perperam loquuntur.

Secundò, data à Principe dilatione sex menses ad obtainendam partis remissio-nem, si interīm alterius nomine alter ex fratribus remissionem faciat, & is, cuius nomi-ne etiam remissio facta est, ratificet post sex menses, non prodesse remissionem post tem-pus statutum factam, vt in punctione, multis adductis, post alios, scripsit. Scialoya in praxi far indicatoria, cap. 24. num. 20.

8 Quod ego limitarem duobus casibus, scilicet, quoties alter ex fratribus manda-tum haberet aliorum, & quoties, re adhuc integra, obtaineretur remissio. Et licet secun-dus hic casus possit sic limitatus videri du-rus, cum contrarium intèr ceteros fusè probet Reg. Merlin. cap. 68. tom. 1. nihilominus tamen, quoties non deuentum est, post tem-pus statutum ad remissionem obtainendam, ad aliquem actum, ita ut res integra dici queat, certum est, nullum ius dici acquisi-tum fisco, ac proinde, cum gratia exequitio dependat tantum à parte offensia, si hæc, re integra, remittet, licet post statutū tempus, quod tantum sui fauorem respiciebat, Do-ctorum opiniones in nostro casu limitande sunt. Quod ea ratione probatur, quia Principis assensus quandoque, re integra, superueniens, etiam operatur ad beneficiarij uti-litatem: igitur idem dicendum est de ratificatione remissionis; quæ, re integra, superuenierit, cum, quemadmodum se habet assensus Principis respectu sibi præjudicialium, eodem se modo habeat remissio facienda à parte offensia, tanquam ipsi tantum præjudicialis, siveque partis remissio in nostro casu tempore circumscripta non habetur tanquam forma gratia obtentæ, sed tanquam mera conditio, tota se tenens ex parte perso-næ offensæ, quæ, re integra, potest illi renun-ciare, adeoque, licet quandoque temporis prefinatio dicatur esse de forma actus, vt ex aut. que supplicatio C. de prec. Imperat offen-sen. quam allegat Reg. Merlin. d. cap. num. 10. id tantummodo intelligendum est, cum ea recipit esse ab ipso actu, nec ab aliquo alio, extrinseco dependet, qualis non est remis-sio arcta à tempore, quæ non ab offensore, nec à gratia dependet; ac proinde non reci-pit esse ab ipso actu gratia, siue ea confide-retur tanquam proueniens à concedente, siue tanquam terminata ad concessionarium, sed tantum à parte offensia, quæ extrinsecè concurrit ad gratiam per remissionem, quæ ut mera conditio habetur: sed de hac re fu-sius alibi.

9 Tertiò collige, decisionem hanc limitan-dam, cum reue transferat tantum per loca-partium offensarum, non aperte commo-randi,

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

127

randi, et modica mora non officiat; non enim dicitur venisse, qui non stetit. In punto Capituli. 1. ad Pragm. 6. de Baronibus: num. 161. & ad Pragm. 7. num. 43. ex Viuio decis. 305. & videndi Hipp. de Marsil. præt. crimin. 5. aggredior num. 43. Nell: de bannit. parte prima 2. temporis num. 5. 8. Caball. casu 283. num. 74. Pasch. de Patri. Potest. parte 4. cap. 3. num. 31. Gandin: de malefic. sit. de bannit. pro maleficio, Nouar. quæst. forens. 28. num. 4. tom. I. Dom. Rodoer. ad cap. 116. Reg. de Marin. alij que, qui omnes vñanimi consensu modicam moram nihili aestimant.

30 Qualis autem reputetur modica mora, dubium est; quandoquidem multi illam coarctant ad quatuor dies, ut videre est apud Paschal. loc. cit. num. 22. alij ad vigintiquatuor horas, ut Mele ad Gizzarell. decis. 23. num. 26. Ego autem omnia remitto ad Iudicis arbitrium, qui ex necessitate, propter quam reus ad locum veticum accedit, arguet, quanta, & qualis debeat esse mora necessaria, ut modicam, vel immodicam illam arbitrari valeat.

Sed quid, si quem transeuntem per loca partis offensa, non animo permanendi, aggrediat pars offensa, ita, ut illa, non valens aliter se defendere, partem offensam sine culpa immoderata tutelæ interficiat, an puniri possit pena delicti?

Dux possunt esse opiniones. Prima negatiua, cum defensio sit de Iure naturæ: vnde nequit aliquis se indefensum deferere. Altera affirmatiua, quia dedit operam rei illicitæ; poterat namque ad occasionem fugiendam aliò vertere. Quare, quamvis dignus pena non sit, qui, non animo permanendi, per loca partis offense transit, cum verè nihil male agat; erit tamen pena dignus, si ex huiusmodi transitu aliquid male coniat, cum presumatur, illum pertransisse, ut partem offensam sua presentia prouocaret. Ego postremam hanc tenerem opinionem, quoties contrarium non probaretur: si tamen casus acciderit, cogitandum,

S V M M A R I V M .

- 1 Guidaticum obtinens, dummodo non accedas ad Civitatem aliquam, illo non gaudet, si accedat ad eius suburbia.
- 2 Rigor iuris non semper bonus in questionibus ad Regimen spectantibus examinans.
- 3 Guidatici conditiones qua sint.
- 4 Guidati cur nequeant accedere ad propriam patriam, & loca partis offense.
- 5 Guidati sub diversa ratione nequeant ingredi in patriam propriam, & partis offense. Quid fusissime deducitur.

- 6 Guidatis, quibus prohibetur ingressus in propriam patriam, & patriam offensi, an prohibetur ingressus in territoria utriusque; an tantum alterutrius. Fusce examinatur, & noua opinione in decisionibus fundatur. concluditur.
- 7 Guidati patria, in quam ingredi prohibetur; quenam intelligatur, ea scilicet, in qua ille natus est, an auctem, in qua habitat.
- 8 Index iubere poterit, ne quis per alicius demum transeat.
- 9 Index potest prohibere, ne quis e sua domo exeat.
- 10 Guidatico non gaudet, qui reperiatur in Ecclesia loci prohibiti.
- 11 Guidatico gaudet, qui die Paschalis accedit ad Ecclesiam loci prohibiti ad se sacra reficiendum synaxi, sed, an semper, & quando.
- 12 Exul an frangat exilium, si in Ecclesia commovetur.
- 13 Guidaticum non dicetur fractum, cum quis viuis est in loco prohibito, dummodo in illo non fuerit apprehensus.
- 14 Guidatico an gaudeat, qui commoratur in finibus consignis territorio prohibito.
- 15 Guidatico an gaudeat, qui sepe, licet brevi temporis spatio, ad loca prohibita accedit;

DILVICIDATIO DECIS. L.

- H**abemus hic, obtainentem guidaticum, dummodo non accedat ad patriam, ubi resident partes offensa illo non gaudere, si accedat ad illius loci suburbia, ea potissimum ratione, quia prohibitio, hæc tendit in fauorem Reipublicæ pro pace conseruanda; vnde extendenda est, alijs redderetur clausoria prohibitio. Contrariam verò opinionem refert varijs Doctoribus fulcitam Scialoya in præl. foriudicatoria: cap. 23.videndus à num. 40. ad num. 42. licet ipse illi non adhærebat.
- 1 Profectò, si, solo iuris rigore attento, discurrere vellemus super hac decisione, utique in eundem ferè errorem, in quem lapsi sunt nonnulli prime noti Doctores, incursumus: adeò verū, quod alias diximus, scilicet, quandoque communibus parentibus dum iuribus, ut bene publica res agatur.
 - 2 Ut igitur verè decisio hæc dilucidetur, si pugnandum est, concedi semper guidaticum, cum his, inter ceteras, sub conditionibus, ne inquisitus accedat ad propriam patriam, neque ad loca partis offense, quæ etiam strictioribus verbis exponuntur, sub prohibitione videlicet ingressus. Hinc est, ut dubitarent Doctores, an huipsmodi ingressus contineat civitatem tantum, sive patriam, tam delinquentis, quam partis offense, an etiam territoria. Supèr qua questione, ut vide:

128 Io: Baptiste Mucci Lib. I.

videre est apud Ronit. decis. 11. Paschal. de vir. patr. potest. lib. 4. cap. 3. n. 23. de Marin. lib. 1. resol. quotid. cap. 161. Reg. Sanfelic. hic, aliosque relativos à Scialoya loc. cit. & Dom. Blas. Altim. ad d. decis. Roniti, l. c. sunt Doctores, & præcipua ratio, in qua vtraque contraria opinio fundatur, ea utique est, quia, cum simus in pœnibus, non veniunt suburbia: ad quam rationem respondent contraria sententia sectatores, innixi præfate regule, non versari nos in pœnibus, sed in fauoribus, eo quod favore Reipublicæ prohibetur accessus huiusmodi. Igitur eslet secundum vtramque sententiam iam fundatam super extensione in fauoribus tantum, non in pœnibus, videndum, an versemur in pœnibus, an autem in fauoribus, adeoque, quomodo cumque discurreremus, non habetur intentum.

5 Alijs igitur terminis ad veritatem indagandam discurrendum est, & consequenter dicendum, in huiusmodi prohibitione nil considerari fauorable, nihilque pœnale, quoniam prohibicio accessus non sit in pœnam delinquentis, neque in fauorem partis offendæ, cum, nec delinquens puniatur hac pœna, nec offendere consulatur, dum ille alia eset duriori plectendus pœna; huic autem alia eset danda satisfactio, sine qua nunquam remitteret offendam, ad quam remittendam nequit compelli. Id ergo, quod consideratur, est bonum Regimen, quod diuerso modo consideratur respectu patriæ delinquentis, quo consideratur respectu patriæ offendæ, nam respectu patriæ delinquentis consideratur iactantia, quam ostenderet delinquens, si per propriam patriam ob oculos ciuum ambularet impunis, ac si tale crimen patratum dignum esse, vt à conciubibus defraudentis recipi peretur: quare ad iactantiam hanc euitandam, perdet guidatus propriam patriam. Respectu autem offendæ, non solum consideratur iactantia, & quidem major, sed etiam scandalum publicum, cum, accedente delinquentे ad offendæ patriam, facillimè intèr vtrumque crudelis interueniret pugna, necsq; quā plurimæ orientur, aliaque scanda, ad quæ omnia euitanda consuluntur prohibitione accessus ad loca partis offendæ.

6 Ex his sic explicatis deducitur solutio ad questionem hanc: nám, si agatur de ingressu in patriam delinquentis, appellatione patriæ non veniunt suburbia, & territoria, cum factis sit ad effugiendam iactantiam, vt delinquenti prohibeat ingressus in patriam; quinimò accessus ad territoria cum similitudine ingrediendi in patriam illum omnibus ostendit ex delicto deprelum: & secundum hæc recipienda sententia Reg. de

Marin. Pas. halis, aliorumque idem sententiū apud Scialoyam loc. cit.

Sin autem agatur de ingressu in patriam offendæ, appellatione patræ veniunt suburbia, & territoria, cum aliæ non effugerentur rixæ, ceteraque pericula superius descripæ. Quod idem dicendum est, quando patria communis est, tam scilicet delinquentis, quam personæ offendæ, quia, licet possit delinquens ingredi in territoria, tanquam territoria patriæ propriæ, quia tamè patriæ est etiam personæ offendæ, militat ratio superius assignata. Et secundum hanc sententiam explicanda, & recipienda est decisio relata à Reg. Sanfelicio, qui de patria offendæ loquitur, & de eadem Ronitus in d. decis. 11. in causa Vincentij Magliuli, cuius meminit hic Sanfelicius. An autem ratio per nos tradita secundum has distinctiones sit vera, colligi poterit ex ijs, quæ scripsit Ronit. loc. cit. num. 19. quo loci refert motiva Iudicium.

7 Et ex his deducitur, non recipienda opinionem Reg. de Marin. ad d. cap. volentis vt, cum agitur de ingressu delinquentis in propriam patriam, non intelligatur prohibito de patria, in qua delinquens habitat, sed de ea, in qua natus est, quæque rigorosè dicitur patria. Non, inquam, ex dictis recipienda hæc opinio est, cum iactantia ostendatur plus in patria, vbi habitat, & immoratur delinquens, quam vbi natus est, in qua forte ne eius quidem nomen innotescit: vnde Dom. Rodoyerius ibi prudenter de more se gessit in additione, adducens tantum textus, in quibus de patria sermo est, nec verba faciens dæ Regentis opinione, quam forte amplecti non debuisset.

8 Hinc collige primò, eadem ratione, pro pace scilicet conseruanda, & ne scandala oriuntur, posse Iudicem iubere, ne quis per alicuius domum transeat l. si reos solitarnus regionum ff. de offic. Praefect. urb. l. 4 ff. de offic. Praef. vigil. & videndus Thesaurus decis. 110. num. 3.

9 Secundò, eadem causa posse iudicem iubere, ne quis è domo sua exeat. l. moris ff. de pœnis, cum concord. Alex. in l. quod iussit. num. 3. ff. de re iud. Gomes. variar. resol. tit. de exil. lib. 3. Vinius decis. 341. num. 2.

10 Tertiò, si quis, accedens ad locum vetitum, reperiatur in Ecclesia loci illius, adhuc dici, illum non gaudere guidatico, pro vt sic decisum refert Reg. de Marin. post discussum vberim articulum, in cap. 116. Resol. quo tid. lib. 1.

11 Quartò, gaudere guidatico illum, qui die Paschatis accedit ad Ecclesiam loci prohibiti, vt se sacra synaxi reficiat, à qua tamè statim discedit, vt decisum refert Giurb. conf.

cons.81. relatus à Scialoya loc. cit. num. 43. in fine, pro qua re vide Reg. de Marin. in alleg. 90. Quod ego limitarem, si in loco proximo, vbi commoratur, est Ecclesia, in qua potest Sacra menta suscipere. Hoc autem in dicas arbitrio remittitur, adeoque erit causus comprehensus in dilucidatione decis. 51. de qua mox,

32 Quid autem dicendum sit de exule, an si frangat exilium, si in Ecclesia comminoretur, vide Reg. de Marin. loc. cit. & Scialoyam ubi supra num. 44.

33 Collige quintò, ad hoc, ut fractum dicatur guidaticum, non sufficere, vt reus visus sit in loco prohibito, sed apprehendendum esse in illo loco, ut in puncto scripsit Danza de pugna D.D. tom. 3. de guidaticis cap. 3. & rationibus, & paritatibus exornat Scialoya loc. cit. num. 44. quem vide circa reliqua spe-
ctantia ad guidaticum in toto præfato cap. 23.

34 Quid autem dicendum, si reus comminoretur in finibus contiguis territorio prohibito, ita, ut parum spatijs interiaceat inter utrumque territorium? Breuissime respondeo, hoc casu reum non subiacere poenæ, & propter ea ad huiusmodi scandala evitanda solent in indultibus, & gratijs Principes apponere clausulan, dummodū non accedat ad lucas, ubi partes offendit degunt, per octo milia-
ria: de qua re vide Catal. de indul. cap. 25.

35 Et quid dicendum, si ex paucō, quod interiaceat, spatio, Reus sibi ad loca vetita veniret, quamvis ibi breui tempore comminaretur? Ego responderem, illum teneri poena delicti, licet enim venisse nō dicatur, qui non stetit, ut in antecedenti dilucidatione diximus; qui tamē sibi venit, stare dici-
tur; quare in pœnam incu-
rere retinetur, cum aduen-
tus ille non esset per modum transitus, sed per modum propoliti, ac proinde verē mor-
tis, quod nota.

S V M M A R I V M .

- 1** Accessus ad locum partis offense quandoque, attento rigore, punitur, quandoque secūs de equitate.
- 2** Equitas quando seruanda sit in puniendo accessum ad locum partis offense, quando vero rigor.
- 3** Indulitus conceditur ratione publica utilitatis, absque partis remissione.
- 4** Gracia neque à Principe concedi potest absque partis offense remissione, praecisa publi-
ca utilitate.
- 5** Locus partis offense ad evitandas ambages declarari debet.
- 6** Offensor post factam concordiam, quandoque punitur, tanquam fractior pacis, & quando-

7 Cautio, & verbum Regium, etiam amplissima forma, & pro quaunque causa independente à prima offensa, prestita, non obligant pro noua offensa independente à prima, ac proinde proueniente ex noua rixa pro noua causa.

8 Cautio, & verbum Regium sunt strictissimi iuris.

DILUCIDATIO DECIS. LI.

1 Concessa alicui gratia cum prohibitio-
ne non accedendi ad locum, vbi de-
gunt partes offendit, pendente termino re-
missionis petendz, si quis interim in præfa-
to loco reperiatur, deprendere eum gratiam
de rigore iuris; secūs de æquitate, hic edoce-
mur; vnde, licet de rigore M. C. pronuncia-
uerit, æquitatem deinde sequutum esse Sa-
crum Consilium, habemus.

2 Hic ergo, præter ea, que in duabus ante-
cedentibus dilucidationibus diximus, ad-
uertendum illud vtique est, quandoque sci-
licet ad equitatem in hac materia recurren-
dum; quandoque vero ad rigorem. Ad equi-
tatem præfecto, si in loco vetito reus forte
repertus sit, non ut Principis mandata vil-
penderet, non ut partem offendit provocaret,
non denique, ut nouum patraret deli-
ctum, sed ut suis consuleret egestatibus, ut
consanguineos suos videret, ceterisque ca-
sibus, quos Iudicis arbitrio relinquis, quemadmodum poena fracti exilij non ple-
di cum, qui pergit ad locum prohibitum,
ex iusta causa, scripsere inter ceteros No-
tar. de granam. vassall. tom. 2. à. num. 2. & San-
felicius decis. 256. num. 2. de qua re nos ibi.

Ad rigorem autem, si reus locum vetitum
petierit, ut spreta Principis prohibitione,
vel partes offendit provocaret, vel terroreret,
vel aliqua illas afficeret molestia. Vtraque
pars nostræ conclusionis probatur eviden-
tēr, cum nullo alio fine Princeps sic iussit,
quam ne scandala euenerent. Iam vero, si
contra mentem Principis quis operaretur,
indignus certè redderetur gratia, qua affe-
ctus est: non sic autem, cum menti Principis
non contraveniret, & non malo proposito,
quinimodo bono; vel, inuitus ad locum veti-
tum accesserit: tunc namque, licet contra
Principis legem accesserit, non tamē con-
tra illius intentionem id egit. Vnde æqui-
tatem potius huiusmodi error mereretur,
quam rigorem: sicque regulandum, arbitrator,
iudicis arbitrium.

Nec miremini velim, si aliter senserit S.C.
quam M. C. nam hoc tribunal rigoris est,
quare nequibit præter Principis legem ar-
bitrari: secūs vero S.C. quod, re nata, æqui-
tati inuixum, rigorē quandoq; deserit; vbi
R vero

verò requiritar, amplectitur. Quod proprium est patris familias, cuius semitas Sacrum Consilium sequitur. Casus autem, in quibus Iudicis arbitrium regulandum dixeris, habes in duabus antecedentibus dilucidationibus.

Quoniam verò hic *Sanfelicius* num. 24. & seqq. inquit, Principem nō remittere delicta, non concordata parte, quando non adest causa publicæ vtilitatis, ac proindè, prohibitionem non accedendi ad loca partis offensæ subrogatam esse loco pacis, & consequenter eum, qui pacem non obtinuerit, nec fines seruauerit, cadere è beneficio securitatis, & gratia; idcirco aduertendum est, pro ut aduertit etiam, præter citatos à *Sanfelicio*, & *Rouito ad pragm. 7. de composit. num. 18. Thor. ad de Ponte de potest. proreg. tit. de provision. fier. sol. 5. 4. num. 6.* indultari inquisitos ob seruitia præstata, absque partis remissione, idque quia, cum expédiat Reipublice, seruitia illa habere, publica vtilitas priuata preponenda est. Præter hunc verò casum Princeps nequit ius parti auferre, neque reseruare, vt cum *Caravita* intrepidè sensit de Ponte loc. cit. num. 10. Qua supèr re consulendi sunt omnes ij, quos *Rouit. in d. Pragm. 7. de composit. num. 18.* adducit. Verum nos aliqua dicimus in dilucidatione decisionis 53. circa potentiam absolutam.

Ex hac decisione collige primò, praxim à Reo tenendam ad ambages effugiendas; nam, cùm gratiam obtinuit sub conditione, ne ad loca partis offensæ accederet, debet comparere in M.C.V. & initare pro declaracione loci partis offensæ, eoq; declarato, tunc erit, cum alijs pars offensa semper possit excipere, mulea sibi esse loca ab offensore effugienda, puta locum, in quo natus est, in quo tunc immoratur, in quo multa bona possidet, aliaque: vnde evanire posset, vt per ea transiens, accusaretur. Iḡt̄cū ad hēc evitanda, zquā est, vt declaretur locus, pro ut declaratum fuisse hic, ait *Reg. Sanfelicius* in princip. decisionis.

Collige secundò; posse daricasum, quo facta remissione, puniri possit remittens, tanquam fractor pacis, contra ea, quæ docuit *Farinac. conf. 98.* puta, si quis post remissionem factam, occasione arrepta, offensorem interfecit, vel affecit iuriaria. Hinc, cum remissiones apud plebeios fieri soleant, præstata ad inuicem cautione de non offendendo, & inter nobiles soleat fieri pax sub verbo Regio secundum praxim traditam inter ceteros, à *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. num. 17.* ubi *Thor.* varicos allegans, corrigenda est imaginatio:nam tam cautio de non offendendo, quam verbum Regium, obligat tantum pro illa offensa, pro qua præsta-

tur cautio, & pro qua sit obligatio sub verbo Regio. Coeterū, si ex noua causa penitus independēt à prima oriatur noua rixa, quare noua sit offensio, nō dicetur offendēs contrauenire cautioni, vel verbo Regio, quamvis cautio, vel verbum Regium præstaretur pro quavis causa, quia semper id intelligendum est pro causa dependente ab ea, pro qua præstatur; quinimò, quamvis præstaretur pro quavis causa independente à prima, semper intelligeretur præstitum occasione, primæ offensionis, ac proindè alia ex causa offendens aliquē offensorem, non teneretur tanquam fractor pacis, & tanquam contraveniens cautioni, vel verbo Regio: & ratio est, quia cautiones, verbum Regium, & cetera huiusmodi remedia sunt strictissimi iuris: vnde, & si generaliter præstata, restringuntur ad casum, pro quo præstantur, vt fusæ alibi dicemus. Igitur, cum hēc ita sine, oculati sint Iudiees in examinando, an offensor offensus sit ex eadem antiqua causa, arrepta occasione, an autem verè noua. Sed in dubio semper causa præsumetur antiqua; imò dico, vix in praxi posse contrarium obtineri, cum vix constare possit, nouam causam ab antiqua penitus non dependere; sique consticerit, credam procedi, ac si non constaret.

SYNOPSIS.

- 1 Tempus carcerationis computatur in termino dato ad obtainendam remissionem, si iusta fuerit, secùs, si iniusta.
- 2 Carcerationis tempus non computatur in termino dato, si carceratus extitit pro eodem crimen.
- 3 Tempus carcerationis computatur in termino exiliij.
- 4 Tempus carcerationis, pendente appellacione, computatur in termino exiliij.
- 5 Tempus carcerationis computatur in termino exiliij, si interim capitus sit ex illo crimen.
- 6 Carceratus nequit duplice pena puniri, & quomodo.
- 7 Tempus carcerationis non computatur in termino exiliij, si carcer datus sit in panam alterius criminis.
- 8 Carcer datus in panam differt à carcere dato in custodiā.
- 9 Tempus datum ad colligendas sarcinulas an computetur in termino exiliij.
- 10 Terminus carcerationis non computatur in termino dato ad remissionem obtainendam, si quis carceratus fuerit ex mera calunia,

DILV.

In Decisiones Reg. Sanfelicij : 131.

DILVCIDATIO DECIS. LII.

Licet in antecedenti dilucidatione vide-
rimus, æquitate à S.C. iudicatum, reum
non amisisse gratiam; tamèn, eo quòd pro-
hibitioni ille contrauenerat, quare carcere
detentus extitit, S.C. iustum habuit carcer-
ationem, & tempus carcerationis computan-
dum in termino dato ad obtinendam re-
missionem censuit.

Vndè collige primò, eadem ratione tem-
pus carcerationis non computandum in
tempore exilij, si quis iuslè post exilij sen-
tentiam carceratus extitit, puta, quia ære
alieno grauatus in carcere detineatur. Quod
tamèn limitatur, si potest cautione illi con-
suli; tunc enīm, Fisco instantे, reus transmit-
titur: de qua re vide, quæ scripsit *Vincen.de Franch.* in decis. 317. Aliter verò dicendum,
si reus carceratus extiterit causa eiusdem
criminis; tunc namque non debet dupli-
cēm experiti pœnam, adeoque tempus car-
cerationis computabitur in termino exilij,
ex l. omnes C. de pœnis, ex eodem Vincent.de Franch. & Capibl. de Baronibus ad pragm. 19. num. 8.

Quod idem dicas, etiam si reus appella-
ret à sententia exilij, quia tunc, si hoc inter-
medio tempore reus vinculis fuerit deten-
tus, tempus hoc computabitur, ut ex multis
latiſ doctè fundat *Ricc. in addit. ad d. decis. Vincent.de Franch.* quam vide, nec deseras
eundem *Ricc. decis. 45. part. 2. num. 3. vbi multos habes distincte casus, & Petr. Caball. resol. crimin. casu 142: num. 143.*

Collige secundò, si quis, in exilio perma-
nens, carceretur ex alio crimen, dubium
esset, an tempus, quo ille carceribus detine-
tur, computetur in termino exilij; nam pro
negatiua opinione facit, quia nouum cri-
men non debet prodesse delinquenti: igitur,
si pro nouo crimen ille carceratur, hęc car-
ceratio non proderit exilio, & sic in termi-
no statuto non computabitur. Pro affirma-
tiua verò facit, quia ex d.l. *omnes C. de pœnis*
indistinctè habemus, carceratum non posse
pœna carceris, & exilij puniri. Vndè *Bald.*
ibi inquit, eum, qui debebat in exilium per
decénium permanere, si interim reuersus sit,
& in carcerem missus, expleto deinde tem-
pore, non veterius exilij pœna plegendum.
Igitur, si carceratus causa finium non serua-
torum est immunis, expleto tempore, à pœ-
na exilij, quanto fortius id dicendum, cum
quis alio ex crimen carceratus est, nec lu-
dici inobedientiam premitur fines seruando.
Ego, ut verum fatear, postrem huic opinio-
ni adhærerem, cum non obstat oppositio su-
periùs allata, quandoquidem non prodes-
set illi nouum crimen, quinimò noceret, dum

loco exilij careerem periclitaretur durior
libertatis priuatione.

Sed quid, si propter illud crimen, propter
7 quod fuit carceratus, daretur pœna carceris,
non dum expleto exilij tempore, vel discer-
etur, careerem cedere in pœnam, pro. vt quo-
tidie seruari videmus, & refert *Dom. de Luca ad d. decis. Vincen. de Franch.* an tempus hoc
carceris satisfaceret, tam pro pœna exilij,
quam alterius delicti. Negatiuè respon-
deas; nām, si duplex fuit crimen diuerso
tempore patratum, duplex esse debet pœna,
adeoque carcer datus in pœnam pro secun-
do crimine non debet imputari in alia pœ-
na exilij; differt enim carcer datus in pœ-
nam à carcere dato in custodiam; nam, cūm
datur in custodiam, computatur in termino
exilij, quia succedit, tanquam pœna: at verò,
cūm datus est in pœnam pro alio crimine,
quia ille, tanquam pœna, deseruit, non potest
succedere in aliam pœnam, & pro dupli-
cē pœna seruire.

9 An autem tempus datum ad colligen-
dum sarcinulas imputetur in termino exilij,
Affirmatiuè respondet Rouit. decis. 61. num. 5.
Ego tamèn de hac re alibi, cum nonnullas
habeam in contrarium rationes.

10 Collige tertio pro casu nostrę decisionis,
si reus carceratus extiterit mera inimico-
rum calumnia, quare innocens repertus sit,
tempus carcerationis non computandum
in termino dato ad remissionem obtinen-
dam, cum tunc nulla carcerati culpa consi-
derari valeat: casus verò, in quibus innocens
reus habetur, collige ex antecedentibus dua-
bus dilucidationibus.

S Y M M A R I V M .

- 1 Princeps ob publicam utilitatem potest gra-
tiam conferre absque partis remissione.
- 2 Princeps secularis nequit ius diuinum decla-
rare, adeoque fusè explicatur Capiblanc.
- 3 Mala quandoque tolerantur, ut f. giuntur
graniora.
- 4 Foriudicati an licet, & sine peccato ab om-
nibus occidi possint, latè discutit ur.
- 5 Princeps potest facere de delicto non deli-
ctum.
- 6 Princeps potest cogere partes, ut pacem
ineant.
- 7 Princeps non presumitur dispensare in tertij
praiudicium.
- 8 Princeps non presumitur uti potestate abso-
luta in tertij praiudicium.
- 9 Stylum semper attendere debemus ad inter-
pretandam Principis gratiam.
- 10 Princeps potest ex iusta causa praiudicium
tertio inferre de potestate absoluta, quod pro-
basur.

22. *Gratia facta in tertij praividicium in discessu Proregum, an dicantur facta de potestate absolute, & sustineantur.*
23. *Gratia, quæ sit à Prorege, debet expediri in forma Regis Cancellaria.*
24. *Remissio an requiratur, si sit ignota pars offensæ, & quomodo fiat decretum.*
25. *Remissio partis offensæ quando non sit necessaria.*
26. *Remissio non est necessaria, si vulnus fuerit casuale, ex lexi, vel levissima culpa, vel ex illius emissu nulla fuerit sequitur offensio.*

DILVCIDATIO DECIS. LIII.

Habemus hic, posse Principem ob publicam utilitatem crimina condonare absque partis remissione, posthabito illius interesse, de qua re diximus aliqua in dilucidatione decisionis 5.1. ubi alios retulimus Doctores, quas vide.

Capiblanc. verò ad Pragm. 6. de Baronib. num. 13 l. & seqq. tom. 1. varijs exornat Principis potestatem in indultando absque partis remissione ex iusta causa: quoniam vero ille inquit, posse Principem ex causa relaxare, minuere, & declarare ius diuinum, quod latè explicat, aduertendum est, cum non loqui in stricta significatione cum Principis secularis non sit declarare ius diuinum, nec Principis, quamvis Ecclesiastici, illud minuere, & relaxare; sed dicendum est, illum loqui larga significatione; quandoque enim Princeps permisso se habet, cum permissat, meretrices extare ad majora scandalorum cuitanda; quandoquidem, licet non sine facienda mala, ut inde eueniant bona, permittuntur quandoque mala, ut grauiora effugiantur, quæ permissio adhuc esset illicita, si absque iusta causa fieret.

Quod autem ait de occisoribus, scilicet, 4. posse impunè occidi foriudicatos, cum tamē obiret preceptum, nos occidas, non transiundum abique animaduersione; siquidem, qui, iure permittente, alios occidunt, sunt potius exequutores iustitiae, quam principales occidores, sicque, quemadmodum Index delinquentem pœna ultimi supplicij, damnans non dicitur contrauenire hunc precepto, ita nec quis, iure permittente, alii interfici. Hoc vero ius nequit aliquis suo sibi modo fungere, putans esse licitum publicæ honestatis causa adulterorum interfici, & similia; etiamne requiritur ius expremere, quod emauerit ab eo, qui potest iura condere. Vnde consideratio publicæ honestatis, siue utilitatis, speciabit ad legistoren tangentem, non ad priuatos: sicque, si quis scandalorum interficerit, peccabit, & punietur ultimo supplicio, dummodo scandalum il-

lud non sit expressè per iura pœnas infingenia enunciatum, ita, ut possit ab omnibus puniri.

Hinc, licet iura pœna ultimi supplicij aliquem puniant, non indè ille poterit à priuato puniri, nisi id expressè in iure habeatur: & ratio est, quia nemo potest esse adus iustitiae exequitor, siue minister, nisi Princeps permittere: quare, si Princeps iustitiae exequitionem in delictis non omnibus penitserit, nemo poterit huiusmodi ministriū sibi tribuere absque culpa inmoderata tutelæ. Hæc omnia scripsi, ne Capiblacus aliter, ac veritas expostulat, allegaretur contra Sanctæ Ecclesiæ dogmata.

Ratio autem præcipua, ut ad decisionem reuertamur, cur Princeps possit absq; partis remissione indultare, ea est, quia Princeps potest facere de delicto nō delictum, ex Reg. de Ponte de Potest. Proreg. tit. de prouision. 5.3. num. 36. eadem namque potestia est per l. de 6. quibus; ff. de legibus; hacque ratione Princeps tantum potest cogere, ut partes pacē incant, quinimò Iudices, & Prouinciarum Praefides asloient sepè Proregem certiorare, ut illis facultatem tribuant cogendi aliquos, qui forte inimicitias foueant inter se, ad pacem inueniendam, prout pluriē obseruatum refert Capibl. ad d. Pragm. 6. num. 44.

Aduerte tamē, Priacipem non presumat dispensasse in tertij præiudicium, nisi expressè dispensauit, ut, præter Sanfelicium bīc num. 28. scripsit Capibl. ad d. Pragm. num. 55. non enīa presumitur uti potestate absoluta, quoties de terej præiudicio agitur, sed tantum potestate ordinaria. Quod intellige, dummodo in dispensatione non sint verba denotantia, Principem sensisse, delinquētem nullam partis remissionem obtinuisse, & nihilominus illum dispensasse etiam circa partis interesse, quod videtur multis indicare Capibl. loc. cit. num. 56. Ad quod diagnosticum poterit indagari modus, quo Princeps utatur in ordinarijs gratijs, que partiū interest non remittant, cum ex ipsis colligi queat, an Princeps ab ea methodo discesserit, dum stylum semper attendere debemus, quamvis in contrariū vrgeant rationes ex adductis per Pratum discept. forens. cap. 3. l. numer. 96. & seqq. tom. 3. Hinc in quadam Apotilla scriptra charactere mihi ignoto ad hanc decisionem Regentis Sanfelici inueni, fuisse iudicatum, per gratiam concessam non intelligi remissum in illo casu interesse, sed solūa pœnam corporalem, his verbis. Sub die 1. Decembris 1644. referente Ill. Duce Belvedere in collateralī confilio, fuit resolutum, gratiam pro intercepto magna quantitatis serio in beneficium Illustris Principis Maida non esse exequendum, yisi pro

pro pana corporali, & quoad bona intercepere non operari, pro quibus remaneant salua In- ga Regi Fisci, & Arrendatorum, qua non fuerunt remissa. Ex qua decisione fortius euincitur, nunquam intelligi remissum interesse, nisi ex verbis gratia id dederetur, quamvis Princeps possit etiam illud remittere, ut diximus, & decilum refert hic San- felic. num. 36. de qua re dicemus etiam in propria decisione, si locus. Cetera vide apud Catalan. de indultu. cap. 1. & cap. 22, ubi multa.

Vnde collige primò, licet in dilucidatione § 1. num. 4. dixerimus, non posse Principem in tertij præiudicium gratiam facere, id tamen intelligendum de potestate ordinaria, eo secus autem de absoluta, qua potest iuri alterius præiudicium inferre, iusta tamen causa, qua eius conscientia remittitur. Hoc apud me luce meridiana clarissimum est, siquidem iuri alterius, vel nunquam præiudicium inferri poterit, vel, si vñquam, non in raro tantum casu, sed etiam in similibus; atque, si ratione publica utilitatis potest Princeps, iuri alterius derogando, gratiam facere, poterit pariter ex causis alijs iustis, quez equiparari possent publica utilitati, puta, cum Princeps absque alterius remissione, gratiam concederet alicui, ne eius familia periret lupanaria, fame ducta, ob patris absentiam, ceterisque causis, quas iustas esse viderit Confessarij consilio, quicquid non nulli Doctores apud citatos in d. dilucidatione § 1. & sequenti dixerint, volentes, ut Princeps nunquam, neque de potestate extraordinaria, possit gratiam facere absque partis remissione.

11 Non negauerim tamen, non dici de potestate absoluta factas gratias tempore discessus Proregum ab hac Ciuitate: tunc namque illas non videntur innixæ iustis causis, sed potius temporis, quo illæ reseruantur aliquo fine nobis, vel ignoto, vel non explicando: quare nil mirum, si apud Rec- tum resp. 37. tom. 2. videmus, Collaterali Consiliu[m] improbae gratiam obtinendam absque partis remissione tempore discessus Comitis Montis Regij tunc huius Regni Proregis.

12 Et hinc collige secundò, gratiam, que sic à Prorege, debere deinde expediri in forma Regia Cancellaria, ex Pragm. 4. & 3. de fide memorial. super eaque certiorandos prius Regentes, quorum consilio Prorex gratias huiusmodi elargitur, ex Pragm. 7. cod. cit. Hecque etiam sicut altera ex causis, quare apud eundem Rœcum fuerit ea gratia improbata. Verum aduerte, Regentes eorum consilijs deseruire, ut Proreges vi- deant ea, quæ decent, quæque in facto

occurredne pro Regis seruitio, publica utili- tate, & partis interesse, ut patet ex ipsa Regis intentione explicata in prefata Prag. 7. Sic enim nullus remanet querelæ locus, nullus suspicioni aditus.

13 Collige tertio ea, quæ hic incidenter ait Reg. Sanfelicius num. 18. scilicet, si pars of- fensa presens non esset, & locus ignorare- tur, posse Principem indulgere cum clausula, ut Reus præstet cautionem de stando iuri, si pars comparuerit. Qua super re aduen- tendum est, per Pragm. 2. de compositionibus statutum esse, ut compositione fieri nequeat, præcipue, partis remissione non apparente, pre- terquam, si ex causis iustissimis, & concurren- tibus qualitatibus ad hoc rationabiliter impel- lentibus, Proregi nostro, & Collaterali Con- silio aliter videretur. Quibus rebus exami- natis, & verificatis, partisque remissione acce- dente, licet dictis Vice regi, & Consilio com- positionem facere, vel fieri mandare. Hinc Ca- rauita ad Ritum 272. postquam num. 28. ca- sum proposuerat de eo, qui delictum patra- rat in personam incognitam, propter quod ignorabatur, à quonam esset facienda re- missio, inquit, debere iudicem, vel reum ab- soluere, vel condemnare; si que certus esset de non futura offensiæ partis remissione, pos- se illum componere pro pena curia, & pro interesse partis recipere cautionem de stan- do iuri, quandocunque pars superuenerit, cum clausula illius Ritus de obtinenda partis remissione non debeat obligare ad im- possibilia. Et tandem hæc ait. Eo tamè non obstante, consulo Iudicibus, ut talem com- positionem non faciant absque licentia Domini Proregis, quem arbitror manquam talem licen- tiam concessurum, etiam presupposito casu praefato; ut patet ex d. Pragm. 2. de compo- sitione. Quæ postrema verba præstitere occa- sionem Domino D. Carolo Petra ad d. Ritum tom. 3. num. 42. mirandi, cur Carauita sic se- ferit, eumque non brevi calamo merito im- pugnat. Sed ego puto, Carauitam ductum fuisse à postremis verbis Pragmaticæ, par- tisque remissione accedente, licet dictis Vice- regi &c. ex quibus ipse poterat forte dedu- cere, semper requiri partis remissionem. Cum autem Pragmatica non loquatur, cum pars offensa ignoratur, non est dispositio ad calum hunc extendenda. Quare con- cludendum, posse Principem componere, & vel indulgere cum tali clausula, non obstan- te opinione Carauite, cum contra illâ iacta videamus decilum apud Reg. Sanfelicius num. 18. sicutque, quamvis Princeps ne- queat componere delicta abique partis re- missione, ex dictis per nos, & Sanfelicius nu. 39. id intelligendum est, cum pars offe- sa non ignoratur.

Colli-

14. Collige quartò, multos esse casus, in quibus partis remissio necessaria non est, prout videri poterunt apud eos, quos refert Dominus D. Carolus Petra ad Ritum 275. tom. 3. zum. 21. vers. id verò, post quam aliorum opinionem retulit volentium, ut sempè Princeps possit absque partis remissione delicta condonare. De cuius rei veritate dicimus nos in tertia parte nostrarum dilucidationum, Deo dante, in qua de ijs, quæ ibi Seuerinus scripsit mentionem etiam faciemus noua quadam methodo non despicienda, dum hac ratione nec in prima, nec in secunda parte non meminimus de Seuerino, nec ea adducimus, quæ ipse ibi dixerat de materijs ad dilucidationes hasce spectantibus.

Intèr ceteros verò causas Reg. Sanfelicis bic à num. 20. explicat illum publicæ utilitatis, qualis est captura malefactorum, necnon illum, qui non haberet pœnam determinatam, sed arbitrariam; tunc enim, reseruando ius parti, posset Iudex delicta transfigere, non obstante dispositione Ritus, nec Pragmaticæ, loquentium de vera compositione, non de transactione, quæ succedit loco pœna: vnde, dum sit condemnatio, certum est, nullam requiri partis offendæ remissionem. Et tandem illum, qui non respicit delictum principale, sed aliud incidens, prout est contravenitio exilij, & contumacia:

15. Quibus casibus iuuat addere, cùm homicidium, vel membra mutilatio casualiter euenerit, sed ex leui, vel leuissima culpa, scilicet, si ex lata, quæ dolo proxima est, prout probat Reg. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 2. num. 36. & seqq. referens num. 31. S.C. decisionem. Vel cùm nulla interuenerit partis offensio ex iactu emiso cum instrumento igneo, ut fusè scripsit, sua dicta comprobans decisione, & praxi, idem Reg. de Marin. loc. cit. nn. 33. quem sequuntur Dom. Altimar. ad d. decif. 2. Rouit. num. 8. alios referens, & Dom. D. Carolus Petra ad d. Ritum 272. tō. 3. n. 39. vbi similis casus exponit hinc non examinandos.

S Y M M A R I V M.

- 1 Calumniatores grauior puniuntur de iure communis.
- 2 Calumniator, nisi sit evidens, non punitur de iure Regni.
- 3 Calumniator evidens quis dicatur, late discutitur.
- 4 Inimicitia inter calumniam, & calumniatorem, qualis esse debet.
- 5 Calumniati apud Deum iustitiam reperient.
- 6 Calumniatores semper pœnas à Deo periclitati sunt.
- 7 Calumnia proximo inferenda non est, ex sagra scriptura:

- 8 Denunciatores an sint necessary.
- 9 Calumniatorum pœna quæ sit, & an omnes pœna recesserint ab aula.
- 10 Causæ excusantes calumniatores à pœnis, quæ sint.
- 11 Denunciantes cur, non probato criminis, excusentur à pœnis.
- 12 Principum dominium, & securitas dependent etiam à denunciantibus.
- 13 Denunciantes ex causa iusta excusantur à pœna, sed causa iusta quomodo sit accipienda, late discutitur.
- 14 Iudices, quid debeant attendere in denunciationibus, quæ fiunt.

DILVCIDATIO DECIS. LIV.

C Alumnatiorem, hic habemus, fusse ex cusatum ex denunciatione facta adversus Provincie Præsidiū, quia non euidens extabat calumnia, quam requirit Constitutio, Pœnam calumnia.

1. Ut autem verum fateamur, calumniosi denunciatores grauitè plectendi sunt, dum grauem imponit pœnam lex Rhemmia in publicis causis, vt in l. 1. ff. ad Turpill. licet in causis priuatis arbitraria sit statuta pœna: per l. 3. ff. eodem, vt ad rem Gregor. de Ganguerro decis. 57. num. 21. Quoniam verò malus ideo quandoque viuit, vt per illum bonus exerceatur, idcirco arbitror, in Constit. Pœnam calumnia statutum, vt calumnia non puniatur, nisi fuerit euidens.

Sed quisnam dicetur euidens calumnias, si, non ex eo, quod delictum non probavit, calumnias appellandus est? Andreas de Isernia in d. constitutione exemplificans euidentem calumniam, inquit, illum dici, qui accusatus reaccusat, non probando delictum; si autem poterit dari calumnias, qui anteà accusatus non sit, alia incedendum erit via.

Nostra profectò tempora adeò depravata sunt, vt non negauerim, difficillime posse statui regulam ad calumniam euidentem, dignoscendam: vnde melius esset, si politicis modis procederetur ad informationem ad instantiam eorum, qui calumnias passi sunt; sicutque is, ad quem tale spectat iudicium, extra judicialiter indagaret, an accusatus, crimen, quo inquiritur, patraverit, antequam, vt sic loquar, accusati famam in iudicium deduceret.

Nihilominus tamèn, vt, quo ad possumus, certani tradamus regulam ad euidentem dignoscendam calumniam, duo dicimus debere concurrere, inimicitiam scilicet intèr accusantem, & accusatum, & non aliqualem verificationem criminis, quod presumitur patratum: siquidem ex inimicitia, & non ali-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

135

aliquali verificatione arguimus, ideo aliquem denunciasse, quia hostis erat. Dixi, aliquam verificationem, dum non teneretur denuncians adaequatè probare crimen, sed tamè eo modo, quo ipse de illo noctitiam habuit, ad hoc, ut dici posset, non calumniosè denunciasse.

4 Hec autem inimicitia non requiritur, vestis certa, & patens; nemo enim se alterius officialis hostem propalabit. Quare sufficit, si sit presumpta, puta, si officialis aliquem damnasset, vel illum ignominia afficeret, vel contra illum decretum maximè consequentiaz, vel sententiam protulisset, vel denegasset iustitiam, siue gratiam aliquam, vel æstro animo eius presentiam tulisset, & cætera huiuscmodi, quæ prudentiaz iudicantis relinquuntur; deinde verò hic talia passus officialem accusaret: tunc profectò oriretur presumpta inimicitia, quæ associata non aliquali presumpti criminis verificatione calumniam præferret evidentem.

5 Hinc calumniati eorum causas ne despetent; nam ex Diuo Augusto, in psalm. 118. crimen falsum reum non facit hominem, nisi apud indicem hominem, ubi autem Iudex Deus est, nullus falso criminis luditur. Calumniatores verò à Deo multas timeant, quas, ne longior sim, videas apud Martinum del Rio tom. 2. magiar. disquisit. lib. 3. quæst. 7. sect. 1. Rinaldi. tom. 15. Annal. ann. 1314. num. 26. Vauding. Annal. minor. to. 3. an. 1314. Et an. 1350. num. 12. Baccium in vita S. Philippi lib. 1. cap. 6. Baron. tom. 1. ann. 199. num. 6. Et tom. 6. ann. 508. num. 8. Et 9. Sur. in vita S. Theodosij. tom. 1. Non enim parvipendendum, quod habemus Ezechiel. c. 18: Quidà calumniatus est, & vim fecit fratre suo, ecce mortuus est in iniquitate sua. Vnde merito admonemur levitatem cap. 19. non facias calumniam proximo tuo.

6 An autem quandoque denunciantes sint necessarij, vide Dominum Petram tom. 3. ad Rit. 2724 n. 6. ubi multa, quæ hic consultè defero; nam, siue sint necessarij, siue secùs, iam extant; sique quandoque boni, quandoque mali, vel quandoque denunciantes, quandoque calumniatores, omnium id genus hominum habemus. Ut ergo ad poenas deueniam, Regens Sanfelicius hic num. 6. poenam talionis sublatam esse, testatur, circums Cabeille resol. crimin. casu 166. multis id exemplis, & auctoritatibus probantem, præter quem videndi sunt alij autores apud Dominum Petram tom. 2. ad Ritum 199. num. 7. quare vult Regens, ut in locum huius poenæ successeris poena arbitaria, quæ poterit esse capitalis, si eam expostulet qualitas accusationis, vel denunciationis, & præter hanc, condemnandus sit denuncians ad expensas, & interesse: subdit verò, causam in-

10 statim, sine iniustam excusare denunciantem ab omni poena etiam ab interesse: vnde de Angelis ad Foller. in additione ad tit. de calumniatoribus, post quam huiusmodi poenas reculit, inquit, in locum poenæ Talionis successisse illam vinciarum viginti impositam per Ritum M.C.V. eamque etiam ab aula recessisse, quemadmodum etiam recessit poena expensarum, & interesse, cum secundum ipsum raro, aut nunquam accusatores ad expensas teneantur, ne territi desistant in posterum ab accusando, sive in praxi seruari, & tandem concludit. Dicat tamè quid velit Grammat. Hinc est, ut Dominus Petrus citato Ritu 299. num. 7. dicat, se accipisse ab Aduarijs, & Indicibus, poenam talionis, omnemque aliam ab aula recessisse.

11 Sique, lector, velis à me rationem, quam paucis notauit de Angelis loc. cit. eam dicam esse, quia, cum expediatur, ut sint in quauis Republica, & Regno denunciantes, ad facinora detegenda, si poena aliqua contra eos exigeretur, non probato criminis denunciato, nullus utique reperiretur denunciator. Sique respondeas, hoc melius esse, irrideris certè à politicis, & tanquam merus iurista eam tantum conqueris gloriam, quæ per inferiorum

12 ora volitat: ne autem iciunus discedas, scias oportet, suspicionem tantummodo, quam habent subditi, ne denunciantur eorum gesta, plurimam conferre ad firmum. Principum dominium: dicas ergo nunc, plentos denunciantes, calumniatores extirrandos, poenas semper contra eos exigendas, cæteraque huiuscmodi, quæ, si historias, prout, cæteris posthabitis libriss, esent sive legendæ, perlegeris, dixisse te, certè erubesceres.

13 Quoniā verò debent Principes probis etiam consulere viris; hinc est, ut veros calumniatores plentos edicant, & huiusmodi edicta deferiant, ne boni terreatur, non autem, ut denunciantes, quos extare expedient, desistant: quare à poena illis imposta, quamvis causam licet iniustam, illos reddere immunes voluit Sanfelicius ex Doctribus, quos refert, non quod iniusta sit causa, quia denunciantes fortè moveantur, sed quod iniusta sit causa, habito respectu ad denunciatum: sicq; corrigenda est imaginatio cum distinctione; nam iniustitia causa potest se tenere ex parte denunciantis, & ex parte denunciati. Ex parte quidem denunciantis, cum nullo indicio, sed motus propria natura ad malum procliva denunciaris, aliquis crimen, quod patratum non est; tunc enim causa dicetur iniusta, etiam respectu denunciantis, quia ad denunciandum à nulla causa rationabili monetur; hocque consti-
go evidenter, quod fieri nequit, efficit coram denuncianti.

136 Io: Baptiste Mucci Lib. I.

denuncians plectendus, ne boni deterrerentur, non autem, ut putant improbi, quia non bene facinus consumauit. Ex parte denunciati, cum, licet iusta causa moueri queat denunciatus ad denunciandum, innocens nihilominus postea reperitur denunciatus, sed absque culpa denunciantis, qui ex iusta causa eius crimen denunciauit, motus forte ex literis missiuis alicuius amici, ex auditu à viris fide dignis, ut refert Sanfelicinus hic in calce decisionis, ceterisque causis, quas denunciator exponet. Unde cocludendum, vel
 34 raro, vel nunquam denunciatorem puniri, & Iudices ad hoc debere oculatè incumbe-re, videlicet ad eorum famam, qui denunciati sunt, non tam facile obumbrandā, non illam in iudicio deducentes, ni prius fuerint extra judicialiter satis, superque instructi, quod summam requirit prudentiā. Ceterū, si velimus punitos denunciatores, vana præ-tenderemus, & impossibilia. Et ex his vi-detis resolutam questionem illam, an de-nunciatores, siue boni, siue mali, necessarij sint. Alia dicemus in dilucidatione decisio-nis, quæ propria sedes est.

S V M M A R I V M .

- 1 Gratia facta à Principe infert præiudicium Baronii.
- 2 Gratia facta à Principe recipit diuisionem.
- 3 Pax offensi, & Abbatis sufficit pro vulneri-bus in personam monaci.
- 4 Exceptio excommunicationis non obstat ad hoc, ut reus gratiam criminis obtineat.
- 5 Princeps, inferendo gratiam inquisito, quo-modò se gerere debeat circa Baronis inter-esse, late discutitur.
- 6 Gratia quomodo operetur respectu plurium delictorum, & narratur praxis.
- 7 Delicta an recipiant diuisionem respectu gra-tia, late examinatur.
- 8 Gratia concessa à Principe an, & quando ope-retur circa omnia delicta, quæ apparent, & non apparent, quaque Reus confiteatur, vel secūs.
- 9 Princeps an possit unum delictum remitte-re, non remitto altero quicad culpam.
- 10 Gratia non potest recipere diuisionem in de-lictis quoad culpam.
- 11 Pœna ultimi supplicij facit, ut delictum non intelligatur remissum quoad culpam, secūs ceteræ pœnae.
- 12 Unum peccatum remitti nequit quoad cul-pam, non remitto alio, & ratio. Et quid quoad pœnam.
- 13 Satisfactio, siue satisfassio, an detur in inferno respectu peccati mortalis, vel venialis re-missi quo ad culpam, si quis decedat cum alio peccato letali non remisso quoad cul-

- pam. Referuntur sententia Doctorum.
- 14 Indultus quomodo extendatur ad delicta re-mittenda.
 - 15 Indultus an recipiat diuisionem quoad cri-mina.
 - 16 Indultus particularis an requirat omnium criminum confessionem.
 - 17 Indultus an requirat etiam confessionem eo-rum criminum, quæ alius fuerunt remissa per gratiam.
 - 18 Principes in gratijs concedēt student, quoad possunt, ceteris paribus, Diuinam imitari iustitiam.
 - 19 Remissio propter iniuriam factam monaco an facienda sit à superiore, an à consanguineis monaci, an ab eterisque.
 - 20 Iura sanguinis per ingressum in religionem tolli nequente.
 - 21 Monasterium, attento iure Regni, an habeat ius remittendi.
 - 22 Excommunicatus potest se in iudicio defende-re, & quare.
 - 23 Excommunicatus ad se defendendum potest comparere per procuratorem, & cum non potest, etiam personaliter.
 - 24 Excommunicatus, tanquam reus voluntarius, arcetur à Iudicio, licet non remoueat, si fuerit reus necessarius.
 - 25 Excommunicatus spoliatus, an etiam ante omnia sit restituendus.
 - 26 Excommunicatus spoliatus, petens restitui, non venit, tanquam actor voluntarius, sed potius, tanquam Reus.
 - 27 Excommunicatus potest Iudicem recusare, & appellare.
 - 28 Excommunicatus an possit opponere exceptio-nem compensationis.
 - 29 Excommunicatorum pœna, & modus propo-nenda huismodi exceptionis, remissione.

DILVCIDATIO DECIS. LV.

- Q** Vatuor in hac decisione dubitationes resoluuntur. Prima est, gratiā factam à Prorege de delictis præiudicium inferre Baronii, in cuius territorio illa patrata sunt.
- 2 Secunda est, obtenta pace per reum ab aliquibus ex offensis, gaudere illum gratia respectu eorum criminum, pro quibus remissionem obtinuit, licet non gaudeat res-pectu aliorum, adeoque gratiam admittere diuisionem.
 - 3 Tertia est, pro vulneribus in personam monaci sufficere pacem offensi, & Abbatis.
 - 4 Quarta deniq; est, exceptionem excom-municationis non obstat ad hoc, ut reus gratiam criminis obtineat.

Quo ad primam scriptit intèr ceteros post Sanfelicium Scialoy. in præci foriudica-toria

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

137

istoria cap. 24. num. 64. & seqq. multos referens;
qui sciē sunt; nonnulli enim apud ipsum
voluere, ni sit facta expressa mentio de vas-
fallis Baronum, non comprehendendi illos in
abolitione generali. Alij verò contrarium
voluere. Alij primam opinionem sustinue-
runt, cùm vasfallus esset puniendus pœna
pecuniaria Baroni applicanda. Alij deni-
que, etiā quo ad pœnam pecuniariam
præiudicium inferri posse Baroni; afferue-
runt: ut autem pro nostra decisione singulas
conciliemus opiniones, duos distinguamus
casus.

5 Aut ergo non agitur de pœna pecuniaria: & Princeps, dum nullum versatur Baro-
nis interesse, poterit ratione supremæ po-
testatis gratiam vasallo inferre: & quam-
uis ius Baroni reseruariet; nihil erat reserua-
bile, vt optimè hic Reg. Sanfelicius, cum
ius reseruatum respiciat tantum interesse
Baronis.

Aut non agitur de pœna corporali, sed
pecuniaria: & tunc subdistinguendum; eten-
im, vel Princeps non reseruauit ius Baroni;
idque ex bono publico, & tunc, quemadmo-
dum absque partis remissione poterit gra-
tiam inferre ad publicam utilitatem, itaq;
etiam hoc casu non considerabitur Baronis
interesse: quare sto isto in casu decisioni re-
latæ à Reg. Constant. in l. prima C. pœnis fiscæ
libus Creditores præferri lib. 10. Vel non re-
seruauit ius Baroni, neque primariò consi-
deratur publica utilitas, forte, quia gratia
non est generalis, nec omnes afficit, sed tan-
tum particularis: & tunc, quia Princeps non
præsumit alteri præiudicium inferre, vt in
puncto aduertit ex varijs Capibl. ad Pragm.
8. de Baronib. part. I. num. 168. remanebit il-
le sum Baronis interesse. Vel denique ius
Baroni reseruauit, & similitè eius interesse
illæsum remanebit, quamvis publica adsic
utilitas: & ratio est, quia publicam utilita-
tem respexit tantum quo ad pœnam cor-
poralem, non quo ad interesse; alias frustra-
atoria redderetur huiusmodi reseruatio, quod
ferendum non est, cùm potest considerari
alterius præiudicium, sive conciliandas
arbitror omnes opiniones; quas refert Scia-
loya.

Quo ad secundam vide ea, quæ scripsit

6 Dom. de Luca ad decif. 330. Vincen. de Franch. interim aduerte optimam praxim traditam
à Riccio in addit. ad d. decif. 330. Vincen. de
Franch. scilicet, Proregem, volenter gratia
inferre, assolere ordinare perquisitionem
cum relatione qualitatibus criminum, & per-
sonæ delinquentis: ex qua praxi infertur, si-
cūt defectus pacis in uno delicto non impe-
dit, quin pro alio, pro quo pacem obtinuit
reus, gaudeat gratia, ita etiam, ceteris parti-

bus, ex uno delicto quod forsitan reus confessus non est, non perdere illum gratiam, dum, stante huiusmodi perquisitione, in rescripto apponitur clausula de delictis apparentibus confessatis & non confessatis. Dixi, ceteris partibus, quia defectus pacis operatur, vt respectu delicti, pro quo pacem non obtinuit reus, non gaudeat in dubio: at verò clausula superius exposita operatur, vt etiam respectu criminis, quod reus confessus non est, gaudeat gratia, quamvis delicta, quæ tacuit, essent maiora. Vide Praxim hanc apud Ricciū, dum Deo dante, fusiū de illa agemus alibi.

Ceterum, si clausula hæc non apponere-
tur, quamvis facta esset perquisitio, non gau-
deret Reus indultu pro delictis, quæ non re-
uelavit. Sed hæc clausula nostris temporibus à Proregibus difficiillime apponitur; imò accepi à pluribus, cā nunquā apponi.

Hinc collige, diuersimodè discurrendum de diuisione criminum facienda ex alio de-
fcltu, quam pacis; ac proinde, si quis plura patrauerit delicta, quorum multa gaudeant
indultu, multa verò secūs, dubium adhuc esse. At Reus gaudere possit indultu pro ijs,
quæ nō sūt ab indultu excepta, pro reliquis
verò possit stare iuri. Et differentia inter
vtrumq; casum ea vtiq; videtur, quia in pri-
mo Princeps pro omnibus gratiam largi-
tus est, vnde ex parte Principis nil remanet
agendum: at verò in secundo casu non pro
omnibus gratiam obtinuit Reus: quare ex
parte Principis gratia non dicetur genera-
lis, sive dubitari possit, an esset admitten-
da diuisione, & consequenter non est facienda
illatio de uno casu ad aliud, cum verè ij di-
uersi sint.

8 Ut ergo secundum hunc casum resoluam-
mus, cum distinctione procedendum; nam
aut Reus, qui plura delicta patrauit, omnia
Principi exposuit, & pro uno gratiam obti-
nuit, pro alijs verò secūs, sed, vt stare iuri.
Quod nunquam, vel raro saltē accidit, te-
ste Vincentio de Franchis in d. decif. 330. n. m.
2. & tūc certum est, huiusmodi crima pati
diuisionem, quam ipse Princeps expressè
fieri mandauit. Aut non omnia crima
exposita ex ijs, quæ patrebant, nec Princeps
perquisitionem ordinauit, sed gratiam con-
cessit pro delictis, quæ patefecit; & tunc cer-
tum quoque est, gratiam esse nullam, cum
Reus non possit comparere postea, petendo
gratia exequutionem pro expressis offerens
pro ceteris stare se iuri, cum gratia sit sub-
reptitiæ obtenta; etenim, dum quis vult gra-
tiam obtinere, debet omnia ea patefacere,
quæ illū Principi reddiderunt inimicū: vnde,
veniat faciens, redditur pro illo inimicus, &
consequenter gratia non recipit diuisionem,

9 nem, tanquam surreptitiè obtenta, quicquid sit, si, ut in altero casu diximus, possit Princeps, cui omnia delicta sunt nota, pro uno gratiam facere, secus pro altero, pro quo vult, ut Reus sit iuri, quia tunc ex omnium criminum revelatione, Principe sic rescribente, censentur delicta omnia remissa quoad culpam, firmis remanentibus aliquibus quoad poenam: quare in hoc casu standum etiam ijs, quæ ait Vinc. de Franch. loc. cit. num. 3. Dixi supra in expositione huius casus, cum Reus non omnia exposuit crimina ex ijs, quæ patebant, ut excluderent alium casum mox proponendum. Aut igitur Reus non exposuit crimina, quæ patebant in perquisitione ordinata, à qua eorum notitiam habuit; & tunc standum est Rescripto; sique in illo nulla mentio fiat de criminibus non expositis, cum tantum concedatur gratia pro expositis, poterit Reus comparere, petendo gratiæ exequutionem pro expositis, offerens pro ceteris se stare iuri: & ratio est manifesta, quia Principi ex perquisitione ordinata fuerunt nota omnia crimina, quæ patebant: vnde ea a perquisitio iam facta stat loco confessionis, quæ nil aliud operabatur, quam criminum demonstracionem iam habitam per perquisitionem ordinatam ad similes difficultates evitandas, secundum ea, quæ referunt Vinc. de Franch. num: 3. & Ricc. ibi. Aut Reus non exposuit crimina, quæ non patebant, nec poterant patere per perquisitionem, eo quod erant occulta, nec in iudicio deducta: & tunc procūl dubio non gaudebit Reus gratia, ex eadem ratione, quæ supra.

10 Quare ad proficiam eruditionem aduentendum est, antequam ad alios casus deueniamus, non posse gratiam recipere diuisiōnem in delictis quoad culpam, & reconciliationem amicitię, sed, vel intelligi reum amicum Principis per gratiam, vel inimicum. Quod perbellè inter Theologos scriptis Durand. lib. 4. sentent. dist. 15. quest. 2: num. 6. in fine his verbis. *Istud enim verū est in satisfactione, quæ est inter homines.* Si quis enīma in pluribus offendas alterum, si non velit reconciliari, nisi quoad unum, & non quoad alterum, reputaretur derisorum. Cū autem Princeps certioratus de delictis, pro uno gratiani imparitur, pro alteris vult, ut stetur iuri, intelliguntur delicta remissa quoad culpam, ac proinde intelligitur facta reconciliationis, secus verò quoad poenam; dum pro ceteris delictis statur iuri, licet illi poena, quam iura decernunt.

11 Hęcque poena, licet possit esse corporis afflictiva, non potest intelligi ea, quæ sit ultimi supplicij, quo punitur delictum non remissum quoad culpam; nam ridicula esse

gratia pro uno crimen, si pro alijs reus esset ultimo supplício puniendus, cum sic nequeret dici esse amicus Principis, qui deinde morti naturali traderetur, prout è contra verus esset amicus, qui, obtenta gratia pro uno crimen, ex qua iam facta esset reconciliationis, pro alijs plecteretur extra ordinem, aliaque poena inimicitia non denotante. Ec hac ratione voluerunt Doctores, nullam esse gratiam obtentam pro uno crimen, si Reus habeat alia crimina, quæ in indulitu excepta sunt, ut inferius dicemus; etenim crimen exceptum in indultu, quod reddit reum dignum morte, ac proinde Principis inimicum, efficit, ut ille non sit Principi gratus. Quod idem applicandum est omnibus casibus, in quibus deducitur nullitas gratia.

12 Hocque, non solum in terreno Principe locum sibi vendicat, sed, ceteris paribus, etiam in Deo, cui nequimus satisfacere pro uno peccato, non satisfaciendo pro altero. Quod, ut in Principe temporali diximus, intelligendum est de satisfactione quoad culpam, quia, ut bene Durand. ait loco cit. impossibile est, fieri reconciliationem amicitiae hominis ad Deum, quando in homine est impedimentum amicitiae contrarium. Ceterum, cum agitur de sacra poena, diuersimodè discurrendum est; nam, cum post peccatum remissum quoad culpam remaneat poena, potest peccator pro uno satisfacere, absque eo, quod pro alio satisfaciat, complendo satisfactionem in Purgatorio, vel alijs modis, scilicet per Indulgenciarum acquisitionem, aliasque penitentias.

13 Quod adeò verum est, ut dubitarint Theologi, an, remisso peccato mortali, siue veniali quoad culpam, pro quo erat soluenda poena temporalis, si deinde ante pœnē solutionem peccator iterum mortaliter peccet, cum eoque neque quo ad culpam remisso decedat, poena illius primi peccati, quæ erat temporalis, cesset in inferno post tēpus, quod illi erat prefixū, an verò sit eterna per accidēs ratione alterius criminis non remissi quoad culpā, cuius poena est eterna.

Supèr qua questione idem Durand. cod. lib. 4. sententiar. dist. 21. qu. 2. n. 4. loquens tantum de peccato veniali, inquit. *Si verò peccatum veniale fuerit in praesenti vita expiatum quoad culpam, & puniatur in inferno quoad panam, potest probabilitè teneri, quod puniatur tantummodo panam temporali intensiù, & extensiù, quia sufficit soluere panam taxata. Sed panis debita veniali peccato iam dimisso taxata est quoad Deum, ut sit finita intensiù, & duratione, ergo, ea soluta, liberabitur ille, qui est debitor talis poena, licet aliter dicendum velit de peccato veniali, quod remissum non sit quoad culpam.*

Sed

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

139

Sed Scotus, Gabriel, Maior, Almainus, aliique, quos refert Cardinalis de Lugo tract. de penitentia: seft. 2. num. 34. à fortiori idem dicunt (sunt verba Cardinalis de Lugo) de pena peccati mortalis remissi quoad culpam, non esse eternam, sed aliquando finiri. Quia sententia, quamvis videatur durissima præfato Cardinale, mihi tamè sempèr probabilis visa est, adeoque sempèr tenui, in inferno penam peccati mortalis, siue venialis remissi quoad culpam, esse temporalem, & licet in inferno non detur rigorosa satisfactio; dari tamè satispassionem, cum ceterum non conuincant rationes in contrarium longo calamo examinatae à de Lugo à num. 35. per totam illam sectionem.

Alièr tamè sentit Diuus Thom. quèm alij sequuntur apud Salas, ceterosque relatos à Lugo, volens, vt poena sit eterna, quamvis aliter videatur sentire diff. 22. quest. 1: art. 1. ad. 5. Quicquid autem sit de hac questione, certum est, vt vidimus; posse vnum crimen sine alio remitti quoad poenam, non quoad culpam, adeoque hac doctrina casus superius relatos comprobari.

34 Aut igitur (vt ad alios casus pergamus) cùm agitur de indultu generali. Reus habet multa delicta, què sunt excepta in indultu ob eorum prauitatem; alia verò, què non sunt excepta; & certum est, ex superius dictis, reum non gaudere indultu, nec consequenter dari hoc casu criminum diuisio nem, quinimò nec posse dari; non enim pro 35 deflet reo gratia obtenta, seu indultus pro multis criminibus in indulto non exceptis, si pro alijs in illo exceptis morti tradendus esset: vnde corrigendi sunt, qui volunt, vt huiusmodi Rei gaudeant indultu quoad delicta non excepta tantum, licet illo non gaudeant quoad excepta, de quibus Dom. de Luca ad d. decisi. Vinc. de Franch. num. 5. qui verè intelligendi sunt, si forte criminis excepta fuit aliqua ex causa, nec alijs poenam mortis naturalis habeant annexam, dum secùs eorum dicta nullo modo sustineri queunt,

36 cum ceterum id non asserant. Aut denique, cùm agitur de indultu particulari. Reus, prout tenetur, non confitetur omnia criminis; & tunc non intelligi debet facta diuisio criminum, adeoque, si postea in cognitio nem Iudicis deueniant delicta patrata, què reuelata non fuere, pronunciabitur inualidus indultus, dum, ex dictis, non fuerunt à Principe remissa omnia delicta quoad culpam, quia multa tacuit, nec reuelauit; adeoque, quoniam, vt superius diximus, nequit esse aliquis partim amicus, partim inimicus, nequibit hoc in casu fieri diuisio criminum. Hinc optimè Scialoya in praxi for- iudicatoria cap. 24. num. 67. redarguit impe-

ritos procuratores, qui, postquam in supplici libello enarrarunt quèdam delicta, petunt gratiam pro alijs quibuscumque in futurum apparentibus, cum verè gratia tantum ad expressa coarctetur, ex iuribus, què ibi citat, non quod deinde firmus ille remaneat, apparentibus alijs delictis non expressis in libello, sed, vt videantur ea tantum remissa, què fuerunt expressa.

37 Hæcque confessio adeò rigorosa est, vt tecum neatur hoc casu Reus confiteri etiam alias crimina, pro quibus alijs gratiam obtinuit, ex ijs, quos citat Scialoya loc. cit. de qua confessione latè Dom. D. Carolus Petr. tom. 3. ad. Rit. M. C. V. 275. a num. 28. ad 33. quare con-

18 cludendum est, vt tertium hoc caput absoluamus tandem, terreno s Principes voluisse quodammodo Diuinam imitari iustitiam, dum, ceteris paribus, quemadmodum Deus æterno plecit supplicio crimina grauia, ita isti morte ea naturali plecent, siue apud eum integra requiritur confessio, ita & apud istos, & denique, ne Diuinam iustitiam nullo prorsus modo cum terrena comparandam videamur comparare, ea student omnia, quæ ad crimina coercenda requiruntur: quia tamè Deus tantum, tanquam Prima Veritas, nec fallere potest, nec falli, hinc est, vt neque in genere suo comparatio hæc valeat subsistere.

39 Quo ad tertium aduerte, dubium oriri posse, eo quod regulariter remissio facienda est à proximiорibus offensi, vt alijs diximus; nihilominus tamè hæc regula videtur fallere in monaco, cum eius iniuria remitti debat à monasterio, & non à monaci proximiорibus, vt expresse tenuit Boss. pract. criminis. de pace nu. 18. qui num. 27. voluit, vt, rapta moniali, remissio obtinenda sit à Pontifice, & Reg. de Marinis 1. resol. cap. 2. num. 18. requirit expresse amborum remissionem. Verum videnda sunt omnino ea, quæ scripsit Ferdinandus Rouitus transcripta à Scipione Rouito in Pragmatic. 7. de c mposition. vbi, fusissime discurso articulo, concludit, consanguineos proximiores cuiusdam Fratris seruientis preferri Priori in accusando, & consequenter remittendo necem consanguinei. Vide illum, dum varia scitu digna necit.

Interim sequi placet consilium Clari quæst. 8. vers. vii. quero: dicentis, tutiū incidi, si procuretur remissio ab utrisque, scilicet à consanguineis offensi, & à superiori:

40 cum nec iura sanguinis per ingressum in Religionem tolli queat, & Ecclesia, siue Monasterium dicatur in persona monaci offensis, quāvis Monasterij, vel Ecclesiaz intuitu monaci persona offensa non sit, cum autem, vt diximus in dilucidatione decisionis 27. an-

31 Regno nostro adsit Pragm. volens, ut remissio ab ijs facienda sit, ad quos successio spectat, videtur à monasterio facienda remittio, cuius filius dicitur monacus, non autem à consanguineis, quibus nulla defertur successio. Quoniam verò, ut ibi diximus, Regia Sanctio consideravit ius sanguinis, propter quod requisiuit hereditatis delationem, hinc sit, vt, quamvis consanguinei illi non succedant, nihilominus tamèn ius remittendi habeant: quam rationē tulit idem Ferdinandus Roxit. loc. cit. num. 56. & 57. ad cuius ornatum vide ea, quæ scripsimus in nostra citata dilucidatione 27, non tamèn inde ex hac ratione dicas exclusum monasterium, vel Eccleiam à iure remittendi, eo quod in his nullum ius sanguinis considerare sit; nam eodem modo discurrentum est de monasterio, quo de vxore, ceteris paribus, que, ut diximus in dilucidatione decis. 26. habet ius remittendi: quandoquidem, quamvis ius sanguinis considerandus non sit, tamèn considerari debet ratio affectionis. Vnde, cum in Monasterio Monacus dicatur filius, variaque alia concurrant, quæ in uxore respectu viri non concurrunt, quæque libenter deserbo, procùl dubio, si vxor ius habet remittendi, habebit Monasterium. Dixi, ceteris paribus, cum, licet vxor, concurrens cum ascendentibus, & descendentebus sui viri, postponatur: de cuius rei veritate vide ea, quæ diximus in d. dilucidatione 26. Monasterium tamèn non postponetur ea ratione, quia Monacus filius Monasterij appellatur. Cetera verò videnda sunt apud Doctores relatos à Dom. D. Carolo Petra tom. 3. ad d. Rit. 275. post num. 5. vers. Interfecto verò Monaco:

32 Quo ad quartum habemus, reum excōmunicatum posse se defendere in iudicio, ea pricipiè ratione, quia aliàs excōmunicatio illi prodest, dum, si nequiret se defendere, neque poterit inquiri: quæ ratio traditur in cap. intellectus de iudicijs. Hinc Dom. Verde ad Galliapp. part. 1. cap. 6. num. 56. & 57. concludit ex Gabriel. à Sancto Vincent. de censuris in comm. disp. 3. quæst. 10. num. 133. alijsque, excōmunicatum in iudicio esse posse reum necessarium. Et Aulas de censuris part. 2. cap. 6. vers. dubi:atur. 2. inquit, excōmunicatum debere, cùm potest, comparere per procuratorem, se defendendo, sed, si nequit, posse ipsum comparere, traditque rationem, quia Ecclesia, tanquam pia mater, non vult illi defensionem naturalem auferre, quicquid sit, si nequeat esse actor, ut multis fundat iurem Aulas loc. cit. dub. 1. & pricipiè expresso cap. pia de exceptionibus in 6. nám., quia non prohibetur esse reus ex d. cap. intellectimus, potest quoconque modo ad se de-

fendendum comparere: At verò de re voluntario aliter dicendum est, vt aduerterit idem Dom. Verde loc. cit. cum verè reus voluntarius actoris naturam retineat. Vnde, cum reum esse voluntarium fama sit, excōmunicatione arcetur, argumento eorum, que ex supracitatis iuribus ait Anil. loc. cit. vers. præterea dicimus.

25 Hinc valde dubito de opinione, quam tenuerunt Abb. Bero. Bellamera, Ripa, aliquique apud Menoch. de recuper. possess. remed. 1. quæst. 31. volentes, vt, si spoliato obiiciatur excommunicationis exceptio, non sit hic antè omnia restituendus, iuxta communem regulam ex ratione allata à Glos. in c. in nomine Domini verb. Audientia 23. dist. qui à scilicet excommunicatus dicitur inhabilis, nec in iudicio audiri debet. Valde, inquam, dubito de

26 hac opinione, cum hoc casu excommunicatus non veniat, tanquam actor voluntarius, sed tanquam reus spoliatus, qui, vulgaris iuribus, antè quam contra eum agatur, restituendus est. Quare in praxi contrariaz citius adhærendum opinioni. Hinc Paulus Staiban. Iun. centur. I. resol. 133. num. 10. & 11. scripsit, ex text. valde punctuali in cap. cum inter. 5. extr. de exception. licet excommunicatus nequeat esse actor, & sic neque convenire, nec reconuenire, posse nihilominus

27 illum recusare Iudicem, appellare, ceterasque facere defensiones, cum tunc dicatur reus, & citat Bury: in d. Gloss. in fn. tradetem ibi, si quis haberet exceptionem, super qua impletet officium Iudicis, non repellit tanquam excommunicatum, ea ratione, quia is iudicatur tanquam reus, qui non repellitur à Iudicio, quam opinionem Bury sequitur Alex. conf. 103. num. 8. vol. 5. quæ si vera sunt, procùl dubio est, intèr ceteras defensiones, exceptionesque, eam esse, vt spoliatus antè omnia restituendus sit. Hinc aduerte, quamvis excommunicatus nequeat eas oppone agere, quam excipere, intèr quas est exceptione

28 compensationis, quod etiam durum visum est Cappella Tholos. teste Riccio coll. 214. quem refert Dom. Petr. ad Rit. 236. num. 26. adeò vt nec id in praxi teneam recipiendum, nihilominus, quicquid sit de hac opinione, non militare cædem rationem contra excommunicatum spoliatum, qui, pertens restitui, non venit, tanquam actor, sed tanquam reus spoliatus, qui in iudicio illo spolijs est merus reus. Verum, si in casu compensationis idem teneas, quod in spoliato dicimus, forte verius cum Cappella Tholos.

29 sana, multisque alijs senties. Peccas verò, quas incurruunt excommunicati, & quibusnam priuilegijs iij priuentur, & tandem modum huius exceptionis proponendæ habes

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

141

bes in Ritu M.C.V. citato 236. vbi *Caraui-*
ta, & Dom. D. Carolus Petr. tom. 2. fusissime.

DILVCIDATIO DECIS. LVI.

Supèr hac decisione nil dicam; nam de nobilitate, quæ transit ad legitimos, & naturales, satis, supèrque scripsérunt *Tira-*
quell. trax. de Nobilit. Paschal. de patria po-
test. parte 4. cap. 2. vbi Consil. Franciscus Ma-
ria Pratus, quos vide, & de nobilitate descen-
dentium, qua debent gaudere ascéndentes,
scripsimus nos in quest. 30. nostrarum dilucida-
tionum, vbi quadraginta adduximus argu-
menta, quæ pariter vide. Et supèr ultima
questione, an nobiles amittant nobilitatis
priuilegium propter delicti enormitatem,
scripsimus nos etiam in quest. 25. vbi de hac
decisione meminimus. Illam ergo, si libet,
percurre.

DILVCIDATIO DECIS. LVII.

Supèr hac pariter decisione latè scripsi
in meis dilucidationibus quest. 15. contra
Sanfelicium, nunc autem, ne palinodiam
canam, illuc lectors mitto, dum demum,
questiōnē illam percurrent, non inutilem
reperi; ibi namque, quomodo regulandum
fīt iudicis arbitrium, habetur. Post quam
meam questiōnē editam, lucem viderunt
decisiones Regentis Reuerterij cum obseruat.
Regentis de Marin. ad eamque valde confe-
runt decisio Reuer. 525. & obseruatio ibi
Reg. de Marin. quas omnino vide. Nec de-
feras Dominum Calà de rest. in integr. quest.
38. contra Sanfelicium scribentem, &
quest. 39.

S V M M A R I V M :

- 1 Apocam alteri soluendam presentans, mutato nomine, fuit pœna exili punitus.
- 2 Apocam presentans subscriptione nominis sui principalis bona fide facta, fuit absolvens, & prouisum, quod carcer cedat loco pœnae.
- 3 Pœna falsi, à subscribente apocam nomine principalis, ut effugiat, est probandum specialissimum mandatum ad id facendum.
- 4 Mandatum generale non comprehendit illicitum.
- 5 Mandatarius, an, & quando non teneatur obedire mandato illicito.
- 6 Mandatum speciale in subscriptione apoca alterius nomine facta, an probari sufficiat per confessionem mandantis.
- 7 Apocas falsas presentans punitur pœna ulimi supplicij, atento iure Regni:

8 Apocam, falsificato nomine, presentans, an incurrit in pœnam statutam a Regis sanctis.

9 Apocam falsam non presentantes, sed scribentes, an, & quando puniantur pœna mortis naturalis statuta à Regis Pragmaticis.

10 Statuti verba in penalibus quomodo accipienda sint.

DILVCIDATIO DECIS. LVIII.

1 Pœna exili punitum hic habemus praesentantem apocam alteri soluendam, mutato nomine. Accidit annis elapsis similis casus; nam quidam ex permissione principalis ad mensam nummulariam accessit, & in calce fidei bancalis, in qua principalis erat creditor, sibi octo aureos soluendos scripsit, firmans illam proprio charactere, sed subscriptione nominis eius principalis, à quo disculpationem deinde obtinuit, praetextu venia datæ ad illam subscriptionem suo nomine. Capserij non ignorantibus, non esse characterem Principalis, illum ad carcerem duxere. Compilato processu M. C. V. ultimo supplicio puniendum arbitrata est. Deducta causa per applicationem in S.C. decreuit hoc, vt carcer cederet loco pœnae; cumque Fisci patronus reclamasset, & iunctas aulas obtinuisse, multa interim euenerunt, que libenter pretereoo. Tandem speciali Proregis rescripto à carceribus exiit reus, sed frustra, dum postea illum interfecit fuisse accepi. Acta sunt in S.C. penes Montecoruinum.

Vt dicam, que vetè sentio, variæ potuere esse cause, que Sacrum Consilium equitati innixum mouerunt ad sic decidendum. Verum, vt pœna iuribus, vt infrā, statuta effugiatur, duplex conditio interuenire debet. Prima est, vt probetur speciale mandatum

3 ad subscribendum nomen principalis, dum mandatum generale, & generalissimum

4 non comprehendit illicitum. Ita Paul. de Cast. in l. si procurator: num. 9. ff. de cond. indeb. & in l. qua in prouincia num. 2. in fine ff. vbi de crim. agi oport. Bart. in l. si quis iniquū s. si procurator: num. 4. ff. quod quisque iur. Bald. in l. alias num. 13 ff. de iur. iuram. & in d. si procurator num. 1. Et ratio est, quia in quocunque mandato, & dispositione permissua, non videtur permissum illicitum, vt voluit Bart. in d. si procurator num. 6.

5 Hic autem nota, licet nonnulli voluerint, mandatarium non teneri obedire, quotiescunque mandatur illicitum, secundum Paul. de Cast. in d. si quis iniquū s. si procurator num. 4. Bart. in l. non solum s. si mandato: ff. de iniur. & alios apud Columbam in art. 108. apud Zilettum; tameu id limitandum, quo-

quoties aliquid dicetur illicitum respectu non permittentis tantum. Vnde si permittens consensit, id illicitum non dicitur.

6 Secunda est, ut hoc mandatum specialiter non probetur per confessionem principalis tantum, sed per testes; nam alias principales essent iudices ad damnandum, vel absoluendum reum, à quo aliquam pecuniarum quantitatem extorquerent, ut ille disculpationem obtineret. Quod ferendum non est. Hæc igitur conditiones attenderet sunt, si casus acciderit.

Quæ omnia, licet in casu superius à nobis relato non interuenerint, puto tamen S.C. non dubitasse, quin bona fide inquisitus nomen sui principalis subscriptisset. Ceterum, concurrente dolo, quamvis effectus sequutus non sit, præsentantem huiusmodi falsas apocas (nam falsæ apocæ dici possunt, quæ in calce fidei bancariæ fiunt à non domino) puniri pena ultimi supplicij, habemus in Pragm. 8. de falsis. Quinimò ad consignantes, participantes, aliosque extensa est huiusmodi pena per Pragm. 8. & sequentes sub eodem tit.

8 Sed, quod mirum videtur, est, quia Pragm. 5. de falsis disponit, che quelli, li quali porteranno dette polise false in alcuno di detti banci, per pigliare danari con esse dalli banchi predetti, ancorche non haueffero pigliati li danari, ma solo presentate le dette polise false in detti banchi, incorrano in pena di morte naturale: hæcque Pragm. emanauit anno 1567.

Et deinde anno 1607. vt in Pragm. 10. eod. et. dispositum est, che tutte quelle persone, che da hoggi auanti presenteranno nell' banchi polise con girate false, ancorche in corpore siano vere, incorrano nella medesima pena di morte naturale.

Vnde, extantibus huiusmodi dispositiōnibus, mirum sane videri poterit, cur hic apud Sanfeliciū plecti potuit pena exiliū per triennium, non autem mortis naturalis, cū casus euenerit anno 1619. sive post præfatas Pragmaticas.

Nihilominus tamē, licet Sanfelicius id non aperierit, non hauerunt locum Pragmaticæ, quæ loquuntur tantum, ut ex eius verbis apparet, de apocis falsis, & ut cum vulgo loquar, de giratis falsis; verum in casu nostro Apocæ, & giratæ erant veræ, sed nomen tantum mutatum erat, vnde locum non sibi vindicarunt prædictæ dispositiōnes, cū simus in pœnalibus, sed pœna alias statutæ, quæ, vt benè Sanfelicius, arbitrariet sunt, varijque casus videri etiam poterunt apud Scialoyam in praxi foriudicat. cap. 3. & num. 27. Quod in quadam A postilla scripta charactere mihi non noto vidi notatum his

verbis. Non est casus comprehensus in Pragm. 5. de falsis, in quo procedit M.C. vt delegata, & ita per collaterale consilium fuit declaratum, & prouisum, quod procedat M.C.V. ordinariè anno 1644. quæ decisiō est 408. de qua ibi verba faciemus:

9 Hic autem aduerte, casum illius decisionis non esse hunc, de quo decisiō hæc; sed qui id notauit, voluit aduertere, ut quemadmodum casus ille non comprehendebatur in Pragm. 5. ita nec iste.

Ex quibus obiter collige, esse iam sublatam admirationem à Domino Altimaro ad decis. 2. Rouiti vers. obserua. 2. ubi scripsit. Vnde, attentis dispositionibus dictarum Pragmaticarum, nescio quomodo processit decisiō allata per Reg. Sanfelic. 408. lib. 3. ubi anno 1664. fuit decisiō, scribentem apocam falsam per alium banco præsentatam non debere puniri pœna mortis, & contra ipsum agi debere per M.C.V. via ordinaria, & non cum delegatione, vt procedit contra præsentantes apocas ipsas; nam Pragm. 8. ubi fuit attenta dispositio d. Pragm. 5. etiam contra scribentes fuit emanata de anno 1597. decisiō vero fuit de anno 1644. Vnde miror, Seuerinum, qui in add. ad illam id non aduertit.

Nam ego verè miror, cur id scriplerit; cum Pragm. 8. hæc disponat. E così incorrano, e s'intendano essere incorsi nella detta pena di morte naturale nella predetta Pragmatica contenta; non solo quelli, che presenteranno nel banchi predetti le dette polise false, ancorche non habbiano pigliato li danari, ma anco tutte quelle persone, che (notate) l'haueranno scritte, dettate, & consegnate ad altri, che le presentassero, o in qualche altro modo haueffero participato, e participassero al concerto delle dette falsità.

Quarè ad hoc, ut pœnam mortis naturalis incurvant, multa copulat iuè requiruntur in non præsentantibus apocas falsas, scilicet, ut scribant, legant, & tradant alijs ad hoc, ut eas præsentent. An autem in casu, decisiō apud Sanfeliciū d. decis. 408. omnia hæc copulatiæ interuenerint, poterit lector aduertere, & deinde videre, an locum sibi vindicet id, quod scripsit Dominus Altimara, an vero quod tantus Senatus, cui notæ esse debebant Pragmaticæ, decrevit.

Quod autem Regia Sanctio omnia ea copulatiæ requirat, nulli dubium, cum loquuta non sit per alternatiuam, vel, sed per copulatiuam. Et quamvis deinde disponat, ut eandem pœnam subeant ij, qui in qualche altro modo haueffero participato, e participassero al concerto delle dette falsità, hic alter modus ita intelligēdus est, ut sit diversus ab eo, ad quem omnia ea superius enunciata copulatiæ concurrere edixerat, qui vtrique,

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

143

que, vt consideranti patet, multiplex esse potest; alias correctionem in eodem sermone, quin immo contrarietate gratis inducere mus, quod ferendū nō est. Sed hęc, vt dixi, obitē colligenda sunt, cum cætera deseramus dilucidanda in propria sode, quæ erit præfata decisio 408. Iaterim hęc, arrepta occasione, satis.

10 Collige secundò pro eadem materia, cum simus in poenibus, non discedendum à proprijs verbis statuti, præoipue, cùm poena à statuto imposta alterat iuris communis dispositionem, vt in casu nostro, in quo bñè considerandæ est participatio in fraudibas, qualis scilicet eile debatur, & quomodo concipienda. Pro qua re faciunt optimè scripta à Reg. Merlino lib. 1. controv. forens. cap. 47. per totum: quæ etiam deseruient ad vber iorem dilucidationem decis. 36. quam, vt ibi vidistis, dilucidare non duximus, innixi verbis, committere, & facere. Qui autem studius erit, ea hic dictis, aliquique relatis à Merlino loc. cit. corroborabit.

S Y M M A R I V M .

- 2 Falsam monetam fabricans, quamvis aneas, quæ pena puniendus, sed quid de iure Regni, vide num. 6.
- 3 Panam falsa moneta incurrit, qui monetam cudit, licet iusti ponderis, & boni artis, absque Principis auctoritate.
- 3 Monetam cudere est de regalibus.
- 4 Moneta triplici modo potest falsificari.
- 5 Monetas aureas, vel argenteas tondentes puniuntur, attento iure communii, & Regni, ultimo supplicio.
- 6 Monetas aeras tondentes, attento iure communii, & Regni, puniuntur extraordinarie, & quare.
- 7 Monetas, quæ insuis aneas, cudentes, attento iure communii, & Regni, puniuntur pena ultimi supplicij.
- 8 Penna ultimi supplicij non est statuta in Regno contrà cudentes monetam aneam.
- 9 Monetarum anearum incisores in Regno non puniuntur pena ultimi supplicij.
- 10 Falsificans monetam, eamque scienter expendens, peccat mortaliter & ad restitucionem tenetur.
- 11 Monetas falsas in pondero expendens non peccat, secūs falsas in substantia, & quare.
- 12 Expendentes falsas monetas nostris temporibus non puniuntur in Regno, ob falsarum monetarum abundantiam.

DILVICIDATIO DECIS. LIX.

Vltimo supplicio puniendum, refert Sanfelicius, fabricatorem falsa mo-

netæ æneæ, quæ Principis imaginem præferbat, sicque decisum: quare duo aduentenda sunt.

- 1 Primum, falsitatē monetæ cōsistere etiam in forma triplici modo, scilicet in Principis imagine, in impressione inscriptionis, & litterarū, & in publica auctoritate, pro ut docte scripsit Catal. de indultu cap. 28. num. 29.
- 2 & seqq. Vnde infertur, incurre re in poenam falsæ monetæ illum, qui monetam cudit, licet iusti ponderis, & boni artis, ex sola imaginis Principis impressione, & ratio est ea,
- 3 quam tradit Catalan. in loco cit. num. 44. quia cedere monetam est de regalibus, quæ soli Principi sunt referuata: cap. 1. vers. mone-
ta. Quæ sint regalia; Vnde parum refert, an moneta sit modici valoris, an magni, cum falsitas sit respectu triplicis illius modi, qui non respicit magis, vel minus. Quoniam autem rem aliqualiter dubiam reddiderunt Farinac. pract. crim: quest. i 15. part. 2. tom. 2. de crim. Lef. M. aieft. num. 90. Caball. casu 199. num. 19. & seqq. Ricc. decis. 104. part. 1. post num. 2. Mastrill. de indultu cap. 27. num. 12. Affl. in const. Regni, Adulterinam, & in Const. Qui nummos, quos refert Scialoya in praxi foriud. cap. 3. post num. 131. alijque apud ci-
tatos, volentes, vt poena mortis non punian-
tur falsificantes monetas modici valoris, prout sunt monetæ æneæ, innixi ferè omnes in consilio Alexandri 104. num. 7. Quæ omnia videntur aliquatenus esse contraria de-
cisioni huic, quæ alioquin dura videtur: igitur illam debemus lenire breui examine.
- 4 Certum est, posse esse questionem in fa-
bricante monetam, & tondente.
- 5 Ut à tondentibus incipiamus, si questio est de iure communii, Vlpianus in l. quicun-
que 8. ff. ad l. Corn. de falsis, sic disponit. Qui-
cunque nummos aureos, partim raserint, par-
tim cinxerint, vel finixerint, siquidem liberi
sunt, ad bestias dari, si servi, summo supplicio
affici dehent: secundum quam videtur etiam
intelligenda l. fin. C. de veter. Numism. pot.
lib. 11. Hiac de more nonnulli, textus inter-
pretante, dixerat, huiusmodi delinquentes
puniri extraordinarie, de qua re videndus
Caball. resol. crimin. casu 191. nonnulli vero
poena mortis, de qua Farinac. d. quest. 115. &
num. 99. usque ad 113.

Si autem de iure Regni questio est, in promptu sese offert constitutio Regni, Qui nummos, vbi Rogerius hęc. Qui nūmos aureos, vel argenteos raserint, vel quocunque modo minuerint, & am personas eorum, quam bona omnia publicanus. Et tandem, vt cæteras omittant Sanctiones, quæ dubiam ex interpre-
tationibus reddidere penam, lucem vi-
dit Pragm. 1. de monetis, quæ loquens de
moneta aurea, vel argentea, iubet, quod om-
nes

nes incisores prafatarum monetarum in pœnam ultimi supplicij, ita quod anima eorum separetur totaliter a corpore, incurvant.

6 Quoad rem nostram igitur attinet, attentione iure communi, & Regni Neap. quorum neutrum loquitur de incisione monetarum ænearum, potest optimè teneri sententia voluntis, ut incisores puniantur extraordinariæ, non autem ultimo supplicio, & pro hac opinione facit quod ait Caball. d. casu 199. num. 19. & seq. scilicet, tali incisione non afferti magni præjudicium ijs, in quorum manus tales monete peruenierunt, ex Alex. conf. 121. sub num. 5. lib. 7. nec noa quod dixerat idem Alex. d. conf. 104. quod nempè minuta non veniant in prohibitione &c.

7 Ut autem ad fabricantes deueniamus, si attendamus ius commune, pœna est ultimi supplicij, ex l. 1. & 2. C. de falsa moneta, quarum verba nimis prolixa deserimus, earumque dispositionem Farinac. intèr ceteros loc. cit. d. q. 115. locum etiam sibi védicare dixit num. 18. & seqq. in eudente monetas boni ponderis. Sin autem ad ius Regni recurrimus, prompta est Constitutio, Adulterinam, vbi hæc. Adulterinam monetam eudentibus, vel scienter accipientibus, pœnam capit's irrogamus, & eorum substantiam publicamus. Consentientes etiam hac pœna ferimus. Quæ dispositio, ut optimè ibi Gloss. comprehendit etiam monetas boni æris, & ponderis, quæ quando fabricantur à priuatibus, dici debene adultering, tanquam non factæ à persona legitima. Unde, attempo iure communi, & Regni, viget pœna mortis, ac proinde nulla est facienda distinctio de monetis aureis, argenteis, vel æneis, cum iura supradicta indistinctè loquantur, & eadem ratio militet in omnibus, ut diximus initio dilucidationis. Quarè, licet monetæ æneæ minimè sint, non est cudentibus applicanda ratio, quæ à Doctoribus applicatur tondentibus, & consequenter decisio relata à Sanfelicio, non modò non debet videri dura, sed iuribus firmè innixa. Alia verò dicemus in 3. tomo, & præcipue multa de falsificantibus monetas Principum, quibus ijs subdiki non sunt: de qua re Vinc. de Frâch. dec. 440. ibi quæ addentes, aliquæ, quos ibi refert, & examinat Dom. de Luca. Cætera circa pœnas, & pœnæ privilegia huius criminis vide apud eundem Catalanum, vbi omnia habes, Scialoy. in praxi foriudicatoria cap. 3. num. 131. & cap. 4. num. 92. & 93. Capyc, latr. decis. 179. Dom. de Luca ad Vinc. de Franch. decis. 401.

8 Hoc tamè miratus sum, Regiam Pragm. 1. sub tit. de monetis, statuisse pœnam contra incisores monetarum auro, & argento constantium; non tamè quæ nec ullam pœnam à ceteris Pragmaticis statutam. Quod forte

enenit, quia hucusque nemo huiusmodi monetam incidere cogitauit. Quoniam verò euenire poterit vt, vel egestas, vel malitia crescat adeò, ut monetas æneas iam videamus incisas, certè noua lex esset statuenda in Regno, cum aliâs per d. Pragm. 1. videatur statuta poena ultimi supplicij contra incisores monetarum auro, & argento constructarum: igitur contra incisores monetarum ænearum non procedendum ad ultimi supplicij pœnam. Nam Pragma, vbi voluit, expressit, vbi autem noluit, tacuit. Quare, quod antea à Doctoribus adducatis ab Affl. in const. Adulterinam vers. tertio quare dubium reddebatur, videtur omni dubitatione carere in Regno nostro, stante Regia Sanctione superius citata. Alia verò dicemus in 3. tomo, vbi fusæ de hoc crimine, variisque dilucidabimus decisiones huc vñque exortas.

10 Alterum est, falsificantem monetam in substantia, forma, vel pondere, eamque scienter expendentem, peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem, ut uno ore fatentur DD. in cap. quanto: de irre in rando, quod ex Gabriel. Biel. de monet. conclus. 1. 2. 3. & 4. aduertit Laganar. ad Ronit. in rub. de monet. vbi multa, quem vide. Quod notare volui, ne quis, putans fraudibus Repùblicam afficiendo non peccare (quasi virtuti tribuendum sit publicum lèdi, ut priuati iniustamententiant utilitatem) huiusmodi sceleræ patrare studeat.

11 Hinc collige primò, licet peccet expending falsas monetas, si eæ falso sint in substantia, non peccare tamè dependentem monetas incisas, quia incisio patet, & à Principe toleratur: secùs autem, cum moneta est falsa in substantia, quæ nec patet, nec à Principe toleratur. Quod est aduertendum.

12 Collige secundò, nostris temporibus non puniri dependentes monetas falsas, ob maximam falsarum monetarum quæ antitatè in Regno, adeoq; silere iura, Regiasque sanctiones pœnam statuentes contra eos, qui falsam monetam expendunt: sed de hac re, ut diximus in 3. tomo, cum hac non intelligenda sint ex vi legis, sed ex tolerantia, quam nimia falsarum monetarum copia inducit,

S V M M A R I V N .

- 1 Scribe fiscalis reuelans secreta inquisitorum punitur tanquam falsarius.
- 2 Aduocatus, vel Procurator, offendens scripturas alteri parti contraria, incidit in crimen falsi.
- 3 Aduocatus ab una parte salarium accipiens, & alteri secreta reuelans, incidit in pœnum falsi:

Custos

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

145

- 4 *Custos scripturarum vnius partis, reuelans eas alteri parti, incidit in crimen falsi.*
- 5 *Vassallus reuelans secreta sui Domini, feudum amittit, sed an semper.*
- 6 *Consiliarius reuelans secreta sibi à Princepe commissa incidit in falsi crimen.*
- 7 *Vota non propalanda à Iudicantibus, ostenditur per plures sanctiones Regni.*
- 8 *Iudicum prudentia qualis sit in delegendis votis, & pandendis secretis.*
- 9 *Votorum propalatio cur forte enierat.*
- 10 *Iudicibus à quibusnam circumstantijs abstinentiam saltēm in secretis pandendis.*
- 11 *Animum aperire amico prudenti quandoque necessarium.*
- 12 *Scribis quanam Regia Pragm. consulans.*

DILVCIDATIO DECIS. LX.

- 1 *Contra scribam fiscalem secreta inquisitionum reuelantem fuisse processum, canquam contra falsarium, edocemur. Quod idēm dicas, si quis aduocatus, procurator, vel sollicitator causæ, vel depositarius scripturas vnius partis alteri ostendar, cum ex sola ostensione in falsi crimen incidat, ex Bart. in L. 1. §. 5. qui depositum ff. de falsis, Ar- cbar. cons. 1. 7. 2.*
- 2 *In eandem pariter penam incidit Ad- uocatus salaryum ab una parte recipiens, alterique secreta reuelans, ex l. penule. ff. de- posui, & notat Bart. in L. 2. ff. de pœn.*
- 3 *Sic etiā quicunque, qui, cum teneatur scripturas vnius partis custodire, alteri re- uelauit, ex tex. cum Gloss. in l. si quis aliquid. g. i. t. umenitum. ff. de pœn. quam vide, pro qua re contule Bart. in l. 2. ff. de pœn. Hinc nota, secretorum reuelationem adeo esse detesta- bilem, vt vassallus, si Domini secreta reue- lauerit, feudum amittat. cap. 1. vbi DD. quib. mod. feud. amitt. cum concordant. Quinimō, si quis Consiliarius reuelaret ea, quæ ipsi communicauit Princeps, in idem crimen- incident, vt tenet Ifernja d. cap. 1. ibique etiam Affl. vers. ultimò quo. Quod limitandum est, si reuelatio fuisse velis, & facta animo seruendi Principi, nec esset facta hosti, sed coniuncto, vt ex Affl. Gramm. alijsque con- cludit Censal. in l. unica C. si quis Impera- maledix. §. 1. num. 60.*

Alia verò circa pœnam scribis infligen- dam pro crimine falsi vide apud Rousit. ad Prag. 4. de offic. magist. Iusfit. De secretorum materia consulendus Menoch. de arbitrar. casu § 37. num. 2. vbi omnia personarum ge- nera, quæ ad secreta seruanda compellun- tur, enumerat, & pro hac decisione vide, Thor: in suppl. compend. decis. vers. falsum- committere. Et circa sceleras, falsitates, alia- que crimina in officijs patrata ab officiis

libus vide Reg. de Philipp. differt. 14.

- 7 *Quoniam verò hīc initio decisionis San- felicij ait, etiā Iudicem puniendum por- na statuti, si ille secreta reuelauit, id circo sciendum, anno 1540. fuisse hæc statuta per Pragm. 5. de off. Iudic. hīc rescribenda. Cum vero ex propalatione eorum, qua in consilijs, & Tribunalibus nostris geruntur, & preser- tūm votorum in causis, qua in his trattantur, magnum inconveniens, & obsequio nostro, & recta administrationi iustitia sequi posset, ve- lentes huic malo, ut par est, debitè mederi, sta- emus, & intercedimus, ne cuius consiliariorum, aut officialium nostrorum cuiuscunque au- thoritatis, aut qualitatis sit, licet, liberum, quæcunque, consilia, & negotia in præfatis consilijs, aut tribunalibus agitate, & discussa cuicunque bo- minum aperire, seu declarare, neque votorum sententiam, vel ante, vel post decisionem cau- sarum reuelare &c. Id verò secūs facientes, ultra ira, & indignationis nostra grauissima, & priuationis officiorum pœnas, alias nostra arbitrio reservatas exequi mandabimus.*

Supèr qua re extat alia Pragm. posita in tit. de off. S. R. C. 17. vbi hæc Consiliariorum vota nostrorum, tam antè, quam post lacam- sentiam arcane velari silencio manda- mus, qua proper, si quisquam, sine consiliarius, sine consilijs secretarius, a Etornus Magister, aut Ostiarins illa decixerint, priuationis offi- cijs pœna, atque etiam maiestatis nostra arbitrio decernenda reserri volutus. Extat Pragma- tica Casarea Maiestatis recolenda per secula memoria edita int̄ alias, atque impressa in oppido madrī die 11. mensis Nouembr. 1539. præcedenti conformis (quæ est ea, de qua supra) Quas omnes sub pœnis in ijs conten- sis, & alijs arbitrijs in eisdem referuatis ri- gide explicandis, & exequendis obseruari pra- cipimus. Mandantes, Consiliarios omnimo- dū adhibere diligentiam, votorum notitiam etiam a personis in præsenti Sanctione descrip- sis nullatenus baberi.

Et tandem, ut ceteras omittam, exæc- alia 1. sub sit. de causis decidendis, quæ lucem vident anno 1574. vbi num. 2. hæc inter cetera. E perche s'intende, che dopò votate le cause, all' uscire, che fanno gli ufficiali dalli Tribu- nali, vanno alcuni di loro insieme e trattano di quello, che sarà stato votato, e concluso in altro luogo, che dentro del Tribunale, sotto le mede- simi sopradette pene.

Volui omnia ferè verba Regiarum San- felionum referre, ut innoteſcat, quanta cu- rariet vigilancia Principes secreta causarū custodire, & quanta è contrà impunitate à

T. non-

nonnullis ea pandantur. Et quidem mirari non possum, si verum forte est, quod de multis Iudicantibus fertur, quodque nunquam ego certe audiui, nempe, reperiri plurimos, qui, non modò sociorum Iudicium pandant vota, sed coram publico Aduocatorum catu controversias, quas intè eos in aula ortæ sint, paresciant, quin imò & socios irrideant, vel unum, aut alterum redarguant, ex affectione quadam, aliae dependentia suam fundantem sententiam: quare iij ipsi, qui hæc audiunt, ea publicent, statimque suspicionum capita efformentur, quorum Iudices ipsi hujusmodi pandentes secreta sint directores. Si igitur, ut cætera silentio potius deseram committenda, quam calamo, hæc, aliaque peiora, vera forte sunt, non possum non mirari, quomodo, tot extantibus Sandionibus, nullum præstetur remedium, nullum adhibetur consilium, cum omnes impunè loquantur, omnesque ea pandant, quæ sociorum famam denigrare iam dignoscunt; niforte velimus dicere, hoc esse consilium, hoc esse remedium, ut omnia parescant, ne crimina silentij spe occultentur. Nihilominus tamè honestatis studio ab hoc saltè abstineant Iudices, à non pàdendis scilicet huiusmodi gestis coram nonnullis, qui, vt moraliter loquar, cum nequeam physicè, primam tantum habent intellectus operationem, qua res apprehendunt, secunda vero, & tertia carent, cum, nec iudicent, nec discurrant, sed ea modo, quo apprehendunt, referant, auctorem publicent, & quicquid inde sequatur, non curent. Ceterum amicos, prudenti quandoque animum appetire, (loquor de rebus permisis) necessariū est, & decens. Vnde, prudencia duce, omnia bene euenire, palam est.

12. Reliquum est, vt in Tyrorum gratiam, cumulemūs loca, in quibus de rebus speciatis ad Scribas, circa quas delinquare possunt, vel falsi poenas subire, iuxta hanc Sanfelicij decisionem, videant. Quarè Pro scriba generali videndæ Prag. XXX. numer. 4. de off. Mag. Iust. XX X V I. numer. 5. de off. S.R.C. XII. num. 8. de Officialibus, & que &c. VII. num. 2. 3. & 4. de off. Mag. Iusticiar. XXXVII. eod. tit. & LXIX. Pro scriba à mandatis Prag. II. num. 2. de official. & que 1. de off. Secretarij & VII. eod. tit. num. 4. Pro scriba Cancellarij Prag. II. de off. Secret. Pro scriba M.C.V. criminali Prag. XII. num. 7. de official. & que X. num. 6. de off. Iud. XI. num. 15. & 26. de off. Magistr. I. Iusticiar. VI. de actuarijs XXVII. de off. mag. Iust. & XXIX. eod. tit. Pro scriba Portionis Prag. XXVIII. de off. Procur. Cas. III. & VI. de off. Quæstoris 1. de off.

scrib. Port. IV. de Trigesimus XIV. de officiis, & qua. Pro scriba Regesti Pragm: 11. de off. Secretar. num. 2. 8. 1 2. & 13. VI. cod. tit. Pro scriba Regie Cameræ Pragm. VII. de off. Præ. Casar. XIX. & XXXIII. eod. tit. Pro scriba S.R.C. Pragm. XXVI. LVII. & LXXV. de off. S.R.C. Cæteras verò Sanctiones videndas Tyronum committimus folerit, quibus has paucas deditus duces.

S V M M A R I V M.

- 1 Officiales inquisiti, quando suspendendi sint, pendente informatione de delicto.
- 2 Officium gratis datum non differt ab officio empto quo ad delinquentes in illo.
- 3 Delinquens grauitè in officio est illo priuatus, siue officium gratis datum sit, siue emptum.
- 4 Pretium non est meritis pretiosius.
- 5 Officium quandoque venditur in beneficium delinquentis, & quando.
- 6 Officialis perpetuus, an ante captam possessionem inquisitus non vittendus sit in possessionem, pendente informatione.

DILVCIDATIO DECIS. LXI.

Officiales secundùm decisionem hanc inquisiti de delictis in administratio-ne patratis, si, illis probatis, puniendi sunt pena priuationis, possunt interim suspendi, quamvis officiales sint absque iurisdictione, dummodo summarie constet patrati sceleris suspicio. Idem etiam scripsere, Regens Moles dec. 6. sit. de pænis Merlin. controu. forens. cent. 2. cap. 28. Paschal. de virib. patr. potef. part. 3. cap. 9. num. 39. Renert. vbi Reg. de Marin. decis. 2. & 301. aliquæ.

Hic autem notandum procùl dubio est, quod moneret Grinell. decis. Dola: 60. num. 13. relatus à Reg. de Marin. in fine ad d. dec. 301. Regentis Renertij, nempe, in materia suspen-sionis ab officio prudenter procedendū esse, cum suspenſio solcat fama proborum virorum præiudicium inferre: vnde consulendus est Reg. Capyc. Galeot. respons. fiscal. 15. num. 44. & seqq. aduertens, tria debere concurrere, ad hoc, vt, pendente informa-tione, possit aliquis ab administratione suspendi, nempe, vt sit de criminis inquisitus, vt delictum patratum sit circa officij administrationem, & vt illud tale sit, vt eo constito, possit sequi officij priuatio. Ego vero adderem quartum, quod ex Pres. de Franch. aduertit Reg. de Marin. in d. obser. ad decis. 2. Renert. vt scilicet Fisci Patronus suspensionem proponat, antequam officiali inquisito detur terminus ad se defendendum, cum, eo dato, iudicis officium quie-scat,

In Decisiones Reg. Sanfelicij : 147

scat. Alia vide apud Capyc. latr. consult. 33. nn. 36. & seqq. Consil. Prat. respons. 65. 20. 2. cæterosque apud Dom. Altim. ad cons. 85. Rot. uit. tom. I. & Roccum lib. 2. resp. 65. num. 10.

3 Vnum tamèn hic aduertamus velim, eodem scilicet modo discurrendum, grauitate delicti vrgente, de officio gratis concessio ob eius merita alicui (quod nescio an raro accidat) ac de officio empto; tunc namq; sempèr delinqens debet officio priuari, contra ea, quæ scriptit Capyc. latr. consult. 33. num. 36. vt egregie suo more de Ponte decis. 7. num. 33. cui opinioni ea potissimum ratione adhæreo, quia pretium non est pretiosius meritis, quicquid vulgus depravatis hisce temporibus sentiat cum Horatio alias in nostris dilucidationibus adducto exclamante. Cives, ò Cives, quærenda pecunia primùm est, virtus post numeros: vnde, si potest quis ob patratum scelus officio meritis concessio priuari, poterit & spoliari officio empto, quo casu delinqueus per sententiam officio priuatus, censeri debet, ne dum exercitium amisisse, verum etiam proprietatem, ea scilicet ratione, quia cum officia concessa censeantur, donec concessionarius fideliter se gesserit, quod locum habet, tam in officijs emptis, quam gratiæ concessis, illis abutens priuatur, ne dum vñfructu, sed etiam proprietate. Quæ omnia longo calamo scriptis Reg. Merlin. cent. 2. cap. 39. & 30. reuocatis in dubium Rose Romana decisionibus, & explicata decisione facta per Collaterale Consilium in causa Marchionis Padulæ relata à Reg. de Ponte in decis. 16. Ille ergo omnino videndus, cum Omnia ibi plenè habeantur.

Dixi suprà, vrgente grauitate; nam, si delictum non tam graue est, sed aliqua ex parte excusabile, vel non bene probatum, officium, quo ipse priuandus est, tanquam delinquens, venditur in eius beneficium, pro ut accidisse, legitimus apud Reg. de Ponte d. decis. 16. videnda, dum ex ea evidenter colligetur, huiusmodi crimina diuerso modo puniri, accentis eorum probationibus, aliquique perpensis, vt ibi: cæterum nulla est facienda distinctio inter officium gratis datum, & pretio emptum: quare, si officium venale est, & tamèn alicui ob propria merita sit datum, vendendum erit etiam in eius beneficium, quando delictum non erit tam graue, vt pretio quoque priuandus esset, si illud emisset. Quod est notandum, & nos fusè in nostra Ariadna legali, in l. b. C. ad leg. Iul. repetu.

6 Hic autem queri potest, an officialis perpetuus post obtētum priuilegium à Rege, antè captam possessionem accusatus de aliquo delicto à nouuillis, qui ægræ illum

ferent, ad impediendam eius possessionem moti, possit impediri, quin possessionem capiat? Et respondendum, non posse possessionem impediri.

Quamvis enim conerarium dicendum videatur ex cap. Omnipotens Deus: de accusationibus l. Reus delatus ff. de muner. & hon. l. unica C. de reis postulatis lib. 10. quibus edocemur, Reum delatum etiàm ante sententiam honores petere prohiberi. Dant rationem Abb. & Felin. in d. cap. quia ex pendencia accusationis grauatur opinio accusati, vt interim non dicatur persona integræ omnino. Quæ ratio politice aduertitur à Boadilla in sua politica lib. 2. cap. 21. num. 263. dum inquit, Porque pendiente la acusacion ésta grauada la opinion del acusado.

Nihilominus tamèn pro nostra opinione decisum fuit in Consilio Regio, teste Boadilla. ibid. dicente y assi en el consejo se ha determinado, que el perquisidor, contra quienes se pusieron capitulos, pueda ser promovido a qualquier oficio, sin que esté determinados. Quæ determinatio fundata est in ratione per eum tradita, videlicet, quia no es justo, que puedan los emulos del Perquisidor (poniendo capitulos en venganza de la justicia hecha contra ellos) embarazarle su promoción, y acrecentamiento, in que se introduzga por este camino, como se vea cada dia haver tantas molestias &c. Si igitur potest quis promoueri ad officium, in quo manutenendus vñque ad delicti verificationem, quanto fortius, politica attenta ratione, post acceptâ cedulam à Rege ponendus est in possessionem? quare patet, nec Proregerem posse illius exequitionem impedire, nec sufficere simplicem accusationem, sed delicti patrati verificationem requiri, ex quo esset officio priuandus.

Verum, attentis prefatis iuribus, dicimus, illa non militare in officijs iam acquisitis, prout DD. pasim ibi ex l. libertus s. in questione ad municipal. vbi hæc. Dignitatem pristinam interim retinent.

Ex quibus arguimus, in acquisitis non esse denegandam possessionem, vt singulariter in fortiori casu decernit Consiliarium de Bottis in addit. ad Abb. in d. cap. Omnipotens lib. B. hæc ille. Sed quid si taliter accusatus ante accusationem esset electus ad dignitatem, adeò, quod parum restabat consequi, an postea accusatus possit babere dignitatem ante accusationes, preparatas? est quæstio notabilis, & per aliquem non cognita, quod viderim. Pro tanto putarem, istum posse consequi dignitatem. Ex his videmus, à fortiori non posse possessionem impediri, si quis priuilegium à Rege obtinuerit, cum tunc nihil superesse consequendum, sed tantum, quod ille con-

T 2 sequu-

sequutus est exequutioni demandandum. Et sic fuit annis præteritis decisum hic Neapoli per lunctam à Prorege destinatam; nec aperio nomen officialis integerrimi, cum accusationes statim euauerint, ne videar adulantis officio fungi.

S V M M A R I V M .

- 3 Ministri non perpetui non tam facile inquirendi sunt.
- 2 Informatio extra iudiciale quandoque verior est iudicale.

DILVCIDATIO DECIS. LXII.

DE hac decisione ex iustis causis nil dilucidabimus; quandoquidem iuuat hic Sanfelicij prudentiam perseguiri; quemadmodum enim ille propria minerua disputare noluit, an Proregi liceat inquirere Regentes, sed se ad hic transcripta remittere, ita & nos lectorum illuc mittamus: hæc autem decisio clarior apparebit, si consulamus tractatum illum editum à *Tapia de Praestantia Regia Cancellaria*. Interim, ut aliquid notemus, aduertamus oportet, ex litera Regia in calce decisionis transcripta, prohibuisse Catholicam Maiestatem, ne ministri perpetui absque speciali eius ordine inquirerentur, ea potissimum ratione, per la occasion, que se da, para que los subditos les pierda el respeto. Hæc eadem ratio debet esse præcipuum motium, quod suadeat Dominos Proreges ad non tam facile ceteros ministros non perpetuos inquirendos, vt sic videant bene ne, an male se gesserint. Et 3 profectò quandoque veriorem præferret extra iudicaria informatio, quam iudicaria, quæ falsitatibus ut plurimum innixa, inanocentibus detrahit. Quæ utinam non verificantur nostris præcipue tempestatis, quibus nimis profecto vrget detractio. Ceterum. super hac decisione, si casus accidat, quem Deus auertat, scribemus, Interviu silentium adhibeamus.

S V M M A R I V M .

- 2 Officialis potest esse Index pro iniuria sibi illata, tanquam officiali, secus, tanquam priuato.
- 1 Iniuria quando dicatur illata officiali intuitu officij, quando autem intuitu persona.
- 3 Iniuria cognoscitur à voluntate inferentis.
- 4 Index suspectus in iudicando, non est regulativer suspectus in delegando.
- 5 Index redditus quandoque etiam suspectus in delegando, & quid in Praeſde S.C.
- 6 Baron potest eligere officialem consanguineum,

ni adsit inimicitia inter Baronem & Vasallos, secus, si qua adest inimicitia.

- 7 Baro, si est suspectus, reddit etiam suspectos eius officiales.
- 8 Baron an deneganda sit remissio in causis receptionis contumacium, aliorumque, latè discutitur.

DILVCIDATIO DECIS. LXIII.

MVta hic, occasione arrepta, percurruuntur, quæ in lectorum gratiam breuissime reassumemus.

Primum est, officiale esse iudicem competentem pro iniuria sibi illata intuitu dignitatis, & officij, secus vero, si iniuria sit illata sibi tanquam personæ priuatæ.

Secundum, vassallum Baronis inquisitum de receptione contumacium & bannitorum M. C. non esse remittendum ad baronem, idque ex decis. Reg. Reuterterij.

Tertium, denegandam esse remissionem ad Baronem pro fractura saluaguardia, vel si quis deliquerit, fingens, se esse Regium ministrum, vel, si quis nomine M. C. detinere palatium loco carceris, & postea defineretur, vel, si, pendente articulo remissionis, curia Baronalis non obtemperauerit præceptis M. C. in detinendo carceratum, vel, cum quis deliquerit tempore, quo in alio tribunali detinebatur carceratus nomine, M. C. V.

Quartum, in Regno de criminibus commissis in officiales cognoscere solam M. C.

Quintum, pro graui iniuria illata Baronii, tanquam personæ priuatæ, non posse Baronem causam delegare, cum dicatur etiam in delegando suspectus.

Sextum, contracta inimicitia inter Baronem, & Vasallum, non licere Baronem Capitanum eligere suum consanguineum: quare interea esset interdicenda administratio; secus vero, si nulla adesset inimicitia; tunc enim Capitanum posset eligere consanguineum, cum hæc electio non reperiatur in irre prohibita, nec, pendente lite super huiusmodi electione, esset interdicenda administratio.

Occasione sex horum articulorum Reg. Sanfelicius alia coaceruauit, quæ consulto deserimus, illos vero reassumemus nos, ordinatè reducentes ad quatuor capita.

Primum erit, an officialis possit esse Index pro iniuria sibi illata, tanquam officiali, & tanquam personæ priuatæ: pro caius capitis dilucidatione videnda est dilucidatio decisionis 66.

Secundum, an possit pro iniuria ipsi tanquam priuato illata, causam delegare.

Tercius

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

149

Tertium, an, & quando Baroni licitum sit eligere Capitaneum eius consanguineum.

Quartum, an Baroni deneganda sit remissio tam in causa receptionis contumacium, quam in alijs enumeratis in tertio punto reassumpto & conclusionibus Sanfelicij.

Quo ad primum communis conclusio est, posse officiali esse iudicem pro iniuria sibi illata tanquam officiali, secus tanquam priuato, ut apud adductos per Sanfelicium legimus, ceterosque passim, quamuis Iudices debeat delinquentem remittere ad superiores, ut eorum vlciscantur iniuriam, ex Doctoribus relatis a Dom. Altimar. ad Rouit. decis. 80. ut sepius sic practicatum vidi. Tota vero difficultas stat in videndo, quandonam dicatur illata iniuria alicui; tanquam officiali, quando autem, tanquam personæ priuatæ. Quod alijs verbis proponi solet; quando scilicet iniuria sit realis, quando personalis, ut apud Abb. in cap. cum venissent: de Iudic. col. penult. super qua vide Doctores, quos refert Dom. Petra ad Rit. M.C.V. 49. num. 6.

Ego igitur de iure generalem tradam regulam, quæ forte nullam habebit fallentiam, hæcque erit, ut, quoties iniuria inferetur officiali pro re ad officium spectante, estimanda sit realis; et contra verò personalis, si res illa, ex qua sequuta est iniuria, nullo prorsus modo ad officium spectauerit. Exemplo breuissime distinctionem declarabo. Furetur Titius alicui officiali numeros, alijs verò eidem iniuriam inferat, eo quod sibi iustitiam denegauerit. Primam certè iniuriam personalem dixeris: vnde, si contra illum officialis procederet, grauitè esset puniendus, eo quod iudex esset in causa propria, contra totum tit. C. ne quis in sua causa, ut videre est apud Reuert. decis. 365. Alteram autem iniuriam appellabis realem, cum illata sit ea intuitu denegata iuris, qui actus dependet ab officio; sicque hac regula percurres omnia exempla.

Hucque renocatur, quod ait Capyc. decis. 124. nempe, iniuriam cognosci ex voluntate inferentis, ad cap. cum voluntate: de sentent. excom. & l. qui iniuriarum ff. de intur. Voluntas autem patere ut plurimum non potest, nisi ex re, à qua mouetur aliquis ad id volendum, ut loquar claramè cum omnibus absque terminis philosophicis quacunque formalitate postposita. Alia vide in dilucid. 66. pro huius disticidationis limitatione: ibi enim explicatur, quomodo M.C. V. cognoscat crimina officialium, cum possit officialis ipse cognoscere.

Quo ad secundum scripsit idem Sanfelicus decis. 244. num. 2. in fine & in praxi in-

dicaria sect. 40. part. 1. num. 19. adducens Mastrill. decis. 234. lib. 3. Capibl. ad Pragm. 3: de Baron. num. 167. tom. 1. & Capyc. latr: decis. 89. & 90.

4 Hinc notandum, regulariter Iudicem suspectum in iudicando non reddi suspectum in delegando, ut apud Sanfelic. d. sect. num. 15. Reg. Capyc. latr. decis. 87. in princ. ubi Gizz. Tasson. ad Pragm. de antefato obseru. 3. num. 113. Rouit. ad Pragm. 15. de suspic. officiali: Staiban. tom. 2. resol. 110. num. 50. aliosque relatios à Dom. D. Francisco Verde ad Gallupp. part. 1. cap. 4. in fine, nec non Dom. D. Carol. Petra ad Ritum M. C. 265. vbi fusè multa scriptis de suspicionibus, sed ad causum nostrum num. 93. & seqq. Quam regulam limitarunt ijdem DD. multis in casibus, præcipue, cum suspicio oriretur ex capite inimicitæ, vel in delegando esset adhibenda causa cognitionis; tunc enim esset potius iudicatio, quam delegatio simplex.

Ego autem, ut dicam, quod sentio, cum in dies hominum malitia creuerit, non possum non concurtere cum opinione Capyc. latr. loco cit. num. 19. ad finem decisionis, sicque assero, iudicem suspectum in iudicando reddi quoque talem in delegando, cum etiam in huiusmodi delegationibus possint multa præjudicia parari, quæ Capyc. latr. ibi enumerat. Quod si sic seruari in Regno, ait Carauita ritu 265. sic quoque non semel seruari, vidi, & bis obtinui tempore quo in humanis degebatur Praes. S. C. Zufia, ob cuius suspicionem fuerunt lectæ supplicationes in Aula Decana, existente Decano Consiliario Io. Baptista Iouino, sicque practicatum fuit, quod refert Gizzins ad d. decis. Capyc. latr. in fine, seruata dispositione Pragm. 72. de off. S. R. C. quæ modum dat circa huiusmodi supplications in aula decana legendas.

6 Quo ad tertium vide Dom. Altimar. in observat. ad decis. 80. Rouit. placet autem distinctione allata per Sanfelicium, ut scilicet licitum sit Baroni eligere officialeum consanguineum, quoties non adest inimicitia inter Baronem, & vassallos; secus vero, si ad sit inimicitia, quo casu interior, lite pendente super consanguinitatem, suspendenda est administratio, & inobligatus huic distinctioni dicas; quoties aliqua est lis inter Baronem, & vassalos, non posse Baronem eligere officialeum eius consanguineum, ut obtinuisse refert Capibl. tom. 1. ad Pragm. 5. de Baron. num. 168. & hinc necessariò sequitur, in similibus casibus, in quibus Baro nequit creare officialeum eius consanguineum, nec posse eius familiarem, siue quemcunque alium; qui suspectus haberetur, cum his casibus eodem modo discurrendum sit, quo de alijs officiis.

- ficialibus, qui, tanquam suspecti, recousantur.
Quod nota, si casus acciderit. Et ratio est,
quia, quando Baro suspectus est, eius officialis suspectus redditur, ad tex. in cap. insinuante: extra de offic. vnde, si elegerit officialem ab ipso dependentem, arguet electio suspicionem eandem, quæ militat in Barone, ut bene perpendit Capibla Pregm. 16. de Baron. tom. I. num. 77.
- 8 Quo ad ultimum, ut videtis, Reg. Sanfelicius refert decisionem Reg. Reuerterij, quæ secundum compilationem Regentis de Mafinis est 243. sicque pro decisione hac stat Reg. Sanfelicius etiam contra de Ponte de potestate Proreg. tit. de prouis. fieri solit. S. 3. nu. 27. qui secundum Reg. de Marin. in obseruat. ad d. decis. Reuerterij non se imprudenter gessit, contrariam tenendo opinionem, cum dicta Reuerterij non sit sine controversia, potissimum quia pro huiusmodi crimini bus, fuisse concessam remissionem Baronibus, legimus apud Follerium in prax. verb. Audiantur excusatores, sub num. 134. ex Visccont. ad Vincent. de Franch. decis. 470. Quare Reg. de Marin. videtur contraria sententia contra Reuerterium tacere adherere.

Aduenit postremo Laganarius, qui ad Rouit. in Pragm. 1. de Receptatoribus delinquent. contra Rouit. ipsum sensit, adhærendo traditis per Reg. de Ponte. Verum ipse fatetur, dicta Vincentij de Franchis esse admittenda, quoties in discussione causæ receptionis prætenderet inquisitus sententiam foriudicationis impugnare, vel nullam reddere, illamque reuocari facere pro sui defensione, quo casu nequib[us] iudex inferior procedere, ex traditis per Rouit. decis. 44. nu. 4. & Thor. in secunda parte Compend. decis. vers. remissio cause alicuius vasalli, referente, Sacrum Consilium ad id euitandum assolare remittere exequutionem sententiaz ad Curias Baronales, non autem illius remissionem. Vnde concludit Laganar. aduentendum, ut remittatur tantummodo cognitio causa receptionis banniti, seu foriudicati M.C. vel Regiarum Audientiarum, non autem recognitio sententia foriudicationis.

Quare, quoties non agitur de mutanda foriudicationis sententia, vult ipse, ut locum sibi vendicent dicta per Reg. de Ponte, adeoq[ue] ut sit remissioni locus. Hoc autem est, quod contouertitur, an licitum sit Baroni remissionem petere pro contumacibus, & foriudicatorum receptatoribus. Quia super re Dom. de Luca ad Vincen. de Franch. decis. 470. implexam ait esse questionem, quinimò addentes à suis auxiliis receicerunt, qui, ut ex dictis, fuere Reg. de Marin. & Laganar. An nos idem agemus? Profecto Reg. de Ponte nil aliud suadet, nisi, ut super hoc cogitemus,

secundum à se scripta; sicque illi satisfacimus cogitando. Reliquum erit, ut adhæreainus Reg. Sanfelicio, qui doctissimis adhæsit viris, nec absque ratione, quandoquidem, licet receptatio foriudicatorum sit de se delictum: quarè receptatores, tanquam delinquentes, non excludantur à iurisdictionibus suorum Baronum, quibus non est expresse prohibita similia criminum cognitio; tamè, si usus iudicandi relatus à Vincent. de Franch. bene perpendatur, omnes iuris articuli super re tanti momenti cessabunt.

Usus hic iudicandi præcipue illo fundamento innititur, quia nempè contemnitur iurisdiction M. C. ceterorumque Regiorum Tribunalium: hic autem contemptus non est tam nudè accipiens, ut scilicet arguantur tantum ex edictis, quæ nomine Regio emanant, sed ex fraudibus, quæ in cōtempnum Regiorum edictorum, Regiaeque iurisdictionis patrantur.

Ecquis enim ignorat, præcipios foriudicatorum receptatores esse Barones, salua paucorum pace? suadetur hoc ex lectura ipsa Pragmaticarum sub tit. de receptatoribus &c. si ipsis ergo remissio competenter, quisque suum vasallum exponeret ad huiusmodi delinquentes recipiendos, certus, si forte à Regis Curijs capiatur, remissionem obtinendi, & consequenter certus, non procedendi contrà illum modo, quo crimen constare possit. En modus, quo Barones omnes per intermedium vasallorum personas essent Malefactorum receptatores, en modus quo dicta regia vilipendio haberentur: igitur huic acquiescimus rationi, quam bene sapientes patres nostri perpenderunt.

Dixi suprà, salua paucorum pace, ne contemneremus decreta relata per Foller. ceterosque Doctores, posset namque tam bona esse nonnullorum Baronum fama, ut huiusmodi fraus abefset ab illorū voluntate: vnde tunc præferret Iudicis arbitrium in remissionem concedendo. Ceterum, existente fama aliqualiter dubia, nullo prorsus modo remissio concedenda est, præcipue nostris tempestatibus, quibus paucissimi huiusmodi delictis, siue ex prava hominum voluntate, siue ex ipsorummet temporum cursu, carent. Vnde, cum lex ad ea adaptetur, quæ frequentius accident, cumque ad multa indecentia euitanda non habenda sit ratio de bona, vel mala Baronum fama, iadistinctè tenenda opinio Vincentij de Franchis, si delicta volumus punita, si que, vera freti politica, nullam debemus ad publicā quietem acceptionem admittere personarū, sed potius curandum est, ut multorumque relis non subiaceat sententia, quæ, cū de publica

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

151

blica est utilitate, omnes debet indistincte afficer. Alio vide apud Scialoyam, de foro compet. cap. 42. num. 3. aliosque, quos ipse refert.

Respectu verò aliorum casuum, quibus Baronii denegatur remissio, vide Capibl. ad Pragm. 8. de Baron. parte 2. tom. 1. n. 102. aliosque adductos per Rouit. ad Pragm. 2. vbi de delicto quis conueniri debeat: num. 12. & seqq.

S V M M A R I V M:

- 1 Index in remissione petita per reum autem adhibere cognitionem criminis, sed vide num. 4.
- 2 Magna Curia Vicaria nequit absoluere rem, cognita illius innocentia, si Baro habet secundas causas, sed debet ad illum remittere.
- 3 Brachij imploratio an sit concedenda absque cause cognitione, sed vide num. 7. & seqq.
- 4 Index nequit remissionem Rei calculare ab innocentia.
- 5 Appellans, an, & quando possit, omisso medio, ad superiorem provocare.
- 6 Possessio priuilegij requiritur in Barone, ut nequeat provocari, omisso medio.
- 7 Terminus dandus est in imploratione brachij.
- 8 Brachium super decretis Rotæ Romanae, an, & quando cum causa cognitione sit dandum, late discutitur, distinctione adhibita.
- 9 Index Brachij implorati, an tam circa iustitiam, quam exequationem, attendere debeat ius vigens in sua iurisdictione, an autem ius vigens in iurisdictione Iudicis, qui sententiam proculit, latissime discutitur.

DILVICIDATIO DECIS. LXIV.

- T**ria in hac decisione considerantur.
- 1 Primum est, Iudicem in remissione petita per reum non adhibere cognitionem criminis; secùs verò Iudicem non subordinatum, nec inferiorem Iudici requirenti remissionem, cuius generis est M. C. quæ antè remissionem cognoscit de inquisiti innocentia, quem sepius absoluit, non obstante remissione petita.
 - 2 Secundum, non posse M. C. reum absoluere, cognita illius innocentia, si Baro habeat secundas causas, sed ad illum esse remittendum, cum de iure non licet adiri superiorem, medio omisso.
 - 3 Postremum denique, in materia implorationis brachij M. C. nunquam remittere inquisitum, ni saltē ex actis colligat, bene ne, an male Iudex, qui brachium implorat, iudicauerit, licet alias M. C. super literis

exequitorialibus expeditis virtute obligacionis Cameralis suum brachium impartiata sit quandoque, non inserta obligatione.

- Quo ad primum Rouit. ad Pragm. 1. vbi de delicto, quis conueniri debet. num. 41. vers. pro coronide, quem citat Sanfelic. hic diuersimodè obseruatum afferit, vt verè nostris temporibus id non obsernatur. Et quidem dissimum à ratione videtur, Iudicem, qui pronunciare debet super remissione, pronunciare etiā super innocentia, quam ad 4 ipsum non spectat noscere, sed ad Iudicem, ad quem remittitur, & ille nil aliud videre debet, nisi au. remissio deneganda sit, an ne, nec remissionem calculare ab innocentia, seu à delicto, sed tantum à priuilegijs illius, qui remissionem perit; alias hoc non est remittere, sed videre causæ iustitiam, licet indirectè: merito igitur nostris temporibus contrarium obsernatur, ex Rouito omnino videndo.

Quo ad secundum Capibl. in Pragm. 3. de Baron. num. 226. vers. contrarium tamè est relates à Sanfelicio edocet iam, non licere, omisso medio, in Baroniis præiudicium adire alium Iudicem. Hac de re videndus Muscatell. in praxi appellat. parte 1. Gloss. tenebitur, vbi longo calamo agit de appellatione, quæ fit, medio omisso, nec non Gallupp. in praxi part. 3. cap. 4. num. 15. & 16.

- Ego autem duo aduerto. Primum est, ad 6 hoc, vt Baro possit remissionem petere ob appellationem interpositam, omisso medio, teneri illum probare, se esse in possessione huius priuilegij, cum solum priuilegium non sufficiat: & ratio est evidens, quia, cum nonnullæ dispositiones Regiæ non seruentur circa appellationem interponendam, medio non omisso, sed in desuetudinem abierint, vt benè Muscatell. ibidem, facili modo in desuetudinem abisse huiusmodi priuilegia, dici posset, per non usum. Secundum est, quicquid sit de huiusmodi priuilegijs, posse tamè, ijs non obstantibus, fieri fori electionem per saltum, quod nullo modo implicat. In quibus terminis autem sint causæ remittende ad Barones, vide Reg. de Marin. lib. 1. resolut. cap. 34. ibique Dom. Rodoer.

- 7 Quo ad tertium, in praxi id esse receptum, concludit Gallupp. in sua praxi parte 3. cap. 2. s. de benefic. præstand. num. 3. afferens, si Iudex, qui brachium imparti debet, viderit, non rectè fuisse processum in causa, dandum esse terminum, vt ex multis probat, sic que decisum testatur pluric. Capyc. latr. decif. 82. vbi Gizzius refert decisionem quatuor aularum Sacri Consilij. Et quamuis Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. 502. Regentis Reuerterij aiat, decretum illud emanasse in eau-

in causa particulari , non per viam legis contendaz, hoc non obstat , quandoquidem ex sententia tot, tantorumque virorum colligimus, eos vix falli potuisse , præterquam quos Reg. Merlin. cent. 2. cap. 98. num. 12. asserit , decretum illud prolatum esse in vim legis.

8 Tota verò difficultas est de brachio concedendo, supèr decretis Rotæ Romanæ, que, tanquam Iudex Ecclesiasticus , Iudici seculari non subiaceat; de qua re , ut paucos adducam, cegerunt Reg. de Marin. lib. 1. resolut. cap. 204. ubi Dom. Rodoer. & lib. 2. cap. 112. Sanfelic. decisi. 293. lib. 2. Merlin: loco cit. alij que penè innumeri apùd ipsos.

Ego verò ex citatis communem opinionem deducam; nam, aut agitur de re mere spirituali, supèr qua Iudex secularis est incompetens, & hoc casu debet secularis brachium impartiri absque illa causa cognitione, cum tunc habeatur , tanquam merus exequutor. Aut agitur de re, supèr qua Iudex secularis non est incompetens, sed res illa, tanquam accessoria , dependet omnino à Iudice Ecclesiastico, & tunc brachium est etiam concedendum absque causa cognitione . Aut tandem agitur de re, supèr qua Iudex secularis non est incompetens, nec res illa est accessoria , nec omnino dependet à Iudice Ecclesiastico, & tunc brachium est concedendum cum causa cognitione .

Pro prima conclusione habemus Reg. de Marin. in lib. 1. resolution. d. cap. 204. cum omnibus, quos adducit ibi Dom. Rodoer.

Pro secunda conclusione habemus decisionem Collateralis Consilij relatam à Reg. Merlin. loc. cit. apùd quem supremum illud Tribunal decreuit, iurisdictionem Rotæ Romanæ competentem quo ad dotis restitutionem esse competentem pariter quo ad fructus, cum sit una, eademque res iurisdictioni accessoria .

Pro tertia habemus Reg. de Marin. in lib. 2. resolut. d. c. 12. qui in calce inquit, supèr causa restitutionis dotis , supèr qua Iudex Ecclesiasticus pronunciauerat , ipsum non potuisse brachij implorationem absque causa cognitione obtinere , & licet restitutio dotis verè videatur accessoria separatio thori, propter quam huiusmodi restitutio petitur ; forte in easu exposito pér Reg. de Marin. fuit visum , stare per se restitutionem dotis , nec stare eo modo , quo stant fructus in iudicio restitutionis dotis : A qua re ego præscindo, measque conclusionem statuare, assero, cùm res non est accessoria .

Quid autem dicendum sit , cùm appareret evidens iniustitia, an etiam supèr accessorijs concedendum sit brachium absque causa

sæ cognitione , consule citatos :

9 Hic autem peti posset , an Iudex brachij implorati debeat attendere ius vigens in sua iurisdictione, an autem ius vigens in iurisdictione Iudicis , qui sententiam protulit, tam circa iustitiam, quam exequutionem . Et circa iustitiam attendendum esse ius vigens in iurisdictione Iudicis, qui sententiā protulit, certo certius est, scilicet verò quo ad exequutionem .

Quoniam verò circa punctum hoc accuratè , & doctissimè pro Guidone Baldo Riccio scriptis Dom. Joseph Romanus Caroli à nobis alias citatus ; idcirco illa pauca , que ad articulum faciunt, hic volui transcripta cum suo mihi digna videantur auctore , cuius ingenium perspicuum , cuīus mores optimi , cuius virtutes innumeræ . Hęc igitur , quae sequuntur, ille .

Operæ pretium erit videre, an Iudex, brachium cuius imploratur, volens exequutioni demandare literas exequitoriales Iudicis requirentis, debeat attendere, ne dum circa iustitiam causæ principalis ius, quod vigeret in loco , vbi fuerunt illæ expeditæ , sed etiam circa illarum exequutionem . Supèr qua difficultate Doctores omnes dixerunt, circa exequutionem debere Iudicem requisitum suas leges , ac statuta seruare, sed non circa iustitiam causæ principalis . Et iure quidem, cum iustitia causæ dependeat à primo iudice , qui male alias contraria suas leges ac statuta pronunciasset, ita ut hoc casu verè sententia diceretur iniusta, ac nulla ; sicque Iudex requisitus aliud cognoscere non debet, ni solum , an Iudex requiringens ritè, rectèque pronunciauerit, atque dispositione suarum legum, ac statutorum, & postea ipse sententiam exequutioni demandabit, seruata dispositione suorum statutorum .

Et, vt evidenter appareat, Doctores omnes aliter non sensisse, iuuabit eorum dicta breuitè in medium adducere. Baldus in l. 1. num. 47. C. de confes. inquit, si exequutio non surgeret vim de iure communi , sed per formam statuti municipalis, huiusmodi exequutionem non posse fieri per iudicem diversi territorij, ea ratione, quia exequendo, suam, non alterius debet sequi iurisdictionem ex l. missi opinatore C. de exactorib. tribut. lib. 10.

Alex. in L. diuino Pio S. sententiam ff. de re iudic. num. 6. circa medium versit. secundo limita , sequens opinionem Bald. si petetur exequutio sententie coram alio iudice , & sententia meretur exequutionem de iure communi, esse ab illo Iudice demandandæ exequutioni eam sententiam ; secūs autem, sumeretur exequutionem, vigore statuti , ybi

In Decisiones Reg. Sanfelicij: 153

vbi lata est, cum Iudex exequitor debeat seruare statuta sui loci.

Marsil. sing. 138. horum DD. auctoritate scribit, si Iudex pronunciauit secundūm leges, teneri exequutioni demandare sententiam latam per Iudicem primēum; se-cūs verò, si sit lata secundūm statuta illius loci; & tamē citati Doctores non loquuntur hoc casu, sed agunt tantūm cīcā modūm exequendi sententiam, & dicunt (ni fallor) non ex eo quōd sententia meretur exequutionem ex forma statuti municipalis, quod seruatur in loco, vbi sententia lata est, exequutioni demandandam fore per iudicem exequutorem, ni secundūm ius commune eādem exequutionem mereatur, quia, cum vbiique ius commune seruetur, vbiique sententia tali iure exequutionem merens, exequutioni demandanda est; nec inquiunt, sententiam debere esse latam secundūm ius commune, vel secundūm ius municipale, iudicis exequutionis, quia, sic dicentes, errarent potius, dum Iudex exequitor, videns, sententiam illam non esse latam secundūm ius municipale loci illius, vbi lata est, quod forte derogaret iuri communi, non teneretur illam exequi tanquam suspeccio de iniustitia, quinimò certus, videns, illam non esse prolatam secundūm iura illius loci, quæ iudex proferens seruare debebat. Apparet igitur, *Marsiliūm* in hoc aut errasse, aut male explicatisse DD. dicta ab ipsomet citatorum.

Se se de inhibit. cap. 4. S. 5. num. 3. & 33. inquit, si unus iudex alium Iudicem requirit, ut suam exequatur sententiā, iudicē requisitū in exequutione attendere exequitionē loci sua iurisdictionis: vnde, si in sua iurisdictione est exequibilis sententia, illam exequitur: secūs, si aliter.

Reg. Rouit. in Pragm. 4. de citat. multos ci-tans, ait cum Se se, Iudicem requisitum in exequendo debere sequi leges, & consuetudines sui fori.

Ricc. coll. dec. 13. 23. auctoritate nonnullorum ex citatis DD. inquit, iudicem requisitum in exequendo sententiam iudicis requirentis debere illam exequi secundūm stylū sui loci.

Bossius in suis tract. tit. de foro compet. nu. 94: inquit, senatum Mediolanensem non exequi sententiam Romæ latam in contumaciam, & sic nec iste Doctor contradicit communī opinioni.

Guidon P ap. dec. 23. inquit, in illo senatu seruari, ut exequutiones decretorum aliorum iudicūm hant secundūm consuetudines loci, vbi exequutio petitur.

Gratian. decept. forens. cap. 146. num. 30. & sequent. & præcipue num. 34. inquit, cum

non agitur de decisione causæ, & eius iustitia, sed de modo & forma exequutionis, iudicem requisitum debere attendere in exequendo statuta sui fori.

Clarus de proces. exequut. part. I. cap. 3. nra-mer. 225. inquit, si quis habens instrumentum factum in loco, vbi illud habet exequutionem paratam, illudque demandari exequutioni expostulat in loco, vbi non est tale statutum, non esse demandandum, cum in exequutione attendatur ius illius loci.

Suarez in l. post rem iudicatam §. circa Iudicem num. 14. & 22. inquit, instrumentum alibi factum non posse habere exequutionem paratam in alio loco, vbi non viget statutum tale exequutionis.

Marilianus decis. 17. voluit, ut iudex delegatus debeat seruare in iudicando statuta loci, vbi lis pendet, non loci, cuius est delegans.

Triuīs. decis. 32. par. 2. nil ad rem nostram ait, sed tantummodo, iudicem debere proferre sententiam secundūm varias qualitates, inter quas ponit illam loci.

Post horum DD. scripta vidimus Reg. Capyc. latr. in decis. 82. num. 10. haec scripsisse. Quamuis esset admittendus prædictus stylus in Romana Curia, tamē sententia non potest exequi in aliena Iurisdictione, nisi sit seruatus stylus illius iurisdictionis, in qua petitur exequutio & in hoc conuenit cum supradictorū DD. sententijs. Verū, quia postea subdit, Quotiescumq; enim sententia, quæ petitur exequi, non est lata secundūm ius commune, neque secundūm ius municipale Iudicis requisiti, non est exequenda, est doctrina Baldi in l. 1. num. 42. C. de confess. &c. Haec ultima verba causam dederunt transcribendi supra relatorum DD. dicta, qui nunquam senserunt quod Reg. Capyc. latr. voluit, cum sic satis ab omni ratione aberrassent. Primò enim Iudici requirenti pronunciare non licet secundūm ius commune, quando eius loci statutum aliter disponit, sicuti in dies in Regno nostro videmus, ac multo magis absque ratione se gereret, si suas habens leges municipales, illis posthabitatis, pronunciaret, obseruatis statutis extranei Iudicis, qui forsitan in exequutione requirendus erit; & sic, quod scripsit Capyc. latr. absolutè vindicat sibi locum quo ad exequutionem rei iudicatz, in quo tamē casu loquuntur DD. omnes ab ipso adducti, & à nobis superiùs transcripti, ni dicere velimus, Capyc. latr. nobiscum sensisse, quamvis diuersimodè se declararet, ut ad propositum nostrum bene scripsit Galluppus in sua pract. parte 3. cap. 2. num. 4. & secundūm hęc decistum fuit per M. C. V. die 14. Iunij 1670.

S V M M A R I V M .

- 2 Baro in alterius Baronis territorio delinquenti posse ab illo recognosci.
- 3 Baro non potest delinqnens cognosci ab alio barone, qui pretendebat, eum esse illi subditum ratione domiciliij.
- 3 Baro dicitur primus ciuius illius loci.
- 4 Baro, commorans in territorio alterius Baronis, non sortitur illius forum ratione habitationis.
- 5 Habitatio non facit aliquem ciuem, sed incolam.
- 6 Baro, tanquam primus ciuius illius loci, cuius est baro, gaudet priuilegijs aliorum ciuium.
- 7 Ciuius sit, non solum ratione habitationis per decennium, sed ratione dignitatis.
- 8 Barones, licet alibi habitantes, sunt tamē immunes à gabellis pro fructibus feudalibus pro vsu domus, & familia.
- 9 Barones pro patratis criminibus cognoscendi sunt à Provinciarum Praesidibus.
- 10 Baro an cognitionem habeat criminis usuraria prauitatis.
- 11 Comites qui dicantur.
- 12 Comitum inuestitura qualis sit.
- 13 Duces quinam dicantur.
- 14 Marchiones quinam sint.
- 15 Princeps largè sumptus quis dicatur.
- 16 Barones quinam propriè dicantur apud varias nationes.
- 17 Barones in Regno Neapolitano qui verè sint.
- 18 Barones, & feudatarij different in Regno.
- 19 Feudatarij in Regno, tanquam non verè Barones, an includantur sub editto Baronum.
- 20 Feudatarij, quamvis non sint verè Barones, dicuntur milites.
- 21 Feudatarij, quamvis non sint Barones, gaudent omnibus priuilegijs communibns militibus.

DILVICIDATIO DECIS. LXV.

- 1 Abemus hic Baronem in alterius Baronis territorio delinquenti posse ab illo recognosci. Quod doctissimè fundat etiā Merlin. cent. 1. cap. 69. de quo meminit Sanfelic. in calce decisionis: vnde nil verè addi posse, arbitror.
- 2 Ego tamē putarem, hoc militare pro Barone loci commissi criminis, non autem domiciliij: & ratio distinctionis videtur esse,
- 3 quiā statim ac Baro quis effectus est, dicitur primus illius loci ciuius: vnde exemptus est à quacunque alia iurisdictione, & licet in-
- 4 alieno territorio commoretur, non inde dicitur sortiri illius forum, dum ibi materialiter habitat, & per accidens post feudum acquisitum. Quod adeò verum est, vt ha-

- 5 bitatio non faciat aliquem ciuem, sed incolam, ex DD. in l. ciues C. de incolis lib. 10. Baro verò, praescindendo ab habitatione, dicitur primus ciuius: quarè, tanquam talis, præter ea, quę habent ciues de iure naturali (vt loquar cum Ronit. ad Pragm. 12. de Baron. num. 5.) gaudet etiam priuilegijs aliorum ciuium. Et ratio à priori est ea, quam alio proposito adducit idem Ronit. ibidem, num. 4. ex d. l. ciues, quia scilicet ciuius non solum fit ex habitatione forte statuta per decennium, sed etiā ex dignitate. Vnde, vt ad nostrum casum hanc trahamus rationem, Baro, licet habitet in alieno territorio tanto tempore, quantum sufficiat ad illum denominandum ciuem illius loci, semper erit nihilominus Baro alterius territorij: igitur semper dignitatem seruabit, igitur semper etiā erit ciuius eiusdem territorij ratione dignitatis, à qua talem sumit denominationem, & consequenter, cum nobilior sit dignitas habitatione, cedet habitatio dignitati; adeoque estimabitur ciuius tantum, & primus territorij, cuius est Baro.
- 3 - Quod confirmatur ex eo, quia Barones, licet alibi habitent, sunt immunes à gabellis pro fructibus feudalibus pro vsu domus, & familia, vt decisum scripsit de Merlin. arresto 40. 15. 8. 566. 567. & 668. Igitur habitatio in alieno territorio non efficit, vt ille non gaudeat priuilegijs, quae Baroni debentur. Quod nota. Non sic autem se res habet respectu Baronis loci commissi criminis, vt consideranti patet, ex adductis per Merlin. & Sanfelic. quae non repeto.

- 9 Hinc collige, pro delictis in baronia patratis esse barones recognoscendos à Provinciarum Praesidibus, vt optimè Capibl. tom. 2. de Baron. cap. 85. num. 8. licet falsum sit, quod ipse subdit, nempe, pro alijs patratis extra Baroniam recognoscendos à M.C. vt hoc bene notat Merlin. loc. cit. in fin.

- 10 Quoniam verò crimen in casu exposito per Merlin. erat usuraria prauitatis, vt meminit Reg. Sanfelic. id īrcō dubitatum alijs fuisse scias, an Baro possit cognoscere de hoc crimine, quod cognosci posse, fundat optimè Capibl. ad Pragm. 8. de Baron. num. 110. quem vide.

Sed ne mancam demus dilucidationem, aduertendum vtique est, duo hic examinari incidenter à Sanfelicio. Primum est, an Baro recognoscendus sit à M.C.Y. Alterum, quis dicitur verè Baro, & consequenter, quan- donam Baroniam sit verè dignitas. De primo dicemus aliqua opportuniū in sequenti dilucidatione. De altero nunc viden- dum, cum omnes se putent Barones, qui tales habendi non sunt, hacque occasione ne- cessario dilucidanda erunt ceteræ digni- tates,

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 155

tates, prout Marchionatus, Ducatus, &c.
Vt ergo à Comitibus incipiamus.

11 Pro questione proposita sciendum est, Comites nomen sumpsisse à comitando Principem ad bella, aliaq; exercitia, licet aliquin varij dicantur Comites apud Frecciam eruditè scribentem in lib. 2. de subfeud. tit. Quis dicitur comes. Quæ omnia nos libenter deserimus, dum plures nostri temporis Lectores in rebus antiquis rescribendis breuitatem amant. Nostris ergo tempestatibus, vt priscis parentemus, comites iij dicuntur, qui inuestiti sunt de comitatu, qui dicitur territorium plurium villarum, vel castrorum; ex Bald. in cap. 1. quis dicitur dux. quæ sequuntur Socin. conf. 165. aliquæ relati à Frecc. loc. cit. numer. 29. & 30. vbi infert, dignitatem comitalem designandam esse eo in loco, in quo Episcopus est, non in villis, aut oppidis, prout sic male seruat, idque propter loci, & virorum nobilium dignitatem.

12 Horum verò duplex est inuestitura relata à Frecc. loc. cit. num. 53. & Horatio Montan. in repetit. l. Imperialem 5. præterea ducatus num. 13. quæ applicari poterit etiam dignitatibus infra scribendis; nam, vel verba diriguntur in personam vassalli, puta, si Rex dicit, Inuestio te de tali comitatu. Quod genus inuestituræ frequens est in Regno nostro. Vel Rex dirigit verba in locum, quem facit comitatum, de quo deinde inuestiatur aliquis. Primo modo dignitas inhæret personæ, ita, vt, est in linea inuestiti, inveniatur & dignitas. Altero modo inhæret loco: quare dignitas communicatur qui busunque possessoribus. Hac dignitate gaudet vrbs Theatina mea patria, quæ tam dignitatem communicat Archiepiscopis suis, qui comites appellantur.

13 Duces verò nomen sumpserunt à duendo exercitum; de quibus uberrimè etiam more suo scripsit Frecc. d. lib. 2. tit. quis dicitur Dux. & nonnulla habes apud Montan. loc. cit. num. 2. Doctores igitur in d. cap. quis dicitur Dux, illos vocant Duces, qui inuestiti sunt de Ducatu à Rege, à quo sub Ducale dignitate regionem oppidorum habeat; quamvis enim possit Rex unum tantum oppidum in titulum ducatus concedere, non ideo inuestitus dicitur esse illius præminentia, qualis esset, si in titulum ducatus regionem haberet. In Regno autem multos Duces habemus, quos recenset Freccia.

14 Marchiones sumpserunt nomen à custodiendis limitibus prouinciarum, quæ, Marchæ, vocantur, ex eo, quia eorum limites regulariter iuxta mare sunt positi: vnde, qui de his antiqua quedam cupit, legat Frecc. d. lib. 2. quis dicitur Marchio, & Mon-

tan. in repetit. d. 5. præterea Ducatus: numer. 3. Marchiones igitur appellamus, qui inuestiti sunt de huiusmodi Marchia, seu Marcha. Et exemplum habemus in tot Marchionibus Regni nostri, qui ciuitates maritimæ habent in titulum Marchionatus.

15 Principes quoque sunt nostris temporibus, qui ab antiquis cogniti non fuere, dum de ijs nulla mentio in vñibus feudorum; & meritò, quia Principes dicebantur solùm Imperatores, & Reges, qui primum locum tenebant, vt ex multis aduertunt idem Montan. num. 4. & Frecc. ibid. tit. quis dicitur Princeps. Nostris verò tempestatibus Principes iij appellantur, qui sub Rege inter Barones primum locum obtinent, adeoque connumerantur intè Duces, Comites, & Marchiones.

16 Barones præterè habemus, de quibus longo calamo scripserunt intè ceteros superius citat: Frecc. lib. 1. tit. de orig. Baron. Montan. ibid. num. 5. & Capiblanc. in illo suo ample tractatu de Baronibus. Ego igitur cū communi Doctorum opinione dico, Baronem sumpsisse nomen à voce Graeca, Bares, quæ latine, Grauis, sonat.

In Regno Francæ Barones appellantur, qui sub se habent decem feudatarios. Comites, vel Marchiones, qui decem Barones. Dux, qui decein Comites. Et Rex, qui decem Duces, ex Caffan. in Catal. Glor. mund. par. 5. conf. 46. qui in octaua parte confid. 15. ait, in multis partibus Francæ dici etiam Baronem, qui sub se quatuor castellanos, & hospitale fundatum habet.

Apud Turcas verò dicuntur Barones, qui castrum, vel villam habent, ex quorum redditu Principem in exercitu concomitantur, vt ex Historico Regionis Africæ scriptis Frecc. lib. 1. de orig. Baronum. 25.

Hos verò Barones, arbitror cum communiori, non notos fuisse à consuetudinibus feudalibus, contrà Curtium 1. part. de feud. quæst. Baro quis sit. Et licet præter Marchiones, Comites, & Duces, dentur etiam capitanei, vel Valuasores maiores; hi tamè requirant dici propriæ Barones in Regno nostro, sed potius feudatarij ex infra dicendis, dum à Comitibus, aliquæ feuda accipiunt; præterquamquod, vt ait Montanus loc. cit. hæc esset potius diuinatio, eo quia, quamvis huiusmodi capitanei, vel Valuasores maiores sint constituti in dignitate inferiori prefatis; tamè non potest asseri, dignitatem hanc inferiorem esse Baronalem, cum possit esse alia, quæ Baronalis non sit.

17 Sed quicquid sit de hoc, sine talis dignitas Baronalis fuerit cognita à consuetudinibus feudalibus, siue non; certum est, in Regno nostro Neapolitano Barones dupli-

S V M M A R I V M :

cimodo constitui. Quod aduerte; vel scilicet, cum Rex dat alicui castrum in Baroniam, vel cum feudatarius, possidens plura feuda quaternata, vel vnum, illud dat alteri, qui, assidente Rege, teneat ab eo, & sub eo, hicq; appellabitur deinde subfeudatarius; prout videri poterit apud citatos; & sic, quamvis Rex alicui concederet plura casta, dummodò ea non daret in titulum Baronie, omnes Doctores, quotquot sunt, 18 concludunt, non posse infideatum appellari Baronem, sed feudatarium. Sic pariter, si feudatarius concederet alicui vnum ex feudis non quaternatis, quæ possidet, nec Baronem dici. Et licet hoc durum videatur Freccie lib. 2. tit. quis datur Baro; cu possit etiam dici Baro, qui oppida quaternata absque subfeudatarijs possidet, licet non in titulum Baronie, sed cum iurisdictione ciuili, & criminali, nec non mero, & mixto imperio, non potest nihilominus non concludere num. 5. huiusmodi feudatarios, qui Barones secundum corruptum usum loquendi vocantur, non includi sub edito, vel rescripto Regis, quod de Baronibus mentionem faceret. Vnde nec Baronum privilegijs gaudent, nec alioquin illorum penas in delictis incurunt, ut latè Capib[us] proemio tract. de Baron. Montan. & Frecc. locis citatis, aliquæ communiter. Igitur ij, quos in Regno, nulla habita distinctione, vocamus Barones, si feuda quaternata possideant absque subfeudatarijs, qui de feudis quaternatis ab ipsis sint investiti, vel si huiusmodi feuda non possideant in titulum Baronie, feudatarij, sive Beneficiarij sunt, non Barones, quos sic forte appellamus, ut saltem nomine gaudeant dignitatis, ni dignitate.

30 Hic autem aduentum est, feudatarios in Regno dici vere milites, ut ex Constitutionibus, Comes, substitutionis nostra. Nam plurius Comitibus, Honorem & Post mortem adeoque, licet ij non sint propriæ Barones, gaudere tamè omnibus privilegijs concessis militibus, quorum nominibus exprimuntur à dictis Constitutionibus: quare illis etiam debetur subdium pro personis in d. const. Nampliù expressis. Et licet Grammaticus in cons. civil. 68. contrarium scripsit, eius tamen opinio communiter reprobatur, ut optimè voluit Capib. in d. proemio de Baronibus num. 54. Et vere ab illo consilio Grammatici abstinentia duplice ex capite, primo, quia ibi negatur subdium feudatarij; altero, quia pro una tantum filia conceditur. Quod utrumque falsum est. Et hoc satis.

- 1 Burgo habens cognitionem delictorum, qua sola Magna Curia cognoscit, potest cognoscere delicta officialium tam actiua, quam passiva.
- 2 Regalia non censentur concessa sub clausula generali.
- 3 Magna Curia potest cognoscere delicta officialium tam actiua, quam passiva intuitu officij.
- 4 Barones an, & quomodo veniant appellatio ne officialium:
- 5 Audientes Regia an possint cognoscere delicta officialium.
- 6 Officialium crima quando à M. C. cognosci debeant.
- 7 Barones habentes cognitionem criminum ab officialibus patratorum non possunt cognoscere de criminibus patratis à Iudicibus secundarum causarum alibi commorantibus, ex quare.
- 8 Regalia sunt necessaria Principibus.
- 9 Regalia quomodo definitur.
- 10 Regalia cur sic appellantur.
- 11 Regis nomen cur gratum subditis, noua animaduersione ostenditur.
- 12 Regalia ad quid deseruant.
- 13 Regalia habuerunt antiquiores Principes.
- 14 Regalium descriptorum in libris de feudis quinam fuerint compilatores, & cuius Principis ordine.
- 15 Regalia enumerantur.
- 16 Armentia quesint.
- 17 Via publica quomodo dici possint de Regalibus.
- 18 Flumina quomodo possint esse de regalibus.
- 19 Portus est de Regalibus.
- 20 Ripatica sunt de Regalibus.
- 21 Vectigalia sunt de Regalibus.
- 22 Moneta sunt de Regalibus.
- 23 Pana, & multa an differant, & an sint de Regalibus.
- 24 Bona vacantia qua dicantur.
- 25 Bona, que anferuntur ab indignis, & qua ab incapib[us], an in eis se differant.
- 26 Bona conseruentum incestas nuptiarum, & quomodo veniant appellatione Regalium.
- 27 Angarij, & perangarij, quinam dicantur.
- 28 Fodrum quid sit.
- 29 Superindictum quid sit.
- 30 Magistratum creatum est de Regalibus.
- 31 Regalia officia, qua sint, etiam, attento iure Regi.
- 32 Argentaria sunt de Regalibus, & qua dicantur.
- 33 Palatia, ad hoc, ut sint de Regalibus, quomodo sint accipienda.
- 34 Piscacionam redditus quomodo sint de Regalibus.

Salin

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 157

- 35 Salinae, an, & quomodo dici possint de Regalibus.
- 36 Salinae existentes in territorijs priuatis an sint priuatorum.
- 37 Sal à quibusnam vendi possit.
- 38 Bona committentium crimen leſa Maieſtatis ſpectant ad Regalia.
- 39 Tbesauri ſunt de Regalibus.
- 40 Regalia omnia, tanquam innumera, describi nequunt:
- 41 Principes habentes Regalia quinam ſint.
- 42 Regalia maiora quenam ſint.
- 43 Regalia minora deſcribuntur, eorumque na- tura breuiſſime traditur.
- 44 Regalia non veniunt in generali concesſione.
- 45 Regalia an veniant, conſesso caſtro cum omni iure, quod Princeps habet.

DILVICIDATIO DECIS. LXVI.

Decimum hīc per S.C. legimus, Baronem habentem potestatem cognoscendi delicta omnia, quæ ſola M.C. cognoscit, poſſe cognoscere delicta officialium, tam actiue, quam paſſiuē; quicquid fit, ſi regalia confeſſa non ceneſantur clauſula generali, cum maxima ſit inter utrumque caſum diſſerentia.

Id ipsum adducit Sanfelic. dec. 345. nu. 13. & firmant Montan. contr. 96. num. 15. & seq. Gallup. in praxi par. 2. cap. 6. in fine, aliisque quos nouiſſime refert, & ſequitur Dom. de Luca in obſeruac. ad dec. 407. Vinc. de Franch. num. 4. licet aliter ſenſerit D. Honofrius de Palma in allegatione impressa penes Dom. Prat. resp. crim. 50. adductus ab eod. Dom. de Luca ibid. num. 3. qui eius argumenta compendioſe refert, & à Dom. D. Carolo Petre ad Rit. M.C.V. 49. num. 15.

Ly autem, actiue, & paſſiuē intelligendum est tantum de delictis commiſſis in ciuitate officij, ex aperta diſpoſitione Rituum 49. 51. & 61. ad Reg. Sanfelic. citatorum, & eſt com- muniſis ſenſus omnium Doctorum, quos cumulat Dom. Petre ad d. Rit. M.C. 49. num. 5. Quarē, cum diximus in dilucidatione decisio- nis 63. nu. 1. & seq. ſtare communem conclu- ſionem, Iudicem pro iniuria ſibi illata poſſe eſſe officialem ipsum, dummodo ratione officij ea illata ſit, id non ſimpliciter intel- ligendum eſt, & id circ̄o num. 3. in fine, ad hanc dilucidationem recurrentem dixi- mus; ibi enim dicta locum ſibi vindicant in duobus caſibus, cum nemp̄ agitur, attento iure communi, & etiam de iure Regni, cum agitur de officialibus, qui ſuperiores ſint Iudicibus M.C. ea enim crimina non M.C. cognoscit, ut in d. decif. Sanfel. 63. poſt num. 5. caſum habemus.

Hinc penes me hęc habeo notata, & decisa.

Secundūm hanc decisionem fuit decisum ad fa- uorem D. Marij de Tuſo Domini Casalis S. Cypriani, & die 12. Maij 1653. fuit remiſſus quidam Marcellus de Caſare per M.C. licet non originarius, ſed incola dicti Casalis. Acta in banca Anafasij. Gracus ſcriba. Et pre- dictus Marcellus deliquerat in caſali S. Anti- mi, vbi erat Capitaneus, & in d. Caſali intuitu officij deliquit, & M.C. praeuererat in capiendo informationem, & carcerando inquisitum. Ve- rum D. Marius habebat in priuilegio faculta- te dignoscendi etiam de delictis officialium, pa- trocinante D. Camillo Sanfelicio auctoris ne- poe, qui hanc refert decisionem. Sed de hac decisione nos dicemus in dilucidatione deci- ſionis 345.

Verūm, quemadmodū certum videtur, Baronem huiusmodi facultatem habentem generaliter expressam poſſe ſuorum offi- cialium delicta cognoscere actiue, & paſſiuē, ita quoque certum eſt, hos cognoscen- dos à M.C. ni huiusmodi generalem ha- beat potestatem, vt bene Reg. Sanfelicius hic Reg. Tapia decis. S. C. 11. num. 1; Capyc. latr. lib. 2. consult. 130. num. 15. alijque relati à Dom. Petre ad d. Ritum 49. nu. 4.

Nec minùs certum eſt, in diſpoſitione prefati Ritūs 49. non comprehendit Barones, qui officiales quoque Regij appellari poſſent, cum Ritūs loquatur de officialibus, qui officium habent in administrationem, non de ijs, qui habent in iurisdictionem, vt bene Maſtrill. decis. 219. num. 22. alijque relati à Dom. de Luca ad d. decis. Vinc. de Franch. num. 9. & à Domino D. Carolo Petre, ad d. Rit. num. 8.

Hic autē quæri ſoleat primò, an per prefa- tos Ritūs ceneſatur ablata potestas Regij. Audientijs cognoscendi ſcilicet delicta of- ficialium. De qua re poſt alios nouiſſime Dom. de Luca ad d. decis. num. 7. breui calamo diſcurrit, inquiens, ex Danza de pugna Do-ctor. cap. 1. num. 47. Regias Audientias gaude- re hac præminentia M.C.V. Quod an ve- rum ſit, videbimus, Dęo dante, in dilucidat. decif. 345.

Quæri ſoleat ſecundò, an ſub diſpoſitione prefatorum Rituum includantur criminā patrata ab officiali, vel contra officialem, qui non dum poſſessionem officij adeptus ſit, an includantur criminā patrata contra Aquarios, vel ab aſtuarijs, alijque id genus hominum. De quibus omnibus Scialoy- de foro officialium cap. 33. Gallup. in d. cap. 6. in fine: Doctores relati à Dom. Petre ad d. Ritum 49. & Dom. de Luca ad d. decis. Vinc. de Franch. 407. & nos in d. dilucidat. 345: diſtin- gitè, quæ ad vberiorem materiam habendam omnino videnda eſt, cum hīc penitus extra- nea videantur.

Hinc

6 Hinc collige primò, cadere ea, quæ dixit Amend. ad. decif. 407. *Vine. de Franci. num. 5.* de declaracione facta per S.C. scilicet R̄itum M.C. non esse priuatuum ad Baronēs, qui valent cognoscere offensas factas eius officialibus, licet nequeant cognoscere delicta officialium. Quæ potissimum ex eo cadunt, quia decisum refert num. 11. iunctis aulis, solam M. C. posse cognoscere delicta officialium Baronis actiue, & passiuē.

7 Collige secundò, Baronēs habentes hanc cognitionem non posse cognoscere de delictis commissis in officio à Iudice secundarum causarum à se electo, existente verò in alio territorio, puta in Ciniitate Neapolis: & ratio est, quia sub tali cognitione veniunt tantum iij officiales, qui sub sua iurisdictione stant, siue ratione domicilij, siue ratione criminis commissi. Vnde, si neutrum ex his reperiatur in iudice ab ipso electo, non debet dici, talem iudicem stare sub sua iurisdictione, eo quod sit electus Iudex, sed potius dicendum, Baronem, eligendo iudicem sub alia iurisdictione, submisso cognitionem de tali Iudice ex crimen, quod forsitan sequi posset, illius iurisdictioni, sub quo stat iudex electus, qui consequenter non possit in præiudicium sui superioris pati, vt à Barone, à quo Iudex electus est, recognoscatur. Hunc casum libuit apponere, cum non defuerit, qui, mecum alloquens, contrarium dixerit, ea tanetum ratione, quia Iudex electus contraxit in electione cum Barone elegente. Vnde ratione contractus posset ab illo puniri. Ad quam rationem, relatis alijs responsis, vnicam tradid solutionem; nam duo fuerunt contrahentes, Baro, & Iudex electus: igitur, cùm Baro vult Iudicem electum punire, debet sequi illius forum, quem fortius est ratione contractus. Sed quis dixit, forum huius quasi contractus esse forum Baronale? Iudex enim delinquendo videtur quasi contrahere, se supponendo pœnæ, quæ erat à Iudice competente infligenda. Iam verò Iudex competens, vel erit Iudex loci commissi sceleris, vel domicilij. Quoad alterum verò, quod ait hic Sanfelicius, scilicet, Regalia non venire in generali concessione, quod calamo non admodum breui probat, est nobis prolixius scribendum. Vnde in Eruditorum, Tyrotium, ceterorumque studiosorum gratiam, est hic faciendus sermo de natura Regalium, & de omnibus, quæ ad materiam faciunt, discutendum, utiliter potius, quam subtiliter, sed methodo adeo clara, vt certè lectores illam non fastidiāt, sed tanquam utilem, penè dixerim, historiam, perlegant, ab eaque aliquid boni cibiant, cum veteri

8 Regalium materia, teste Sixtino de Rega-

libus in proœmio, sit, quemadmodū augustissima, & intricata, ita quoque necessaria. Principibus, & subditis, cum nulla sine ijs Republica consistere queat. Quenam autem sint Regalia, varij varia dixere. Placeat mihi definitio tradita à Sixtino l. 1. cap. 1. nn. 14. esse scilicet iura rei, quæ superiorem non recognoscunt, vel cui concessione, aut præscriptione, consuetudine quæsita sunt, competentia ad salutem, & decus Reipublicæ tuendum. Debet namque Princeps aliqua habere, quæ ad subditorum tutamen deseruant, hæc que regalia appellanda sunt, de quibus distinetè mox dicemus, & clariūs. Interim verò, cur ea dicantur Regalia, nec Imperialia, 10 Sixtinus ipse initio d. cap. ex Gunthero lib. 8. ea à voce, Regis, descendere edocuit, cum potissimum Imperatori nomen Regis tribuatur, seque Cæsares quandoque Regum titulis decorarint. Ut autem, lector, id à priori scias, aduertendum est, cum Regis nomen à Regendo descendat, Imperatoris 11 autem ab imperando, voluisse Principes eorum superioritatem plus regendo, quam imperando exemplificare, cum regi filiorum sit, imperari seruorum, ac proinde subditi plus ament tanquam filios regi, quam tanquam seruos imperari: quicquid sit, si secundariò veniat cum Regimine imperium, sine quo illud esse nequit.

12 Quare, cum Regalia deseruant, vt diximus, ad decus Reipublicæ tuendum, erant vtique illa explicanda nomine à Regendo descendente. Ea igitur fuerunt omnibus Principibus necessaria, omnesque ea habuerunt, adeò vt, erecto Romano Imperio, Octavianus Augustus ex consilio Mecenatis regalia sibi præscripterit, secundum Diobistor. Rom. lib. 5. sed quid de Octaviano Augusto loquimur, si vetustiores Principes nequibant ijs carere? Ex quo fit, vt omnes in suis Regnis ea postmodum habuerint, si contrarium ex Regnantis institutione non apparuerit. Ex quibus Montanus nosserat, de Regalibus in principio tractatus num. 4. infert, ea, non modò Principibus Christianis, sed infidelibus etiā à suis subditis deberi.

13 Ne autem longius vagemus; Otho 1. hæc habuit regalia post multos antè eum Imperatores; cum verò tractu temporis illa petiissent, Mutius chronic. lib. 18. hæc ait. Scribitur à Frigieni, Imperatorem magna diligentia à Iurisperitis quasinisse, quid iuriis in Ciniates Italia haberet Imperator; nam contra ius, & aquum nihil voluit prudens, sciensque facere, persuasus, nihil iniustum durabile esse posse. Omnes Iurisperist, & Principes Ecclesiastici, secularesque, qui aderant, una concordi sententia adjudicarunt Imperatori

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

159

tori omnia Regalia, quæ sunt Moneta, Telenia, Vectigalia, Nauigia, Officiorum, dignitatumque confirmationes, Iudicum, Consulatum, omniumque Magistratum creationes, Exactiones, Portoria, quoquaque tempore, & quotiescumque necessaria sunt ad Imperium defendendum, tuendum, aut augendum. Has leges, & constitutiones per Italiam promulgandas commisit Imperator Cancellario, & Othoni Palatino, & quibusdam alijs, qui comitati forti militum manu hæc per ciuitates singulas ordine denunciavit, & seruanda imperant.

Quinam autem fuerint hi Iurisperiti, vide apud Sigonum de Regno Italiae lib. 12. qui refert, fuisse Hugonem, Bulgarum, Iacobum, & Martinum.

34 *Habito igitur tali consilio, de quo etiam Montanus loc. cit. num. 1. circa fin. quia tunc temporis in humanis erant Obertus de Orto, & Gherardus Capagisti Compilatores, teste Sigo[n]io prefato, aliasue incerti nominis compilator, fuerunt ab eis Regalia huiusmodi, diligenti investigatione declarata, inserta inter feudales consuetudines, sub tit.*

56. quæ sint Regalia, & sunt sequentes in Italia ibi enumeratz, quas explicant Socini, & Montanus inter ceteros: nos autem Montanum citabimus tanquam recentiorem.

36 *ARMANDÆ. Quod vocabulum secundum Montan. est Barbaricum, & potest sumi pro iure fabricandi armæ, pro præstationibus, quæ fiunt Regi ex ouibus, bobus, & ceterisque Pecoribus. Pro vectigali, quod Regi præstatur ex concessione facta de armis fabricandis in locis publicis. Pro defensione lictorum, quæ in custodiam traduntur magno Admirato. Pro publicis armamentis, vulgo, Aisenali. Quæ omnia regalia sunt.*

37 *VIM PVBLICÆ, quæ, licet, prout maioris lictora, sint in publico omnium usu l. 2. s. viarum, & s. sequent. ff. ne quis in loc. publ. quoad protectionem tamè possunt dici de Regalibus, cum ad Principem spectet, illas reduere tutas, aptasque ad transeundum.*

38 *FLVMINA NAVIGABILIA, quæ pauca sunt ex ortu nauigabilia, ideoque subditur, & ex quibus sunt nauigabilia, idest secundum Montan. & alios, sine quibus flumen, quod cum eis est nauigabile, non esset nauigabile. Hæc autem dicuntur esse de regalibus ea ratione, qua dicuntur etiam tales viz publicæ, scilicet, ut tuta, & libera sit nauigatio: quarè, licet Andreas scripsit, abutum esse imponere vectigalia nauigantibus in his fluminibus; tamè D. Thom. lib. 2. de Regim. Princ. cap. 12. ex tali custodia iustum appellat.*

39 *PORVS, sine quo nauigatio esse nequit: vnde merito ius exitus soluitur de ijs,*

quæ causa mercimonij à portu extrahuntur, hacque ratione constituuntur in illis Portulanis.

40 *RIPATICÆ, quæ sunt partes illæ laterales continent aquas fluminis, quæque quoad usum sunt publici iuris, cum quilibet possit in ijs rees appendere; quoad prouentus verò, & vectigalia ratione transitus narium de ripa ad ripam sunt Regis.*

41 *VECTIGALIA dicta à vehendo, quæ soluuntur à transeuntibus pro mercibus, quas ferunt.*

42 *MONETÆ, seu Numismatum usus humano generi tamè necessarius. Præ enim stant sub Regnantis protectione, ad eumque spectat illas cudi facere, quinimò ex Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 2. num. 38. intèr majora Regalia, scilicet, primi gradus, numerantur.*

43 *MVLCTARVM, POENARVMQVE COMPENDIA, intèr quas, licet Montanus aliqualem tradat differentiam, utræque tamè sunt de Regalibus, cum sint Iurisditionis fructus, & idcirco appellentur compendia, idest lucrum, vel emolumennum secundum Luc. de Penn. in l. 3. C. de spectacul. Sc generaliter, Prouentus ex Par. de Put. de Sind. verb. prouentus num. 5.*

44 *BONA VACANTIA, ET QVÆ, VT AB INDIGNIS, LEGIBVS AVFERNITVR &c. quæ, vt primò de bonis vacantibus sermonem faciamus, dicuntur ea, quorum Dominus mortuus herede caret l. 1. C. de bonis vacant. lib. 10. Et appellatione heredum veniunt agnati, & cognati, adoptiui, arrogati, vir, & vxor. sed hodie Inst. de Adopt. l. cum in adoptiuis C. eod. & l. vniuersitate C. vnde vir & vxor. Sed difficultas est de Xenodochijs, & in nostra Ciuitate Neapolitana de Ecclesia Sanctæ Restitutæ: ne autem longius diuerter, alibi, Deodante, dicemus, cum annis præteritis non modica fuerit lis intèr præfata Ecclesiam, & Regium Fiscum. Bona enim vacantia ea dicuntur, quorum Dominus ignoratur, & sub eorum nomine veniunt bona naufragorum, ac animalia excadentialia, vulgo, Animali sparsi, quæ, non reperto Domino per annum, in Regno nostro per Conf. Pecuniam, sunt Regis. Et ex hac bene infert Montanus sequens Capiblanc. in Pragm. 8. de Baron. nn. 128. & 129. male Barones animalia desperita, occupare:*

45 *Vt autem loquamur de bonis, quæ, vt ab indignis, auferuntur, breuissime concludimus, ea differre ab ijs, quæ auferuntur, tanquam incapacibus: differentiam verò intèr indignum, & incapace, vide apud Montan. hic. Cum autem textus excipiat ea, quæ specialiter quibusdam conceduntur, quænam*

nam illa sint, *Montan.* ibid. ait, videnda apud *Peregr. de Iure Fisci lib. 2. sit. 2. & seq. & Sixtin. lib. 2. de Regal. cap. 10.*

26 BONA CONTRAHENTIVM INCESTAS NVPTIAS, CONDEMNATORVM, ET PROSCRIPTORVM, SECUNDVM QVOD IN NOVIS CONSTITUTIONIBVS CAVETVR, quæ *Montanus* oculatè vult, vt omnia hæc coniunctim, nō diuisim legenda sint. Vnde corruere, ait, opinionem volentium, vt bona contrahentium incestas nuptias à Fisco simplicitè publicentur. De his verò constitutionibus, & pœnis, deque consanguineis Fiscum excludentibus, ceterisque questionibus fusè scripsit *idem Montanus*, quem consule, cum ibi etiam longus sit sermo de gratia Neapolitanis concessa circa bonorum publicationem non faciendam; deque alijs utilibus, & scitu dignis.

27 ANGARIARVM, PERANGARIA-RVM, ET PLAVSTRORVM, ET NAVIVM PRÆSTATIONES, de quibus omnibus distincè loqui debemus. It primò de Angarijs, qui dicuntur ij, qui personaliter seruire tenentur absque expensis, & Perangarijs, qui etiam proprijs expensis personaliter debent operam præstare, vt *Andreas* hic nn. 52. quem omnes deinde sequunti sunt. Hinc *Montanus* oculatè aduertit, vassallos non esse Regis angarios, cum non obligentur sempèr, & ad sempèr, sed tantùm tempore necessitatis, & ità intelligendam nostri Regni Constitutionem. Quia frequenter, quod fusissimè probat, & exornat, cum ceterum, Regem esse Dominum personarum, nil aliud importet, quād dominium iurisdictionis in subditos, ac exhibitionem seruitij personalis in necessitatibus Regni: ac proindè, cùm textus noster intè Regni Regalia numerat Angarias, & Perangarias, illum concludit alio modo intelligendum, sicque seruitum obuenire posse alijs ex causis, scilicet ex delicto condonato sub conditione, & pacto, vt seruitia personalia suo sumptu, vel absque sumptu præstet, vel ex pacto, vel ex consuetudine, vel ex manumissione serui, cuius personalia seruita Dominus reseruasset. Imperator verò Turcarum tā arcta tenet seruitute deuinctorum subditos, vt non modò angarios, & perangarios eos appellare debeamus, sed verè seruos, vt fusissimè scriptis in historia illius Imperij post alios *Ricant.*

Vt autem concludamus cum Plaustris, & nauium præstationibus, hæc verba secundūm *Montanum* intelligenda sunt, vt pro vendis bonis Principis possint capi plaustra, & naues subditorum, quin etiam animalia. Quod alijs non licet.

EXTRAORDINARIA COLLATIO AD FELICISSIMAM REGALIS NVMINIS EXPEDITIONEM, que, licet secundūm *Cuiac.* hic intelligenda sit pro fodro, quod secundūm *Sigoni. lib. 7. de Regno Italiae* erat quædam frumenti quantitas, siue eius pretium, quod populus dare tenebatur pro exercitus victu, quodq; deinde Federicus I. in pace cum Italies inita reseruavit, vt *in tit. de Pace Constant. verb. Nobis intrantibus*, quicquid sit, si *Sigoni. lib. 4. scriperit*, ex sequentium Imperatorum munificentia fuisse remissum; nihilo minus tamè largiori significatione accipienda est, ac proinde dicendum, eam esse superindictum, ac tanquam aliquid extraordinarium, cùm aliqua vrget necessitas, ex *Andr.* hic num. 59. Hoc autem superindictum est extraordinaria præstatio, præter solitam collationem indi&a, vt colligere est ex *C. de indit. lib. 10.* Et ex his inferas, si extraordinaria collatio est de Regalibus, à fortiori esse de Regalibus ordinariam collationem, seu collectam, vt aduertit hic *Montan. num. 6* vbi plura habes quoad collectas, & focularia, ceteraque videnda utiliter.

30 POTESTAS CONSTITVENDORVM MAGISTRATVVM AD IVSTITIAM EXPEDIENDAM, que verè de regalibus esse debebat, dum in Principem transtulit populus omne suum Imperium, & potestatem, ex l. 1. ff. de *Const. Princip.* nulla potestate, nec imperio penes illum remanente, secundūm *Andr. in proem. Const. Regn. col. 3.* quare *Montan.* hic in principio notat, licet intè Regalia non numeretur formaliter iurisdictione in genere, vel Imperium; virtualiter tamè intelligi expressam in potestate hac constitendorum magistratum ad iustitiam; etenim, si Rex constituendo Magistratus, dat eis iurisdictionem, vel Imperium, maiorem utique in eo iurisdictionem, & altioris ordinis Imperium debemus supponere. Hinc, vt cetera deserimus videnda apud *Montan.* in tract. de Regalibus officijs fusissimè scripto, aduertamus oportet, cum pro Regiæ iurisdictionis administratione constituta sint nonnulla officia ministerij, quæ deteruiunt magistratibus, quæque in Romanis legibus appellabantur militiæ, prout probarunt *Connarus lib. 4. Iur. civil. cap. 5. lit. B. Turrell. in tract. de militijs*, aliquæ penes *Montan.* in princip. tract. de Regalib. off. prout sunt officia magistri actorum, ceteraque descripta in *Pragm. 2. de off. ad Reg. Maiest. collat. spectant.* etiam hæc esse de Regalibus ex consuetudine, & speciali reservatione facta in prefata Pragmatica, que omnia, vt dixi, fusissimè vide apud *Montannum*.

AR-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 161

- 32 ARGENTARIÆ, quæ dupli modo ac-
cipi solent, scilicet pro Argenti fodinis, quæ
ad salinas extenduntur, & paritate rationis
ad ceterorum metallorum fodinas, hæc
que expositio communis est apud Montan.
nec non pro publicis mensis nummulario-
rum, ex Ferrar. Montan. lib. 5. de feud. cap. 7.
in verb. ex rebus Metallicis, cum quo vide-
tur sentire Montanus noster hic num. 18.
- 33 PALATIA IN CIVITATI BV S CON-
SVETIS, quæ sunt destinata pro iustitia ex-
hibenda, siue pro Principis habitatione:
quoniam autem hæc non videntur aliquid
habere speciale, quod sit de Regalibus, id-
circo Montanus vult potius, ut explicanda
sint nomine castrorum, quæ verè, & utiliter
de Regalibus esse videntur.
- 34 PISCATIONVM REDDITVS, ET SA-
LINARVM, qui redditus, loquendo priùs
de piscationibus, intelligendi sunt de flu-
minibus Regalibus, nō autem de Mari, nisi
quatenus sit inducta consuetudo in contra-
rium, secundum Montan. ea nimis ratione,
quià, cum mare non sit de Regalibus, sed omnibus commune, si piscatio pro-
hiberi non potest, nec vestigal imponi po-
terit piscationi. Quoad salinas verò scien-
dum est, formam exigendi vestigalis sali-
narum variari secundum diuersas consue-
tudines, ut ex Capyc. deducit Montan. num.
12. vers. forma auiem, concludens nu. 3. omne
lucrum Regi obueniens occasione salis di-
ci regale. Quare nota etiam ex eodem Mon-
tan. lequuto Capycium inuestit. feudal. verb.
Salinis, Salinas non esse de Regalibus, esse
verò tale vestigal salis, cum Salinæ existen-
tes in prædijs, vel locis priuatis, sint eorum,
quorum est præmium, in quo sunt l. formæ
S. Saline ff. de censibus. Ex quibus deducit,
- 37 licet Papa Honorius in capitulis initis
cum Carolo 11. super reformatione Regni
statuerit, ut patroni Salinarum possint ven-
dere sal proueniens ex Salinis suis; nostris
temporibus tamè id non seruari, cum
Gabellotus salis interdicat per bannum, ut
nemo sal vendat, nisi fuerit emptum suo
tempore, & eius venia, ex Ritu Regia Came-
ra Summaria, incip. Habet sal. & tandem he-
ait. Nota ergo, quod cap. Honorij quoad li-
bertatem vendendi sal Salina propria abje-
si in desuetudinem; non autem, quod sal sit patro-
norum salinarum, patet quid Afl. postquam
retulit ambas dispositiones cap. Honorij, re-
stringit se in uers. sed bodie, ad nō usum d. cap.
respectu libertatis vendendi sal. Et Capyc.
loc. cit. dicit, quod in Regno Sicilia usurpatum
est, emi sal in salinis priuatorum, scilicet dando
certum pretium patronis, & reliquum percipi-
piunt Reges &c.
- 38 BONA COMMITTENTIVM CRI-

- MEN MAIESTATIS, de quo crimine mul-
ta Montan. nec deserat Censalium in l. unica
C. si quis Imper. maledix.
- 39 DIMIDIVM THESAVRI IN LOCO
CÆSARIS INVENTI NON DATA OPE-
RA, VEL LOCO RELIGIOSO: SI DATA
OPERA, TOTVM &c. de quo idem Mon-
tan: & nos in dilucidatione decis. 38.
- Hæc ergo sunt Regalia in præfato textu
expressa, præter quæ sunt alia etiam expref-
sa à Cassaneo in Catalogo gloria mundi part.
5. considerat. 24. quibus Montanus noster hic
s. fin. addit mensuras, & pondera præscripta
subditis, nec non directum dominium, quod
Rex habet omnium feudorum Regni qua-
ternatorum. Quæ omnia dicuntur Rega-
lia, id est specialia priuatiuè ad subditos.
- 40 Ceterum ex paucis his breuissimè enar-
ratis quisque prudenter colliger, vix posse
omnia Principum Regalia describi, cum
multi pleraque alia habeant, vel ex pacto,
vel ex tolerantia subditorum, vel ex consue-
tudine, vel ex origine Regnorum, vel ex vi
belli, vel ex effectu victoriarum, vel ex Regnan-
di ordine, vel ex voluntaria subditorum
concessione, ceterisque modis, qui forte
numerari non valent, quique habentur apud
Sixtin. lib. 1. cap. 5. nos autem ea tantum
recensuimus, quæ illum in Italia habere,
Federicus Imperator edixerat. Vnde que-
libet Respublica, quilibet Princeps, vel ea
omnia habebit, vel partim, vel prorsus di-
uersa, vel diminuta, vel vberiora, ut videre
41 est de Britannia, & Pannonia Regibus
apud Baldum in l. Rescripta C. de prec. Imp.
offer. de Hungaria apud Vverbuncium,
& Balbum, de Gallia apud Renatum Chop-
pinum de domanio Francia lib. 2. tit. 9. de sum-
mo Regis Imperio, & legibus Regaliorum,
per totum, & tit. seq. de Ducibus Sabaudia
apud Osasc. decis. Pedemont. 155. de Venetia
apud Gaspar. Contaren. lib. 1. de Republ. Ve-
net. Dolion. in compend. hist. part. 3. Vannozi.
part. 3. Politic. num. 8090. Martin. del Rio dis-
quis. mag. lib. 4. cap. 2. quast. 6. sect. 3. Chanas.
de perfect. prud. lib. 1. cap. 9. pag. 211. Perr.
Gregor. lib. 3. Syntag. cap. 3. Peregr. de Iure
Fif. lib. 8. num. 18. & seqq. aliosque penè in-
numeros relatos à Iann. Solorzan. de Indiar.
iure lib. 3: cap. 3. num. 34. apud quem etiam
num. 36. de Ianuensibus, Romanis, Græcis,
Gallis, Hispanis, alijsque, quos, quià apud
illum, ceterosque doctores studiosus leget,
consultò deserimus, ut optatz studeamus
breuitati, nec deserat Sixtin. lib. 1. cap. 4.
- 42 Hæc autem regalia quedam maiora di-
cuntur, quedam verò minora. Maiora ea
dicimus cum Sixtino in lib. 1. cap. 2. num. 2.
& 3. in quibus potissimum supraemam pote-
stas, & dignitas Principis relucet, quæque
etiam

etiam à nonnullis ab ipso citatis appellantur potentiora, Principis personæ adhærentia, coadhærentia ossibus Principis, eius coronæ annexa, personalissima, extra commercium existentia, sacra sacrorum, &c. & sunt sequentia, videlicet, uti clausula plenitudinis potestatis, ex eaque aliquid statuere. Leges generaliter condere, & eas omnibus, & singulis dare, Leges interpretari. Armandias habere. Vti iure muniendi ciuitates, fortitiae erigendi, eaque custodiendi. Bellum indicere, vel licentiam mouendi belli alijs dare. Pacem à bello recedendo cum hoste iure. Foedera, & ligas contrahere, & confirmare. Delectum militum habere, & arma ijs imponere. Represalias concedere. Vti iure extremæ prouocationis, ita ut à sententia appellari non possit. Committere, seu delegare causas, appellatione remota, vel appellationem tolle-re. Veniam, ac gratiam criminis, vel damnationis capitalis concedere. Extendere poenam ultra iurisdictionem Iudicis, qui reum in custodia habet. Cognoscere de crimen Læsa Maiestatis, vel bona ob crimen damnatorum sibi arrogare. Bannum Imperij irrogare, ab eoque absoluere. Sal-paguardiam, siue saluum conductum, & securitatem plenam, & absolutam concedere. In adoptione, quæ sit per arrogationem, auctoritatem interponere. Legitimare per rescriptum eos, qui extra legitimum thronum natu-ri sunt. Absoluere à iuramento. Veniam etatis dare. Ius ciuitatis tribuere. Collectas generales indicere. Immunitates ab ijs dare. Privilegia concedere. Creare Duces, Marchiones, Comites, aliasque Regales conferre dignitates. Ius erigendi, & muniendi priuilegiis Vniuersitates, & Academias, Doctores creare, vel magistratus, Tabelliones, Notariosq;. Insignia dare nobilitatis, nobilisque creare. Ius nundinarum, siue mercatus publici tribuendi. Ius moneta cvidendæ, eamque reprobandi, & tollendi. Ius nouæ vectigalia instituendi, & tollendi, necnon immunitatem largiendi, eaque augendi. Alia etiam maiora ex his regulari poterunt, quæ ab innumeris scribuntur Doctoribus distinctè relatæ à Sixtinis locis: cit.

43 Et ex his etiam deduci possunt regalia minoræ, quæ secundum relatos Doctores ab eodem Sixtino num. 45. & 46. appellantur communia, & potius ad fiscale ius, & prouentus spectant, quam ad ipsam supremam dignitatem, auctoritatem, potestatemque Principis, & quorum plurimæ promiscuè recensentur in dicit. Quæ sint Regalia, licet multi voluerint, ea omnia esse minoræ, cui sententia non adhæret Sixtinus, & merito. Minoræ ergo dici possunt secundum illum

bona damnatorum, & Proscriptorum, scilicet confiscationes bonorum, aliaque, vt ibi.

44 Ex quibus omnibus, vt vela tandem contrahamus, iam colligimus, vera esse, quæ hic ait Sanfelicius, hæc nempè Regalia, quæ Principi reseruata sunt, non censi concessa in generali concessione, ni specifica fiat eorum nominatio. Eaque veriora apparrebunt, si firmemus conclusionem, qua assertatur, concessio castro cum territorio, non venire cum hac concessione Regalia secundum receptissimam sententiam comprobataam decisione S.C. relata ab Affl. decis. 122. num. 3. & multis exornata à Sixtin. lib. 1. cap. 5. num. 76. prout sunt ea, in quibus concedendis Princeps solet se difficultem reddere, ex innumeris, quoq; ibi idem Doctor citat, subdens ex quâ plurimis, concessio castro cum omni iure, quod Princeps habet, non venire regalia, licet sexdecim tradat limitaciones num. 82. & seqq. hic, ne prolixiores simus, non rescribendas. Modum vero in illis succedendi, ceterasque eorum naturas, & alias questiones, difficultatesque innumeræ, hoc transferre non duxi, nec compendio corrictare, ne in alienam messem affectatas immitterem manus. De ijs fuse scripsi in mea Ariadna feudali, in proprietate. Quæ sint Regal.

Cæteruni questiones quâ plurimas super materia de Regalibus consulendum omnino est Eminentissimus Dominus Joannes Baptista de Luca S.R.E. Cardinalis hoc mense Septembri 1681. quo dilucidationes istas scribo simul, & Typographo imprimendas ob temporis angustias trado, inter ceteros Purpuratos Patres ex tot, tantisque, quibus fulget, virtutibus à D.N. Innocentio XI. Summo Pontifice adscriptus. Huius tamen eximij viri pauca ex ignumeris, præclarissimisque gestis retuli in meo libello contrâ Macchiauelum scripto, eique dicato. Nunc, dum Singulas eius virtutes numerare diffido, sat est, si dicam, illum tanta decoratum dignitate tempore. Summi huius Pôtificis, à quo nonnulli merita, labores, virtutes, studia, mores, proemijs afficiuntur. Felicem ergo Romam, sed vos longè feliores incolas, quos tanto seruendi Pastori dignos, nil cedet, quâ otiosos videri. Felicissimum denique Cardinalem de Luca, non ex dignitate, qua in eius virtutes reddunt præclariorum, sed ex tot virtutibus, quæ illum tanto Pontifici carum reddiderunt. Hic ergo Eminentissimus, ut ad propositum reuertar, iatèr multos, quos luci dedit, legales libros, vnum scripsit de Regalibus 160. discursibus ornatum, omnino. vt dixi, consulendum, dum multas habes ibi questiones, non modò viles, sed necessarias.

SYM-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 163

S V M M A R I V M .

- 1 Sacrum Consilium in gradu tantum reclamacionis cognoscit de crimine aliquo :
- 2 Carcerari nemo potest in aula S. C. absque Praesidis venia.
- 3 S.C. non abdicat causas a M.C.V. etiam, interposita appellatione.
- 4 Reus citatus in causa criminali, appellans ad S.C.an, & quomodo audiatur.
- 5 Citatus ad informandum, an possit interim carcerari.
- 6 Carceratio in criminalibus an, & quomodo sit arbitraria.
- 7 Carceratio in criminalibus an semper requirat indicia ad torturam.
- 8 Causae ciuiles, si quandoque appellatur a earum incidentibus, remanent in S. C. & quomodo.
- 9 Principis domus non est violanda a publicis seruientibus carceratione absq; eius venia.
- 10 Sacrum Consilium dicitur domus Principis :
- 11 Carceratio quomodo permittatur in S.C.

DILVCIDATIO DECIS. LXVII.

- D**Vo pro decisione hac notanda potissimum sunt. Primum, non posse vnum ex Regijs Consiliarijs S. C. tanquam Commissarium ciuilis dissentionis, inhibere M.C. ne procedat super crimine orto ex ipsa ciuili dissentione, cum S.C. in gradu appellacionis tantum cognoscat de crimine aliquo, cuius cognitio penderet in M.C. quo casu, nec solus Commissarius poterit reuocare gesta per eandem, sed cum alijs Consiliarijs illius aulaz, in qua ipse residet.
- 2 Alterum, ex urbanitate seruari, vt tempore, quo Regij Consiliarij ius dicunt, non accedant, nisi petita venia a Presidente, seruientes publici ad carcerandum aliquem ordine M.C.V.
- 3 Quoad primum sciendum est, Sacrum Consilium non posse abdicare causas a M.C. etiam interposita appellatione ab incidentibus, sed solere cauam remittere, emendato grauamine. De qua re Rouit ad Pragm. 18. de offic. S.R.C. num. 1. & seqq. Quem procedendi modum nostris temporibus amplexati sunt nonnulli Iudices Baronales secundarum causarum, vt, quod non possident, affectent.

Hoc autem procedet, tam respectu causarum ciuilium, quam criminalium, ex Prag. 46. de offic. S.R.C.

- 4 Quod adeo verum est, vt Sanfelicius hic aiat, num. 8. Reum citatum in causa criminali per M. C. & ante comparitionem porrigentem supplicationem in S.C. non audiari, ni prius ille compareat personaliter in-

M.C. Vicarie, ex Pragm. 44. num. 3. Quin imò, obtenta Regia decretatione, comparente personaliter &c. esse, in arbitrio eiusdem M.C. reum in carceribus macipare, ex Prag. 42. quæ verè est 41. de off. magistr. Iustitiar. &c. in illa namque disponitur, vt, obtenta Regia decretatione de verbo faciendo, &, prestita cautione de stando iuri, & pendendo mandatis S.C. possit nihilominus M.C. non obstantibus huiusmodi decretationibus, procedere ad Reorum carcerationem, si sic videbitur.

- 5 Ex quibus collige, Reum quamvis citatum, posse carcerari, cum carcerationi contraria non sit citatio; nam citatio deseruit ad defensionem, carceratio autem, ne iudicium reddatur elusorium: vnde, una via electa, altera non tollitur, adeoque, pendente termino ad comparendum, posse reum capi de persona, voluere Boff. pract. crim. cit. de captur. num. 10. Clar. S. fin. quæst. 31. nu. 25. Carrab. de indic. par 2. num. 5 2. & Guazzin. ad defens. Reor. def. 5. cap. 1. num. 29.

Et licet Scialoya in prax. torquend. Reos. cap. 2. num. 24. contrarium senserit, volens, vt opinio supradictorum Doctorum procedat, quando Iudex decreuit, Reum esse citandum, & capiendum; tu tamè indistincte teneas, posse Reum citatum capi, cum

- 6 carceratio in criminalibus sit arbitraria, eaque dependeat à grauitate delicti, ex dictis à Claro S. fin. quæst. 28. & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. in princip. & in Regno nostro sat est, si adhuc indicia ad torturam, prout ex Ritu 41. voluere Sebast. de Neap. in cap. Regni incip. Ab illo incohandum nu. 34. & Rouit. ad Pragm. 1. de custod. Reor. num. 2. Vnde Carauita in Ritu 39. num. 10. circa finem scripsit, d. Pragm. 1. in qua statuitur, ne procedatur ad capturam inquisiti, ni incipiat constare delictum, non seruari a Iudicibus, ni quando eis videtur, inspecta qualitate delicti, & personæ delinquentis, & de Angelis ad Foller. Rubr. Notatos capiat de persona num. 10. ait, huiusmodi capturam, etiam factam absque indicijs, confirmari posse, ex illorum superuenientia. Quare, vt videotis, carceratio nullam aliam habet regulā, quam prudentiam Iudicis, qui, licet quandoque decernat, vt reus citetur, & capiatur, melius decerneret, si ediceret tantum, vt citetur; sic enim arceretur fuga delinquentis, qui a decreto carcerationem non timens, vix illum ab extraordinaria Iudicis diligentia timeret. Sed hæc obitèr, cum sint alii qualiter extrà nostram decisionem, ad quā reuertantur. Alia circā comparitionem personalē vide apud Scialoyam in prax. for. iud. cap. 8. à num. 1.

- 8 Quandoque vero causæ ciuiles, quam-

X 2 uis

uis introductæ in M.C. emant in S.C. nam causarum patroni, prævia supplicatione, nō expónentes, causam illam esse introducunt in M.C. operantur, vt illa committatur alicui consiliario in S.C. & prævia alia supplicatione de verbo faciendo super aliquo granamine illato, operantur pariter, vt causa referatur, verū prior illa supplicatio de commissione causæ non intimatur parti aduersæ. Rebus sic se habentibus, S.C. non decidendo grauamen, decernit, vt causa remaneat in S.C. & coram Domino Consiliario, cui fuit commissa, & quamvis oponatur, supplicationem fuisse subreptitiam, nihilominus tamen Sacrum Consilium illā non remittit ad M.C.

Quod idem accidit, si, intimata forte parti aduersæ prima illa supplicatione, fiat protellatio de pena, & ordo Magnifico Secretario, vt videat, an supplicatio sit subrepotitia, nām S.C. posthabita hac oppositione, decernit, quod sibi videtur, & pars aduersa, sperans à Secretario relationem super supplicatione, experitur prius, quod nolle, scilicet causam in S.C. remanere. Hoc autem non semel obtinui, nec decisiones refero, cum res non sit magni momenti.

Nec putent lectores, hanc esse Aduocatorum versutiam; siquidēm, vt cum philosophis loquar, frustra multiplicantur entia sine necessitate: si igitur tandem in gradu appellationis decreto definitio M.C. est procedendum in S.C. quo citius ad supremum hoc Tribunal deuenitur, satius erit. Sed ne putent causidici, S.C. indistinctè sic decernere, at in causis civilibus tantum, & cùm videt, causam esse modici momenti, ceteraque considerat, quibus moueri possit ad id decernendum.

Quoad secundum nihil est, quod dicamus: hoc vnum aduertimus, urbanitatem optimam esse Iudicantium magistram, & legislaticem; indecens enim est, vt publici seruientes domum Principis violent absq; principis venia. Talis profecto habenda est Aula Sacri Consilij, à quo nonnihil Regio sententiaz proferuntur. Qua super re non immerito esset condenda lex generalis. Quid autem in simili casu acciderit, vide apud Reg. de Marin. lib. I. resol. quotid. cap. I 79. num. 9. vbi hęc. Cum de ordine M.C. essent quidam carcerati in Sala S.C. Dom. Praes Marcus Antonius de Ponte vir suus tempestate doctissimus, id summopere ageret, conuocatis omnibus Dominis Consiliariis, prout de more, in rebus grauibus, & sic iunctis in Aula magna, carcerari iussit familiam, qua processerat ad carcerationem predictam in S.C. quod per Collaterale Consilium fuit approbatum. Id ergo in omnibus casibus pu-

to seruandum. Unde, quod ait Reg. Sanfelicius hic num. 23. scilicet, quod si absq; scientia caperent, non erunt dimittendi, & capientes non punientur, vel intelligendum est, rigore iuris attento, cum sufficiat venia Principis, vel dicendum, ex errore fuisse additas negationes, adeoque sic concipienda ea verba. Quod si absque licentia caperent, erunt dimittendi, & capientes punientur, cum venia Principis non tollat urbanitatem, nec suo Tribunal decorem, sed ea tantum veretur circa reliqua, quæ eius ministris nec iniuriam inferant, nec infamiam: Quarè explicationi à nobis traditæ respondent verba decisionis. Fuerint detenti capientes, & dimissi carcerati. Nec deinde Sanfelicius refert, quid senserit Prorex, sed tantum concludit, Prorex quod sibi cōueniens visum fuit, summa cum prudentia mandauit. Nec Proregis sensus debebat esse contra ordinem S.C. cum pariter, iterum apprehensis delinquentibus, S.C. fuerit eorum Index; sicq; carceratio fuit denuò facta, quasi ut tantus Senatus eos dignosceret.

Quid autem dicendum sit de immunitate concessa domibus Potentum, vide apud Reg. de Marin. loc. cit. dum cætera iustis ex causis silentio committimus.

S V M M A R I V M .

- 1 Baro loci patrati sceleris potior an sit Barone originis, vel domicili, quamvis prævenitus, examinatur per totam questionem.
- 2 Ministri curant filios, quo altius possunt, veberé.
- 3 Iudices circa delictorum cognitionem competentes, quot, & quales sint.
- 4 Iudex loci patrati sceleris est cateris potior, & qua ratione.
- 5 Praeventio inter quos Iudices locum habeat.
- 6 Praeventonis effectus in delictis duo esse possunt, & quales,
- 7 Praeventio non efficit, vt iudex potentior non preferatur in cognitione delictorum minùs potenti.
- 8 Praeventio, vt profit, quomodo debeat esse.
- 9 Baro, habens priuilegium cognoscendi criminis vassalorum commissa extra territorium, an preferatur Baroni loci commissi criminis, laicè examinatur.
- 10 Priuilegium non censetur concessum Baroni in alterius Baronis præiudicium, sed inodium vassalorum, & quomodo.
- 11 Iudex domicili in cognitione criminum preferitur Iudici originis.
- 12 Remissiones cessant, quoties Iudices sunt sub diversis Principibus.
- 13 Remissio delinquentium inter confederatos facienda est.

Iudex

- 14 Index loci incepti delicti, an delicti consummati attendendus sit, examinatur.
- 15 Delictum quandoque consistit in consummatione.
- 16 Delictum consistens etiam in inceptione potest dici duplex ratione iudicy.

DILVICIDATIO DECIS. LXVIII.

Habemus in hac decisione decimum, delinquentem esse remittendum ad Baronem loci patrati sceleris, quamvis præuenitur Baro domicilij, siue originis in captura, & habeat privilegium cognoscendi de delictis patratis extra territorium, qua occasione Reg. Sanfelicius alteram refert decisionem pro Barone patrati delicti.

In hac causa pro Illustr. Marchione Brasiliensi scripsit Ferdinandus Rouitus, cuius allegationes posuit Scipio Rouitus genitor inter eius scripta ad Pragm. I. ubi de delicto quis conuen. Et c. a num. 45. usque ad 78. ni velimus dicere, ab eius genitore fuisse formatas eas allegationes, dum nonnulli autores, non Ferdinandum, sed Scipionem earum dignoscunt auctorem, solent; namque Iudices eorum filios, quo altius possunt, vehere, ut ipsi ceteris verius ostendant, amorem descendere; quamvis plerique Iudicium filij, genitorum amore abutentes, prauia eorum natura edoceant, gloriam propria virtute, non Maiorum meritis comparandam. Pro Barone Siani scripsit Capyc. latr. consult. 133. qui in calce contra se scripta decimum testatur, citans Thorum de hac decisione verba facientem in compend. part. I. verb. vassallus pag. 567. Et Reg. Sanfelicit.

Si queras, quot super hoc questione scriperint, respondeo, innumeros reperi scriptores, quos repieres apud Vinc. de Franch. decis. 505. ibique Dom. de Luca alias referentem, Carleval. de Iudicij lib. I. tit. I. disp. 2. quast. 7. seet. I. a num. 782. Reg. Merlin. controv. forens. lib. I. cap. 95. a num. I. ad 5. Laganar. ad Rouit. in Rubr. Pragm. ubi quis de delicto conuen. deb. per totam. Gall. app. par. 2. cap. 6. num. 98. Et seqq. Scialoy. de foro competenti: tit. de foro delicti cap. 38. a num. 14. Dom. Altimar. ad conf. 22. Rouit. tom. 2. aliosque, qui late super hoc materia scriperunt. Nos autem, vt breuitati consulentes, eam tantum dilucidemus, illud utique supponamus, necesse est, scilicet, tres posse esse Iudices circa delictorum cognitionem: Iudicem loci commissi criminis, domicilij, & originis, vt distinet, & breuitate docuit Merlin. d. cap. 95. num. I. Et 2. licet de Franch. decis. 37. relatus a Laganar. ad d. Rubr. addat quartum, nempe Iudicem loci, in quo quis pluritatem versa-

tur, nec non quintum in clero, qui de iure canonico sortitur forum loci, in quo beneficium habet, quod explicat idem Laganar. ibid. num. 3. Et 4.

Verum intèr hos Iudices potior est Index loci patrati sceleris, ijs ex rationibus, quia ad aliorum exempla, & solatum officium, expedit, vt delicta ibi puniantur, vbi patrata sunt I. capitalium s. famoso: ff. de pennis. cap. qua propter 2. quast. 7. cap. ad deliberandum 17. de iudicis, & quia Index loci illius, ad quem spectat prouinciam malis purgare hominibus, iniuria afficitur. I. congruit ff. de off. P. etasidis, & tandem, quia ibi facilius delicta probantur testibus, vbi patrata sunt, quas rationes afferunt Couarr. præst. quast. cap. 11. num. 3. Et Peguer. decis. 66. relati à Scialoya de foro competenti d. cap. 38. de foro delicti num. 6. aliosque recentioribus passim. Quarè meritò intèr Iudices superius relatios, Iudicem loci delicti ceteris præferri in criminis cognitione, voluere de Franch. decis. 37. num. I. Et decis. 105. num. I. Et 11. Farinac. de inquisitione. quast. 7. num. I. Thesaur. decis. 90. num. I. Merlin. d. cap. 95. Carleu. loc. cit. num. 782. alijque ab ipsis relatii communiter, & consequenter, Iudicem domicilij, siue originis delinquentis, requisitum à Iudice loci delicti, teneri reum remittere, indubitate tenet Clar. s. fin. quast. 38. num. 19. vers. est autem, & testatur de communi. Auenda. no resp. 4. num. 2. Azeued. ad 1. I. tit. 16. lib. 8. noua recompl. Et num. 24. alijque relati à Merlin. loc. cit. nu. 3. Et à Dom. Altim. ad d. con. num. 3.

Hæc omnia plana sunt, nec nostris temporibus ullam admittunt difficultatem: superest ergo, ut breuissime videamus, in quo difficultas consistat. Et quidem in duplice casu potest ea consistere, scilicet, cum Iudex domicilij, vel originis, præuenit, & cum habet privilegium cognoscendi de criminibus vasallorum extra territorium delinquentium, quibus casibus sciissi sunt Doctores superius relatii, vt videre est apud præfatos recentiores, qui eos recensent.

Ego autem, si vera sunt ea, quæ supra retulimus, prout, vera esse, nemo negabit, teneo, nullam posse his casibus esse difficultatem, adeoque semper etiam præferri Iudicem loci patrati sceleris.

Et, vt primò loquamur de præventione; certum est, præventionem locum habere intèr Iudices non incompetentes, ita, vt quicunque incompetens non sit, possit de delicto cognoscere, & consequenter alium iudicem non expectando præuenire, sed certum quoque arbitror, non bene inde inferri, instanti iudice posteriori, non teneri minus potentem renigtere Reum ad illum, tanquam

- quām potentiorē , cūm p̄euentio duos
6 habeat effectus non eodem modo conside-
randos , primum scilicet , vt diximus , quo
habetur , Iudicem quemcunque , alio non
expedito , posse in delicto procedere ; & in
hoc effectu non consideratur vlla compara-
tio int̄ Iudices , quia comparatio nō fit in-
t̄ absentes ; sīcque , si vnu tantū iudex
comparuit , ille procedet . Alterum verò
effectum , quo habetur , iudicem posse ad ul-
teriora procedere , non obstante alterius iu-
dicis comparitione : & hīc effectus non sem-
p̄er haberi potest à p̄euentione , sed tātū ,
cūm iudices æquales sunt ; tunc namque
is in posterum procedet , qui p̄euenit ; &
hoc casu p̄euentio iuuat int̄ æquales ; at
verò , quando iudex est altero potentior , hīc
7 effectus haberi non potest , cūm p̄euentio
facta à iudice minūs potenti non tollat ab
altero potentiam maiorem , nec faciat iudi-
ces æquales ; & sic p̄euentio , vt proſit , de-
bet ſupponere iudices priūs æquales : & ra-
tio rationis ea est , quia p̄euentio ſupponit
æqualitatem , non facit .
- 8 Et ex his videtis , quām inefficaces ſint
rationes adductæ à contrariæ ſententiaz fe-
ſtatoribus ; scilicet , in pari cauſa meliorem
eſſe conditionem poſſidentis , qualis dicitur
p̄eueniens , qui poſſidere dicitur , & , cūm
competens ſit iudex domiciliij , & originis ,
data p̄euentione , hunc p̄eferri , quia in
pari cauſa iudex p̄eferitur , qui p̄euenit : quas
rationes int̄ ceteros , refert Dom. de Luca
ad d. decif. Vincent. de Franch. 505. in princip.
quandoquidēm hīc omnia vera eſſent , ſi eſ-
ſemus in pari cauſa , ſed non ſunt in pari
cauſa iudex loci commiſſi criminis , & iu-
dex originis , vñl domiciliij delinquentis , cum
ille loci ſit potentior , vt Doctores omnes
vno ore conſentur .
- 9 Ut autē veniamus ad priuilegium co-
gnoscendi de criminibus vassallorum extra
territorium , potest difficultas hīc videri
ſubſtens , quando non concurrunt duo pri-
uilegia . Rem clariorem reddam exemplum
tradito hīc à Sanfelicio . Nam , dum Baro Sia-
ni habebat ſpeciale priuilegium cognoscendi
delinquentes extrā territorium , & Mar-
chio Braciliani non habebat ſpeciale priuilegium
cognoscendi alterius Baronii vassallos
delinquentes in ſuo territorio , ſed co-
gnitionem hanc habebat tantū à Iure co-
muni diſponente , vt Rei puniendi ſint ab
Ordinario loci delicti , per Auth. qua in pro-
vincia C. vbi de crim. agi oport. videbatur
illud priuilegium reddere potentiorē Ba-
ronem Siani , tanquam roboratum ſpecia-
liori iure .
- 10 Hoc tamē non obſtantē , dicendum eſt ,
non obſtare Priuilegium hoc , ſi reperiatur ,

in quocunque Barone domiciliij , vel origi-
nis , & conſequenter ſemp̄r p̄eferri Baro-
nem loci patrati ſceleris . Et ratio eſt , meo
iudicio , euidens , quia ex vulgatis iuribus
priuilegia ita intelligenda ſunt , vt ſaltēm ,
quanto minūs poſſint , infeſtant tertio p̄e-
iudicium , quando tertij p̄ejudicium non
exprefſe ponitur in priuilegio : quē conclu-
ſio certa eſt , potiſſimū , quia adeſt alia
communis conclusio , qua euincitur , nun-
quām priuilegium ceneſi concedūt in
minimum etiām tertij p̄ejudicium ex l. 2.
§.meritò & §.ſi quis à Principe ff. ne quid in
loco publico , cum alijs adductis à Sanfelicio hīc
num. 1. & ſeqq. cum igitur Priuilegium ,
quod ſolent habere Barones , cognoscendi
ſcilicet crima vassallorum , quamvis pa-
trata extra territorium , ſit tantū in odium
vassallorum , non in p̄ejudicium alterius
Baroni , quod euidens eſt , quia in Priuile-
gio non poſſet p̄ejudicium infeſſi omnibus
Baronibus , dum etiām ipſi Baroni , cui
conceditur , infeſſetur , ſiquidem alius Baro ,
qui ſimile priuilegium habe ret , cognosceret
crimina ſui vassalli patrata in illius terri-
torio ; ſicque priuilegium hoc modo concep-
tum non eſt vere priuilegium . Vnde , vt ta-
le dicatur , debet intelligi confeſſum in
odium vassallorum , qui nequeunt , quamvis
in alieno territorio delinquentes , naturam
naturali Baroni ſubditam perde re , quocun-
que vadant . Cum , inquam , hoc ita ſe ha-
beat , ſcilicet , vt ſimile priuilegium ceneſa-
tur confeſſum in odium vassallorum , non
autē in odium , & p̄ejudicium omnium
aliorum Baronum , euidentissimē ſequitur ,
illud non operari , vt , qui eo gaudent , potio-
res ſint Barone loci commiſſi ſceleris , & vt
huic p̄ejudicium aliquod infeſſatur circa
iurisdictionem , quam habet à iure commu-
ni , cui non derogari per hoc generale pri-
uilegium neceſſe eſt , cum illud nullam ha-
beat particulam derogatoriam , & conſe-
quenter coſtitutiu m ſit iuri communis ,
vt ceteras reſpoſiones deſeram hic à San-
felicio traditas .

Ex quibus omnibus breuiſſimē exami-
nat is , videtis iam , an vlla ſit facienda viſ in
decifione 505. Vincentij de Franchis , vt benē
perp̄edit Ferdin. Rou. loc. cit. an autē benē
proceſſerit decisio relata à Reg. Sanfelicio .

11 Hinc collige primò , poſſe eſſe quæſtio-
neum int̄ Iudicem domiciliij , & originis ,
p̄eferri verò Iudicem domiciliij , vt ait
idem Reg. Sanfelic. hīc ſub num. 9. & tenent
Capib. alijque , quos reſerunt , & ſequuntur
Laganar. loc. cit. num. 13. & Scialoya d. cap. 3. 8.
num. 23.

12 Collige ſecundò , remiſſiones has ceſſare ,
quoties Iudices ſtant ſub diuerſis Principi-
bus

bus, ut videre est apud omnes citatos audiores, & præcipue Rouit. Dominos de Luca, &
13 Altimar. locis citatis, & Sesaloyam d. cap. 39. num. 21. sed remissiones huiusmodi delinquentium de uno Regno ad aliud confugientium esse faciendam, saltè de urbanitate, vbi i Principes confederati sunt, prævia tamè requitoria, & summaria criminalis informatione, uberrimè demonstrauit Merlin. d. cap. 95. per totum videndus, cum casus euenerit, dum multa necit scitu digna.

14 Hic autem quæri opportunè potest, an attendatur Iudex loci cœpti delicti, an iudex loci, in quo delictum fuit commissum. Reg. Merlin. cent. 1. contr. forens. cap. 80. post tractatam uberrimè materiam, decisum refert, inquisitum fuisse remissum ad iudicem loci delicti cœpti. Illum vide, cum verè eius dictis nihil addendum putem. Vnde bene eius icta rescripta Capibl. ac Baron. tō. 3. cap. 61.

Ego verò brevissimè distinguendos, puto, duos casus ad huius dubitationis resolutionem, & quarumcunque sententiarum conciliationem. Aut enim inceptio delicti nullum in se continet crimen, sed totum reputatur in consumatione, & tunc attenditur iudex loci, in quo delictum fuit commissum. Patet hoc, quia crimen non dicitur commissum in loco, in quo cœptum est. Quare militant ea, quæ necit pro iudice consumati delicti Merlin. in d. cap. præcipue à num. 11.

Aut verò inceptio delicti crimen continet, & penam illi consequenter correspondet; & tunc attendendus est Iudex præueniens, cum quisque ex his possit crimen in suo territorio commissum punire. Quare hoc in casu militat ea sententia relata ab eodem Merlin. quæ vult, ut attendatur iudex consumati delicti.

15 Hinc collige primò pro primo capite distinctionis, quoties inceptio delicti non continet vlo modo crimen, vnicū dicitur delictum consistens in consumatione, quæ eadem est, ac patratio criminis.

16 Collige secundò pro secundo capite eiusdem distinctionis, quoties inceptio delicti aliquod continet crimen, postea dici vñicum, & duo delicta. Vnicum profectò ratione penæ, si actus non interrupatur, ac proinde delinquentem vñica puniendum ex pena, habito respectu ad perfectum crimen consistens in consumatione. Duo verò ratione iudicij, cum vterque Iudex tam loci incepti criminis, quam consumati possit procedere. Hacque distinctione tutissime omnes opiniones conciliantur, casusque quicunque, qui accidere possent, resoluuntur, ut consideranti patere potest.

- 2 Remissio causa criminalis non competit Baronii post sententiam, sed vide num. 5. & 6.
- 3 Magna Charta habet iurisdictionem ordinariam in toto Regno.
- 3 Feudatarij an dicantur babere iurisdictione priuatiud ad Regios.
- 4 Baro sciens, contrà suum vassallum procedi in alio Tribunal, nec comparens, prorogat illicius iurisdictionem, secus vero, si id ignoraverit.
- 5 Baroni non competit remissio causa criminalis post sententiā, si delictum compositionem non admittat.
- 6 Baroni competit remissio causa criminalis post sententiam, si ille ignorauerit, contrà suum vassallum procedi, & delictum compositionem admittat.
- 7 Baro quid teneatur probare, cum petit cause remissionem post sententiam. Et quid possit probare Fiscus.
- 8 Fides adhibenda est potius testibus affirmantibus, quam negantibus.
- 9 Ignorantia ab allegante probanda!
- 10 Remissio causa ciuilis post sententiam denganda est Baroni, & quare.
- 11 Baroni potest competere remissio quoad sententiae ex equationem.

DILVICIDATIO DECIS. LXIX.

Tria habet hæc decisio. Primum siquidem est, in causa criminali post sententiam Baroni non competere causa remissionem, siveque decisum. Secundum, idem dicendum in causis ciuilibus. Postremum vero, circiter sententia exequitionem posse Baroni competere remissionem, prout decisum testatur Thbor. compend. dec. vol. 2. f. l. § 73. vers. remissio.

1 Quoad primum habemus consonam decisionem relatam à Reuert. in dec. 268. quam etiam refert Anna sing. 56. hancque opinionem sequuntur omnes ij, quos refert præter citatos, Dom. Rodoer. ad lib. 1. Reg. de Marin. cap. 34. & adeo decisio relata per Consil. Rocc. ref. 37. tom. 2. disp. 2. quæst. 8. sect. 2. n. m. 1059. & Dom. Rodoer. loc. cit. nec non Roccus d. resp. 54.

Pro contraria vero opinione steterunt Reg. de Marin. in d. cap. 34. & in obseruat. ad d. decis. Reuert. 268. omnesque ij, quos refertur Carleual. de iudic. tom. 2. disp. 2. quæst. 8. sect. 2. n. m. 1059. & Dom. Rodoer. loc. cit. nec non Roccus d. resp. 54.

2 Fundamenta prioris opinionis varia sunt, Primum, quod adducit noster Regens, vide licet, quia M.C. habet ordinariam iurisdictionem in toto Regno; igitur, si reum damnauit, validè damnauit, nec potuit validi

lilitatem turbare remissio , quæ petita non fuit .

Secundum est , quia , si post emanatas sententias remitterentur Rei , tribunalia inferiora cognoscerent , reuiderent , refrenarent , vel nulla redderent , quæ Tribunal superius , quale est M. C. & S. C. gesit , quod videtur maximum absurdum .

Tertium , quia sententia lata nocet Reo , qui tenebatur comparere , & priuilegium allegare , ergo eadem ratione nocebit Baronis .

Fundamenta secundæ opinionis sunt directè contraria priori , eiusque Asseclz di-
gnoscunt Antisignanum *Andr. in cap. Imperialem s. præterea si inter duos num. 79. & in s. nec Dominus post numer. 48.* qui supponit ignorantiam Domini .

³ Primum est , quia feudatarij dicuntur habere iurisdictionem priuatiuè ad Regem : vnde coram quoconque Iudice litigetur , Barone incio , dicetur vassallus litigare coram Iudice incompetente , ergo sententia semper erit nulla , ac proinde remissio competet etiā post sententiam .

Secundum est , quia cum huiusmodi remissione cōsuleretur Baronibus multis grauatis oneribus , dum illi non reuiderent , nec Tribunalium superiorum sententias reformarent , sed illas componerent , suisque egestatisbus consulerent .

Tertium , quia , cum Barones habeant iurisdictionem priuatiuè ad omnes alios iudices concessam , vt optimè probat *Foller. in praxi crim. par. 1 secunda partis rubr. Audiantur excusatores n. 68.* non potest pars consentiens præiudicium inferre Baronibus . Vnde non valet modus hic arguendi . Sententia lata nocet Reo , ergo Baroni incio .

Hæc pauca , vt officio meo fungerer , breuissimè scripta longo calamo exarata apud citatos D.D. reperies ; nunc , quid concludendum pro hoc primo punctione , pari breuitate videamus .

⁴ Equidem fateor , totam difficultatem versari in scientia , vel ignorantia Baronis de actis coram alio Iudice , puta M.C. vel S.C. in qua ratione fundatur *Andreas loc. cit.* Nam , si Baro sciat , quæ contrà eius vassallum aguntur , nec curat comparere , petendo tanquam Baro remissionem , tacite consentit , & ex tacito consensu resulet prorogatio iurisdictionis superioris , vt cum *Eliseo Danza* concludit *Reg. de Marin. in d. obseru.*

E contra verò , si Baro acta ignorauit , videtur posse remissionem petere quoad suum intercile , cum acta facta nullum potuerint illi præiudicium parare . Quod si reformatum sententiam tribunalis superioris per huiusmodi remissionem in , defectus erit natura-

humanæ , quæ rerum omnium scientiam non possidet ; præter quam quod , vt bene *Dom. Rodoer. loc. cit.* vtitur ille iure suo , quicquid sit , si per accidens reformatio sententiaz iudicis superioris sequatur , cum lex nostra de huiusmodi euentibus non curet . Igitur duo hic consideranda sunt , ignorantia faci , & intere ste Baronis ; quare sic in praxi procedendum arbitror pro conciliatione vtriusque opinionis . Nam , petente Barone remissionem post sententiam in criminali latam , videndum est , an delictum sit tale , quod compositionem patiatur ; si enim compositionem excludat , quia non consideratur interesse Baronis , non obstante remissione petitæ , poterit sententia executioni demandari .

Nec posset conqueri *Reg. de Marin. in d. cap. 34. cum &c.* siue reus remittatur , siue secus , nullum Baro interesse sentiat , dum totum interesse est Rei , cui sententia lata nocet , ex traditis per *Reuert. loc. cit.*

⁶ Sin autem delictum non est de exceptis ; sed compositionem admittit ; tunc dandus est terminus super petitæ remissione , in quo , quia interuenit interesse Baronis , videndum erit , non modò de Baronis priuilegio , sed de eiusdem ignorantia , vel scientia super illo facto : vnde illo in termino Fiscus probare poterit , factum illud notum fuisse aliquibus ciuibus , & ipsiusmet Baronis vassallis , à quibus verisimiliter potuit factum illud audiri . Dixi , aliquibus , cum vni vix credatur . Si igitur Fiscus hoc probabit , succumbet Baro ; nam moraliter loquendo , impossibile redditur , vt vassalli referre non curarint Baronis , quæ contra eius vassallum agebantur , cum potissimum Barones prompti sint ad remissionem petendam ; Baro autem , præter eius priuilegium tanquam vsu receptum exhibendum , debebit positiuè probare per testes , nullibi ab hominibus ipsi subditis , nec ab alijs fortè , auditum antè petitionem remissionis , agi contra eius vassallum in alia quævis curia .

Sed nota , hanc probationem , tanquam negotiū , elidi per affirmatiuam Filci . Vnde eatenū subsistet , quatenū Fiscus non probabit , quod suprà exposuimus ; quandoquidem nota est regula , qua edocemur , affirmantibus potius , quam negantibus esse fidem adhibendam , de qua *Lart. ibique addent. in l. diem proferre s. si plures ff. de recep. arbi.* Quid enim iuuat , probari aliquid non fuisse , si fuisse constat probationibus :

Dixi , Baronem debere probare positiuè per testes , ad excludendam verisimilitudinem , qua argui potest , illum sciuisse ea , quæ contra vassallum fiebant , cum ad eum spe-

⁹ Get probatio ignorantiaz , qui eam allegat

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 169

tanquam fundamentum suæ intentionis, ut ex Felin. & alijs deducit Mascalde probat. vol. 2. concl. 879. num. 39.

Sicque intelliges, & limitabis decisiones Regentis Sanfelicij, vt omnia DD. placita concilientur, vt Baronum interesse respiciatur, nec non delicta enormia puniantur.

10 Quo ad secundum in causa civili, post sententiam dene gandam esse Baroni remissionem secundum nostrum Reg. ex dictis patet, & concurrit Reg. de Marinis in d. cap. Nullum enim interesse Baronis consideratur, nec litibus vñquam finis imponeretur, sicque tenendum ex Reg. de Marinis consilio, quicquid alij ad ingenij pomparam ostendendam dixerint: pro qua nostra opinione faciunt etiam tradita à Rocc. d. resp. 37. num. 8.

Quo ad tertium etiam ex dictis patet resolutionis; nam sententia nomine illius est executioni demandanda, cuius nomine prolatæ est, nec iudex executior mere exequendo iurisdictionem ostendit. Supèr qua re vide ea, quæ dicimus in dilucidatione decisi. 419.

SVMMARIVM.

- 1 Regia Camera est iudex competens, cum declarandum est, successionem auferendam ab aliquo tanquam indigno.
- 2 Feudales lites in quonam Tribunalis dirimuntur.
- 3 Feudales lites, attento iure communi feudorum, si domini directi interesse respiciant, deciduntur coram paribus Curiæ, de iure Regni in Reg. Cam.
- 4 Feudales lites, vbi nullum adest directi Domini interesse, deciduntur de iure communi feudorum coram Domino feud. sed de Iure Regni in S. C.
- 5 Caræ feudales infra viginti vncias in Regno deciduntur tam in M. C. V. quam in ceteris curijs inferioribus. Quod latè probatur.
- 6 Iurisdictione concessa alicui, an, & quando intelligatur cumulatiæ, vel priuatæ ab ordinario.
- 7 Cognitio causarum feudalium fuit concessa S.C. priuatæ.
- 8 Officiales Regiae Camerae sunt in illa conueniendi.
- 9 Regia Camera an possit mittere S.C. literas bortatoriales pro cause remissione.

DILVCIDATIO DECIS. LXX.

D Ecisum hic reperimus, orta lite in S.C. inter partes ob fraticidium ab altera ex partibus commissum, altera præten-

dente homicidam, tanquam incapacem, remouendum à successione; nec non instance fisco in Reg. Cam. declarari ad ipsum spectare successionem, remoto homicida, non tanquam incapaci, sed indigno, fuisse ortam difficultatem, in quonam tribunali esset agendum, & per Collaterale Consilium decisum, causam inter partes terminandam, per S. C. eam verò inter alteram ex partibus, & Regium Fiseum decidendam fore, in Reg. Cam. Nos verò quo ad incapacitatem succedendi videbimus in dilucidatione decisione. 412. lib. 3. vbi inspiciemus, an vera sint, quæ scriptæ ibi Seuerinus, quæque adduxit Dominus Altimar. ad cons. Rouit. 15. 20. 2. Interim ad materiam nostræ decis. vide Rocc. respons. 55. tom. 1: & Dom. D. Carolus. Petrus ad Ritum 272. num. 5. 1. tom. 3

2 Hinc, re nata, quæ potest, in quonam tribunalis lites feudales dirimuntur, dum in feudis fiscus videtur fundatum habere interesse. Qua supèr re scripsimus in nostra Ariadna feudali in tis. 1. §. notandum quæst. 4. Hic verò, quæ ibi fuse scripsimus, restringemus.

3 Ibi ergo diximus, attento iure communi feudorum, orta lite, quæ Domini directi interesse respiciat, eam coram paribus curiæ esse decidendam, ex cap. 1. §. præterea si inter dominum: attento verò iure nostri Regni, cum agitur de interesse fisci, litem decidendam esse in Regia Camera, ex cap. 15. instruct. Regis Feder. inserto in Pragm. 12. de offic. procur. ex pragm. 61. & 62. cod. tit. & 37. de offic. S. R. C. Quod intelligendum diximus de interesse præsentaneo, secùs de futuro, & dubio, quia tunc proceditur in S. C. cum assistentia fisci patroni ex Vinc. de Franch. decisi. 117. & Rouit. ad dictam Prag. 63. nn. 2. & 5. de offic. procur. Caesaris.

4 Sin autem non agatur de interesse Domini directi, sed quæstio sit inter partes, diximus, de iure communi feudorum, iudicem esse dominum feudi, ex cap. ceterum: extra de indic. alijisque: de iure verò nostri Regni esse S. C. ex ordinatione Regis Ferdin. Primi impressa in Prag. 3. sub tit. de offic. S. R. C. vers. ve autem, dummodò causæ non sint infra viginti quinque vncias, quoniam tunc tam M. C. quænam ceteræ Curiæ inferiores essent iudices competentes. Hanc opinionem sequuti sunt Caravitis. & Muscarell. per nos loc. cit. relati.

Quoniam verò opinionem hanc in dubium reuocauit Dom. D. Carolus Petrus in suis Commentarijs, & propriè in rit. 50. & 60. illum impugnauimus, & pat est, vt hic aliqua de huiusmodi impugnatione negamus.

6 Asserebat præfatus Iureconsult. locis ci-
tatis,

tatis, iurisdictionem concessam alicui intel-
ligi cumulatiū, non priuatū ab ordina-
rio: vnde cognitio de rebus feudalibus cū-
mulatiū concessa intelligenda erat M. C.
quod ostendere, aiebat, præfata Pragmati-
cam, quæ non solum delegat Sacro Consilio
causas feudales, sed etiam alias excedentes
summam viginti quinque vnciarum; sicque,
si priuatū intelligeretur concessa Sacro
Consilio huiusmodi facultas, Magna Curia
non posset quidem definire causas exceden-
tes illam summam, quod falsum est, idem-
que dicendum de causis feudalibus.

Nos autem ibi respondimus, eundem illi-
mè apparere ex ipsa Pragmatica cognitionē
causarum feudalium concessam S.C. priua-
tiū; nam, cum in d. Pragm. hæc ponatur
Aliorumq; omnium (subintellige feudorum)
de quibus cognoscere superiori tempore con-
suet M.C. indubitatum est, per ly, superio-
ri tempore consuevit, nobis ostendi, ipsimet
M.C. denegari futuro tempore cognitionē
rerum feudalium, quæ consequenter pri-
uatū concessa intelligenda erat S.C.

Dicendum præterea, vel M.C. concessam
esse superiori tempore facultatem cognitionē
causarum feudalium cumulatiū, vel
priuatū. Si cumulatiū, iam per hanc ultimā
Pragmaticam transferri facultatem
in S.C. & nou in M.C. ex ijs verbis, cognitionē
nem eidem subiçimus, nec dicitur & M.C.
vnde intelligendum, concessam S.C. faculta-
tem priuatū, sicuti in Themate dispositio-
nis cōceditur facultas insuffandi spiritum.
Vel priuatū, quod verius; & per hanc dis-
positionem int̄ligi translata in facultatem
etiam priuatū; nam, dum statim dicitur.
Tales enim causas ad alias Curias inferiores
cognoscendas remittimus, suadeamus, non re-
mittimus alias, de quibus anteā erat sermo,
int̄r quas extabant feudales. Paritas autem
ab alijs causis deductā, quæ, licet excedatur
summa viginti quinque vnciarum, Magna
Curia cognoscit, non infringebat communem
opinionem, dum Rex Ferdinandus,
quemadmodum non denegauit M.C. faculta-
tem cognitionis causarum feudalium in-
fra viginti quinque vncias, ita nec voluit, vt
ipsa non valeret cognoscere causas exce-
dentes præfatas vncias, dummodo videlicet
non essent feudales.

Vnde cognitio causarum infra viginti
quinque vncias intelligitur super feudalib-
us, vt idem *Caraunta* non negat *in ritu 50.*
circa finem. Ceterum certum est, M.C. posse
causas ultra d. vncias cognoscere, dummo-
do non sint feudales. Quarē concludebam,
Sacro Consilio concessam priuatū cognitionē
causarum ultra viginti quinque vncias
feudalium tantum, non autem aliarum

non feudalium, de quibus d. Pragm. non me-
minit, nec immerito, dum valet illas, quam-
uis dictas vncias excedentes, definire M. C.
quæ, quamvis definiat causas feudales ultra
vncias, hoc accedit, quiā partes consentiunt,
quod aliter eveniret, si alterutra remissio-
nem peteret ad S.C.

Hinc profectò non ab re dicebam, Ferdi-
nandum soli S. C. talem facultatem conce-
sisse, si quidem, dum, attento iure communi
feudorum, iudex causarum feudalium inter
partes erat Dominus feudi, iure optimo ille
disposuit, vt S.C. sentētias proferēt nomine
Regiæ Maiestatis dignosceret, quod ad Re-
gem ipsum, tanquam directum dominum
feudorum, spectaret. Hæc, & alia cumulaui
contra Dominum D. Carolum Petram, à quo
non mirabar M.C. acerrimè defensam; par-
enim erat, vt Magna Curia cum tunc iudi-
cem haberet aduocatum.

Ex his colligebam, præfata omnia falle-
re in officialibus Regiæ Cameræ, qui in illa
conueniendi sunt, ad l. penult. C. ubi causa
fiscales, & est punctualis decisio 7. Reuers. ubi
Reg. de Marin.

Maiorem autem dubitationem argue-
bam in videndo, an posset Tribunal Regiæ
Cameræ mittere ad S.C. literas hortatoria-
les pro remissione causa eorum officia-
lium.

Pro qua re adduxi decretum generale
ejusdem Regiæ Cameræ, neconon oratio-
nem Cōsiliarij Hyacinthi Cangiani viri do-
cti simi, integrissimi, moribus, & pietate
nemini secundi, qui, licet mundo perierit,
eius tamè fama viuet, nec meo peribit ca-
lamo; vt autem eius virtus vnde eluce-
scat, illa denuò hic referam, estque sequens.

Cum Tribunal Regiæ Cameræ Sum-
maria nudius tertius miserit ad S.R.C. literas
hortatoriales pro remissione causa
cuiusdam officialis, fuit hoc apud nonnullos
Dominos habitum pro novo, prætextu,
quod debebat comparere is, & petere remis-
sionem prædictam, ad t. ex. in l. 2. ff. si quis in
ius vocatus. Ibi. Ex quacunque causa vocatus
ad Praetorem venire debet, & fuit practica-
tum in causa quæ. Presidentis eiusdem Regiæ
Cameræ Salinas, vt ex decisi. Reg. Rouiti 74.
vbi sub num. 7. refert, pro his fuisse adductas
plura exempla, & eo fortius, quod Tribunal
S.C. est dignius.

Verum, & si Tribunal S. C. vti dignius
præcedat R. C. Summ. ex Pragm. 1. & ibi
Reg. Tapia de off. S.C. Marc. Ant. Surg. lib. 1.
cap. 26. de Neap. illustri. Tasson. super Pragm.
de antefato, obseruat. 3. Reg. Rou. conf. 102. vol.
2. Marin. Frecc. de subfend. lib. 3. diff. 1. num.
19. in quibus habebis alia quamplurima ad
ornatum; tamè hoc non in detrimentum
alte-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 171

alterius procedit, ut de Traiano Imperatore dixit Plin. in suo Panegir. Ibi. Tu omnibus quidem maior es, sed sine ullius diminutione, maior. Nec Regia Camera est S.C. subordinata, sed Tribunal est, nendum supremum de per se, & coequalis illi, sed etiam eius officiales nullum alium iudicem habent, neque habere possunt, nisi Regiam Cameram, ad tex. Et ibi gl. in l. penult. C. ubi causa fiscales Reg. Rouit. d. dec. 74. num. 7. Reg. Tap. de iure Regni in Rubr. de off. Proc. Caesar. num. 11. Et adeo gl. punctualis in l. 2. vers. aut est certum ff. si quis in ius voc.

Tamen, quicquid sit, quoad ipsos priuatatos officiales, an teneantur comparere, vel ne, animaduertatur, quod in nostra hypothesi sumus inter Tribunal, & Tribunal supremarum curiarum, cum quibus propter earum eminentiam nil cadit de iure comparatio, quæ importat subiectionem legalem, sed tantum exhortatio, siue literæ hortatoriales, ut est gl. punctualis in Clem. de testib. cap. non Iudex M.C. V. Baldaxar de Angel. ibidem per additionem. Reg. de Marin. in decretis per eum congestis eiusdæ R.C. decreto 458. vbi etiam testatur, nendum de anno 1500. fuisse per Regiam Cameram missas literas hortatoriales ad S. C. sed etiam in anno 1587. ordinata verba, quibus dictæ literæ concipi solent, nempe per verbum, placeat.

Quibus adde, quod istæ literæ hortatoriales non sunt, nisi cum magno honore eius, cui diriguntur, quia aliqui illi Doctores, quibus lyncei oculi, nendum in negotijs fuerant, veruni etiam in verbis perpendens secundum eorum naturam, ac proprietatem, non per verbum, moneo, quod importat contumaciam, & auctoritatem, dictas literas ordinauerunt, sed per verbum, hortor, quod est per preces, & rationes obtainere. Ambros. calepin. super eod. vers. hortor. Cice. ad Lentulum, ibi, hortari, & orare, ut magnam infamiam fugiant. Et fuit practicatum cum Imperatore Claudio ob nuptias Octauij eius filij. Tacit. lib. 12. Ibi sententiam orando exprimere, qua hortabatur Claudius Octauiam despödere Domitio, & est tex. ad literam in d. cap. recolentes de stat. monachor. Ibi ideoque precibus exhortamur, ut ille &c. ubi loquitur Papa cum Abbatibus, & conuentu Cirstiensensis ordinis, quod est fortius ob eorum.

subiectionem Pontifici &c. Hæc ille.

Quoniam vero, ut ibi dixi, marceret sine adversario virtus, nec parcendum amico ad veritatem eruendam, obiectiunculam quandam apposui, sed solutionem etiam intextam volui.

Hæc erat. Ratio quare Tribunal comparere non teneretur, esset, quia comparatio importat legalem subiectionem, quod falsum videtur, dum clericus, qui vigore ritus comparet, non ideo subiicitur iudici seculari.

Respondi tamèn, quicquid sit de dispositione Ritus, notorium sacerdotem non teneri comparere, dum constat, illi esse iudici ecclesiastico subditum; siveque à pari in nostro casu; nec vrgere paritatem de clero, qui forsan vigore Ritus earenus comparet cogitur, quatenus non supponitur clericus; at in casu proposito nō dubitatur de qualitate personæ. Omnia autem, quæ scripsi, vberius vide in mea Ariadna loc. cit. cum hic tantum ea compendiosè apposuerim.

S V M M A R I V M .

- 1 Pæna pecuniaria nata ex criminis, pro quo fuit aliquis citatus ad informandum, facta contumaci, an requirat nouam citationem. Sed vide num. 7.
- 2 Pæna duplex quandoque imponitur pro eodem crimen.
- 3 Pæna duplex pro eodem crimen, quando utraque veniat primari; quando autem una primari, altera accessoriæ.
- 4 Pænarum cumulatio quid operetur.
- 5 Citatio, ni facta sit ad omnes actus usque ad sententia exequitionem inclusuè, non sufficit ad exequitioni demandandam sententiam.
- 6 Contumax in uno actu nullum sibi praividicium infers quo ad alios.
- 7 Citatio non requiritur pro exequitioni demandanda pæna pecuniaria, cum expedita est citatio ad informandum cum inserta forma citationis ad dicendum, quarè exequitioni demandanda non sit pæna pecuniaria.

DILVCIDATIO DECIS. LXXI.

Decisum hic non reperimus, an factio aliquo contumaci pro criminis, pro quo fuit citatus ad informandum, possit contra eundem exequitioni demandari pæna pecuniaria, quæ nata est eodem ex criminis præter corporalem, absque noua citatione. Veruni Reg. Sanfelicius in calce decisionis ait, alias fuisse in praxi receptu, in M.C. contra contumaciam pro pæna pecuniaria.

niaria, contra quem citatum ad omnes, & singulos actus, accusatis contumacijs, processum fuit ad pœnæ exequutionem.

Pro hac ergo praxi standum: quare ad vertendum est, quandoque pro vno criminis duplice extare pœnam, scilicet pecuniariam virtute alicuius obligationis, & corporis afflictuam ex ipso crimen ortam; utraque vero dicetur principaliter venire, nec pecuniaria erit dicenda accessoria, quia non nascitur ab altera pœna. Quod idem, dicendum est, cum pœna pecuniaria non eritur virtute obligationis, sed etiam ex delicto; puta, si eodem pro crimine loco pœnam corporis afflictuæ imposta sit pecuniaria; tunc namque utraque venit primarij; sicque citatio ad informandum non sit pro pœna pecuniaria, cum huiusmodi citationi fieri nequeat in Regno, ni vigeant indicia ad torturam, ex Pragm. 37. S. 1. de off. magistr. Instrut. & consequenter cum venit imponenda pœna ultra relegationem, igitur illa citatio non deseruet pro pœna pecuniaria: quare, accusata contumacia virtute, huiusmodi citationis, non intelligetur ea contracta quoad pœnam pecuniariam, ad quam exigendam non emanauit talis citatio, sed contracta tantum quoad pœnam corporis afflictuam, cuius studio ea emanauit: merito igitur pro illa exigenda requiritur noua citatio, vt factio deinde reo contumaci, possit virtute ultimæ citationis pœna pecuniaria exequutioni demandari.

Nec sufficit, vt præueniat instantia, & utraque pœna enunciatur in libello; qua propter citatio subsequens intelligatur etiam facta pro pœna pecuniaria: exactio ne, nam pœnarum cumulatio in libello operatur tantum, vt possit actor, seu fiscus utramque eligere viam, non autem, vt citatio pro utraque pœna intelligatur, cum vere illa non egrediatur, vt diximus, pœnam corporis afflictuam.

Quod si in quocunque iudicio non sufficit prima citatio ad hoc, vt contra contumacem mandetur exequutioni sententia, ni illa sit facta ad omnes actus usque ad sententiaz exequutionem inclusiue, ex theoreta Bartoli in tract. ad reprimendum verj. per edita, licet non necesse sit exprimi, vt reus veniat ad audiendam sententiam contra se ferendam, cum sententia possit ferri tam pro reo, quam contra reum ex l. properandum S. & si quidem C. de iudic. vt bene notat Vinc. de Franch. decis. 457. num. 7. quanto fortius non sufficiet citatio ad informandum, quæ nullo prorsus modo fuit expedita, ad pœnam pecuniariam exigendam, sed tantummodo ad pœnam corporis afflictuam,

Hinc valde conferunt dicta *Gloss. in Clem. s. p. ver. paribus de verb. signif. dicentes, absentem, & contumacem in vno actu, nullum sibi præjudicium inferre quoad alios. Quod intelligendum est, quotiescumque vnu actus alteri non accedit. Ex his 7 Collige, nullam aliam requiri citationem, si cum citatione ad informandum esset etiam inserta citatio ad dicendum, quare exequutioni demandanda non sit pœna pecuniaria usque ad sententiam, eiusque exequutionem inclusiue, sed posse virtute prestatæ citationis acculari contumaciam, tam habito respectu ad pœnæ corporis afflictuam, quam pecuniariam; hancque deinde absque noua citatione exigi. Cetera vide apud Amendol. Ricc. & Dom. de Luca ad prefat. decis. Vinc. de Franch. pœnas versus extrahentium ad ornatum huius decis. lege in Pragmaticis sub tit. de extractione. Consil. Roccum tract. de offic. rubr. 14. S. 1. ubi varia de priuilegijs extractionis, nec deferas allegationem 86. adductam à Reg. de Martin. lib. 3.*

S V M M A R I V M :

- 1 *Aetio multiplex intentari potest, non obstante contrarietate.*
- 2 *Actiones diuersæ cumulari possunt, dummodo una non destruat aliam.*
- 3 *Actiones incompatibilis nequeunt cumulari.*
- 4 *Actionibus incompatibilibus propositis, una potest suspendi, altera exerceri.*
- 5 *Actiones, quæ cumulari possunt, licet queant esse contraria, nequeunt tamè esse contradictiones.*
- 6 *Actiones contraria possunt diuersis temporibus intentari.*
- 7 *Iudicium absorbens, propositis actionibus contrarijs, terminandum est.*
- 8 *Actiones, si nequeunt cumulari, una intentata, non currit tempus respectu alterius.*
- 9 *Actionibus inter se compatibilibus cumulatis, dato absolute termino, præsumitur, iudicem illum dedisse respectu omnium actionum.*
- 10 *Actiones cumulari possunt tam ante, quam post litem contestatam.*
- 11 *Actionibus pluribus propositis, quando quis renatur unam eligere, quando autem utramque prosequi.*

DIVLCIDATIO DECIS. LXXII.

Deciso hac optimè, & vberimè mate- riam cumulationis actionum expli- cat, atque, petentem omnia feuda, tanquam hæredem, & proximiorem præmortui, licet huic

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 173

huic viuenti ante se opposuerit, putans, ea fenda ad se spectare, non ad illum, nihilominus tamē potuisse, suspensa prima actione, secundam pericitari, non obstante exceptione contrarietatis à colligatore, opposita; sicq; decisum multiplici ex capite.

Primo, quia in primo libello, in quo primam intentauerat actionem, concludebatur, condemnandum illum ad relaxationem rerum particularium; in secundo vero totam hereditatem feudalem, siveque haec duæ diversæ actiones non inducunt contradictionem,

Secundo, quia iudicium primum erat rei vindicationis super re particulari; secundum vero uniuersale; unde cessat etiam contrarietas; & quia secundum hoc absorbet primum, ideo hoc secundum debebat ille prosequi.

Tertio, quia ille egerat ex novo iure superueniente diverso tempore; siveque non dicitur cumulatio.

De cumulatione autem actionum latissime suo more egit Carleual. à Reg. Sanfelicitatus in addit. ad hanc decis. tom. 2. lib. 2. tis. 2. disp. 2. Ut ergo nos aliqua nequam in materia, de qua Reg. Sanfelicitatus notandum est primo, & principaliter, posse cumulari actiones diuersas, dummodo sint inter se compatibilis, nec una destruat aliam, ita DD in l. edita C. de edend. de qua re videndi Surd. decis. 317. quæ exemplificantur à Capyc decis. 80. Guidon P. a. decis. 108. Boer. decis. 134. alijsq; relatis à Gallupp. in praxi par. 2. cap. I. num. 17. ad quem Dominus D. Franciscus Verdenus 34. inquit, ad lites dirimendas consultum esse, plures coaceruari actiones, ex l. si idem cum eodem C. de iurisd. omn. indic. quod Reg. Sanfelicitatus num. 20. probat etiam de iure nostri Regni.

3 Vnde, quotiescumque actiones sunt inter se incompatibilis, certum pariter est, cumulari eas non posse; potest autem altera suspendi; exerceri altera, ut in casu exposito à Reg. Sanfelicitatus enī non dicitur cumulatio actionum exercita, sed signata: quod idem est, ac si dicatur, actorem varias cumulasse actiones, quæ, quoniam incompatibilis sunt, exerceri minimè possunt, sed necessitate, ut una suspendatur, altera vero exercatur. Haec autem actiones, quæ simul coniunctim exerceri non valent, sed diuersis temporibus, non possunt esse in unicem contradictione oppositæ; possunt esse quidem contrarie, & diuersæ. Exemplo rem clarissime declaro.

Si Titius in libello exponeret, se velle esse heredem Sempronij, adeoque eius hereditatem peteret, deinde vero dicceret, se nolle esse heredem, ac proinde instaret, de-

clarari, ad se nullum ius spectare super bonis illius, vtique ab hac secunda instantia repelleretur, cum implicent hec duæ instantias, quamvis diuersis temporibus factæ, tanquam contradictione oppositæ; haecque contradictione stat in electione; quarè, dum Titius hereditatem voluit eligere, deinde vero oppositum petit, hic postremus actus tollit quicquid posuit primus actus electionis. Quod exemplum deseruiet consideranti ad indagandas contradictiones alias consideratas à Doctoribus in origine, & exequutione penes Sanfelicitatus num. 7.

6 E contraria vero, cum actiones non sunt contradictiones, sed contrarie, possunt diuersis temporibus intentari. Hoc icidem exemplo declarabo. Titius petit, declarari, ad se spectare fundum, tanquam suum, quod iniuste deti nebatur à Sempronio; deinde vero petat, ad se illum spectare, tanquam eius heredem; haec vtique petitiones non erunt contradictiones, quia non omne, quod una ponit, altera tollit, ut cum Philosophis loquar, sed utraque dirigitur ad fundum, contraria quidem actione, cum prima actio sit Reiuindicationis super fundo, altera petitionis hereditatis; adeoque poterit utraq; intentari, cum una alteram non destruat. Hocque est, quod voluere DD. à Sanfelicitatus num. 11. qui alijs terminis loqui sunt in idem reinci dentibus.

7 In his tamē actionibus illud profectò notandum, scilicet, iudicium absorbens prius fore terminandum, quod videtur annuere l. ut debitum, ubi Cyn. C. de hered. act. quod aduertit Sanfelicitatus num. 26. cum haec sit nostrorum Tribunalium praxis, optima ratione fundata, ut nempe prius decidantur articuli absorbentes, quam alij.

8 Ex his notandum secundò, cum plures actiones nequeunt cumulari, una mota, non currere tempus respectu alterius. Ita oculatè aduertit Rouit. ad Pragm. 16. de ordin. iudic. num. 3. ex l. contra maiores C. de inoffic. testam. Quod secundus esse dicendum, existimo, cum possunt simul iunctim cumulari; tunc namque, si inter se compatibilis sunt, & cumulatæ in unico libello; iudex vero, interloquendo, terminum impartiatur, intelligetur terminus datus super utraque actione, adeoque, si fuerint probata extrema unius, non autem alterius, non poterit actor, nisi priuilegiatus sit, reintegrati in termino, in quo, ea, quæ probare debuit, non probauit.

10 Notandum tertio, huiusmodi actionum cumulationem posse fieri, non solum ante litis contestationem, sed etiam post litens contestatam, quo casu nouus requiritur libellus, secundum Bald. in d. l. edita. Cætera vero quoad cumulationem variarum actionum

num

num vide apud Fabr. ad C. unde vi: defini. 8.
 1 Quando autem aliquis, plures proponens
 actiones, unam teneatur eligere, quando
 vero omnes prosequi, distinguendum, respon-
 denter Rolutus ad Pragmaticam 1. de ord. iu-
 dic. num. 10. secundum gloss. in cap. ut quis de
 elect. & elect. potest. in 6. & gl. in l. quod in
 baredem s. eligere ss. de tribus. act. vbi DD.
 quos, ne longior sim, deserio, ad eosq; mit-
 to letores, vt, huiusmodi distinctione adhi-
 bita, ea, qnz voluerint, sequantur.

S V M M A R I V M .

- 1 Casalia Ciuitatis Neap. gaudent omnibus priuilegijs concessis Ciuitati.
- 2 Casalia dicuntur membra Ciuitatis.
- 3 Officialis alicui casali datus in gubernium, an possit cognoscere suos subditos delinquen-
tes in ciuitate priuatiu ad aliis officiales ciuitatis, late discutitur, in dubium revocatis decisionibus relatis à Marciano, Merlino, & Sanfelicio.
- 4 Iurisdictio indiuisibilis potest diuidi quoad exercitium.
- 5 Iurisdictionis exercitium pluribus conces-
sum quomodo accipiendum.
- 6 Iurisdictio concessa cum clausula abdicativa quid importet.
- 7 Officialis habentes in gubernium casale an-
differant ab utilibus Dominis, & Feuda-
tarys.
- 8 Barones habentes merum, & misum Imper-
ium cognoscunt suos vassallos priuatue ad Regiam Iurisdictionem.
- 9 Casalia Ciuitatis Neapolis nequeunt ab ipsa separari, nec vendi.
- 10 Iurisdictionum diuisio potest fieri in casali-
bus.
- 11 Iurisdictio non intelligitur concessa, concessa
casu, quondam sub ciuitatis iurisdictione;
secus, si iurisdictio sit à Ciuitate indepen-
dens.
- 12 Princeps potest concedere casali iurisdictio-
nem, quam non habet.
- 13 Castrum habens ex se regimen non dicitur
membrum Ciuitatis.
- 14 Casalia separata à Ciuitate quoad regimen
gaudent immunitate ab hospitio militum.
- 15 Solutiones quomodo facienda sint à casali-
bus separatis à Ciuitate.
- 16 Voxem duens natam in casali Neapolis, an
gaudeat priuilegio concessso Neapolitanis à Regia Pragmatica.

DILVICIDATIO DECIS. LXXIII.

- 1 **V**lt hæc decisio, vt casalia Ciuitatis
Neap. gaudent omnibus priuilegijs,
quæ Ciuitati conceduntur. Verum, consti-

tuto aliquo officiali prefatorum casalium ;
 cum clausula abdicativa omnium homi-
 num, & personarum dictorum casalium, si
 reperiantur delinquentes aliqui in hac Ci-
 uitate, remittendi sint ad præfatos officia-
 les locorum, non tamè ex his casalia non
 2 remaneant membra Ciuitatis, cui suppo-
 nuntur, ad tex. in l. qui ex vicis ff. ad Munici-
 pal. sed hoc casu eorum officiales habendi
 sint ad instar ceterorum, qui eadem in Ci-
 uitate curias habent distinctas, quales sunt
 officiales Tribunalis Admiratæ artis ser-
 ci, aliorumque, sicque per M.C.V. decisum,
 idemque in alio casu decisum apud Mar-
 cellum Marcianum seniorem conf. 5. 8. tom. 1.
 Hæcque decisio M. C. de qua Sanfelicius,
 fuit renocata per S.C. sed deinde in causa
 reclamationis confirmata, vt videre est
 apud Reg. Merlin. controvrs. forens. cent. 2.
 cap. 72. vbi vberimè rationes protraque
 parte examinantur. Vnde ab re censerem,
 cas denuo ad trutinam reuocare.

3 Verùm negare non possum, nunquam
 me potuisse huiusmodi decisionibus ac-
 quiescere, ni solùm quatenus illæ possesso-
 rium respicerent. Ceterum delinquentem
 in Ciuitate Neapolis esse remittendum ad
 curiam officialis, cui datum sit in gubernium & officium casale aliquod, cuius ci-
 uis sit delinquens, ego quidem in iure fir-
 mum non arbitror; etenim, licet, quando
 aliquis sit constitutus officialis in casali ci-
 uitatis, quod non habere dicatur territorium,
 nec sit distinctum à ciuitate, iurisdictio
 censeatur concessa in personas vassallo-
 rum non circumscripcta territorio, ita vt
 exerceri possit, vbiunque deliquerint,
 ex Frecc. de subfeud. lib. 2. anff. 2. num. 21. Mi-
 nadois decis. 18. quem sequitur de Franch.
 decis. 45. 8. nu. 2. & 3. & Capiblanc. ad Pragm.
 S. de Baron. part. 1. num. 56. cum non impos-
 sibile sit, nec incompatibile, vt iurisdictio
 indiuisibilis diuidatur quoad exercitium
 respectu nonnullarum personarum, ex Bart.
 conf. 1. 89. num. 7. vol. 1. alijsque; hæc tamè
 iurisdictio non extenditur ad territorium
 ciuitatis: & ratio est, quia iurisdictio fuit
 concessa in personas qua addictas tali ca-
 sali: igitur in concessione fuit considerata,
 non solùm persona, sed eius qualitas. Iam
 vero, vbiunque ea delinquat, recogno-
 sci quidem poterit ab illo officiali, cui con-
 cessa fuit talis iurisdictio, non tanquam
 persona absolute, sed tanquam persona il-
 lius casalis, ac proinde hic officialis habe-
 bitur, tanquam iudex domiciliij, seu origi-
 nis, qui poterit vbiunque Reum sibi subdi-
 tum delinquentem, tanquam iudex com-
 petens, plectere. Non indè tamè fit, vt il-
 le præferatur officiali loci patrati sceleris,
 vt

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 175

et alias diximus, qui potentior est Iudice domicilij, & originis. Hocque ulterius patet, quia supponitur, esse diuisum exercitium iurisdictionis, sive officiale illius, cui concessa est iurisdiction in personas casalis, posse illas personas, vbiunque delinquerent, recognoscere. Igitur ex his sequeretur, delinquentem in illo casali, qui alias illius casalis ciuis non sit, sed Neapolitanus, vel alterius ciuitatis, non posse cognosci ab officiali illius loci. Patet hoc, siquidem illi officiali concessa est iurisdiction in personas casalis: quare nullam habet iurisdictionem in personas alterius loci. Sed hoc assumptum iam video non concedi, cum huiusmodi officialis nolit esse deterioris conditionis simplici Barone, igitur, quemadmodum ille, tanquam officialis loci commissi criminis, poterit cognoscere delinquentem, quamvis non vassallū, ita e contra eius vassalus poterit cognoscere ab officiali loci patrati sceleris, quamvis nullam hic habeat in personam delinquentis iurisdictionem.

5 Et ratio à priori est, quia exercitium iurisdictionis concessæ plurimis ita intelligendum est, ut nemo ex concessionarijs in huiusmodi exercitio turbetur, siveque, si officialis, qui exercitium habet iurisdictionis super casali, sive personis illius casalis possit delicta patrata in ciuitate, quæ est caput casalis, recognoscere, eo tantum pretextu, quia patrata sunt à suis subditis, turbaretur exercitium iurisdictionis concessæ officiali ciuitatis, qui diminutam tantum habet iurisdictionem, & inferioris conditionis est officiali casalis, qui posset delinquentes in casali, quamvis illi non subditos, recognoscere.

6 Vnde corrigendam arbitror imaginacionem; nam, quando alicui conceditur in gubernium, & officium casale aliquod, quod à ciuitate diuisum non sit, cum exceptione omnium, & singulorum hominum, & personarum casalis illius à iurisdictione, & potestate officialis ciuitatis, & vt exemplo utamur, à iurisdictione, & potestate Magistri Iustitiarij huius Regni, eiusque Locumtenentis, seu Regentis M. C. V. ac Vicemgerentis, & Iustitiarij Prouincie Terræ laboris in primis causis, & Capitanei eiusdem Ciuitatis Neapolis, hæc, & similes clausulae abdicatiæ hoc tantum operantur, scilicet, ut ciuitatis officiales, qui, tanquam officiales capitum casalium, que membra ciuitatis appellantur, possent recognoscere ciues illius casalis non diuisi quoad iurisdictionem à ciuitate, nequeant statte tali clausula, cognoscere, sed ij cognoscendi sint ab illo officiali, cui datum est

exercitium iurisdictionis cum tali clausula abdicatiæ; sed hæc clausula non poterit operari, vt, si subditi officialis illius casalis deliquerint in ciuitate, seu ciuitatis territorio, recognosci nequeant ab officialibus ciuitatis, tanquam officialibus loci commissi sceleris. Quæ duo diuersa sunt.

Vnde, licet, tam ab officiali casalis, quam ab officiali ciuitatis sub nomine Regis, siveque vnius Principis, exerceatur iurisdiction, vt notauit Merlin. loc. cit. post num. 33. vers. sed iterum, nihilominus tamè non inde fit, vt censeatur in præjudicium officialis ciuitatis concessum exercitium iurisdictionis officiali casalis, qui, ut superius ostendimus, esset potentior, si posset suos subditos in alieno territorio delinquentes priuatiè

7 ad Iudicem territorij cognoscere, cum alias officiales casalis, quibus casale illud datum est in gubernium, & officium, non habeant profectò maiorem iurisdictionem vtilibus Dominis, & Feudatarijs, vt ex Maſtrillo, & Galeota, aduertit idem Merlin. d. cap. 72. n. 5.

8 potissimum, cum ij. habentes concessionem meri, & misti imperij, sint Iudices suorum vassallorum, præsertim in primis causis priuatiè ad Regiam iurisdictionem, vt ex Maſtrillo, & alijs indubitatum aduertit Merlin. lib. 1. controvrs. forens. cap. 69. num. 1. & tamè, non obstante hac concessione priuatiè ad Regiam iurisdictionem, non obtinerent, si remissionem peterent vassallorum in alieno territorio delinquentium, & qui aliter sentiret, vtique erraret.

Nolle tamè, ut pro contraria opinione adduceretur decisio 18. Minad. quæ est sequens integrè transcripta. Quando conceduntur vassalli, & iurisdiction in vassallos, non circumscriptio territorio, & in priuilegio datur, nihil, seu nullam iurisdictionem in nobis retinentes, & vassalli delinquant extra territorium, & fuerit præuentum per Regiam Curiam, & carcerati, fit remissio; secùs, ubi iurisdictione fuisse circumscripta territorio, quia non est, & non fieret remissio. Ita dicebant, obseruatim, & fuit decisum in Mont. Virg. qui deliquit in Denticane in casalibus montis Fuscali, & fuit remissus, etiam quia concurrebat (notate) fanor Ecclesia, tamè non erat vassalus Ecclesia, etiam quoad directum dominum, sed quoad utile. Hæc Minad. ex quibus videtis, id euenisce potius fauore Ecclesie, quam ex rationibus, quas nullo modo asserti.

Igitur procùl dubio concludendum arbitror, decisiones hucusq; factas, tam apud Marcianum, Merlinum, Sanfelicium, quam apud alios, esse fundatas in possessorio, licet associato à dubio iure, quod non est incōpatibile cum possessorio. Vnde, si Fiscus peti-

petitorum decidendum instaret, nescio, an in futurum huiusmodi decisiones allegari valerent. Hæcque satis, ne longiores simus. Hinc multa ad decisionis huius dilucidationem, & ornatum collige.

9 Et primò, casalia Ciuitatis Neapolis non posse ab ipsa Ciuitate separari, sed debere semper unita esse cum illa, nec posse vendi, ex speciali gratia, de qua mentionem agit Reg. Remer. decis. 215. num. 3. ibique clarissimè Reg. de Marin.

Secundò, in quibuscumque casalibus, licet nulla facienda sit distinctio quoad exactio-
nes fiscales, posse tamè à Rege, quam à Baronibus fieri separationem iurisdictionum, prout decimus scripsit idem Remer. decis. 163. vbi, post alios, multa longo calamo necit superius citatus Reg. de Marin. qua pro re videnda decis. 6. Reg. de Ponte.

11 Tertiò, concessio castro, quod stet sub Ciuitatis iurisdictione, non intelligi concessam iurisdictionem; secùs verò, si castrum iurisdictionem habeat à Ciuitate independentem; tunc namque certum est, intelligi pariter concessam iurisdictionem. Ità Innoc. in cap. ex literis: de iure patron. Bald. in cap. 1. de allodia'. & in l. imperium ff. de iurisdictione omn. iudic. & Castris. cons. 4. vers. quartò quaritur. Qui Doctores aiunt quo-
que, posse Principem, qui concedendi potestam habet, expressè iurisdictionem casali concedere, licet eam non habeat.

13 Quartò, si castrum habeat ex se regimen, quanvis in aliquo seruat Ciuitati, non dici esse membrū illius ciuitatis, nec de eius comitatu. Gabel. decis. Lusitan. 16. nu. 4. par. 2. quia, vt sit de comitatu, oportet, vt de se nullam habeat iurisdictionem, sed eam habeat à Ciuitate, cui subest l. qui ex vicoff. ad municipal. Bart. in l. 2. ff. ad municipal. aliquo passim.

14 Quintò, licet casalia sint separata quoad iurisdictionem, & regimen à Ciuitate, gaudere nihilominus secundum tutiorem opinionem immunitate ab hospitio militum, ceterisque alijs concessis Ciuitati, so quod sint corporis Ciuitatis pars, vt bene etiam probat Reg. Galeot. lib. 2. controuer. 20. num. 8. & 16. quem refert, & sequitur Leganar. ad Rouit. in Pragm. 4. de militibus. Non negauerim tamè, debere huiusmodi casalia contribuere Ciuitati in oneribus, vt militet regula, honores cum oneribus, ad tex. in l. secundum naturam ff. de reg. iur. cum concordantibus, quas allegat Leganar. loc. cit. omnino videndus, dum multa digna necit quoad separationem casalium à Ciuitate, cuius priuilegijs etiam illa frui debent, quanvis ab ea separata sint. Ceterum, quomodo faciende sint solutiones à cas-

libus separatis à Ciuiteate; vide decretas generalia Regis Cameræ descripta à Reg. de Marin. arresto 397. 5 14. 5 60. & 293.

16 Hic tamè nolo omittere, quod annis præteritis euenit; nam, cum Orlando Visone duxisset vxorem natam in casali Afragolz, vbi domum habebat, petiit in Regia Cam. priuilegium, quod debetur omnibus Neapolitanis virtute Regie Pragmaticæ, quæ ijs immunitatem concedit. Compilato termino, Fisci patronus exceptit, petitionem hanc reiiciendam, eo quod Regia Sanctio 1. de immunit. Neapolitanor. loquatur tantum taxatiue de Neapolitanis; vnde non extendendam esse, concludebat, ad ciues casalium, sicque dictum fuit per Regiam Cameram, non esse locum petitio priuilegio: fuit reclamatum, & adducta fuere plurima exempla, nec non decretum generale Regie Cameræ adductum à Reg. de Marin. arresto 236. & Domini Præsidentes agnouere, debere Orlando Visone gaudere immunitate Neapolitanis concessam à Regia Pragm. adhuc tamè sub iudice lis est, si ea decidetur, hic referam. Cetera ad huius decisionis ornatum vide apud Dom. de Luca ad Vinc. de Franch. dec. 458.

S V M M A R I V M .

1 Ciues quinam dicantur.

2 Ciuis Neapolitanus origine, mutato domicilio, non perdit ciuitatem, sed an semper.

3 Ciuis quot modis dici possit.

4 Ciuis animus attenditur, in ciuitate concedenda.

5 Ciuis alleitus, si alibi moretur, non gaudet priuilegijs concessis Ciuitati Neapolis.

6 Ciuis alleitus alibi commorans, deinde verò rediens, an, & quando gaudeat immunitibus ciuibis concessis.

7 Filius ciuis alleiti gaudet priuilegijs concessis eius patri.

8 Ciuitate Neapolitana gaudet alleitus ad sedilia nobilium Neapolitanorum, licet non sit ortus, nec originarius Neapolis.

9 Ciues Neapolitani habentes domum Neap. & habitantes Ruri, an, & quando priuilegijs fruantur.

10 Ciuitate Neapolitana an, & quando gaudet dicens uxorem ortam Neap. & habens domum emphyteuticam.

11 Baptizatus Neapolitani, licet ibi non natus, an gaudet ciuitate Neapolitana, & quando.

12 Natus in ciuitate Neap. an semper gaudet ciuitate.

13 Expositi an gaudent ciuitate Neapolitana.

14 Filii expositorum an gaudent ciuitate Neapolitana.

Con-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 177

15 Concepti in Civitate Neap. licet alibi nati, an gaudеant ciuitate, & quando, & sub qua condicione.

DILVCIDATIO DECIS. LXXIV.

Duo hac in decisione explicantur. Primum, quibus modis aliquis efficiatur ciuius, & quiuam dicantur tales; cuius quesiti occasione habetur post remissam responsionem ad l. i. ff. ad municip. l. cives C. de incol. lib. 10. ciues dici, qui in ipsa ciuitate, tanquam ciues, stipendia merentur, insuèr omnes milites Hispanos, qui in Ciuitate Neap. commorantur; præterea Doctores exteriores, qui in Academia Neapolitana lectorum munere funguntur; de quibus etiam loquuti sunt Doctores relati à Dom. Altimar. ad cons. Rouiti 48. tom. 1. num. 39.

2 Alterum verò, ciuem Neapolitanum origine, mutato domicilio, non deperdere ciuitatem, sive decisum, licet deperderat ciuitatem, si eius genitor ciuitatem reliquerit, alibi domicilium constituendo, in quo filium procreauerit; tunc enim filius hic ciuitatem deperdet; sive pariter decisum. Quod idem dicendum, cum quis relinquat ciuitatem, quam perire videret, quamque iuuare teneretur.

Quoad primum scripsierunt Reg. Moles dec. 50. Laganar. ad Rouit. in Rubr. ad Prag. ubi de delitto quis &c. num. 17. & Dom. Altimar. ad d. cons. Rouit. 48. tom. 1. Ex quibus habemus, ciuem posse dici, vel origine, siue propria, eo quod natus ille sit in aliqua ciuitate, ad text. in d. l. cives C. de incolis, cum concordant: siue paterna, ex ortu patris in illa, ex l. filios C. de Municip. lib. 10. Vel manumissionem, cum ab aliquo ciue manumisitus est, ex D. D. in d. l. 1. ff. ad municipal. Vel adoptione, cum ab aliquo ciue adoptatus est. d. l. 1. de quo videndi Scialoya de foro compet. cap. 3. nu. 5. Montan. controu. 30. nu. 22. aliquique apud ipsos. Vel incolatu, cum quis per aliquod tempus in aliqua ciuitate immoratur, ex d. l. cives, sed cum animo in illa semper permanendi, vt fundant Scialoya d. tract. cap. 2. num. 30. Capyc. latr. consult. 155. num. 19. Thor. ad Salernitan. decis. 12. Hodiern. ad Surd. decis. 329. d. num. 3. Andreol. contr. 239. aliquique. Qui animus quandoq; patere potest, non ex professionis exercitio, quod fieri potest ratione lucri, sed ex familiæ translatione. De qua re Gram. decis. 87. & Reg. Sanfelic. decis. 68. nu. 19. & 20. Vnde ex his aduertendum, non sufficere decennium ex d. l. 1. C. de incolis, cum ex animo id, vel non presumatur, vel non appareat. Vel tandem altectione, cum scilicet aliquis electus est ad aliquam ciuitatem, quam altectione

Laganarius loco cit. num. 19. & 20. ait originem traxisse in ciuitate, & Regno Neap. temporibus vetustioribus ante Federici tempora, ex Ciceron. orat. pro Arch. Poet. dicente. Itaque hunc, & Tarentini, & Regini, & Neapolitani ciuitate ceteris promys donarunt. licet Reg. Moles in dec. 50. scripsit, fuisse altectionis priuilegium à Rege Federico anno 1496. concessum. Quoad hos ergo ciues electos plura aduertenda sunt.

Primò, ciues electos non gaudere immunitatis concessis ciuitati Neap. si alibi commorenur, vt decisus testatur Reg. Ruer. dec. 297. ibique Reg. de Marin. qui refert, id esse statutum per Pragm. 4. de immunitate Neap.

6 Secundò, ciuem electum, si per multum tempus alibi commoratus fuisset, deinde verò reuerteretur, quandoque gaudere in posterum immunitatis concessis, quandoque secus, ni denud ille aliceretur.

Non gauderet quidem quandoque absq; noua altectione, si alibi commoratus suisset animo ibi permanendi. Quod probare teneretur per testes de negotiatione ibi facta deponentes, ceterisque negotijs, quæ illius presentiam eo in loco requirebant. Quod etiam patere posset ex pluribus conjecturis, inter quas illa utique esset, scilicet, ni vendisset bona in ciuitate existentia, certasque, quas Iudex viderit. Secus verò esset dicendum, si alibi commoratus suisset animo ibi permanendi; tunc namque, quia huiusmodi altectioni tacite renuncialet; noua indigeret altectione. Hæc est mea opinio, quam, ne longior videar, non examino; si tamè casus euenerit, cogitandum. Vnum tamè aduerto, quomodounque se res habeat, nouam altectionem non impediendam; nam, si fuerit principio ille dignus, vt aliceretur, dummodo deinde in ciuitatem non esset aliquid molitus, iterum esset alliciendum.

7 Tertiò, filium ciuii electi debere pariter gaudere immunitatis, quibus eius pater fruebatur, vt sic decisum refert Reg. Moles, cuius verba rescripsit Reg. de Marin. loc. cit. in fine.

8 Quartò, ciuitate Neapolitana gaudere etiam electum ad sedilia nobilium Neapolitanorum, licet ille non sit ortus, nec originarius Neapolitanus, vt decisum fuit per Regiam Cameram, teste de Marin. arreto 588.

Quoad alterum punctum dubitandum nō est, an discurrendum sit eodem modo de ciue Neapolitano origine, qui, licet domicilium mutauerit, ciuitatem tamè nunquam deperdet, vt, post Sanfelic. optimè aduertit Reg. de Marin. ad dictam dec. 297. Reuterij, explicantem Regiam Sanctionem,

qua loquitur tantum de ciubus allectis, nō autem de oriundis.

9 Hic aduertendum primò, ciues Neapolitanos habentes domum in Ciuitate, verū habitantes Kuribus, ibi intelligi habitare, vbi maiore anni parte immorantur, ut sic possint habitantim priuilegijs frui. Pro qua re habes decretum generale Regia Cameræ adductum à Reg. de Marin. arresto 7.

10 Secundò, ciuitate Neapolitana gaudere ducentem vxorem ortam Neapoli, & habentem domum, licet emphyteuticam; quod si domus in eommisum incidat, non gaudabit. Sicq; pariter statutum refert idem Reg. de Marin. arresto 292. Verū ex eodem in arresto 54. aduerte, non gaudere huiusmodi ciuitate ementes fictè domum, quinimò in pœnam vendentes priuari dominio domus, & emptores soluere Fisco pretium; sed sufficere domū dotalem, ex arresto 354. & 619. vel emptam pacto de retrouendendo ex arresto 626.

11 Tertiò, licet Dom. Altim. ad d. Rouit. consilium 48. tom. 1. num. 11. scripsit, ex multis Doctoribus, quos ibi refert, Baptizatum in aliqua ciuitate, quamvis ibi non natum, gaudere illius ciuitate, ea ratione, quia tam per nativitatem temporalem, quam spiritualem homo efficitur ciuis; nihilominus tam id non recipiendum, nisi respectu eorum Baptizatorum, qui infideles anteā fuerint, de quibus adest decisio relata à Moles tit. de civil. Neap. acq. quæst. 3. necnon arresto 457. Regent. de Marin. In his enim nulla consideratur fraus, nulla suspicio, nullum propositum iminuitatis. At verò, si quis, post natum puerum, illum ducat Neapolim baptizandum, non utique ciuitate Neapolitana gauderet. Quod adeò verum est, vt

ortus in ciuitate Neap. ex matre ad illam ducta paucis diebus ante partum, à ciuitate excludatur, vt decisum testatur idem Reg. Moles loc. cit. quæst. 2. & adest arresto Reg. de Marin. 504. & 657. Qui certè gauderet, ni, nato puer, paucos post dies, vel menses, genitores ad propriam patriam reuertentur, sed in ciuitate animo permanendi remanerent, cum ex verbis decisionum videamus, locum non sibi vendicare ciuitatem, eo quod genitores, nato puer, ad eorum patrias reuersi fuerint.

13 Quartò, Expositos sacri Hospitalis Diuæ Annunc. huius ciuitatis Neap. gaudere, tanquam cines ortos in hac ciuitate, vt decisum testatur Reg. Moles loc. cit. quæst. 5. & adest arresto Reg. de Marin. 261. secùs verò

14 eorum filios; & licet hos etiam ea gaudere, fuerit decretum per Regiam Cameram die 43. Februario 1598. ut ex arresto Reg. de

Marin. 509. contrarium tamèn, re benè discussa, fuit deindè decretum, & sic in praxi receptum, vt idem Reg. de Marin. testatur in calce d. arresto Reg. in calce arresto 578. sub die 31. Augusti 1616. revocati simul cum alio decreto lato die 7. Iulij 1654. per decretum latum die 14. Aprilis 1655. super quo est arresto 672. confirmatum die 24. Ianuarij 1656. vt ibi refert Regens de Marinis. Quare de hac re dubitandum amplius non est.

15 Quintò, conceptos in ciuitate Neapoli, licet alibi natos ex fuga genitorum timore pestis, gaudere illius ciuitate, ex arresto Reg. de Marin. 282. quod idem dicas timore tumultus, ex arresto 360. & 363. vel belli, ex arresto 423. vel ex quavis alia necessitate, cù net bellum, nec pestis sint cause taxatæ, dum potest esse quæcunque alia causa, etiam deliciarum, pietatis &c. puta accessus ad aliquem locum salubriorem, pium implendi studio votum, & similes.

Hic tamèn aduertas, velim, ex verbis prefatorum decretorum teneri post partum coniuges, cessante causa, redire Neapolim, ibique, saltèn per paucos dies, immorari, ne videantur discessisse, non ex illa causa accidetali, sed ex proposito ciuitatem deserendi: quo casu non arbitror, attendi conceptionem factam Neapoli, tanquam accidentalem, sed portiùs animum, quem attendendum, superiùs diximus.

S Y M M A R I F M.

- 1 *Ius pascendi, lignandi &c. competit etiam ciubus allectis.*
- 2 *Ciuis allectus est vere ciuis, non autem fictè.*
- 3 *Allectio est verius modus consequendi ciuitatem.*
- 4 *Cines allecti an gaudent priuilegijs concessis in alieno territorio ciubus originariis.*
- 5 *Exteri tenentur soluere fidam, & pascua pro eorum animalibus, quæ in alieno territorio commorantur.*
- 6 *Neapolitani tenentur pro eorum animalibus solvere, vel bonateniam, vel fidam.*
- 7 *Barones sunt immunes à contributione pro eorum animalibus, quæ tenent in proprijs primatis territorijs.*
- 8 *Ciues tenentur ad contributionem pro animalibus, quæ concedunt, vulgo, ad menandum; secùs, qui ea ducunt, & quare.*

DILVCIDATIO DECIS. LXXV.

- 1 **H**abet decisio hæc, ius pascendi, lignandi &c. quod ciubus competit in territorio demaniali, competere etiam ciui-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

179

- ciuibus allectis, nec Baronis interesse considerandum. Et ratio, præter eas, quas adducit Sanfelic. est euidens, quia ciuius allectus est verè ciuis, & non fictè, ut Bart. in l. si is, qui pro empatore: numer. 34. ff. de vñscap. ibique Iason. num. 291. Dec. conf. 283. & Ruin. conf. 227. lib. 1. quos allegat ad id Rouitus conf. 62. lib. 2. quem adducit, & sequitur Reg. de Marin. in, obseruat. ad decis. 297. Reuerter. alijque adductiā Dom. Altim. ad conf. Rou. 62. tom. 2. Igitur gaudere debet omnibus immunitatibus, quibus gaudent veri ciues; iam verò veri ciues habent ius lignandi, pascendi &c. ergo hoc eodem iure debent gaudere etiam ciues allecti, potissimum, quia modus veram ciuitatem consequendi est allectio, ut in l. ciues C. de incol. lib. 10. Quæ consideratio est Rouiti in d. conf.
- 4 Dubium verò est, an huiusmodi ciues allecti gaudeant ijs priuilegijs, quibus ciues originarij gaudent in alienis territorijs. Et quisque respondebit negatiè, ex relatis, & decisis apud Galeot. lib. 2. controv. 67. ver. nonissime parum, de quibus Thor. in supplem. verb. ciues aggregati, & Dom. Altim. ad d. conf. 62. Roniti. Sed, si benè perpendantur ciuium electorum iura, contrarium dicendum dicam, posthabitis quibuscumque decisionibus fundatis forte in aliquo facto, ex quo nequeat regula generalis constitui; etenim, vt benè Sanfelicius hic num. 10. ciuitas vtitur iure suo in ciuium affectione; vndè, quenadmodum non consideratur interesse Baronis, nec eius præiudicium, quia venit secundariò, & in consequentiā, ad textum in l. fluminum §. fin. ff. de damn. infect. cum cordantibus à Sanfelicio adductis, ita nec considerabitur præiudicium dominorum alterius territorij, tanquam secundariò, & in consequentiā veniens. Quæ paritas certè vix solvi posset apparenter: vndè, si casus eveniat, ad trutinam vtique effet reducendus, & forte ciues allecti obtinerent, dummodo in ciuitate, in qua allecti sunt, habitarent, iuxta decisionem Reuerterij 297. vbi Reg. de Marin. & quoad omnia essent allecti, scilicet, nō ad honores tantum, sed ad onera etiā, & denique tanquam veri ciues originarij, vt studet probare Galeot. d. controv. num. 21.

Hinc, vt de iure pascendi aliqua dicamus, non prætereundum primò, prout Reg. Sanfelic. annuit initio decis. exteris teneri soluere fidam, & pascua pro eorum animalibus, quæ in alieno territorio commorantur; ea verò ponenda esse in librum astimi ab illa Vniuersitate, vbi animalium domini numerati sunt; & in appretio habendam esse rationem de ea pecunia, quam soluunt do-

mini in alienis territorijs pro præfatis pacuis, siveque statutum per Regiam Cam. die 29. Ianuarij 1543. vt constat ex arresto 71. Reg. de Marin.

- 6 Secundò, Neapolitanos, qui immunes sunt à collectis, teneri ad eorum electionem, vel soluere bonatenientiam pro ijs animalibus, quæ ad pascendum tenent in aliquo territorio demaniali Vniuersitatis, vel fidam ex decreto Reg. Cam. arresto eod.

- 7 Tertiò, Barones esse immunes à contributione præfata pro animalibus, quæ tenent in proprijs priuatis territorijs, & alijs eorum terrarum, ex eodem decreto; & ratio euidens est enunciata in eodem decreto, quia ipsi dicuntur primi ciues.

- 8 Quartò, ex eodem decreto ciues, qui animalia concedunt, vt cum vulgo loquar, ad menandum, teneri ad contributiones, non autem eos, qui illa ducunt, idque, ne graventur onere illo scilicet, quod sustinent, soluendi fructus dominis, & contributionis pro collectis; verum non inutiliter adverte, exteris, qui dant huiusmodi boues ad menandum, teneri ex supradictis soluere in eis ciuitate, in qua sunt numerati, fidam verò, & pascua in territorio, in quo eorum animalia permanent. Quod nota. Cetera ad materiam vide apud DD. relatios à Dom. Altim. ad d. cons.

S V M M A R I V M .

- 1 Barones in Regno nequeunt nouas facere concessiones.
- 2 Barones nequeunt defensas facere, prohibendo vassallis usum.
- 3 Barones an possint subinfeudare.
- 4 Baro potest concedere in emphyteusam excendentias, pro quibus illi nullum præstatur feruitum.
- 5 Concessionarius excendentiarum improprie appellatur subfendatarius.
- 6 Excidentia quomodo à Baronibus concedenda sint.
- 7 Excidentia non semper sunt feudales, sed quandoque feudo adbarentes. Quod latè explicatur.
- 8 Successio in excidentijs quomodo reguletur.
- 9 Fenda plana, qua forma à Baronibus concedantur.
- 10 Baronibus non est permitta noua infundatio.
- 11 Fenda plana quoad concessionem in quid differant à feudis quaternatis.
- 12 Feuda plana tenentur immediate à Barone.
- 13 Regis licentia requiritur, si pro feudi s. planis præstandum sit Baroni fidelitatis inservitum.
- 14 Successio in feudi s. planis quomodo reguleretur.

Z 3 Fenda

180 Io: Baptista Mucci Lib. I.

- 15 Feuda plana differunt à quaternatis ex usu Regni.
- 16 Feuda quaternata secundum quid nequeunt à Baronibus concedi absque Principis assensu.
- 17 Feuda quaternata secundum quid tenentur in capite à Rege.
- 18 Feuda absolute quaternata nequeunt dari à Barone.
- 19 Marchio, Dux, & Comes, qui dicantur.
- 20 Baro an differat à Capitaneo.
- 21 Marchiones, Duces, & Comites possunt etiam innisiere.
- 22 Valuasores maiores dicuntur illi, qui inuestiti sunt à Marchionibus, Ducibus, & Comitibus.
- 23 Valuasores minores dicuntur iij, qui inuestiti sunt à maioribus.
- 24 Valuasini dicuntur ij, qui inuestiti sunt à Valuasoribus minoribus.
- 25 Feuda quando dicuntur data proprio iure feudi.
- 26 Feudum de iure communi feudorum potest concedi à quolibet, qui habeat rerum sua- rum liberam administrationem.
- 27 Valuasini de iure communi feudorum debent gaudere infinita nobilitate.
- 28 Marchiones, Duces, & Comites absolutamente habent nobilitatem.
- 29 Valuasores maiores conspicuam habent nobilitatem.
- 30 Valuasores minores mediocrem retinent nobilitatem.
- 31 Res burgensatica in Regno à nemine dari potest in feudum, & quare.
- 32 Assensus Proregis non sufficit, cum conceditur in feudum res burgensatica, sed requiriatur immediatus Regis.
- 33 Vassallus nequit alios vassallos creare absque immediata Regis licentia.
- 34 Assensus Regis pro concedenda in feudum re burgensatica quam clausulam debeat contineere.

DIVICIDATIO DECIS. LXXVI.

Hæc decisio duo continet. Primum, in Regno non posse Barones, & feudatarios nouas facere concessiones, sed tantum cum antiquo canone excadentias locare. Alterum, non posse Barones defensas facere, & clausuras, vassallisque vrum prohibere, eisque naturalia auferre alimenta. De hoc ultimo punto egimus nos in dilucidatione decision. 8. quam vide, pro qua facit consultatio 102. Regentis Capc. latr. vnde hic de primo tantum tractabimus.

Super quo latè scripsimus nos in nostra triana feudali par. 2.c. 1. s. norandum qu. 3. nunc autem aliqua distinctè notabimus.

3 Attento igitur iure communi feudorum, respondemus, cuilibet licere subfeudare, cum Doctoribus communiter, à quibus varia capita feudalia ad id allegantur, nempe cap. 1. s. 1. Qua. ol. feud. pot. aliæ. cap. Imperiale 5. illud: de probib. feud. alien. per Feder. aliaque, quæ videri poterunt apud Blanch. de feud.lib. 1. cap. 4. num. 9. Curt. Jun. part. 4. ex quibus caus. feud. amitt. num. 83. Ardz. cap. 15. Petr. Rauenn. de leg. Corrad. 5. similiter. Andr. ibid. num. 13. vbi Liparul. caterisque in locis. Camerar. in d. l. Imperiale lit. S. fol. 6. Frecc. de subfeud.lib. 2. verb. subfeudasarins, aliosque scriptores nostros. Sed expressius locus est, quem multi ex citatis adducunt, in cap. 1. d. 5. similiter, & seq. de lege Corradi: ex quo deducunt, prohibita alienatione, non inde intelligi prohibitam infeudatione absque Domini consensu, cum alias per utrumque actum utile dominium transferatur. Verum, vt huiusmodi infeudatio valeat, tria requisita adducuntur ex Gloss. magistra in cap. 1. s. præterea de cap. Corrad. Primum est, vt vassallus infeudet sincerè, & absque fraude; fraudes verò multis modis committere potest feudatarius infeudans, prout exemplificat Ardz. cap. 1. 6. scilicet, accipiendo pretium ab initio, cum ceteroquin possit tractu temporis obseruitum amissum, vel præstadium, argumento l. patroni ff. de oper. liber. vel inuestiendo aliquem, vt feuduni ad personam prohibitam commode perueniat, vel conferendo post mortem, ita, vt inuestitura considerationem eius mortis contineat. Secundum est, vt infeudet parentem, vel maiorem se, non autem inferiorem, ex quo requisito apposito in d. s. similiter, deducitur, ni fallor, posse per Dominum superiorum compelli vassallum vassalli sui ad sibi seruendum. Quam conclusionem pluribus modis limitata nunc suspendo. Tertium est, vt infeudet eisdem pactis, & conditionibus, quibus ipse feudum tenebat, ex s. in quibusdam d. tit. de leg. Corradi, vt post alios, breviter has conditions apponit Montan. in repetitione l. Imperiale nu. 240.

His igitur requisitis poterit vassallus feudo alium inuestire, qui inuestitus tandem subfeudum hoc retinebit, quamdiu vassallus infeudans, eiusque heredes vixerint, vt optimè declarat Curt. Jun. ibid. num. 85. Verum ex consuetudine Veron. nequit vassallus ultra dimidiā feudi partem in feudum dare; supèr qua consuetudine Ardz. in cap. 1. 8. varia scitu digna necit.

Iure igitur Regni nostri attento, Camerarius in d. l. Imperiale lit. E. ait, nullam esse subinfeudationem, ex const. Constitutione Diuina Memoriae. Hoc ipsum tenuit Andr. in d. const. quem tandem sequuti sunt omnes, prout

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 181

prout intèr ceteros videre est apud Reg. Reuertet. decis. 22. ubi Reg. de Marin.

Et doctores omnes fundantur in d. const. *Diuia Memoria*, quæ prohibet quascunque alienationes. Verum de hac ratione valde dubito; siquidem de iure communi feudorum erat etiam prohibita omnis alienatio; quarè infeudatio videbatur quoque prohibita, arg. leg. final. C. de reb. alienand. cum per infeudationem vtile dominium transferatur. cap. 1. §. fin. Quib. caus. feud. amittatur. Et tamèn, tali iure attento, sustinetur infeudatio; secùs autem aliud alienationis genus; igitur non ex eo, quod Constitutio, *Diuia Memoria*, alienationem generaliter prohibeat, intelligitur prohibuisse etiam infeudationem; potissimum, quia Constitutiones ita intelligendæ sunt, vt minus ius communne lèdant.

Sed ad hanc rationem responderi posset, nil mirum, si de iure communi ita se res habet, quandòquidem non est expressa dispositio, quæ infeudationem permittat; at de iure Regni aliter se res habet, cum nulla lex permittat huiusmodi genus infeudationis. Ego autem, vt verum fatear, cum, licet in Regno nullam haberemus posituam legem permittentem infeudationem, nulla tamèn adesset, quæ illam positivè prohiberet, quare iuris communis regula in Regno vigere deberet, non acquiesco huic rationi. Præterea habemus legem permittentem huiusmodi infeudationes conditam à Federico Imperatore incip. post mortem. Ibi. Post mortem Baronis, seu militis, qui à comite, vel Barone alio Baroniam aliquam, vel feendum emerit, que in quaternionibus dohana nostra inueniuntur in scriptis. Verum in re tati momenti, ne à communni Doctorum sensu discrepamus, cum distinctione procedendum est. Quarè, vt clarissime, & breuissime procedamus quoad id, quod ad hanc quæstionem spectat in materia subfeudorum in Regno, vel loquimur de feudis rusticis, quæ etiā

⁴ dicuntur feuda planæ, alias Tenasiz, vel tenimenta, seu excadentia, vel res steriles, pro quibus Baroni nullum præstatut seruitium, sed solvit annua pensio, vt diximus in §. Et quia vidimus quest. 2. num. 40. & 41. de ijsque meminit Constitutio, *Diuia Memoria* & tunc Baro absque Regis assensu illas concedet in emphyteusim, & locabit, seruata dispositione dictæ constitutionis. Et licet huiusmodi concessionarius vocetur subfeudarius, hoc nomen improprium erit, cum verè talis non sit, dum nullam iuræ fidelitatem, ex Frecc. de subfend. lib. 2. auctor. 4. n. 6. in fin. sed potius colonus est ut optimè idē Frecc. auctor. 19. quia res, quæ illi dantur sub nomine subteudi, sunt steriles, & parum

utiles; Vnde & easdem colet, & in melioram formam reducit; ni velimus dicere, illum impropiè dici subfendatarium, quantum scilicet teneat res feudo inherentes.

Baro igitur buiusmodi feuda concedens, quæ secundum Affl. in const. *Diuia Memoria* num. 59. fuerunt semel iure licito concessa, videtur gerere actum sibi permisum, & iunctum, vt solita subinfeudet in feudi utilitatem, quod facere videtur tanquam administrator, non quod in eo insit ius particolare, vt ad rem explicuit Reg. de Ponte de potest. pro reg. tit. 3. de elect. official. §. 3. num. 11. & seq. Quarè ex Affl. ibid. Baro huiusmodi res concedere potest absque Regis assensu, sicuti potest de iure communi sincerè, & bona fide, vt diximus. Quod intellige, dummodo ea consueuerint dari in feudum, & concedantur sub antiquo redditu, vel seruitio, vt dictat d. constitutio, *Diuia Memoria*, & adnotat Affl. ibi num. 59. per multos sequentes, vbi inultas inserit quæstiones vindendas, & dummodo non fuerint interim consolidata feudo, vel illi incorporatae, & effectæ de mensa, vt aduertit Fab. Capyc. Galatas lib. 1. confr. 7. num. 41. pro qua re vide ea, quæ scripsimus hoc cod. tit. §. 1. quia de feudis quest. 1. & 2. & licet ibi loquuti fuimus de re ecclesiastica; eodem tamèn modo, ceteris paribus, hic est discurrendū.

⁷ Cur autem nō possint excadentia concedi à Baronibus, nisi sub antiquo redditu, vel seruitio, ratio est manifesta, siquidem supponendum est, excadentias non sempè esse feudales, vt optimè aduertit Affl. in d. const. *Diuia memoria* à nu. 65. usque ad 68. sed modò esse feudales, modò verò adhærentes tantum feudo; vnde, si pro ijs à subfeudario præstetur seruitium, & fidelitatis iuramentum, hærent feudales; sive à Barone concedi non poterunt cum diminuto seruitio, sine Domini directi assensu; sin verò non præstetur iuramentum fidelitatis, neque seruitium, sed annuus quidam redditus, excadentia non dicentur feudales, sed feudo inhærentes; & neque hoc in casu Baro illas concedet, nisi sub antiquo annuo redditu, nō autem diminuto, quia, licet illæ feudales non sint, tamèn tanquam feudo adhærentes respiciunt Dominum directum concedentem, cui sine eius assensu præiudicium inferri nequit, quicquid sit, si, vt Affl. ibi aduertit, possint concedi sub maiori redditu, cum tunc agatur de utilitate Domini. Vnde, sive excadentia sive feudales, sive feudo adhærentes, nuquam poterunt concedi, nisi sub antiquo redditu, & seruitio, & in hoc subfeudorum genere succedunt subfendatarij, attento iure communi Romanorum, cum verè ea, tanquam burgensatica, habeantur

& con-

& concessio potius sit emphyteutica, & censualis, quam feudalis, ut vidimus, & licet Dicitur dicant, in excadentijs succedi, attento iure communi feudorum; iij tamè intellégiendi sunt, ut loquantur de ijs excadentijs, quæ feudales sunt, ut suprà diximus, non autem, quæ feudo adhærent; tunc namque, quia illæ tanquam burgensicæ censemur, succeditur in ijs, attento iure communi Romanorum, nisi tenor inuestitur factæ à Domino directo aliter sonet, secundum quam omnes successiones regulandæ sunt.

Hinc nota, non ideo, quia d. constitutio, *Dina memoria* confundat excadentias sub antiquo redditu, & seruitio, eas esse semper feudales, sed modo feudales, modo vero adhærentes feudo, ac proinde sub unica ratione utrumque excadentiarum genus comprehendit.

9 Vel loquimur de ijs excadentijs, siue feudis planis, & de tabula, pro quibus soluitur militare seruitium, de quibus nos verba fecimus in d. s. quid vidimus d. quast. 2. à n. 42. & sequit ad 44. & hæc etiam absque Regis assentu dantur à Baronibus sub ijs conditionibus, quas in feudis improprijs explicuimus, alias secus, dum Baronies nequeunt de novo infeudare, ut ex multis adnotat Reg. de Marin. 1. resol. iur. cap. 126. num. 79. 10 cum hæc sit natura feudorum planorum & de tabula, ut nempè à Baronibus dentur, ad differentiam quaternatorum, que vel dantur à Rege, vel à Baronibus consensu Regis, sed à Rege immediate tenenda, ut infra dicemus.

11 Huiusmodi igitur feuda tenentur immediate à Barone, cui præstatur adoha, seruitiu, & auxilium tempore, quo Rex Baronum seruitio indiget, ut ex Andre. in cap. 1. s. ille ramen. De controversi. apud pares. Capyc. in l. Imperiale col. 36. vers. primum: de prohib. feud. alien. per Feder. cum alijs relatis per Camiam in cap. si aliquem Regni Siciliæ doctissime discurrat suo more Reg. Galeot. tom. 2. controv. 18. & pricipue num. 18. 29. & 30.

12 Verum, cum iure receptum sit, pro huiusmodi infeudatione præstari iuramentum fidelitatis Baroni, non præstandum est absq; Regis licentia, ut ex Frecc. in lib. 2. de subfeud. auctor. 4. num. 2. & 3. adnotat idem Reg. ibid. num. 5. ea potissimum ratione, quia Rex omnium personarum Dominus est, ut superius diximus.

13 In his ergo feudis, quæ iuramentum fidelitatis, seruitiu, habent annexum, succeditur, attento iure communi feudorum, ut diximus in d. s. & quid vidimus d. quast. 2. numer. 42. vbi decisionem Sacri Consilij Sanctis auctoritatam retulimus, & ratio est manifesta, quia, licet hæc feuda non de-

tur à Rege; gaudent tamè proprio iure, 15 feudi; nam, ut bene Frecc. lib. 3. de diff. inter feuda quaternata, & plana diff. 1. nam. 4. cui adhæret Reg. de Marin. primo resol. cap. 13. & num. 19. differentia inter feuda quaternata, & plana, est ex vsu Regni, nec in consuetudinibus feudalibus reperitur. Alia verò vide apud Affl. & Gloss. in constit. *Dina memoria*, & ut de successionibus. De Ponte de potest. proreg. tit. de assensu Reg. S. 2. num. 15. & 16. Georg. in repetit. feud. cap. 9. num. 1. Paul. Stat. ban. conf. 37. num. 6. Franc. de Amic: in repetit. huius tituli fol. 87. aliosque; quoniam verò de ijs non loquitur nostra constitutio, successio regulanda est secundum ius communne feudorum.

Sed videtur urgere difficultimum prima facie argumentum, quod fortè materiam reddet clariorem; nam obijci posset, Regem concedendo Baroni castrum, illud quaternare: vnde, si deinde Baro aliquid castro adhærens daret alicui sub onere fidelitatis, concederet feudum quaternatum, quod à Rege obtinuit; sicque etiam subfeudatarius succederet, attento tenore nostre constitutionis, ut de successionibus, cum turpe sit di- 16. & tu, ut Baro, qui à Rege recepit feudum quaternatum, alteri det sub alia natura diueria ab ea, secundum quam ille feudum ipsum recepit.

Ad argumentum hoc egregiè respondet Galeot. lib. 1. controversi. 7. n. 42. licet alio proposito ex Affl. & Capyc. num. 52. & num. 53. de controversi. apud par. term. & Vrsill. ad Affl. & decisi. 28. 2. post num. 5. tunc Regem concedendo feudum Baroni, siue illius alienationi consentiendo, quaternare feudum secundum Andreæ doctrinam in const. si quis Baro, quando ille id exprimit; at quando potestatem tribuit Baroni concedendi aliquam rem ipsius castri tenendam in capite ab ipso Barone, assensu Regis, eiusque concessio feudum non quaternat secundum rem illam, vel partem, quæ Baroni conceditur ab eodem in capite tenenda: vnde in feudo, quod dat Baro ex tali concessione Regis succeditur. secundum ius commune feudorum; in eo autem, quod ipse tenet à Rege, attenta nostra Constitutione, ut de successionibus.

16 Vel loquimur de feudis quaternatis secundum quid, & hæc, ut diximus in d. s. & quia vidimus ead. question. 2. à numer. 45. non possunt dari absque Principis assensu, quandoquidem huiusmodi generis feuda, vel dantur cum assensu directi Domini, vel immediate ab ipso directo domino, quāvis utroque in casu subfeudatarius præstet seruitia, utilitates, commoditates, televia, & cætera huiuscmodi utili domino, ut ibi dixi-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

183

diximus, ratione, quam tradidit *Afl. in constit. post mortem num. 14.* quia nempe, si Baro in uno grauatur, in alio relevandus est; & grauamen in hoc stat, quod directus Dominus possit cui libet feudum existens in baronia sui Baronis concedere; quare in talium feudorum alienationibus non solum consensus Baronis requiritur, sed etiam directi Domini, ut post alias explicat idem *Reg. Gaeleot. lib. 2. controv. 27.*

17 Hinc nota, huiusmodi feuda quaternata secundum quid teneri semper in capite à Rege, alioquin, si in capite à Barone tenerentur, diceantur feuda plana, & de tabula, ut in eadem quest. 2. explicuimus.

Et licet *Rouit. in Rubr. pragm. de feudis numer. 82.* quem sequitur *Reg. de Marin. in obseru. ad decis. 69.* Reuterter. num. 5. ait, non esse repugnans, ut feudum quaternatum secundum quid teneatur in capite, partim à Barone, partim à Rege, cum hęc sit illius natura, quandoquidem Baro, quia exigit relevia, & seruitia, dicitur tenere illud in capite; Rex verò, quia illud concedit, dicitur etiam tenere in capite; ac proinde nil mirum, si tam Baro subinfeudans, quam Rex cōsentiens subinfeudationi subdat verba illa, *tenendum in capite à nobis*. Nihilominus tamē, ut propriè loquuntur, hęc feuda quaternata secundum quid dicuntur teneri simplicitate in capite à Rege, tanquam directo Domino, qui illa de novo concedit, cuius consensus requiritur in eorum alienationibus & concessionibus ut diximus, cum alijs seruitia, relevium, & cetera non arguant, teneri feuda in capite partim etiam à Barone, dum illa ei debetur ratione grauaminis tantum, ut suprà diximus. Hęcque dicta sint, si proprium sensum velimus feudo quaternato secundum quid applicare; ceterum, si tam purgata verba nolimus adhibere, possumus etiam stare traditis per *Rouitum*. Alia vide apud *Reg. de Marin. ibidem*, vbi multa de cognitione feudi quaternati, in quo, ut in d. quest. 2. diximus, succeditur, attenta constitutione nostri Regni, *Vt de successionibus*.

18 Vel tandem loquimur de feudis quaternatis simpliciter, & hęc non possunt infeudari à Barone, sed inmediatè à Rege, à quo tenentur in capite, & cui omnia seruitia, & relevia debentur. Hęcque satis super hoc questione.

Hic autem, re nata, opportunè queritur, an quilibet possit res suas burgensaticas in feudum dare, tamē attento iure communi feudorum, quam nosiri Regni Neapolitanī, absque Regis assensu, & an requiratur immediata Regis licentia, & tandem, an, & sub qua conditione concedenda. De quibus

omnibus latè diximus in nostra Ariadna, in d. §. notandum: quest. 1. & 2. Nunc autem hic breuissimè de iisdem agemus, distinguentes prius, & explicantes nonnullos terminos ad maiorem intelligentiam,

Pro hac ergo questione cōsulamus oportet *Jacob. de Ardiz. in cap. 10. de inuestitu-ris Marchion. & aliorū.* Rescribit ipse verba cap. unici. *Quis dicitur dux*, dum inquit, **19** inuestitum à Rege Marchia, dici Marchionem, ducatu, ducem, vel Primicerium, Comitatu, Comitem, vel Castrensem; hosque dici etiam Regis capitaneos. De quibus sermo est in d. iii. quis dicitur Dux. Capitaneum quoque appellari ait illum, qui plebe, vel plebis re inuestitur, quem *Cust. Iun. in tract. feudorum ex d. cap. Baronem appellat in prima qu. de feud. concess. per laicos*, con-**20** funditque hęc duo nomina, Baronem, & Capitaneum. Quod idem docuit *Gugliel-mus Hannetonius de iure feudorum lib. 1. cap. 5. ex cap. unico vers. idem est: de natura feudi*.

Quoniā verò, non solum Rex potest in-**21** vestire, sed possunt etiam Duces, Marchiones, & Comites, hinc est, ut inuestiti ab il-**22** lis dicantur Valuasores maiores, quos etiā appellare poteris Capitaneos; & hi jursus possunt infeudare, & infeudati vocabuntur **23** Valuasores minores. Sed hi etiam poterunt infeudare, & infeudati vocabuntur Valuasi-**24** ni, sed res istis data non ceaserunt iure feu-di, ex §. notandum adducto egregie à *Petro de Ferrarijs in sua practica in form. libelli ad reuocat. feud. verb. ac nomine: diuis. 8.*

25 Quare, ut concludamus, differentia in hoc stat, quod tā feuda data à Rege, quam à Comitibus, Marchionibus, & Ducibus, qui etiā Capitanei dicuntur, necnon ea, quę dantur à Valuasoribus maioribus, cen-sentur data propriè iure feudi; ea verò, quę dantur à Valuasoribus minoribus non iudicantur data iure feudi; & ratio meo iudicio est, quia iij tantum possunt iure feudi aliquid dare, quos Rex Capitaneos tecit; nam Capitanei dicti sunt, quasi capita; at-qui, ut vidimus, Capitanei, vel sunt Duces, Comites, & Marchiones, vel Valuasores maiores; igitur isti tantum possunt aliquid iure feudi dare; ac proinde nil mirum, si Valuasores minores, qui à maioribus feuda recipiunt, nequeant illud iure feudi dare, sed possint, quādo voluerint, auferre, exceptis duobus casibus superiùs expositis.

Hęc autem differentia non solum non reperitur in curia Mediolanensi, in qua om-nium squalis est conditio, ut per *Gloss. in d. 5.* sed neque alibi, ex modernorum dicto, quo etiā Valuasores minors possunt iure feudi aliquid dare cap. 1. in fin. de nat. feud. vbi hęc. Moderni autem non ita subtiliter cer-nentes

nentes, dicunt, idem obseruandum in minimis,
quod dictum est in maioribus Valuasoribus.

Sed obijcies; nam à textu non comprobatur dictum hoc modernorum, cum anteà dictum sit in eodē tit. posse Valuasores minimos diuestiri, exceptis duobus illis casibus secundūm antiquum, & rationabilem usum, ergo si antiquus usus, tanquam rationabilis, obseruandus est, & consuetudines eantibus ligant, quatenus rationabiles sunt, cur antiquum relinqueamus, amplexates modernum.

Hoc itēm videtur suadere tit: 16. de feud. dat. minim. Valuas. positus post titulum de nat. feud. vbi hēc. Si minores Valuasores beneficium tollere voluerint minimis Valuasoribus, licet eis facere, exceptio, si beneficium vendiderint eis; si verò pretium de beneficio acceperint, tunc, aut pretium reddant; aut beneficium dimittant. Si igitur comprobandū eslet modernorum dictum, an non repetitū eslet in hoc titulo? Falli ergo videtur Gloss. cū hoc eod. ait, totum id esse correctū. Quarē standū primā differentię, tanquam fundatā in antiquo, & rationabili usū, & non modernorum dicto. Verūm antiquo usui præualeat modernus, cum quilibet, qui liberam suorum bonorum administratiōnem habet, siue mas, siue fœmina, siue urbanus, siue rusticus, possit sua bona in feudum dāre ex cap. unico in princip. vers. noui: vers. faminam in fin. tit. per quos fiat iustitia, vt cum Iasone in præl. l. feud. in 6. quest. concludit præcitatius Guglielm. licet non negauerim, in hoc obseruandum es. Regionis morem, prout anteà vidimus, contrā antiquum usum obseruatū fuisse etiā in curia Mediolanensi. Sic igitur, attento modernorum dicto, discurrēdū est. Cæterum non dubitandum, quin opinio Guglielm. tutā sit, vt fusē, varijs adductis, probat Curt: Iunior. de feud. part. 1. quest. 4. sic de feud. laicor. vbi multa.

27 Hinc nota, licet Valuasini nullam habuerint nobilitatem, quia iure feudi sua nondabant, cum tamē hodiē dent, eos infima gaudere nobilitate. Dixi, infima, vt aliqualem assignaremus differentiam inter hos infeudantes, contra ea, quæ sensit Iacob. de Franch. in pralud.

Ergo, vt omnia colligamus, hēc erit inter hos omnes differentia; nām Dux, Co-
28 mes, & Marchio habent absolutam nobili-
tatem cap. unico. Quis dicatur Dux. Val-
29 uasores maiores, si non absolutam, sanè conspicuam. Iacobin. in tract. de feud. verb. in
30 feud. 8. diuis: Valuasores minores mediocrē,
ex cap. unico vers. si capitanei: de feud. March.
& ducat: Valuasini tandem, licet nullam an-
teā habuerint nobilitatem, hodiē verò, vt

coherentē loquamur, infimam retinebunt.
Quæ omnia elegantē edocet d: Guglielm.
loc. cit.

Ex his collige, sicuti Valuasores minores diuestiri non poterant, nisi ex culpa, ita nec posse nūc minimos diuestiri, ni ex ea-
dem causa; nām anteā, ideò hi diuestiri po-
terant, præter dños casus exceptos, quā
rem non recipiebant in feudum.

Mactenū vidimus, posse secundūm ius
commune feudorum à quolibet res pro-
prias burgensaticas in feudum dari: nūc,
quid dicendum in Regno nostro breuitēt
videamus. Et quidēm omnes, quotquot
31 sunt, negatiū respondēti diuersam tamē
assignant rationem. Nam Petrus de Grego-
rio de concess. feud. part. 5. inquit, neminem
posse rem allodialem in feudum concedere,
ne præjudicium inferatur municipio circa
solutionem collectarum; quoniam, si res al-
lodialis efficeretur feudalis, esset à tali one-
re exempta. Hancque rationem sequitur
Reg. de Marin. primo resol. cap. 126. num. 81.

Capycius verò in l. Imperiale vers. limi-
tate etiā pag. 189. ait, id cuenire, ne dimi-
nuatur corona Regis, qui Dominus perso-
narum est; si quis enim rem allodialem in
verūm feudum concederet, acquireret super
concessionario dominium; ab eo enim ser-
uitia exigeret, cæteraque, quæ soli Regi de-
bentur. Quam rationem lequitur docti. Si-
mē Reg. Galeota lib. 1. controvrs. 7. num. 39.
post de Curte ab ipso adductum, & C cusiliar.
de Georg. qui in cap. 8. repetitionum feudaliū
num. 15. utramque sequitur rationem. Vnde
Reg. de Marin. loc. cit. inquit, hoc in casu de-
negandū esse Regis asseusum.

32 Ego autēn, vt breuitati consulam su-
per re, quæ raro cuenire potest, dico cum
communi, nulli licere rem allodialem in ve-
rūm feudum concedere in Regno nostro
absque Regis licentia, ita verò, vt illa Pro-
regis non sufficiat; verūm huiusmodi licen-
tiam concedendam tantū sub clausula, in
nihilo minuto Regis seruitio.

Primam partem huius conclusionis non
probo ratione tradita per Petr. de Gregor. cū
meo iudicio debilior sit; potest enim multis
in casibus res inimunis esse à collectis; quod
si secūs eslet, res, quæ ad clericum saltēm
per successionem deuenit, adhuc suū onus
secum ferret, quod dicendum non est. Sed
quicquid sit de hac ratione, quam varijs ex
causis non scribendis nō examino, nec pro-
bo meam primam partem ratione tradita
per Capycium, duin non diminueretur Re-
gia Corona; siquidēm, non obstante tali
concessione, adhuc tamē infeudans, quam
infeudatus esent Regis vassalli, eiusque co-
ronam non minuerent, sed augerent cītiūs;

Illam

33 Illam igitur probo ratione politica, dum non licet vassallis alios sibi vassallos allicerere, & creare absque licentia Regis; cum sic varia oriri possent scandala, paulatim huiusmodi vassallorum animos à Rege nostro temerè diuertendo, eosque suaderendo, ut ipsis foliis feruitia præstarent, dñm rbijs solis feuda receperunt. Qua ratione stante, secunda pars nostræ conclusionis probata est, cum certiorandus sit Rex de re, quæ immediatum eius præindictum respicit, ut videat, an velit suum cōsensum concedere alicui, cuius fidelitas in re tam præjudiciale debet ei innoscere; siccq; tertia pars adhuc coherenter probata est ex eadem ratione, ut scilicet sub illa clausula videant vassalli infeudati à nouo feudatario, se adhuc nostri Regis esse vassallos. Hec igitur attendenda bene sunt, si forte casus acciderit.

cap. S V M M A R I V M .

- 1 Pater potuit esse Iudex cum filio in eodem Tribunali, sed hoc nequit in exemplum transire.
- 2 Pater, licet possit cum filio indicare in causis criminalibus, periculum est in civilibus. Quod latissime ostenditur.
- 3 Cautela litigatoriis in allegandis iudicibus suspectis.
- 4 Dictionatio physiognomica an recepta, & quæ si nō significata.
- 5 Etiam enī possit interuenire in causa, in qua reportat, vel indicavit, vel fuit allegatus suspicitus.
- 6 Contractus celebrati à filiofamilias absque patris consensu nulli redundunt in Regno. Quod latè probatur, & ad nouam trutinam reducitur, & tandem à nouis objectionibus defenditur.

DILVICIDATIO DECIS. LXXVII.

1 **P**axi receptum hic legimus, eodem in Tribunali patrem ius ministrasse, & filium coniunctimi, Regentem Rouitum scilicet, & Ferdinandum eius filium in M.C.V. Primum tunc Regium Consiliarium, alterum tunc iudicem annalem.

Id autem non debet in exemplum transire; nec tamè contrarium sentiendum; quandoquidem poterit bene stare, ut pater, & filius ius ministrent eadem in aula; quandoque vero secus. Non negauerim vero in aula criminali id sufferendum, cum non cadat affectus regulariter erga patris, vel filiorum votum in præindictum vitæ hominum; natura enim humana à sui corruptione abhorret, quicquid sit, si quandoque nonnulli iudices reperiantur, qui humanum

sanguinem fundi, gestiant. In aulis vero ciuilibus id periculosest, cum saepius videantur, non modò consanguineos, verum etiam compates ab aula fuisse diuisos; siccque cum nulla sit lex positiva, quæ id prohibeat, is, ad quem aule assignatio spectat, diligenter examinet, quæ examinanda arbitratur, & nulla vrgētate necessitate, huiusmodi vniuenientis periculis obsitam effugiat; quam si effugere nequibit, audiat temporis cursus à collegis, an semp̄r vota alterius alter sequatur, si alter forte non tam fundatum eliciat votum, an alter alterius votum tueatur, & cetera huiuscmodi, ex quibus arguere valeat, an alteruter ab aula sit remouendus.

3 Litigatores etiam, si forte eveniat, ut coniungi sint Iudices in eadem aula, scilicet Pater, & filius, vel fratres, vel compates, vel confederati &c. debent seruare, quæ ait Rouitus in Pragm. 1. de suspicione: official. num. 70. vbi, loquens de Iudice secundum ipsum, mala gratia, hec ait. Imò Iudex est allegans suspectus, ne dum, quando de eo suspicatur aliquid mali, ex eius qualitate, sed etiam, quando est simpliciter ingratius, hoc est de mala gratia, prout est textus aureis literis scribendus in §. illud quoque vers. Sancimus. Ibi, sub Iudice constitui forsan suspecto, & forsan ingrato, in Auth. de exhib. reis. Quod ego intelligo cum grano salis, scilicet, ut non sufficiat sola illa mala gratia ad iustam causam recusandi iudicem, nam, si hoc esset (notare) satis pauci Iudices remanerent ad iudicandum, sed ut pars, que habet Iudicem sibi ingratum, & de mala gratia, possit inuestigare aliquam iustam causam illam recusandi, & sic erit consilium, ut Index ingratus recusetur, non autem est causa legitima recusationis per se.

4 Quinam autem sint Iudices male gratie, ex aspectu cognoscuntur, & ex physiognomia recepta, illa scilicet, quæ ex pilorum, & membrorum corporis, colore, habitudine, & proportione, de temperie, valetudine, quædam etiam de moribus, ingenio, & animali affectionibus iudicat, ut videre est apud Hippocrat. & Galen. lib. 6. physiog. Arist. lib. de natura signis ad Polemon. Petr. Moz. lib. de multiplic. temp. Conrad. Yvipina: lib. de sign. c. 8.9. & 10. Nam hæc scientia est naturalis, quia ex effectu naturali potest argui à causa eius, ut docet Arist. lib. 2. Physiogn. ut sic merito Pythagoras ex faciei inspezione discipulos admisisset, & reprobasset, secundum Aul. Gell. lib. 1. Nocti: Atticar. cap. 9. & c. verba sunt doctissimi Torreblanc. lib. 1. de magia diuinatrice cap. 9. de diuinatione Physiognomica, qui deinde ad specialia descendens, hæc ait legenda.

Primò enim, quia Saturnus est terrens, frigidus, sicca, melancholicus, mastixinus, diurnus.

mis, malebolus, & inimicus natura humana, qui eum habent in Oriente tempore conceptionis, sunt terrei coloris, incessu graves, macilenti, curui, & habent paruos oculos, & barbam raram, cutem sicciam, labia spissa, iuncta supercilia; qui, cum ambulant, declinant oculos, & faciem ad terram, & sunt profundi eonfili, silentij, fortis imaginationis, & phantasiae, & habent tolerantiam laborum, antime stabilitatem, & pertinaciam, & sunt dediti ad philosophiam naturalem, artes magicas, agriculturam, & populationem terrarum. Secundus, quia Louis est aereus, calidus, & humidus, sanguineus, masculinus, diurnus, venebolus, fortuna, & natura humana amicus, qui cum habent in Oriente tempore conceptionis sunt facie mediocris coloris, & habent oculos magnos, claros, nares non aquales, & in aliquo dentium facit nigredinem, pupillam oculi latam, barbam crispam, & densam, & quandoque facit hominem calum, pulchre statuta corporis, nec multum pingue: & sunt veneboli, affabiles, liberales, cultores veritatis, iusticie, honestatis, religionis, sapientie, & intelligentie. Tertius, quia Mars est igneus, calidus, & siccus, colericus, masculinus, nocturnus, usque nature nostrae inimicus, qui sub eo generantur habent faciem rubicundam, & rotundam, capillos rufos, oculos cruceos, vel ignitos, & acuti visus; & sunt iracundi, audaces, superbi, inuercundi, maledici, irrisores, mendaces, effosores sanguinis, oppressores proximorum, dediti medicina, & ad omnem artificium igneum, ad percutienda, & demanda metallorum. Quarto, Sol medius Planetarum, qui est calidus, & siccus temperate (qui calor eius est vitalis, non adraas sicut Mars), masculinus, diurnus, colericus, venebolus, amicus naturae, qui sub eo procreantur habent faciem splendidam, cum colore inter croceum, & nigrum, id est, fuscum, sed rubidine tectum, capillos fuscos, cum aliquanti rufedine, & aliquando facit hominem calum, breuem, crispum, rectum: & habent ingenuam claritatem, liberalitatem, sublimitatem, prudentiam, animi magnitudinem, appetitum honoris, & imperij. Quintus Venus, quia orbem suum sub sole habet, & est parum frigida, & magis humida, feminina, nocturna, parum distans a complectione Iosis, qui sub ea nascuntur, sive procreantur, habent faciem pulchram, rotundam, oculis magnis, & nigris, capillis planis, & multis, barba densa, cum decenti statura corporis: & sequuntur letitiam, gaudium, suavitatem, amicitiam, appetitum cibi, & potus, ac venere omnium astrium. Sextus Mercurius, qui est siccus, temperatus, varius secundum naturam stellarum, cui adiungitur, masculinus, diurnus, venebolus sua natura, qui sub eo procreantur, habent faciem mediocris coloris inter al-

bum, & nigrum, frontem clavatam, faciem longam, & nasum prolixum, longes digressos, rara barbam, pulchros oculos; sed mobiles & claros; & sunt ingenij subtiles, animi inconstantes, atque inquieti, nam secundum varias compositiones aliorum Planetarum varias facit animorum qualitates, & nunc bonas, & liberales, nunc malas, & miseras. Septimus Luna, quia aquea est, flegmatica, frigida, & humida, feminea, benigna, & nocturna, qui sub ea procreantur, habent faciem rotundam, pulchram, femineam, albam, sed iunctis supercilijs, & oculis non penitus nigris, & causat signum in facie, & facit hominem venebolum, & humilem; sed ex commissione eius cum alijs Planetis varias aliquando habet significaciones: nam cum Venere significat liberalitatem, suavitatem, letitiam, honestatem, devotionem: cum Marte, susurrationem, celeritatem, detractionem: cum Saturno odium, tristitiam, inuidiam, anaritiam.

Hec ille, ex quibus obiter, sed ad rem transcriptis poterit quilibet colligere, quisnam apud ipsum esse queat bona, vel male gratia, secundum Roritum, ad hoc, ut causam inueniat illum allegandi suspectum.

Idem ergo, ut ad propositum reuertatur, faciendum est, si forte in eadem aula duo Iudices inter se coniuncti, vel confederati reperiantur; etenim, procuret, inquit Roritus, à nobis superius citatus, inuestigare aliquam instantiam causam illum recusandi. Quia inuestigata, non dubito, quin, proposita, arceretur à indicando, qui suspectus allegaretur, cum in hoc casu quavis leuis causa sufficiat, dum iudex suspicionis non ignoraret, veram causam suspicionis non eam esse, quæ allegaretur, sed coniunctio, vel confederatio inter Iudicantes. Vnde absulet sapè numero proferri decretum, quo cauetur, ut Iudex suspectus allegatus non interueniat ex causis.

Vt ergo concludam, hic notandum est, huiusmodi unionem evitandam, potissimum in aulis ciuilibus. Nec Celsus in l. 3. §. si quis de condicione causa dat patrem suum Celfum in administratione rerum, vel iuris reprehendit, sed tantum scribentem in iure. Quod aduertendum est ex gl. ibi in verbo, posse, vbi, Nota, filium corrigere patrem, sed contra in Autb. de nupt. §. sed quod sanctum col. 4. sed ibi in administratione rerum, hic autem in iure, in quo non videtur fieri iniuria maioribus, si à minoribus melius (notare) dicatur, ut C. de off. rec. prouinc. l. posterioris. Differunt profectò inter se, ius dicere, & ius ministrare. Nec certè subsistentem huc usque potui reperire disparitatem inter administrationem rerum vniuersitatis, quas nequeunt pater, & filius simul administrare in

In Decisiones Reg. Sanfelicij

187

in Regno, ex Pragm. 17. num. 16. de Adminis-
tr: uniuers. & Iudicandum, cum in hoc se-
cundo maius utiq; vrgeat periculum bene-
perpensum à Præsidentibus S. C. qui man-
quam nostris temporibus in eadem aula
permittunt, vt similes int̄ se aliquo etiam
foedere coniuncti resideant.

5 Quod adeò verum est, vt in causa, in qua
anteà pater iudicarat, suspectum esse filium,
voluerint omnes ij, quos referunt Vasq. de
success. lib. 2. § 20. part. 2. req. declar. 29. num.
44. Masull. ad Capyc. decis. 146. num. 7. Ma-
sull. decis. 151. num. 27. sic decism referens
Ricc. collect. 1612. aliquique apud ipsos.

Hinc Dominus D. Carolus Petra ad Rit.
M.C.V. 265. nu 102. tom. 2. querens, an, suspe-
cto parre, reddatur etiani suspectus filius in
eadem causa, affirmatiuè refert decism, eo
quòd iniuria, qua ex tali recusatione pater
fuit affectus, videatur etiam affectus fuisse
filius. Cetera, ad quem spectat, consideran-
da remittiuntur, & præcipue dependentiam
illam à patre, quam iura considerant, adeò,
vt Pragm. Ade sen. cons. Maced. nullos reddi-
derit filiorum familias contractus absque
patris consensu, & præsentia celebratos, vt
fusilimè diximus in n. st. 15 dilucidationibus
quest. 2. quam impugnare studuit Dom. Altimar
ad cons. 68. Rouiti tom. 2.

Vnde, re nata, ne rædeat pauca hæc at-
tentè, licet extra decisionis propositum per-
legere.

Hæc sunt, quæ ait Dō. Altim. loc. cit. Hanc
eandem opinionem ductus tamèn alijs medys
fundat Mucci qu. 2. vbi, relatis rationibus, &
fundamentis virtusq; sententiae illis; idatis ali-
quibus respōsis, tandem residet in hac opinione,
quam dicit fundari, vel ex causa patris pot-
estatis, & dependentie illius, quam filius à patre
habet, vt potè non sui, sed alieni iuris, & hanc
esse rationem dicit, cum consensus non requiri-
tur in contractibus faciendis per filios fam. in
bonis castris, vel quasi, ratione scilicet
independencia. Dicit tamèn considerari inter-
esse patris in contractibus faciendis per filios
fam in bonis castris, vel quasi ratione
scilicet independencia; dicit tamèn considerari
interesse patris in contractibus faciendis per
filios fam. non principaliter, sed in consequen-
tiam, & proinde contractus factos per filios
fam. sine illius consensu esse inualidos, si verò
contabant in patris beneficium, dicit, non re-
quiri illius consensum expressum per Pragm. re-
quisitum; imò supermacaneum esse dicit, & id,
ratione talis dependentie, qua satis ostentatur,
dum in beneficium patris contrahit, sed cum
fuerint soluti paterna potestate, si ab hereditate
abstinerint, iuuaretur beneficio legis 2. C.
quod cum eo: potuisset afferre ut in l. si dubi-
tet s. filius fam. ff. de fideiussor.

Sed, salua pace illius, nescio cui text: se funde-
det in hac conclusione, esse supermacaneum pa-
tris consensum in contractu gesto in patris be-
neficium, cum ille nullum afferat, imo textus
contra est singularis in l. sed Julianus 9. S. o
proinde ff. ad Maced. ibi, & ideo si pater igno-
raverit adhuc Senatus consulto locus erit. Et
quoniam contra videatur facere tex. in d. S. fi-
lius fam. ex verbis tamen illius ibi. Sed si, igno-
rante patre, pro eo fideiussit, cessat ista actio. Et
quamvis Accurs. ibi verb. ista actio, intelligat
de actione quid iussu, tamèn debet intelligi de
actione fideiussoris, ne aduersetur dict. sext. d. l.
sed Julianus 9. proinde, qui conarrium dispo-
nit. Hæc Dom. Altimar.

6 Dixi ego in quest. 2. meorum dilucidatio-
num num. 3 1. & seqq. finem Pragm. 1. de sen-
cons. Maced. fuisse patriam potestatem, & de-
pendentiam illam, quam filius à patre ha-
bet, vt potè non sui, sed alieni iuris, quod
nonnullis probauit conjecturis; sed num. 41.
scripsi, siue à Regia Sanctione consideretur
ratio depēdentie, vel alieni iuris secundum
meam sententiam, siue considerentur bona
filiorum non dissipanda, prout voluerunt
Rouiti, & Reg. de Marin. ibi citati: siue tan-
dem patris interesse secundum Merlin, &
Caraut. locum non sibi vendicare d. Pragm.
in contractibus initis per filium fam. in pa-
tris beneficium; adeòque filios sic contra-
hentes non requirere expressum patris con-
sensum per Pragm. requisitum, sed valide
contrahere, licet, cum fuerint patria potes-
tate soluti, ab hereditate abstinentes, iuuuen-
tur beneficio l. 2. C. quod cum eo.

Secundum meam sententiam nullum pa-
tris consensum requisivi, nam, si verùm est,
Pragmaticam considerasse dependentiam
à patria potestate, qua propter præsentiam
requisiuit, iam filius contrahens in patris
beneficium sufficientem ostendit dependentiam;
nullam namque maiorem à patre de-
pendentiam ille demonstrare potest, quām
in eius beneficium contrahendo.

Hoc idem dicendum duxi in sententia
Merlini, & Caraut. reponentium finem
Pragm. in interesse patris; si quidem, dum
contractus vegit in patris beneficium, nul-
lum eius interesse consideratur, propter
quod eius consentias requiratur, quemad-
modum requereretur in contractibus initis
pro extraneis, in quibus considerari va-
leret eius interesse.

Et tandem idem dicendum arbitratus
sum in opinione Rouiti, & de Marin. qui vo-
luere, siue in Pragm. fuisse considerationem
bonorum non dissipando, quandoqui-
dèm in contractibus initis in patris beachetu
per filium consensus paternus est silentia-
litè superfluus; & prorsus impertinens, cum

A 2 2 ille

ille hoc casu interueniens non consulat dissipationi bonorum, dum sibi ipsi auctoratur, quod implicat; quare concludebam secundum omnes Doctorum opiniones. Pragmaticz finem considerantes, nullum requiri patris consensum in contractu per filium inito in patris beneficium.

Quos tamèn contractus validos esse probauit in calce meæ questionis, quia Pragm. disposuit in ijs tantum contractibus, in quibus necessariò requiritur expressus patris consensus; in ijs vero, in quibus huiusmodi consensus non requiritur, nullo prorsù modo disposuit: vnde, cum in contractibus factis in patris beneficium, non solum non requiratur expressus patris consensus, sed omnino superuacaneus sit, & impertinens, Pragmatica non loquitur, nec disposuit in his contractibus; sicque, cum casus omissus maneat in iuris communis dispositione, ad illud recurrentum, quod disposuit, vt filii contrahentes in patris beneficium teneantur in quantum facere possunt, si à paterna hereditate abstineant, tales contractus non inualidando, vt patet in l. 2. ff. & C. quod cum eo. Non arbitror, clarioribus me potuisse medijs veritatem hanc demonstrare.

His ergo positis, quādo Dō. Altini. inquit, se nescire, quo textu fundem meam conclusionem, qua voco superuacaneum patris consensum in contractu gesto in patris beneficium, ne quæso dedignetur recurrere ad superius exposita, dum mathematicè viderit probatam conclusionem.

Reliquum est modò, vt breuissimè videamus, an obstat textus, quem adducit in l. sed Julianus 9.5. proinde ff. ad Maced.

Et quidem, vt videbitis, non facit ille ad rem nostram; nam in eo s. Vlpianus inquit primò, cessare Senatus consultum, si filius pecuniam acceperit, & in rem patris verit, idemque dicendum, si ab initio pecuniam non sic acceperit; verum postea in patris beneficium eam verit, & intelligendum esse, idèò sic accepisse, vt in patris rem verteret. Hæc sunt verba Vlpiani. Proinde, si accepit pecuniam, & in rem patris verit, cessare Senatus consultum; patri enim, non sibi accepit, sed, si ab initio non sic accepit; verum postea in rem patris verit, cessare Senatus consultum libro duodecimo digestorum Julianus ait, intelligendumque esse, ab initio sic accepisse, vt in rem patris verteret. Huc usque textus nil ad rem nostram, dum non ait, requiri patris consensum in contractu facto in patris beneficium.

Deinde Iureconsultus inquit, filium non videri vertisse in rem patris, si ille mutuam accipiens pecuniam soluerit patri, quod ipse debebat; adeoque hoc casu, si pater igno-

ratur, esse locum senatusconsulto; & merito, quia contractus non est celebratus in patris beneficium, sed in proprium commodum ipsius filij, qui mutuam accepit pecuniam, vt extingueret, quod patri debebat, non vt patri prodestet, prout bene Glass. quam allegari necesse non est, dum Vlpianus clarè loquutus est ibi. Nō tamèn vertisse videbitur, si mutuam pecuniam accepit patri in propriū debitum solvit, & idem, si pater ignoratur, ad hoc Senatusconsulto locus erit. Nequistat clarioribus verbis rem ostendere Vlpianus; sicque, si Dom. Altimar. velit, vt in contractibus non celebratis in patris beneficium sit locus senatus consulto, cum in filij commodum requiratur patris consensus, non est, qui ei contradicat, neque hic est causus nostra questionis secundæ. Ceteros sensus ad d. s. proinde, desero, ni extra materiam loquar. Hæc tantum dixisse iuvet, vt, quod semel dixi, rescriberem, cum aliis ne opus quidem fuisse, vt rei tam claræ tam tam tribuerem datem.

Ex quibus videtis, non facere ad rem nostram, nec pro mea sententia *textum*, quem affert Dom. Altimar. in l. si dubitet 1. 5. filius fam. ff. de fideiussor. cum ibi Vlpian. loquatur, quando pater ex fideiussione facta pro se à filio teneatur de iussu, quo casu adest distinctione inter patrem ignorantem, & scientem; nostra vero quæstio est, an sit validus contractus initus per filium familiae in beneficium patris absq; patris consensu, quem validum esse, diximus, non obstante consensu patris non præstito, tanquam superuacaneo, & prorsù impertinenti. Hæc q; scitis, vt breuissimè denuò explicarem, quæfusius explicata fuere in d. quæst. 2. ad quam tuendam hæc pauca adduximus.

S V M M A R I V . M :

- 1 Index, qui aliás supèr aliquo articulo suum animum propalarit, an in illo decidendo redditur suspectus.
- 2 Index, qui supèr eodem articulo pronunciavit, non redditur suspectus in eo decidendo.
- 3 Index, licet scr. ipserit, se supèr tali articulo sic decisum, si casus evenerit; nibilominus tamèn suspectus non redditur, casu adueniente.
- 4 Indices boni in actu iudicandi diuina associatur prominentia.
- 5 Index, qui aduocatus fuit in aliqua causa; quandonam suspectus dicatur in alia decidendo.
- 6 Index quomodo se gerere debent cum aduocatis circa iuris articulos.

DILV.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 189

DILVCIDATIO DECIS. LXXVIII.

Decisum hic reperimus, cum qui alia occasione in dubio articulo animum suum propalauit, vel in scribendo, vel patrocinando, non inde tamē allegandum suspectum, si iudicare deberet supèr illo articulo.

Hoc, præter eos, quos adducit Reg. Sanfelic. decisum iunctis aulis refert in iudice, qui pro vna scriptit opinione, Theodor. alleg. 87. Tbor: in compend. decis. vers. suspicio proposita tom. 2. quos refert. & sequitur Gallus. in praxi par. 1. cap. 4. nn. 41. inquiens numer. 42. id etiam fibi locum vindicare, quāvis iudex aliqua motuia propalauerit, ex quibus colligatur in alterutram illum opinionem inclinare, sed non determinare, verū dubitatine tantum, qua pro re multos citat, quos vide, nec deseras Ronit. ad Pragm. 1. de suspic. offic. num. 50.

Hic aduertendum primò, id indistinctè militare etiam in eo, qui supèr articulo eodem pronunciauit; nam nequè inde suspectus redditur, & licet Mastrilli. citatus à Reg. Sanfelic. & Intriol. dec. 47. num. 19. relatus à Ronit. ad Pragm. 1. de suspic. official. num. 64. aliter senserint, eo quod difficilimè sententiam mutarent, cum opinionem propalarent, si tamē eorum dicta vera essent astimanda, omnes ferè iudices redderentur suspecti, cum omnes supèr infinitis articulis pronunciarint. Quod si totiès reperimus supremorum Tribunalium contrariaq; intè se decisiones, non est ratio, cur iudex in uno articulo discutiendo aliter sentire, nequeat, ac primò senserit, cum hominum ingenia limitata sint, & erroribus saepius ob sita.

3 Aduertendum secundò, maiorem difficultatem esse de ijs, qui ad eorum scripta consolidanda, cum libros Typis demandant, subdunt ibi, secundum eam opinionem decisuros, si iudices torent, an hi remouendi sint tanquam suspecti, cum talis articulus foret ab illis discutiendus. Et profectò, licet ex ijs verbis colligi potuerit, eos difficilimè sententiam mutaturos, cum sic scripserint; nihilominus tamē dicas, non esse, tanquam suspectos, eos remouendos. Ad hoc probandum adduci posset vulgatū illud dictum, Nonne duodecim sunt horas diei? Quæ verba non aliud ostendunt, quam tunc scriptorem illius esse opinionis, non autem semper in posterum. Aliter ergo, & iure, sentiat, qui aliter sentire non posset, ac semel sensit. Ego vero omnium animos inutiles undequaque arbitror; præterquam quod in illo iudicandi actu, firmè teneo, diuina quadam prouidentia associari iudi-

ces, ut ea decernant, quæ iustitia non degent, dummodo nec auaritia, nec quoquis alio prano affectu ducantur.

Hinc Tbor. compend. decis. par. 2. verb. suspicio proposita latissimè rationes hasce proponit pro Ronito omnino videndas, Sicq; decisum refert, prout Ronitus ipse decisum retulit in d. Pragm. 11. num. 43. de feudis.

5 Aliter tamē dicendum puto, cùm iudex, qui tunc iudicaturus est, demonstraret naturalem quandam inclinationem, amoremque erga opinionem aliquam supèr iuris articulo; hæcque inclinatio poterit esse, vel ex causa patrocinij, quod ab eo, qui tunc iudicaturus est, praestatur supèr alia causa, ut seruatum videmus apud Visc. de Francb. decis. 87. apud quem, licet nn. 18. videamus, non militasse suspicionem allegatam contrà ipsum, eo quod fuerat Aduocatus in simili causa tunc decidēda, nihilominus tamē apud eundem ibid. in fine contrariū decisū reperitur in persona Cōsiliar. Mastrilli, ex quo tempore decisionis adhuc ille interueniebat, tanquam Aduocatus, in alia causa, in qua pendebat reclamatio supèr articulo tunc decidendo. Vel ex firme, apertoque proposito supèr vna opinione, vt colligimus, apud Reg. de Ponte, contrà quem, vt ipse testatur initio decisionis 3. fuit proposita suspicio, eo quod fuerat in simili causa Aduocatus; & licet ex hoc usq; dictis decidendum fuisset, non militare suspicionem hanc, contrarium tamē fuit decisum, nec alia arbitror ratione, ni quia nimis procluem se ad vnam demonstrauit opinionem. Quod adeò verum est, vt, se continere non valens, scripserit supèr illa causa, in qua fuerat allegatus suspectus, & ipsem hæc aiat, Sed, quia iam in causa omnia digesta per me fuerunt, & est votata, decisā, & publicata, propter eadē volui lucubrationes in publicum afferre, postquād secundūm eas decisio est iam facta. Vnde qualisnam fuerit eius procluīs, firmusque animus, & propalatus, satis ex eius dictis apparet. Et de hac decisione verba fecit Tbor. d. 2. parte compendij: verb. suspicio Iudicis licet militare non videatur.

6 Vnum tamē non omittendum puto; quod ait Ronitus ad d. Pragm. 1. num. 64. ex Bonadill. lib. 2. cap. 5. num. 50. videlicet, Iudicem, ad suspicionem cuiandam, debere Aduocatis dubios reddere articulos vlla absque disputatione, ne videantur ostentare scientiam, & ingenij nomen. Quod multorum vitium est, licet enim Dominus D. Carolus Petra ad Ritum 265. tom. 2. num. 180: iudicem mutum reprehēdat ex multis, quos ibi adducit, Doctoribus, referens, re nata, non fuisse admissam suspicionem allegatam in

in Dominis Marcellum Graustum nunc Regis Cameræ Præsidentem a M. C. eo quod, dum pars aduersa sua iura in aula exponebat, dixerat, *Addo Salgadum*, (quod verbū, addo, sāpē etiā in Regia Camera, ubi nunc adest, pronunciat) nihilominus tamē Iudicem garrulum, abominabilem, idem, esse testatur *ibidem*, & merito, cum multa loquente, semper aliquid abre in miscere, videamus. Hucque, ne rem deseramus proficiam, videtur examinandum, an Iudex suum propalans votū reddatur suspectus; nō enim minus suspectus videri potest, qui super articulo scripsit, & in aliqua causa fuit Aduocatus, illo, qui suum votum in causa, quæ decidenda est, propalavit. Quid enim querimus, an Iudex super aliquo articulo firmam teneat alterutram opinionem, quid an erga vnum ex litigatoriis se procluem ostendat, si suum iam patefecit animū? quare iam inspicitis, vlo absque examine, prima facie, huiusmodi Iudicem asserendū fore suspectum, prout videri poterit apud Doctores relatos à Dom. D. Carolo Petri ad Ritu 3. num. 11. lib. 1. ad Ritum 265. n. 178. lib. 2. & ad d. Rit. 265. tom. 3. nu. 1. & nn. 177. cum autē in propria sedes huius discussatis sit dilucidatio decif. 80. illam vide.

S V M M A R I V M .

- 1 Index remotus ob inconfidentiam, tanquam suspectus in una causa, potest in ceteris ab iisdem allegari suspectus.
- 2 Index remotus motu proprio à Principe, an, & quando allegari possit ab iisdem partibus suspectus.
- 3 Prorex potest à quois Iudice, & Tribunali causas auferre, & Iudices remouere, sed quomodo.
- 4 Index redditur suspectus, quoties urget iniuria.
- 5 Index suspectus de inimicitia remouēdus est.
- 6 Inimicitia leuis sufficit ad allegandum Iudicem suspectum, & quare.
- 7 Index remotus tanquam hostis, an, & quando possit interuenire, orta reconciliatione.
- 8 Index remotus non partium voluntate, sed solo Superioris motu in una causa, potest in alijs internenire, & quare.

DIVL CIDATIO DECIS. LXXIX.

Habemus hic, Iudicem alias remotum absque causa, quā inconfidentia, posse ab iisdem partibus in alijs causis recusari, tanquam suspectum, ex hoc tantum, quod alias remotus fuit, cum supponatur exacerbatus, ac t. t. in l. fin. s. fin. verò, si prior C. de manu liber, quæ exacerbatio ortu-

duxit ab iniuria illi ob remotionem illata?

Multa alia pro hac re eruditè cumulauit *Cafarus in specul. peregr. quest. in quest. 48. vbi de hac decisione sermo est, & de alia iuxta cons. 9. Ronit. vol. 1. vbi Dom. Altimar.*

- 2 Quoniā verò *Cafar.* nu. n. 9. videtur inferre, locum sibi non vendicare scripta per *Sanfelic.* quoties Iudex fuit proprio Principiis motu remotus, non dato illo inconfidenti per partem; idcirco aduertendum est, limitationem hanc non esse undeque tutam, nec iuuari exemplis per ipsum reiatis circa dubiam commissionem factā per S. C. Præsidem, qui deinde excludit, quem arbitratur; aliud enī est, cū excluditur unus ex iudicibns eo, quod alter debeat procedere; aliud verò, quando excluditur ratione inconfidentia, vel cuiusque sumilis suspicione, quamvis non constet, partes illum, tanquam inconfidentem, dedisse. Quæ duo diversa sunt. Dicta ergo *Cafari* militabunt tantum, quando Iudex, non ratione inconfidentia motu proprio remouetur, cum etiā Principi liceat electionem intèr duos facere, ex l. iudicium soluitur ff. de iudic. vbi D. D. quæ ab e. d. *Cafar.* adducitur. Et hoc modo recipitur etiā à Dom. Altim. ad d. cons. 9. Ronit. tom. 1. num. 2. decisio relata à *Cafar.* Ceterum negandum non est, cū Prorex iudicem renouet, non propter electionem,
- 3 sed suspicionem aliquam, locum sibi vendicare dicta Reg. *Sanfel.* Quare obiter aduerte, posse Proregem ex rationibus ipsi notis quemcunque iudicem remouere, ino causa ipsas, non solum ab una aula in alteram transferre, sed ab uno Tribunal in aliud. Ecce licet super hac re adlīnt rescripta Catholicæ Maiestatis, nihilominus ea intelligenda sunt de potentia ordinaria, secū autem de extraordinaria, qua solus Prorex vtitur loco Regis ad id destinatus, quemadmodum ad facinora remouenda ea in causis criminalibus decernit, quæ tibi videntur, quæque deinde à Catholicæ Maiestate copabantur. Solus video loqui, sed rationibus, iuribusque, cū alias sermo incidet, comprobabo. Inter in sic nostris temporibus practicatum scias. Unde, non solum assolent Proreges cum consilio Regentum, non patefactis causis suspicionum, mandare Iudici, quod non interueniat, quando illæ patefactæ afficerent dedecore Iudicem, ex ijs Doctribus, quos refert Dom. Altim. ad d. Consil. Roniti num. 4. sed assolent id etiā mandare, cūni vident, Iudicem utrumquidem suspectum, nec posse in ea causa iustis ex rationibus iudicare; nihilominus tamē eam suspicionem non forte admitti à Iudicibus, vel tanquam difficilis probationis, vel tanquam nona undeque tutam: sicq;

ad

ad hoc emitandum, ipsi propria id auctoritate mandant. Quod forte aduertens *Domin. Altimar.* a *dcons. 2. Roniti num. 21.* inquit, se scire, pluriē fuisse remotos supremos officiales, nescire autem, an ex causis ab illo enunciatis, referens varijs casus; & quamuis seruatas aiat Regias Sanctiones tempore *D. Petri ab Aragonia*; id tamen non debet transire in exemplum adeo, ut auferatur potestas Proregibus contrarium ex extraordinaria potentia iudicandi. Quod aduentum est, ne in evidentem errorem incidatur, & videndus *Staibani obseruat ad resol. 110. tom. 2. vbi ad num. 5.* Et propriè num. 20. inductam quasi praxim scripsit vel inuitus.

4 Vnde notandum primò, quoties virget iniuria, totiē Iudicem reddi suspectum, cum ex huiusmodi iniuria supponatur ora hostilitas, vt benè *Galluppi. in praxi par. I. cap. 4. num. 49.*

5 Secundò notandum ex *Dom. Verde ad Gallup. loc. cit.* suspectum de iniurictia esse remouendum. *ad tex. in cap. suspicionis de off. deleg.* Et cap. quod suspecti 3. quest. 5.

6 Tertiò, sufficere iniurictiam etiā leuem, ex ijs, quos adducit præcitat, *Dom. Verde, rationem tradens*, ne lis in periculo ponatur. De qua re fusissimè in diluc. decif. 81.

7 Quartò, Iudicem remotum, tanquam inconfidentem, posse in causa earundem partium interuenire, si post remotionem orta fuerit reconciliatio; & ratio est evidens, quia reconciliatio quancunque exacerbationem substituit. Quod intelligendum, dummodo post reconciliationem interuenierit actus confidentia, & amicitia; alias haberet, locum decisio 81. *Reg. Capyc. latr. num. 7.* quæ cauetur, vt amicus reconciliatus nequeat esse Iudex.

8 Quintò, Iudicem posse in causis earundem partium interuenire, si fuisse antea remotus, non partium voluntate, sed solo Superioris motu, & ratio similiter evidens est, quia nequinit oriri exacerbatio inter Iudicem, & partes, quæ remotioni nullam prorsus causam præstitere. Alia vide in disputatione decisionis 81.

S V M M A R I V M .

1 Verba comminatoria prolata extra iudicium reddunt indicem suspectum, secus in indicio.

2 Iudex redditur suspectus, si signis votum suum propalat, & quare.

3 Voti propalatio nude sumpta non reddit suspectum Iudicem, secus, si oriatur ex aliquo prauo affectu. Quod late explicatur.

4 Consilarij nequeunt in Regno nostro signis demonstrare coram alijs Consiliarijs, ita-

quam sententiam ita ri sint, nec extra iudicium cum illis votum communicare, & quare.

5 Index allegatus suspectus, si pronunciatum sit, suspicionem non militare, redditur suspectus in alijs causis, & quare.

6 Index ex sola recusatione indignatur.

7 Index quid debeat indicando mente renovere.

8 Voti propalatio in duobus tantum casibus inducit suspicionem, & quando.

9 Causa suspicionum quæ sint, & ad quæ capita reducantur.

10 Voti propalatio nude sumpta, quo cunque tempore fiat, non arguit suspicionem.

11 Fama erronea contra Marinum Frecciam exorta.

12 Errores scribebentium.

13 Propalatio voti ante sententiam vestita odio, vel amore, arguit suspicionem.

14 Voti propalatio tempore sententiae non potest suspicionem ullo modo arguere.

15 Iudicantium errores in pandendis sociorum votis.

16 Voti propalatio post sententiam arguit suspicionem, & sententia nullitatem. Quod latè probatur.

DILVCIDATIO DECIS. LXXX.

Hæc decisio enarrat cætera suspicionis capita, inquiens, verba comminatoria prolata extra iudicium reddere suspectum Iudicem, quod evidens est, cum ex his verbis dicatur propalatus Iudicis animus; vnde, non solum potest, tanquam suspectus, recusari, sed poterit ipsemet à iudicando abstinere, ne videatur ex malo animo reum damnasse. Quod aduentant Iudices; licet enim valeant in iudicio verba comminatoria adhibere; nequibunt tamè extra iudicium; quod idem dicas, si signis votum suum Iudex propalauit, vt late, & eruditè scripsit *Cafarus peregr. quest. lib. 1. quest. 1.* omnino videnda; & rationem dixeris esse iram, quæ odium concipit, ex *Deciano lib. 3. cap. 25. num. 39.* vbi hæc. Duo sunt, quæ odium potissimum concipiunt, inuidia, & ira; Ira autem præcipue nascitur ex dissensione super iusto, vel iniusto &c. quare, si iratus iudex verba comminatoria extra iudicium protulerit, certum est odisse reum, siveque suspectum dici.

Hæc quoad verba comminatoria, propter quæ Iudex suspectus redditur, eo quod his verbis votum suum propalare dicitur.

Quoniam verò votum pluribus modis propalatur, adeoque Iudex potest consequenter pluribus modis reddi suspectus, idcirco regula à nobis generalis statuenda est.

Vn-

3 Vnde supponendum est, voti propalacionem sic nudē sumptam non posse reddere, iudicem suspectum, cum voti propalatio nil aliud sit, quam sententia manifestatio. Iam verò ignoro, qua ratione, siue quo iure possit prohibetur quis suam mentem appetere. Quare apud omnes auctores, quos cunmulat Dom. Altim. ad cons. Routh. num. 1, nullum ius, neque naturalem rationem reperies, qua ad suspicionem, hanc firmamdam faciat. Quod adeò verum est, vt si indecurſū informationis aliquius causæ, qua sit coram Iudice, illum videamus non bene sentire pro ea causa; non inde tamè suspe-
cum allegare possimus, & tamè votum suum tali modo manifestauit. Hocque nostrum assumptum alia apud me ratione evidenti probatur; siquidem certum est, Iudicem debere in alterutram partem inclinare, igitur, votum propalans, ostendit, se in illam partem inclinare; ac proinde, si sentiens pro una parte non redditur suspectus; quando propalat, quod sentit, neque suspectus reddendus est, cum voti propalatio nullum aliud p̄t̄iudicium inferat reo maius illo; quod iuste infert, inclinando iusta sententia in alteram partem.

4 Hacque ratione à Pragm. 28. de off. S. R. C. p̄t̄iudicetur, ne Consiliarius explicet signis, in quam iturus sit sententiam, & à Pragm. Ede caus. decid. statutum, ne quis extra iudicium cum alio officiali votum communicet, non autem statuitur, ne parti votum aperiatur, quia scilicet primus modus votum aperiendi infert parti p̄t̄iudicium; nam potest Iudex alterum mouere, vel signis, vel falso colloquio, extra iudicium ad sentendum, quicquid ipse sentit, adeoque meritò id fieri prohibetur; secus verò alter modus, qui nullum parti parat p̄t̄iudicium. Se d de hac re infra.

Quare ex his breuissimè positis liquet, nudam voti propalationem non reddere, suspectum Iudicem. Dixi, nudam, quandoquidem, si ea vestita sit inimicitia, reddet iudicem suspectum, vt patet in casibus explicitis hic à Sanfelicio, dum voti propalatio facta modo, quo animi auersitas ostenditur, iudicem reddet ex illa querentia suspectum, & arguet, illum non à ratione moueri, sed ex prauo in reum affectu. Quando autem argui possit voti propalatio facta nudē, quando verò secus, non est difficultis indagatio, cum, vel ex verborum forma, vel modo ea p̄t̄ferendi, facilimè arguatur. Quod in termino probandum erit; alioquin probans meram voti propalationem, succumbet, dum non Iudicis auersiōnem probabit, sed indiscretum illius mentis effectum, qui eum non reddet suspectum.

Hęc videntur dura prima facie; non ita tamen, si bene introspiciantur; si que casus decisi hucusque à Doctoribus relati considerentur.

5 Ex his aduerte, non temerè poste dici, Iudicem recusatum, tanquam suspectum, quamvis pronunciatum fuerit, suspicionem non militare, ac proinde illa in causa votari contra eum, qui illum suspectum allegavit, posse deinde in alia causa suspectum allegari, dummodò ex illa causa orta sit inter litigantem & illum aliqualis inimicitia. Moreor ad hoc, quia Iudex ex sola recusatione indignatur, & irascitur. litigatores ff. de arbitr. cum concordant. Rippol. var. resol. ca. 2. num. 136. quare hęc indignatio erit causa sufficiens suspicionis, ex Giurba decis. 48. num. 2. igitur, ni ira ista valens fuerit ad illos prima vice remouendos, cum alias suspiciones esset in manu allegantis; erit tamè sufficiēs ad illos altera vice remouendos; & ratio disparitatis est, quia primus actus ira fuit voluntarius, secundus verò erit necessarius; quare sibi imputet reus, si prima vice allegando ab re Iudicem suspectum, succubuerit; poterat namque illum ad iram non provocare, dum verè suspectus non erat. Vnde ex hac ratione, & ne, vt diximus, decisio suspicionis dependeat ab allegante, non renouendus erit; at verò ira hoc modo concepta fit deinde necessaria; siveque secunda allegatio suspicionis erit fundata in ira, non ad instar primæ allegationis, qua nullum aliud fundamentum habebat; quam actum voluntatis; meritò igitur per secundam suspicionis allegationem Iudex remouendus est. Nec refert, inimicitia occasionem p̄st̄itisse ipsosmet allegantes, cum etiam hoc casu Iudices remouendos, tanquam suspectos, passim voluerint DD. p̄cipue apud Gallup. d. 1. par. cap. 4. numer. 45. Cetera vide apud Routh. decis. 31. vbi Dom. Altimar. Capyc. la tr. conf. 101. per totam. Routh. ad Pragm. de suspic. offic. vbi multa cumulat. Dom: Altimar. ad conf. 8. Routh. tom. 1.

7 Ne autem Iudices occasionem p̄bēant litigantibus illos suspectos allegandi, ob oculos ponant Ciceronis verba à nobis alias transcripta in nostra Ariadna, quę huc opportunè iterum transferimus. Ea quid dēta talia sunt. Est sapientis Iudicis meminiſſe se hominem cogitare, sibi tantum esse, permīſſum, quantum commissum sit, & credi-
tum, & non solū sibi soli potestatem esse datam, verū etiam fidem habitam esse: meminiſſe, posse, quem oderit, absoluere, quem non oderit, condemnare, & semp̄, non quę volit ipse, sed quid lex, & religio cogat, cogitare. Animaduertere, qua lege reus citetur, de qua reo cognoscat, quę res in questione veretur. Cūm

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 193

Cum hec sunt videnda , tum illud est hominis magni Iudicis, atque sapientis habere in consilio legem, fidem, religionem, equitatem, libidinem autem, & inuidiam, metum, cupiditates omnes amovere, maximi estimare conscientiam mentis, quam a Diis immortalibus acceptimus , que a nobis diuelli non potest . Hoc qui fide Catholica caruit.

Vt autem, quæ huc usque diximus, clariora videantur, & firmiora, supponendum 8. utique est, voti propalationem tunc inducere suspicionem, cum orta est ab amore, vel odio, ad quæ duo reducuntur omnia suspicionis capita . Nam, licet multæ esse possint 9. suspicionum causæ, de quibus omnes ferè Doctores scripsierunt, vt videre est apud omnes eos, quos retulit Dom. D. Carolus Petra ad Rit. 265. num. 103. inter quas Causalcan. decif. 28. part. 2. octuaginta quatuor enumerauit; quinimò uberrime Fontanell. tom. 1. à decif. 1. usque ad 30. de hac tantum materia discurrit; nihilominus tamè omnes ad amorem, vel odium infallibiliter reducuntur, vt habemus ex Theodor. alleg. 87. n. 4. Gallupp. part. 1. cap. 1. alijsque passim . Unde propalatio voti nunquam erit causa suspicionis, sed signum aliquod, quod ostendat, animum Iudicis, vel amore, vel odio affectum; siveque duobus his casibus, vel odium, vel amor erit causa suspicionis, propalatio autem voti signum tantum erit amoris, vel odij . Hocque utique apud me certum est . Igitur, cum propalatio voti nudè sumetur, nec odium, nec amorem indicans, subiacebit quandoque penitus statutis, non autem erit causa sufficiens suspicionis .

10. Sed, vt loquuntur primò de propalatione voti nudè sumpta, sciendum est, hanc voti propalationem tribus posse temporibus euenire, vt bene quidem considerauit Dom. D. Carolus Petra ad Rit. M.C.V. 265. num. 178. tom. 3. scilicet, antequam causa discutiatur, in ipso acto, quo suffragia præstantur, & post præstita suffragia . Et in his omnibus temporibus potest tali propalatione amor ostendi, vel odium, de quibus infra . Nunc autem primò agamus de nuda propalatione, quæ neutrū ostendat, vt videre queamus, an villam continere valeat suspicionem .

Si igitur primum tempus attendamus, poterit Iudex quandoq; ex rationibus, quæ ab utraque parte adducuntur, propalare, se veriorem ducere sententiam Bartoli, Iasonis &c. super illo articulo, quam Baldi, Pauli de Castro &c. qui modus utique sententiam propalandi nec odium præfert, nec amorem, sed ostendit tantum, se ita sentire. Quod certè, vt diximus supra num. 3, nullum infert parti præludicium, cum

necessariò Iudex debeat in alterneram ire sententiam . Nec dicas, idem dicendum de eo, qui in eadem causa alias indicauit, qui consequenter posset esse Iudex in eadem causa, cum certum itidem sit, se in alterutram debere ire sententiam; cum dispar ratio sit, quià in hoc casu haberetur certitudo antecedens ad causæ discussionem, quià daretur index, qui iam sententiam suam propalauit . Vnde merito M.C. apud Dom. D. Carolum Petr. loc. superius citato tom. 3. num. 181. non militare, edixit, suspicionem allegatam contrà Dominum Marcellum Grassum, eo quod dixerat, Addo Salgadum, vt alias diximus . Quare Doctores omnes, quos circè voti propalationē retulerūt idem Dominus Petra tom. 2. ad Ritum 265. n. 178. & in tō. 3. ad eundem Ritum n. 178. & Dom. Altim. ad Consil. 8. R. ouit. num. 1. & 2. non loquuntur, nec loqui possunt, ex dictis n. 3. de nuda voti propalatione . Et quidem inter exterios Giurba ab omnibus penè Doctoribus adductus in decif. 54. ait, Auditores Rotæ Romanæ palam eorum vota proferre, & propalare, non tamè indè suspectos reddi . Quinimò idem Dominus Petra d. tom. 2. ad d. Ritum 265. num. 183. refert decisum iunctis aulis, cum duobus adiunctis, in causa suspicionis propositis contrà Consiliarium de Ianuario, qui confessus fuit in depositione, se hec dixisse actori exclamati pro sequestro, quod per nullitates non impediri debebat, cbe hauesse tenuito patientia, cbe haueria riferito la causa in Consiglio, dove la parte haueria porto perdere anco le nullità, come hauea persa la causa, e questo per via di discorso &c. D. Octavianus de Stephano, qui suspicionem proposuerat, deponente, hæc illi dixisse Consiliariū: D. Octavio, e questo ancora perderete, fuisse pronunciatum, quod interueniat, & ex causis restituatur depositum . Non est ergo causa suspicionis nuda voti propalatio antè causæ discussionem ,

Potest insuper propalari votum, vt ad secundum tempus deueniamus, tempore, quo suffragia feruntur inter socios, cum scilicet aliquis ex socijs, antequam votum suo loco proferat, signis publicat . Quod permisum non est, vt superius diximus, & nouissimè scriptis idem Dom. D. Carolus Petra tom. 3. ad d. Rit. 265. d. num. 178. Hocque propalatio nunquam inducit suspicionem, sed subiacet tantum penitus à Regijs Sanctionibus, de quibus supra, statutis . Hæc ergo voti propalatio videtur tantum prohibita, ne ex illa cæteri Iudices inducantur ad iudicandum secundum illius votum, non secundum ea, quæ liberè sentiunt .

Potest tandem votum propalari post sen-

B b ten-

rentiam contrà Regias Sanctiones, de quibus verba fecimus suprà ih alia dilucidatione: ex qua propalatione Dom. D. Carolus Petra in d. Risi 3. num. 10. refert, *Annam singul. 383.* scripsisse, fuisse electum e Senatorum numero tempore D. Petri de Toledo, quendam, cuius nomen non detegit, quemq; Borrell ad Bellug. in specul. Princip. rubr. 10. ait, fuisse Marinum Frecc. quarè num. 11. deducit, hinc Iudicem reddi suspectum ex voti publicatione, plurimosque adducit Doctores, quos deinde, re melius perpensa, in 3. tom. ad d. Rit. 265. d. num. 178. de primo tempore loquitos, scripsit: Considerata igitur voti propalatio hoc tertio tempore potest, præciso etiam amore, vel odio, non subiacere suspicioni, licet pœnis statutis à Regis Pragmaticis subiaceat, quæ verè es- sent exigendæ, vt in d. dilucidatione diximus, &, vt scripsit in d. 3. tom. loc. cit. Dom. D. Caro-
rolus Petra, quem non sequor volentem, vt Freccia fuerit ex hac cœla senatoria spoliatus dignitate, dum Anna d. sing. non modo hoc non aperit, sed neque loquitur de uno senatore, vt possemus arguere, hunc fuisse Frecciam, sed de pluribus senatori- bus, Ibi hæc. Bald. in cap. 1. vers. credentia. de pace constant, dicit, esse pœnam amissionis officij, Et ita practicauit Illusterrimus D. Pe-
trus de Toledo in anno 1544. Non nomino (notate) personas. Borrellus verò loc. cit. hoc ait. Et propè temporibus nostris eam ob cau- sam, quod senatorum Regiorum vota revela- set, Inreconsultus eximij ingenij Marinus Freccia in vita è senatorum numero traditur sicutius. Quare fabula astimanda procùl dubio est traditio, quam ex historijs non habemus, cum alias legamus in illis ceteras suspensiones, vt videre est apud Costum in part. 3. lib. 3. bistor. Regni Neapol: anno 1584. apud quem nonnullos legimus ab eo- rū officijs suspensos, & distinctius apud Summar. par. 4. lib. 12. eiusdem anni, quorum multos deinde reintegratos habemus anno 1687. apud eosdem. Vnde prudentius se gessit Anna, qui eorum nomina non pro- palauit, vel quia, vt dixi fabulam fuerat eam arbitratus, vel ne tam eximij, eruditique viri famam denigraret, quām Borrellus, qui ex traditione tantum alloquens; eius no- mēn paterfacere non erubuit.

Hinc certè non possum non laudib; extollere F. I. D. Nicolaum Topium patriæ Theatinum, & in magno Archiuio Regis Cameræ Summariaz Catholicaz Maiestatis beneficio Archiuarium, qui, post propriam illustratam patriam, propriamque pro- palatam famam, non modo ob præfatum Archiuium penè dirutum, librosque ferè omnes, dixerim, vel tempore dilaniatos, vel

antecedentium Archiuariorum incuriam. ad perfetam denique formam, maxima Regis nostri, totiusque Regni vtilitate, re- dactum, tanti tantum viri arte, & ingenio, sed etiā ob tres libros editos de origine Tribunalium omnibus viles adeò, & neces- farios, vt nemo utique sit, qui ijs non indi- geat, necnon denique ob aliū postremo loco editum, inscriptumque, Biblioteca Napoletana, Italico idiomate, in quo om- nes præclaras familias, virosque insignes Neapolitanæ Ciuitatis, & Regni totius ac- curatè descriptos habemus, prætèr alios quāmplurimos non Typis editos, quorum temporis tractu non deerit, qui de more pecuniarum vi se finget auctorem, obiectu tandem elapsis iam measibus, viua adhuc eius fama, & gloria, cuius intuitu Domi- nus D. Antonius Gaeta Regens, & locum- tenēs Regis Cameræ Summariaz eques om- nibus absolutus numeris, doctrina, pruden- tia, pietate eximius, de quo poterit utique Rex noster asserere, se in sua camera Sum- mariaz virum secundum cor suum habere, cum aliorum Presidentium voto, eius filijs mercedem elargitus est à novo præstandam Archiuario præfati Nicolai Topij discipu- lo.

Hunc ergo, inquam, non possum non laudare, dum in secunda parte de origine Tri- bunal. lib. 4. cap. 1. num. 10. loquens de Ma- rino Freccia, præclara tantum eius gesta enumerat, nullum proferens verbum de er- ronea traditione, de qua Borrellus, ne fortè etiā tali traditione, licet falsa, tanti viri famam obumbraret. Nec solū cum Freccia ita se gessit, sed cum ceteris omni- bus, quorum gesta enarravit; nam innu- meras decorauit calamo familias, sed inau- meras etiam carundem errorum silentio, criminumque prætermissione, claras red- didit, suspensionesque falsas, vt par erat, ar- euit; non inde tamè, præh miserum, ali- quid retulit boni, sed nullum, prætèr coniū- cios, in plurimum anorum infirmitate habuit adiutorum. Consumat ergo qui velit, sa- lutem, lucem omnibus præstet, familias tollat ad sidera, &, vt eas reddat firmas, euadat infirmus, certus nullam recipien- di opem, auxilium nullum, sed contu- melias quidem plurimas, cum vix laudes, & obsequia eo referat tempore, quo quis laudandus sit, ab eoque decoranda familia, quo expleto, expleatur omnia, ac si, vel nihil esset actum, vel male actum, cum felici tan- tum tempore in numeri habeantur, qui se promptos ad quamcurque præstandam opem fateantur, vt in dies habemus exem- plia eorum, qui, vel egestate pressi, vel à for- tuna relieti, nullos habent adiutores, sed detra-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 195

detractores plurimos; at vix ad sublimiora cœsti, vix dignitates asequunti, omnes dignoscunt amicos, consanguineos omnes, mutata tessera, insertas propagines, erecta insignia, & denique extra baccanalia tempora personatas familias, adeò, vt ferant, quendam illius germanum, qui ad recentem erat iam vetus dignitatem, se lucubri induisse veste, eò quod suum iam videbat fratrem plus aliorum else, quam suum. Hæcque (licet extræ dilucidationem) sine posita, ut in posterum scriptores, & eruditi eorum tantum viuendi curæ studentes, corriganter, cæteri verò, qui eorum artem notam iam esse inspiciunt, erubescant.

Vt ergo ad dilucidationem nostra decisionis reuertamur, de hoc tertio tempore post Borrel. loc. cit. Carauit. ad Ritum 3. M.C.V. num. 16. Dom. Altimar. ad d. Rouiti consil. 8. num. 8. tom. 1. alios adducit Dom. D. Carolus Petr. d. tom. 3. ad d. Rit. 265. num. 178. vers. tertio demum tempore. De quo nos incidenter aliqua diximus in dicta dilucidatione. Et propalatio hoc tertio tempore facta, præcisio etiā amore, vel odio, neque suspicionem, inducit, licet poenis subiaceat. Hactenùs de nuda propalatione non vestita odio, non amore, nec consequenter ullam indicant, suspicionem; nunc ergo de ea, quæ suspicionem indicat, dicendum; quæque odio, vel amore vestita sit, necesse est. Et pro hac, ut eodem ordine procedamus, secundum tria illa proposita tempora discurrendum erit,

¹³ Quoad primum, scilicet de voti propalatione, antequam causa discutiatur, dubitandum utique non est, quin ea possit, vel amoris, vel odij signum esse. Quod ex verbis, vel comminatorijs, & senerè prolatis in vnu ex litigatis, vel ex placidis, & nimis cōfidentibus erga alterū dignoscetur. Poterunt pro veraq; adduci exemplia, quæ coaceruauit p̄fatus Dom. D. Carolus Petr. ad d. Rit. 265. à num. 105. tom. 2. in quibus videre est, quænam sint causæ amoris, vel odij, præter quām quod nemo utique tam demens erit, ut nequeat amoris, & odij causas secernere: & difficultas tantum esse poterit in eis secernendis per voti propalationem, quæ etiā secerni possunt, si modum, quo illud propalatur, attendamus. Quis enim ignorabit, in casu hic à Sanfelicio exposito num. 5. vbi hæc verba. Così l'ha fatto ammazzare il Marchese d'Oria il Marchese di Fescara, come io sono il consigliero Varela, hæc verba esse ex odio prolata? Quis odio non tribuet ea verba, questo caualiere mi fruscia, & hæc torto? aliaq; quæ refert ex Dom. Petr. Dominus Altim. ad consil. 8. Rouit. tom. 1. nu. 2. meritò igitur apud citatos fuerunt admisæ suspicione. Et ex his colligi possunt etiā verba indicantia

amorem. Et ita recipienda est decisio relata à Staibani addit. ad resol. 110. ad num. 5. num. 17. qui in obsernat. ad resol. 118. ad num. 1. à nu. 3. multa ait de voti propalatione, & inotius, quæ à Iudicibus fiunt.

¹⁴ Quoad secundum de voti propalatione, in sententia, cum scilicet suffragia feruntur, siue sit amor, siue odium, nulla potest cadere suspicio, & ratio est, quia illud est verum tempus vota propalandi; sicque, siue amor, siue odium volitet, infelicem possumus appellare litigatorem, non autem suspectum Iudicem, cui tempore illo licet decreta, & vota, quæcumque ea sint, euomere. Hic ta-

¹⁵ mèn aduertendum est, solere sapientiis Iudicis socios litigatori reuelare illius votū, ut videat hic, quænam in decreto ferēdō contrarium, aduersumque habuerit: & hinc oriuntur deinde odium intèr litigatorem, & iudicem, inimicitie, allegatio suspicionum, cæteraque mala, quæ in dies inspicimus, & quibus, ut alias diximus, nullum adhibetur consilium. Quare meam illam dilucidationem, ac si non scripsissem, scripsi, inspiciens, me operam semper perditurum, & oleum. Nullum certè temporibus nostris latum auditur decretum, quod suos non patefaciat autores, quod contrarios non detegat, adeò, ut arbitrarer ego, satiūs esse, ut suffragia præstarentur in aula coram omnibus auditoribus, eo ferè modo, quo domi à singulis ministris præstantur, cū sic res ad usum redacta non displiceret; quemadmodum enim regulariter nemo hostem dignoscit indicem, à quo contrarium suę intentioni decretum obtinet domi, ita etiā non hostem dignosceret, qui idē palam haberet in aula.

¹⁶ Quoad tertiu, de voti nepe propalatione post sententiam, si illud latu sit ex amore, vel odio, poterit utique allegari suspicio ita, ut non modò ille Iudex nequeat amplius in ea causa interuenire, sed posse aduersus decretum proponi nullitas, tanquam factum cum interuentu Iudicis evidentè suspecti; nam, licet ille ante decretum non fuerit declaratus suspectus, erat tamen intrinsecè talis, vel ex amore, vel odio, quod non innotescat: quare suspectus aliegarī non poterat: hicque corrigenda prorsus est imaginatio, cum non semper ad hoc, ut decretum dicatur nullum, tanquam latum à Iudice suspecto, debeat constare suspicio per declaracionem prius factam, cum hæc declaratio requiratur tantum in ijs, quæ patent, prout sunt, consanguinitas, interesse aliquod apparet, inimicitia, & cætera huiusmodi: at verò, cum malum aliquod latet, non solùm non subiacet declarationi, sed non potest vello modo declarari: vnde, cum postea ab ipso Iudice declaratur amor, vel odium, quis

dubitetur huiusmodi declarationem præpondérari declarationi, quæ fieri potuisse per decretum, tanquam proprio ore factam? siveque, non eo quod animus non ignorat, iudex non dicebatur suspectus, cum ignorantia suspicionis, tanquam quid extrinsecum, non tollat suspicionem. Quod patet à simili; nam, si iudex in aliqua causa sit allegatus suspectus ratione inimicitiae, vel consanguinitatis, quæ illum reddat in ceteris causis eiusdem litigatoris suspectum, & post multos annos, ad maiorem transiens dignitatem, contra eisdem personas suspicionis oblitas, vel contra earum heredes, qui tanquam tales, iustum habere dicentur ignorantiae causam, decernat, decretum iam erit nullum, nec proinde nullitas non militaret, eo quod ignorabatur antea decretum suspicio, quæ iam aderat, ex declaratione facta multò antea decretum factum à iudice suspecto. Idem ergo dicendum in nostro casu, cum non coactanda sit ignorantia suspicionis ad declarationem factam per decretum, sed etiam ad animum iudicis, qui, tanquam amorem, vel odium celans, nequibat allegari suspectus, ni post quam animus odio, vel amore insutuit affectus. Difficultas verò meo iudicio stat in dignoscendo, quomodo ex tali propalatione post decretum dignosci possit amor, vel odium. Et circa hoc, cum nequeat certa regula statui, prudentia consulenda est, quæ inspici potest, an huiusmodi propalatione ostendat iudex, se motum à iustitia, an ab odio, an ab amore; siquidem, si ille forte diceret, se in hanc iuissse sententiam pro Titio, quia Titius illam merebatur, quia se bene cum eo gessit; quia multum ei debebat, aliaque diceret similia, iam certè hæc voti propalatio ostenderet, se ad illam sententiam ferendam amore motum; quare unde in ceteris suspectus redderetur, & contra eius sententiam possent, ut diximus, proponi nullitates. E contra verò, si diceret, se illam contra Titium tulisse sententiam ob malos Titij mores, ob inimicitiam cù eo contractam, ceteraque similes causas, iam huius voti propalatio odium ostenderet, & consequenter idem esset dicendum circa suspicionem. Hęcque latius super propalatione voti, & super hac dilucidatione, pro qua sequentes nonnullę dilucidationes faciunt,

S V M M A R I V M .

1 Index redditur suspectus propter inimicitiam, & ex iudicio in manibus eius, cuius in alia causa est iudex aduersarius recusantis, nec non iudicium in manibus collega aduersarii eiusdem recusantis.

- 2 Inimicitia presumpta sufficit ad reddendum Iudicem suspectum.
- 3 Iudices nequeant in eorum causis adiuvicem interuenire.
- 4 Collega presumitur amicus alterius collega.
- 5 Iudex ex inimicitia leui non potest quandoque allegari suspectus, & quando.
- 6 Collega quando dicatur suspectus, & quando non in iudicando contra aduersarium recusantis alium collegam.
- 7 Suspicio Iudicatum reducitur ad duo capita, ad odium, & ad amorem.
- 8 Iudex in iudicando non redditur suspectus eodem modo ex amicitia, & inimicitia, & quare.
- 9 Lex naturæ obligat homines ad mutuum amorem, ob idque iudex non ex omni amicitia redditur suspectus.
- 10 Inimicitia, quamvis leuis, reddit suspectum Iudicem, & quare. Affertur noua ratio.
- 11 Iudicandi actus cur nullum vinculum habere debeat.
- 12 Iudex utriusque partis inimicus, an ab altera parte possit allegari suspectus.
- 13 Inimicitia ad quem gradum consanguinitatis, vel affinitatis extendatur respectu suspicionis in personam iudicis.
- 14 Index reconciliatus, an valeat allegari suspectus.
- 15 Index presumptus inimicus an possit allegari suspectus, & quoniam sint conjecturae presumptiones inimicitia.
- 16 Inurbanitas in Iudice an sit semper species inimicitia.
- 17 Inurbanitas nonnullorum Iudicium quoniam sit.
- 18 Iudex non resalutans, an, & quando possit allegari suspectus.
- 19 Amicitia, quæ reddit suspectum Iudicem, quoniam sit debeat esse.
- 20 Suspicionum capita in personam iudicis concernientia amicitiam quoniam sint.
- 21 Index affinis, vel consanguineus litigatoris, dicitur suspectus.
- 22 Index redditur suspectus, si eius coniunctio sint aduocati alterius ex litigatoribus. Quod fusè probatur.
- 23 Index commensalis cum litigatoribus, an, & quando redditur suspectus, & quid dicendum de eius filiis commensalibus cù ijsdem litigatoribus.
- 24 Index commensalis cum aduocato litigatoris an redditur suspectus, fusè examinatur.
- 25 Index nimis amicus litigorum adicatur suspectus, & quoniam sit vera nimia amicitia, noua ratione ostenditur.
- 26 Index nimis familiaris aduocati litigatoris an dicatur suspectus.
- 27 Amicitia occasionalis, an, & quando reddit suspectum Iudicem.

Fama

In Decisiones Reg. Sanfelicij: 197

- 28 *Fama bona, an attendenda in materia suspicionum.*
- 29 *Suspicionum vota non fundanda sunt decisionibus relatis à Doctoribus & quare.*
- 30 *Indici quid agendum, ne suspectus allegetur, & quomodo sibi procedendum cum Aduocatis.*
- 31 *Index an debeat fauere magis Reo, quam auctori, an neutri.*
- 32 *Iudicium malemerentium de Aduocatis exempla.*
- 33 *Aduocati quomodo se gerere debeat in suspicionibus proponendis, remissive.*
- 34 *Suspiciones iudicium semper essent recipienda, & quare.*

DILVICIDATIO DECIS. LXXXI.

- 1 *Inquit Sanfelicius in hac decisione, iustas causas recusationis esse inimicitiam, quamvis leuem; iudicium in manibus eius, cuius in alia causa est Index aduersarius recusantis; & tandem iudicium in manibus collegarum aduersarij eiusdem recusantis. Has omnes, inquit, esse iustas recusationes causas.*
- 2 *Vnde quoad primum de inimicitia leuidicas, sufficere etiam presumptam, ut Cacheran. decis. 15. num. 7. ex Aufrer. de recusat. col. 7. vers. si Index est inimicus. Idem dixerunt Reg. de Marin. resol. quotid. tom. 1. cap. 211. num. 1. Consiljar. Franc. Maria Pratus tom. 3. discept. cap. 48. num. 7. Milan. decis. Sicil. 15. par. 1. de Ponte decis. 30. nu. 4. Reg. Galeot. lib. 1. controu. 39. num. 43. qui ex Iason. in l. apertissimi num. 7. C. de iudic. id ampliat, quamvis Index illam ignoret, vel amare ostendat, quem odit, ex Parid. de sindicat. vers. suspicio num. 5.*

Reddit rationem de inimicitia leui Dd. Verde ad pdr. 1. cap. 4. Gallup. num. 63. vers. Et hoc etiam, ne lis exponatur periculo: quia ratio militat etiam in inimicitia presumpta, prout diximus superius in dilucidatione, decis. 79.

- 3 *Quoad secundum de iudicio in manibus eius, cuius est Index aduersarius recusantis, aduertendum est, id evenire ratione, quam tradit Dom. Rodoer, ad Reg. de Marin. loc. cit. num. 1, deducta ex Hostiens. in summa. it. de recusat. iud. deleg. num. 3. quia scilicet duo Iudices nequeunt ad inuicem in eorum causis interuenire, cum inter eos censeatur facta tacita pactio, quod par pari reddant.*

- 4 *Quoad tertium de iudicio in manibus collegarum eius aduersarij, ea videtur esse ratio, quia collega presumitur alterius collegarum amicus; vnde subintrat regula, quod amicus inimici mei inimicus meus est. ad rex. in cap. cum. offerens il. 2. ut lite non contest;*

His suppositis, redeamus ad singula capita, sicque ad primum dicas, licet Index sit inimicus leuis alicuius, non posse illum recusari suspectum, si eandem inimicitiam, vel grauiorem habeat cum meo aduersario; tunc enim, cum non presumatur esse maior in unum, quam in alterum odium, vel affectus, non poterit cadere suspicio; vnde, si ab eius aduersario non recusabitur, tanquam suspectus, neque poterit ab ipso recusari. Quod intelligendum, modo ab eius aduersario ideo non allegetur suspectus, quia forte sequuta fuerit reconciliatio, sed de hoc infra. Quod idem dicas ad secundum caput.

6 Ad tertium, rem aliter se habere, dixeris, si duo collegarum sint inter se inimici; tunc enim, licet eius aduersarius sit collega, poterit nihilominus interuenire, cum afferri nequeat regula illa, quod amicus inimici mei inimicus meus sit. Et licet Reg. Sanfelicius in 3. capite loquatur de scriba, eandem, dixeris, rationem militare de quo quis iurisdictionem habente, fortiori ratione, ut consideranti patet.

Hinc ad ubiorem dilucidationem decisionis collige, ut alias diximus, iudicium suspiciones ad duo reduci capita, scilicet ad amorem, & odium, quae idem sunt, si dicamus, ad amicitiam, & inimicitiam, prout in hac decisione. Quarè, ne quæsto tredat te, lector, si aliquia circuam amorem, vel amicitiam, & odium, siue inimicitiam exponas, ex quibus firmam habeas regulam dignoscendi, quandonam Index ab alterutro ex his capitibus suspectus reddatur: idque ad hæc apponenda me mouit, cum viderimus apud Doctores, praesertim recentiores, materiam hanc suspicionis adeò fusè, & confusè tractatam, ob varios speciales casus, qui evenerunt, ut vix regula aliqua generalis tradi queat. Ea nihilominus ad tantas ambages remouendas tradenda omnino est; si que diximus, suspicionem ad duo capita reduci, ad amorem, siue amicitiam, & ad odium, siue inimicitiam, super his duabus capitibus regula statuenda est, ut videatur, quænam amicitia, & quæ inimicitia suspectum reddat in iudicando Iudicem. Quarè supponendum est, non eodem modo discutendum de amicitia, & inimicitia, cum non quæquis amicitia reddat suspectum Iudicem, & è contraria quæquis inimicitia etiam leuis, ut superius diximus, illum suspectum demonstret. Accidit hoc, quia inter homines lex est natura, quæ illos ad mutuum obliget amorem: vnde, si à Iudice quemcumque excludeamus amorem, illum contraria natura legem dabissemus iudicantem, quod implicat. Et ex his videtis, quare quæquis è contra inimicitia illum

illum reddat suspectum; etenim, dum natura lex homines ad mutuum obligat amorem, arcet consequenter odium quocunque, quod amori opponitur, siveque nil mirum, si quocunque amicitia leuis non reddat suspectum Iudicem, quem reddit suspectum quocunque inimicitia, quoniam prima est a iure naturae, alera a prava voluntate.

¶ Itaque, ut primò, tanquam quid facilius, inimicitiam absoluamus, regulam generalē habeas, quā teneas, Iudicem inimicum ex quacunque levissima inimicitia esse in iudicando suspectum. Placet ratio superiorius ex Doctoribus adducta, ne scilicet lis in periculo ponatur; sed alia à priori, & effi-

¶ caciōr est, quia actus iudicandi est ad instar voluntatis liberæ, quæ nullum vinculum habere debet, si liberam illam velimus. Sic profecto est actus iudicij; quod si, aliqua vinclum odij, & inimicitiae habet, iam redditactum illum non in æquilibrio positum, sed recedentem saltē ab amore illo naturali, quem à natura omnes habemus: vnde (quod adverte, cum sit argumentum stringens) si potuit odium remouere, amorem, ad quem natura obligauit, poterit à fortiori remouere animum iudicis à iudicando pro ea, quem odit. Nunc ergo per vestram fidem videte, an quevis inimicitia leuis valeat suspectum reddere Iudicem, an non. Quorū ergo scriptores scripsierunt de Iudice suspecto ex capite inimicitiae, quorum plurimos coacerūrunt post alios, Dom. D. Carolus Petra d. tom. 2. Ritu 265. n. 160. & Dom. Blasius Altim. ad cons. a. Roniti tom. 3. n. 2. & p. omnes sub hac regula generali recipias. Hęcque inimicitiae suspicio adeò ob oculos ponenda est, vt quamuis

¶ suprà nu. 5. dixerim, iudicem leuem inimicum non posse recusatū suspectum, si eandem inimicitiam, vel grauiorem habeat. cum altera parte, id tamē intelligendum diximus, modo ab altera parte ideo non allegetur suspectus, quia forte sequuta esset reconciliatio. Quare aduersitas, in dubio, aduersatio non allegante illum suspectum, præsumi reconciliationem inter illum, & Iudicem, potissimum, si ille, grauiorem altera parte inimicitiam cum iudice habens, eum suspectum non allegavit; imprudenter enim videretur se gerere, qui vellet litigare coram Iudice, cuius ipse esset grauior inimicus, quam aduersarius. Ceterum, stante æquali inimicitia, dubius adhuc sum, an militet, quod ibi suprà dixi, quandoquidem, præterquam quod nemo ex illis certus esse potest de reconciliatione facta cum alterutra ex partibus, ut benè considerarūt. Andr. ad speculat. lib. 1. part. 1. tit. de Iudice delegato §. superest: ut de uno lit. H. & Rebuff.

lib. 3. cons. Gall. tit. de recusat. art. 6. Glos. unic. num. 18. adducti à Roniti ad Pragm. 1. de suspicion. official. num. 14. vers. secūs; poterit etiam hoc casu Iudex, quamvis virtusque partis æquè inimicus, in illo actu iudicandi vehementius in unam moneri, quam in alteram; non enim implicat, crescere inimicitiam, quæ semel inducta est.

Vt autem ad generalem inimicitiae regulam reuertamur, cum quevis inimicitia reddat suspectum Iudicem, percurrat quisquis sit, casus à Doctoribus expositos, & decisos, & reperiet utique, veram esse regulam superiorius expositam. Sed prius aduertat, ad

¶ quem gradum inimicitia extendatur, & quomodo facienda sit graduum computatio. Quæ questio potest esse tam, attento iure communī, quam nostri Regni Neapolitanī. Pro iure communī videndi Graff. cxcep. 24. num. 27. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 2. casu 152. Mastrill. decisi. 151. Milanens. decisi. 16. lib. 1. num. 27. & seq. Reg. de Ponte decisi. 30. num. 14. Capyc. latr. cons. 101. à num. 8. Rotitus ad Pragm. 1. num. 22. de suspic. official. aliquę apud ipsos, & Dom. Altim. ad d. cons. 2. Roniti tom. 3. n. 7. & Dom. Petram ad d. Rit. 265. num. 162. apud quos varias reperies opiniones; ego vero in illa sum, ut respectu consanguineorum consideretur suspicio, vt que ad quem extenditur successio; hęcque regula deseruiet etiam in omnibus Regionibus, quæ diversas habent successiones limitatas, & in hanc opinionem inclinat inter ceteros Reg. de Ponte loc. cit. Respectu vero affinitatis consideretur suspicio proueniens ex inimicitia quoad eos tantum, qui nequint absque dispensatione matrimonium contrahere. Moecor ad hęc, quia in ter hos regulariter, tam ex causa successoris, quam matrimonij, extenditur strictius amor. Hoc tamē maiorijs considerandum, potissimum, cum ex moebris à Reg. de Ponte loc. cit. Iudices debeant esse proni ad suspicionem admittendam, dum Doctores scripsierunt, ex omni leui causa iudicem recusatū posse.

Reliquum est ergo, ut dicamus, quid dicendum, attento iure Regni nostri, pro quo habemus Pragm. 15. §. 15. de suspicion. offic. vbi hęc. Allegandosi alcuno giudice per Josepho per causa d'inimicitia, non si riceua la petizione di tal ricusatione, se non si esprime in essa chiaramente la specie dell'inimicitia, la quale, se sarà tale, che offenda tutto il parentado, ordinamo, che detta causa si stenda fin al quart' grado nella consanguinità, e fin al terzo nell'affinità, quali gradi si debbano computar de iure canonico, e s'intendano inclusione, come si devono computar, & intendere sempre, che di sotto si farà menzione di grado di parentesco, e quan-

e quando l'inimicitia non sarà tale, che offenda la famiglia, ma induca inimicitia capieale, sia causa bastante per la recusatione fin al terzo grado di consanguinità, e secondo di affinità, e se l'inimicitia sarà riconciliata fra li principali, o per pace, o per altro modo, non possa altra persona congiunta di detti principali servirsi di essa, per ricusar li giudici. Et in quanto all'istessi, che saranno riconciliati, lasciamo alla dispositione delle leggi, se potranno dopo ricusarsi ad innicem, non ostante detta riconciliazione.

Quarè, extante hac dispositione, quam integrum retulimus, ex ijs, quæ infra dicti sumus, nulla videtur posse esse in Regno substantialis questio, & circà hanc dispositionem consule Capyc.latr.dict.consult.101. & Dom. Altim. ad d.conf. 2. num.8. & seqq. cum cæteris ab ipso ibi relatis.

Ex his igitur casuum à Doctoribus expolitorum, decisorumque examen facile erit, intèr quos sunt, quos referunt Doctores adducti à Dom. D. Carolo Petra d. Ritu 265. tom. 2. & 3. & num 163. & Dom. Altim. ad d.conf. 9. Rouiti tom. 3. Hincque ex ijsdem suspectum vocabis Iudicem inimicū, quamvis reconciliatum, cum semper remaneant reliquæ inimicitæ contractæ, ut decisum testatur Gizz. ad Capyc.latr: decif. 91. nu. 19. Quod Pragm. superius citata adductis verbis noluit determinare.

15 Nec non præsumptum ex aliqua coniectura probabili, puta, si habitaret, vel nimia familiaritate vteretur cum litigantis inimico, vel cum litigantis vxore, sive pudica, sive impudica, vel esset riualis eiusdem litigantis ex causa meretricis, vel si pertinacem, animosumque se in iudicando demonstraret, vel vnam ex partibus non libenter audiret, sed ab audientia iniuriosis repelleret verbis, nec Aduocatum vellet audire (quod plurimorum Iudicium vitium est) vel, si licet cum aliquo ex litigatoribus haberet, vel si inurbanè legereret, cum inurbanitas inimicitæ sit species, hæcque poterit multipliciter haberi, tæcchè per non resalutationem, quæ optima causa suspicione est, vel per verba indecentia, inhumana, & similia.

16 Hæc autem inurbanitas suam habet limitationem, cum non semper inimicitiam arguat; quandoquidem inspicimus nostris præcipue tempestatibus nonnullos, vix iudicandi munere decoratos, tam gloriosos enadere, vt se ab hominum cœtu putent segregatos. Omnes despiciunt, præter paucos, qui eos ad dedecus usque colant. Salutati non resalutant, sed caput aliò vertunt, vel, si non resalutare erubescant, pileum vix tangunt, non mouent, ni grauitas potius le-

datur, quam caput. Supercilio censem, vel litigatores, vel causarum patronos, procuratoresque terrere, vt à metu veneracionem mutuent. Iniurijs, contumelijs, & quædoque ierbis eos afficiunt, vt dementiam alant cœtiū, quam superbiam. Infelices ipsos, Infelices etiā litigatores. Ipsi, inquam, qui tanquam bellua ab omnibus, vel iridentur, vel effugiuntur. Litigatores, qui, vel iniuti, coguntur, aut hæc omnia suffere, aut litibus parentare. Sed ex huiusmodi Iudicantibus adeò paucos reperi credam, vt me nullum audiisse, nec vidisse, fatear. Si quis ergo ex his reperiatur, non poterit utique allegari suspectus, tanquam inimicus, cum à natura inurbanus sit.

18 Vnum tamè aduertamus velim quoad urbanitatem, inurbanitatemque, videlicet, in Regno nostro disponi per Reg. Pragm. 15. §. 19. de suspicion. officialium, si iudex cum iuramento dixerit, à se non visum, quem non resalutauit, non posse illum ex non resalutatio ne allegari suspectum. Ibi. Volemo, che non sia causa bastante, per rimuovere il Giudice, il pronar, che lui non habbia salutato, o risalutato, e canata la beretta à litiganti, quando il Giudice affermerà con giuramento, non banarlo visto. Quod quidem optimè prouisum est. Sed quid, si per testes probatum fuerit formiter, à Iudice visum litigatore, non tamè resalutatum, sed negro latum animo, an hoc casu Iudici potius credendum sit, quam testibus; nam, si Iudici credendum cœtiū dicamus, quam testibus, suspicionem ab ipso Iudice suspecto dependere fatendum est, adeoque ipsum in sua causa esse testem; quinimò Iudicem. Si testibus, maiorem habebimus fidem testimoniis oculis, quam Iudicis afferentis, à se litigatore non visum, cum testimoniis oculi plus falli possint, quam queat fallere Iudicis depositio; & mirum quidem esset, habita vera Iudicis depositione in dubio, maiorem mereri fidem aliorum oculos, quam illius, qui se vidisse, negat. Quid ergo dicendum? Consule, adueniente casu, prudentiam, & circumstantias; nos autem ad nostrum propositum reuertamur, cum, vt video, utilius esset, vt de moribus nostris hisce tempestatibus scriberemus, quam de Iurium dispositionibus.

Absoluto igitur breuissimè capite hoc inimicitæ, ex quo Iudex allegari potest suspectus, reliquum est modò, vt ad alterum caput amoris, seu amicitia, pari breuitate deueniamus, licet longiori esset illud examinandum calamo.

Vt initio diximus, non eodem modo discurrendum nobis est de amore, seu amicitia, quo de odio, seu de inimicitia discurrimus,

rimus, dum quævis inimicitia reddit suspicium Iudicem, quem non reddit suspectum quævis amicitia, cum lex naturæ homines ad mutuum obliget amorem, odiumque penitus arceat: quarè, si vellemus, Iudicem amicum esse suspectum, illum profectò contra naturæ leges daremus. Non ergo omnis amor, non omnis amicitia Iudicem reddit suspectum, sed tantum, ut etiam circa id regulam, quoad possumus, generaliter tradamus, amicitia occasionalis continuata; quæ qualis sit, vt omnes suspicitionis casus continere valeat, mox videbimus; sic enim Iudex naturalem non arcebit amorem, sic arcebit occasionalem, affinitatem remouendo.

Et quidem, si quamcumque occasionalem amicitiam esse causam suspicionis, vellemus, nullus daretur Iudex non suspectus. Quis enim nunquam occasionem habuit cum aliquo amicitiam contrahendi? quis vñquam amico quæsito caruit? Certè, si quæ huiusmodi daremus, iam non tanquam amicum, sed tanquam bellum arceremus à iudicando. Omnes amicis abundant, ad proprium, reciprocumq; interesse, commodum, utilitatem, & delectationem, nec ad id plura refero, ne in re tam clara paginas eruditioribus ab re repleam. Hæc autem occasionalis amicitia, statim ac aliquis Iudex creatus est, procul dubio est deserenda; si que ea non deseratur, vel ob impotentiæ physicam, vel ob nolentiam, certum est, jejunum continuatum, reddere suspectum Iudicem. Et ratio est eadem, quam supra deduximus, quia scilicet, quemadmodum vinculum odij non reddit actum iudicij in æquilibrio positum, ita etiam vinculum amoris occasionalis continuati, cui Iudex, vel nequit, vel non vult, parentare. Et ex hac etiam generali regula inferius explicanda, & exemplificanda examinabis causas omnes amicitie, quibus Iudex reddatur suspectus, expositos ab adductis Doctoribus, qui causas quoque inimicitia retulerunt.

20 Suspectum ergo dices Iudicem, qui in illa causa, in qua iudicat, proprium interesse habet, dum amor illius interesse tanquam occasionalis, & continuatus non efficit, vt actus iudicij stet in æquilibrio; secùs vero, si interesse cessavit, quoniam tunc amor illius occasionalis non dicetur continuatus. Et sub hac amoris specie continentur munera, quæ ab uno ex litigatoribus Iudex recipit, de quibus ne verbum quidem faciemus, tanquam de re extra propositum, & inuisa. Seruitia actualia, quæ illi ab eodem præstantur, & nomine seruitiorum veniunt quoque omnia ea, de quibus nec loqui debe-

mus, nec absque scandalo possamus. Et tandem dignitates, & officia, quæ omnia etiam silentio præterea sunt.

21 Suspectum insuper dices Iudicem, qui sit consanguineus, vel affinis litigatoris, quoniam amor hic occasionalis non potest non continuari, & consequenter non efficit, vt actus iudicij stet in æquilibrio. Ad quem gradum autem extendenda sit consanguinitas, & affinitas, & quomodo computandi sint gradus, superius diximus, cum fuimus loquuti de inimicitia. Et in puncto vide ea, quæ refert *Dominius Petra ad d. Ritum. 265. tom. 3. num. 1. 29. & seqq.* Et sub hac amoris specie veniunt causæ patrocinatæ à consanguineis iudicium, eorumque affinibus, qui prohibentur proinde in illis indicare, tam attento communii iure, vt apud *Dom. D. Carolum Petr. loc. cit.* quoniam iure nostri Regni, ex *Pragm. 16. de suspicion. official.* gradus praefigente eodem modo, quo anteà circa consanguinitatem inter Iudicem, & litigatores præfixerat: quam suspicionem prefatus *Dom. D. Carolus Petra* pluriès practicata refert *loc. cit. num. 133.* quamvis filij, & coniuncti Iudicium non fuissent aduocati litigatori in ea causa, sed in alijs: & merito, quoniam, cum pater, & filius vna censeantur persona, amor occasionalis filij continuatus erga vnum ex litigatoribus ob quamcumque causam dicitur etiam continuatus in patre, qui proinde nequibit in ea causa, quamvis à filio non patrocinata, iudicare, cum talis amor continuatus efficiat, ne actus iudicij stet in æquilibrio. Maior difficultas est respectu aliorum in remotiori gradu coniunctorum, de quibus idem etiam dicendum est, cum ea coniunctio consanguinitatis, vel affinitatis in gradu determinato, & prohibito, idem operetur in hoc casu, quod operaretur in casu, quo Iudex esset coniunctus cum ipsis litigatoribus; par enim ratio est, prout ipsa *Pragm. 16. annuit.*

22 Suspectum quoque dices Iudicem, qui sit commensalis cum uno ex collitigatoribus; qua pro re aduerte, me etiam conuenire cum Doctoribus relatis ab eodem *Dom. D. Carolo Petr. ad d. Rit. tom. 3. num. 144. volentibus*, vt una commensalitas non sit sufficiens ad inducendam suspicionem; & moueant à meis principijs, quia amicitia hæc occasionalis non potest dici continuata per unam commensalitatem. Hoc autem aduerte, post habita quacunque decisione, que forsitan reperiretur, cum in materia suspicionis, vt postremo loco dicam, nullum sit faciendum fundamentum in decisionibus, tanquam facta diuersa, probationes incongruas, respectus officialium, ceteraque id genus continentibus, idem esse dicendum de

de filijs Iudicis commensalibus cum litigatoribus; nām, dummodo sit continua commensalitas, firmè teneas, eam esse optimam causam allegandi suspectos eorum genitores, ex iisdē nostris principijs. Quod idem pariter dicas, quanvis, lice non pendente, fuerit Iudex, eius filius, səpius cōmensalis cum eisdem litigatoribus; nām hic etiā corrigenda est imaginatio, dūm non est pendente litis, quæ Iudicem commēsales reddit suspectum, sed commēsalitas ipsa, quæ operatur, vt sit amicus occasionalis cōtinuatus litigatoris, ac proinde, vt actus iudicij non sit in æquilibrio positus. Et licet possit opponi bona iudicis fama; hoc tamè arguentum non convincit, vt in calce demonstrabimus. Maior autem difficultas est, an sub hac commensalitate veniat cōtinua commensalitas.

34 & habitatio cum Aduocato litigatorum, quod non raro, imò səpissimè evenit; sunt enim plerique Iudices, qui, dum Aduocati munere functi fuere, discipulos quosdam habuerunt, qui deinde ob transitum eorum præceptorum ad maiores dignitates in pri-
stimum illorum gradum subintrantes, pa-
ulationem in Aduocatorum cœtum adscripti, antiquam præceptoribus obedientiam præ-
stant, siue ante ob maiorem studendi
commoditatem, occasionemque, in eorum
domibus immorabantur, cum ijsque
forte comedebant, non audent deinde
discedere, nec eorum relinquere tutelas:
vndè dubitatum alijs scio, an Iudices, in-
quorum domibus isti continuò immoran-
tur, reddantur suspecti in causis, quas eorū
discipuli patrocinantur.

*Ronitus nosfer ad Pragm. 1. de suspic. nū. 13.
ex Zaf. in l. Prator in fin. ff. de Iurisid. omn.
Iud. inquit, Aduocatum nimis familiarem, & quandoque commēsales cum Iudice, non reddere Iudicem suspectum.
De qua re inferius dicemus, cum diuersa
utique sit ab ea, quam hīc inquirimus; dif-
fert enim nimia familiaritas, & rara com-
mensalitas à continua habitatione, & com-
mensalitate. In casu igitur proposito non
dubito, quin Iudex reddatur suspectus, si
perleuerant habitatio, & commensalitas.
Quam conclusionem veram arbitror, non
solum secundūm mea principia, eo quod
continua hac habitatione, & commen-
salitate ostenditur amicitia occasionalis
continuata, quæ non facit sistere actum iudicij
in æquilibrio, sed etiā secundūm
quacunque principia à Doctoribus omni-
bus exposita; si enim omnes suspicionum
causæ reduci poslunt ad duo capita, scilicet
ad amorem, vel odium, non credo, exiguū
esse amorem Præceptoris erga discipulum,*

quem potens, creatus Iudex, extrā domum
habere, velit arctiori amoris vinculo domi
retinere. Sique vrgetas, non prouenire hoc
ab amore erga discipulū, sed à lucro, quod
suz domui parat discipulus, hoc ipsum red-
det à fortiori suspectum Iudicem, dūm de
suo incresso agitur. Quarè, quocunque
vertamur, suspicionem hanc inspicimus mi-
litantem.

Ad quam evitandam assolent sensati,
prudentesque Iudices iusto discipulorum
consensu diuisas ab ijs domos habere, nec
amplius cum ijs esse commēsales; sic nāmq;
ostendunt, non esse int̄ eos occasionalem
illam cōtinuaciam amicitiam, quæ actum
iudicij non reddebat in æquilibrio susten-
tem. Quod si quandoque diuisis etiā do-
mibus, mensisque dari queat casus, quo du-
ret occasionalis illa amicitia, cum lex no-
stra de internis non cogitet, & externa aliud
demonstrant, prudencia à litigatoribus cō-
sulenda est, vt alias suspicionis causas pro-
ponant, & tandem à Summo rerum omniū
Reparatore expectent consilium.

35 Suspectum denique dices Iudicem quo-
uis alio modo amicitiam occasionalem
continuātem, puta, si litigatori res suas do-
mesticas committeret, si illi omnia infor-
matio communicaret, si continuo alter al-
teri visitationes redderet confidenter, ceter-
risque modis, qui iudicantium prudentia
deservuntur. Et ita recipiendi sunt Docto-
res adducti à Dom. D. Carolo Petra d. som. 3.
ad Rit. 265. à num. 137. cum ceterum ordi-
naria amicitia, & familiaritas nullam in-
ducant suspicionem, ni vellemus verè cum,
qui Iudex creatus est, ab hominum cœtu
exulem. Quarè, cùm Doctores voluerunt,
vt nimia familiaritas partium cum Iudice
reddat hunc suspectum, ly, nimia familiarita-
tas, idem sonat, ac continua occasionalis
amicitia, quæ nulli dubium, quin semper
suspicionem inducat.

Puto igitur, clarius explicandum fore,
quid sit occasionalis hæc amicitia conti-
nuata, ne quis putet verè, quacunque ami-
citiam, quæ occasionem habuit, quæq; deinde
de continuatur, reddere suspectum Iudicem:
quod si ita se haberet, vel utique. vt səpius
dixi, iudices haberemus bellus, vel nemine
non suspectum, dum, cùm semper amicitia
ex aliqua occasione contrahatur, nullus ho-
mo caret huiusmodi amicis. Occasionalem
ergo amicitiam continuata illa est,
dicas, cùm non solum amicitia continua-
tur, sed etiā occasio amicitia. Puta, si
contrarerim amicitiam cum Petro ob ali-
quod munus, quod mihi elargitus sit, dice-
tur talis amicitia occasionalis quidem,
quia habuit occasionem à invenere; sin au-

rem deinde munera non continuetur, dicitur quoque, continuari amicitiam, sed non occasioalem, quia non amplius actu munera interueniunt, licet continetur amicitia, quae principio fuit occasionalis. Secundum hoc ergo exemplum de ceteris casibus discurras. Unde si Titius, contrahens cum Sempronio amicitiam ob seruitum præstatum, deinde Iudex efficiatur, si Sempronij amicus semper sit absque alia seruitus præstatione, non dicetur continuare occasionalem amicitiam, sed simplicem amicitiam; sin autem seruitia prætentur, dicetur continua amicitia occasionalis; & ab hac postrema, statim ac aliquis Iudex creatus est, abstinere debet, non à prima, cum neque iura nostra ingratitudinem suadeant, quam absque persuasione plurimi sunt, qui non despiciant. Ut igitur ad propositum revertamur, iam clare patet, eam tantum prohibitam familiaritatem, quae nimia sit, quæque occasionalis, & continua, eamque tantum reddere, & reddidisse suspectos Iudices. Unde ne quæso mireris, si in Regno nostro diuersimodè decisum videris, ut annuit praefatus Dom. D. Carolus Petrus loc. superius citato post num. 140. vers. id tamè in Regno; nam, præterquamquod in materia suspicionum nulla facienda vis est in decisionibus, quæ referuntur, ut inferius demostabo, poterant Iudicantes secundum variis casus, qui proponebantur, modò arguere familiaritatem nimiam, & occasionalem, modò secùs. Ceterum, an optima fama faciat ad casum, dicemus etiàm brevissimè infra.

26 Hoc autem, quod de litigatore diximus, applicandum est etiàm adiuvato litigatoris, qui familiaris sit Iudicis; etenim, si familiaritas hæc, siue amicitia, quæ duo idem sonant, erit occasionalis continua, non dubito, quin adiuvatus reddat suspectum Iudicem, cum nimia hæc familiaritas non faciat susterre actum iudicij in æquilibrio. Hæcque ratio fortis militat in familiaritate inter Aduocatum, & Iudicem, quam inter Iudicem, & principalem litigatorem; siquidem principalis litigator non erit forcè tam aptus ad persuadendum, quam eius Aduocatus; sicque, si litigator persuaderet familiaritate, Aduocatus suadebit familiaritate, & rationibus: & quam maioris ponderis sint rationes, quam ab ore amici proueniunt, quam aliunde, nemò est, qui tunc videat, nemo qui non periclitetur; nec ad hoc suadendum utar exemplis, & eruditioibus, cum legalem materiam illis intertere penitus excedat, dum putarem ab re eas potius perdere, quam plurimis placere. Igitur, sic contra huiusmodi familiaritas

nón erit nimia, seu occasionalis continua, quæ duo etiàm idem sonant, ut diximus, non reddetur suspectus Iudex, & locum sibi vendicabunt dicta Raviti loco superius citato, aliorumque Doctorum apud Dominum D. Carolum Petram ad d. Rit. 265. tom. 3. numer. 150.

Et hinc adverte, Thorum tom. 2. compend. decisi. verb. suspicio in personam Iudicantis proposita, pag. 673. ex multis Doctoribus sustinuisse, familiaritatem, quam habet Iudex cum Aduocato non reddere suspectum Iudicem, sicque decisum, sed, illa decisione, non obstante, Proregem ob creditorum clamores, remoto eo Iudice, alteri causam commisisse. Qua decisione extante, quænam determinatio per vestram fidem vobis videretur prudentior, illa Iudicum, an Proregis? & certè quisque prudentissime responderet. si familiaritas erat nimia, prudentiorem fuisse illam Proregis: si ordinaria, prudentiorem illam Iudicantium; quomodo autem se res habuit, ad me videre non spectat. Fortè tantus creditorum clamor erat fundatus in evidenti nimia familiaritate.

27 Ex huc usq; dictis quatuor substantialia colligenda sunt. Primum est, occasioalem hanc amicitiam continua eamē est, Iudici præiudiciale, quatenus occasio fuerit præjudicialis; etenim, si occasio, propter quam amicitia cōtracta est, non poterat reddere suspectum Iudicem, neque amicitia occasionalis illum reddet suspectum. Exemplo rem declarabo, Titius ob suas virtutes (quod raro evenit) contraxit cum Iudice, amicitiam, quare amicitia erit occasionalis; si hæc amicitia ob easdem virtutes continua, dicetur quidem continua amicitia occasionalis; non tamè hæc reddet suspectum Iudicem, quia virtus non fuit occasio, quare potuerit reddi ille suspectus; at verò, si munera, aliudque interesse, occasionem dedissent amicitia, si ea continuo prestantur, dicetur continua amicitia occasionalis Iudici præjudicialis, quia occasio, quæ fuerunt, munera &c. erant Iudici præjudicia, illumque reddebant suspectum.

28 Secundum, licet bona fama multum in Iudicijs prosit, cum tamè agitur de materia suspicionum, ea posthabita, iudicandum secundum vera principia. Varij sunt suspicionum casus, & quisq; Iudex sua curat occultare crimina, nec amplius pio credendi cultui, nec blandis fidendum verbis, nec affectat præstanda fides hypocriti. Multi quidem sunt optimi Iudices, multi oportem fama, multique pijs, & integri; si que contrarium scriberem, vel fallerer certe, vel fallerem; & è contraria paucissimi sunt, qui pijs affectates vitam intrinsecā sunt coquinati

præ-

prauitatem quinimò vix ullum ex his repetiri crea; sed tu, qui iudicaturus es causas suspicere, ponas ob oculos, de pauperum & auctorum interest agi, & de nullo iudicis allegati suspecti, & deinde, quorumcunq; bona fama posthabita, secundum ea, & vides, iudica, non secundum quæ audire nec profecto errabis.

39 Tertius, non fundanda esse vota iudicantium paciones in tot decisionibus secundum suum, temporumque varietatibus ematis, quas apud citatos Doctores reperitur, cum illæ non emanarint ex rationibus quæ ab eorum relatoribus adducuntur, & ex alijs, quarum multas modestiz studi committo silentio; quinimò, cum nō sibi curiosus fuerim eas ab amicis, quibus eas esse, non ignorabam, sciendi, iam, vt spicabar, inueni, sed aliter à relatoribus inducas, legi. Hoc ego de multis circuiteriam hanc relatis decisionibus testari solem. Nunc ergo, qui iudicaturus est, nullam de ijs debeat habere rationem, vieat.

40 Quartum, iudices quoad possunt, debere æqua lantur amque partem audire, nec vni magis facere, quam alteri. Vnde explicandus utrumque est Dominus D. Carolus Petra ad d. R. 265. tom. 2. post num. 165. 31 volens, vt Iudex in principio, & medio litis fauac magis actori, quam Reo, in fine autem magis Reo, quam actori, ea ratione, quia, cum Reo sit fugere, tenetur Iudex persequi; at in ine iudicij Rei sunt favorabiliores actoribus. Quæ omnia, licet alias vera sint, non important maiorem fauorem potius erga vaum, quam alium, sed actum iustitiae, quæ vult, vt Iudex fugientem fiscat, reum in dubio non damnet, & consequenter ea remittenda non sunt ad iudicis arbitrium, vt idem Dom. Petra scripsit loc. cit. ingeniosè quidem ex Menoch. de arbitrio casu 15. 2. anno 113. Ego vero, cum dixi, non debere iudices magis vni, quam alteri fauere, non sensi de quibusdam fauoribus circustantialia iustitiae, quos nullo modo impartiri posse iudices, est certo certius, sed circustantialia, quos ad suspiciones cuiandas nec etiam illos impartiri posse, arbitror, prout sunt benignior erga unum, quam alterum, audientia, maior in alterutrum, familiaritatis demonstratio, aures ad viam partem procliuiores, quam ad alteram, verba urbaniora vni litigatori prolatæ, graviora alteri; similesque fauores, quibus assolent iudicantes suos decorare familiares. Ab his ergo omnibus debent abstinere iudices, potissimum erga Aduocatos, procuratoresque, qui ut plurimum suadentes suspiciones proponendas; etenim in illo iudice

candi actu nulla est ob oculos ponenda familiaritas, nec vila personarum acceptio facienda; ipsique Aduocati, & Procuratores iudicium familiares prudenti consilio id deberent curare, precibusque, si opus, obtinere. Et quidem, vt verum fatetur, æstro prorsus animo altera pars fere, si seniori, diuersoque modo secum agat Iudex, quam cum altera, cum se coram tot Aduocatorum cœtu non ad instar eius aduersarij videat à Iudice decoratum; haecq; sola animadversione bene ageret Iudex, examinando scilicet; quomodo ipse reciperet tanquam Aduocatus contumelias forte illas; quas tanquam Iudex inferre non erubescit. Et duo potissimum sunt meis temporibus exempla miratus, quæ, vt similia effugiantur, refaram.

32 Primum est de quodam Iudice, qui iam decepsit. Hic, postquam utrumque audiens Aduocatum, quod sibi placuit, decrevit, deinde vni ex Aduocatis eius familiari dictum coram ceteris omnibus, quid sibi videbatur de decreto, quod si favorabilius vellet, ex posceret, & fieret. Mirum sane. Aduocatus ipse erubuit, non iudex. Hicq; Aduocatus viuit adhuc, & optimis moribus, subtilique ingenio prædictus est; sique forte hæc leget, denuò ob eius modestiam erubescet.

Alterum est de alio Iudice, qui, tanquam senex, non facile omnes amica aure audiebat, licet bonis esset ornatus moribus. Hic die quadam iuuenem coram se audiens orantem, reprehendit, ad aliosque se vertens Aduocatos imprudenter, impudenterque dixit, non reperiri tunc temporis eximios illos priscorum temporum Aduocatos. Aderat inter ceteros Carolus Vergara, qui respondit, nec reperiri eximios illos priscorum temporum iudices. Quod responsum tam æstro tulit omnino Iudex, vt etiam contra eius auctorem proruperit &c. Censerem profecto, si multi reperirentur causarum patroni, qui contumelias, quas recipiunt, modestis vlciscerentur respondis, nulla in posterum huiusmodi scandalæ eueneantur; quoniam vero eas libenter sufferunt, libenter etiam inferuntur. Ab ijs ergo caueant iudices eorum prudenter, ad omnia curanda scandalæ, Deumque saltè timeant ultorem eorum, quæ quādogenitales Principes ipsi, ceterique Superioris, ad quos spectat, vlciscuntur. Interim vero Aduocati ipsi in suspicionibus proponendis ea 33 utrantur modestia, quam requirit Franciscus Maria Pratus ad Muscatellin praxi appellationis part. 1. Gloss. 1. sententia, si que plurima cupiunt de suspicionibus, Fontanellam adeant tanquam ad fontem in citatis deci-

sonibus, in quibus sparsim tota materia
benè scripta habetur, & tandem Doctores
omnes, quorum nemo reperitur, qui de
illa non scripsit. Adeò frequentes sunt
Iudicantium suspiciones, quas in dubio, sē-
34 pér ducērem recipiendas, cūm satiſ eſſe
deberet, si eę allegarentur tantum, absque
alia probatione, ſed ſolo iuramento, ad
text. & Glosſ. in Lapertissimi: verb. recuſare. C.
de Iudicij. De qua re Pratus tom. 3. cap. 5. 2.
numer. 10. vbi innumeros refert Doctores,
Guazzin. ad defens. Reor. defens. 1. numer. 63.
cap. 19. & ad rem Staiban. in obſeru. ad resol.
110. tom. 2. ad num. 5. nn. 18. aliquę paſſionem;
Nimis enim periculofum eſt, corām ſuſpe-
cto Iudice litigare, eique bona, facultatesq;
ſupponere, ex Doctoribus omnibus, quos
conſule.

S V M M A R I V M .

- 1 Index, qui ad instantiam officialium alicuius
Vniuersitatis fuit remotus, tanquam ſuſpe-
ctus, potest in alijs cauſis interuenire, dum-
modo non idem ſint officialis.
- 2 Odium non extrahitur ab officialibus ad Vni-
uersitatem.
- 3 Deus nil acceptas ab indigno.
- 4 Bona fama non operatur, ut Index nequeat
ſuſpectus allegari.
- 5 Iudicium humanū quot modis peruerteratur.
- 6 Amor, odium, & proprium commodum ve-
ritatem occultant.
- 7 Indices debent ſemp̄r veritatem ſequi.
- 8 Officium officialium quale ſit.
- 9 Testes pro Vniuersitate an poſſint eſſe ciuios
ipſius Vniuersitatis, ſed vide num. 16.
- 10 Affectio non cadit in Vniuersitatem.
- 11 Index inimicus tueoris an poſſit recuſari in
cauſis pupilli, tanquam ſuſpectus, ſuſiſime
examinatur.
- 12 Tutor dicitur Dominus pupilli, cuius in-
teſſe cenſetur intereſſe tutoris.
- 13 Inimicus Tutoris dicitur etiam inimicus pu-
pilli in materia ſuſpicionum.
- 14 Tutor, item habens nomine tutoris cum Iu-
dice, potest eundem Iudicem recuſare dein-
dē, tanquam ſuſpectum, in cauſa propria.
- 15 Prelatus in cauſis ſue Ecclesie an reddat nr
ſuſpectus.
- 16 Ciues Vniuersitatis, an quandoque poſſint eſſe
testes habiles pro Vniuersitate, & an nun-
quam, pricipue, exiſtēibus testibꝫ, qui
contra Vniuersitatem contrarium deponant.
- 17 Commodum, quod venit in conſequentiā, an
attendatur in ſuſpicione testium.
- 18 ſuſpicionis umbra ſufficit ad Iudicem remo-
nendum, & quare.
- 19 Platea Ciuitatis Neapolitana quo, & qua-
les ſint.

20 Platea Ciuitatis Neapolitana, & quo-
modo congregari poſſint.

DILVCIDATIO DECIS. LXII.

Hec decisio iuridicas non egitat ra-
tiones, ſed politicas; hit enim,
1 Iudicem, qui contrā alicuius Vniuersitatis
officiales criminaliter proceſſe, quique
ad eorum instantiam remotus ſtūn poſſe
ab Vniuersitate eadem deinde alijs cān-
ſis ſuſpectum allegari, ſicq; deam. Quod
2 quidem rationi conſonum eſt; ſiū enim
non extrahitur ab officiales. Vniuersi-
tatem, dum, qui odio forte ocalem ha-
bet, non inde odio habet Vniuersitatem.

Nihilominus tamē contraū dicā, ſi
poſſint Vniuersitati ijdem otiales malē
affecti illi Iudici, quiā faciliſt tunc Iudex
non anquæt precibus eorum, ui ſui hōftes
ſunt, quod exornare, liceat rāone Théolo-
3 gica; nam Theologi omnes veat, vt Deus
nihil ab inimico accepere, itvt, ſi is pro
aliquo oret, eius oratio nomaudiatur.

Hoc ipsum ſuo modo ad nſtrum caſum
erahas, cāteris paribus. Dixi ſuo modo,
cāteris paribus, cuim non inde Deus iuſtitia
non exequatur, non ſic Iudex errenus, qui
odio alterius iuſtitiam iuſtimet alteri ſtu-
deſ denegare. Vnum verò aderte, hoc non
coarctandum, etiā ſi Iudex bona fama ap-
pareret, prout coarctandum poſtauit quidā
poſter familiaris, cuim quo de iac re collo-
4 quium habui, dū bona fama nōoperatur, vt
ille contrā inimicū neque at fleſti, cuim aliās
contrā Iudicem bona fama tanquam poſ-
ſe allegari ſuſpicio, ſicq; valeret Iudex elle-
consanguineus litigatiū, & profecto vix re-
periatur, qui mala laboraret fama, de qua-
re aliqua diximus in dilucidat antecedenti.

Quod aduerſandum eſt, cum odium fit
vnuni ex medijs, que iudicium peruerterunt
ſecundūm Anſelm. de ſimilitudin. mundi. vbi
5 hāc. Quatuor modis iudicium humanū per-
uerteritur, timore, cupiditate, odio, amore, & co-
6 ſonant dicta Arift. lib. 1. Khetor. amor, & odī,
& propriū commodum ſap̄d faciunt iudicem
non cognoscere verum. Cuim aliās ſecundūm
7 Cie. 2. off. Iudicis, ſemp̄r ſit in cauſis verū
sequi, licet 2. de orat. aīat Plura iudicant ho-
menes, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia,
aut dolore, aut laſtitia, aut ſpe, aut timore, aut
errore, aut aliqua promotione mentis, tanquam ve-
ritate, aut praefcripto, aut iuriſ norma aliqua,
aut iudicij formula, aut legibꝫ. Nil er-
go mirum, ſi Pet. Bleſen. dicit, officium
7 officialium eſt hodie iura confundere, lites
ſuſcitare, transactiones reſcindere, dilatio-
nes innettere, ſupprimere veritatem, ſouere
mendacium, quāſum ſequi, aquitatem ven-
dere

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 205

derē inibiare actionibus, versutias concinnare.

Vt autem, ad rei nostram reuertentes, dilucidiorē reddamus Sanfelicij decisionem, aduertendum est, pro ratione decisionis adduci à Sanfelicio paritatem eorum, quæ de teste dicunt DD. in l. si tantum s.

9 Vniuersitatis ff. de rer. divisione. Quærunt enim Doctores, an ciues Vniuersitatis sint idonei testes pro ipsa Vniuersitate; & generaliter affirmatiue videtur concludendum,

10 quia, vt ait hic Reg. Sanfelicius, non consideratur interesse affectionis, odij, vel amoris in Vniuersitate: quare ita etiam à pari respondendum videtur de officiali allegato suspecto ab Vniuersitate, contrà cuius officiales officialis ille anteà processerat, cum nullum cadere potuisse odium in Vniuersitate ratione officialium: & idcirco dixi suprà, limitandum hoc, si presenti iudicem officiales male affecti illi Iudici, quia, licet ad exemplum testimoniū non cedat, neque affectio, neque odium in Vniuersitatem; cedere tamē potest in eosdem officiales, contrà quos anteà processum fuerat; vnde ex causa illorū potest multa pati Vniuersitas.

Sed videntur obstat ea, quæ habemus, inter ceteros, apud Reg. de Marin. resol. quotid. lib. 2. cap. 114. apud quem questionem ha-

11 bemus, an tutor recusare possit Iudicem suum inimicum, ne interueniat in causis pupilli: quæ questione utique eadem est, ac nostra, cum vere secundum DD. omnes Vniuersitas æquiparetur pupillo, & ipse respondet, cum nullum tutoris consideretur interesse, ex quo utile, & damnum est pupilli, non est, ut conjecturari, & credi possit, Iudicem velle male se aduersus pupillum gerere, ex quo illius tutoris esset inimicus; impius enim hic talis esset, maximaque dignus animaduersione. Quod idem notauit in obseruat. ad Reuerter. 153. num. 3. sequuti sunt Domini Altim. ad Rouit. decis. 80. nu. 13. De Luca ad de Francib. decis. 692. num. 4. Et tract. de linea legal. art. 29. num. 17. Domo. Petr. tom. 2. ad Rit. M.C.V. 265. et tom. 3. ad eundem Ritum n. 136. alijq; apud ipsos.

Ego vero contrarium firmè teneo in questione hac, intè tutorein, & Iudicen; siquidem, licet agatur de interesse pupilli tantum, & non tutoris; tamē, cum tutor dicatur aliquo modo Dominus, ex l. qui fundum s. si tutor; ff. pre empto, & negotium pupilli dicatur esse tutoris. si pupilli s. ite qualitur: ff. de negot. gest., quinimò procurator pupilli dicatur procurator tutoris, ex Castrenf. conf. 16. lib. 1, non video, cur Iudex inimicus tutoris non possit dici inimicus pupilli, cuius tutor dicitur Dominus, cuius negotium est ipius tutoris.

14 Ulterius, si ex his rationibus tutor tuto-

rio nomine habens litē cum aliquo iudice, ex oppositionibus, quas facit, videtur quodammodo inimicitiam, cum eo Iudice contrahere, adeò vt nequeat in posterum ille Iudex judicare in causa eiusdem tutoris litigantis, non nomine tutorio, sed nomine proprio, vt firmè tenent superius citati Doctores, & in causa propria testatur decisū Dom. D. Carolus Petr. ad d. Rit. 265. tom. 2. num. 132. non possum profectò non idente- ceulare, cum tutor erat nomine proprio inimicus Iudicis, & deinde tutorio nomine, corā eodem litigat; quo enī animo oppositiones, & rationes illarū, quæ ab eo pro pupillo afferuntur, recipi possunt à Iudice niale affecto afferenti? Nouus profectò modus est, si ad gratiam, iustitiamque à Superiori obtinendam, ea à Superioris inimico peteretur; & suaderent profectò inimici supplicationes, nec Rhetores, artem hanc ignorantes, bene hoc usque scripsissent.

Cum igitur agatur de materia suspicio- nis, tenendum procūl dubio, remouendum suspectum Iudicem à iudicando in causa pupilli, si inimicus sit tutoris, posthabitis quibuscumque Doctorum dictis; hicque certè calus esset proprio motu sic à Prore- ge decidendus, si sorte Iudices ordinarij contrarium sentirent, dum materia suspi- cionis, ut benē Rouitus in d. decis. 80. num. 8. respicit qualemque minimum interesse ad remouendum Iudicem: & certè non est mi- nimum interesse, quod habet tutor, qui, tan- quam talis, est Dominus, & defensor sui pu- pilli; vnde hoc saltēm interesse amoris po- test operari, vt Iudex, tanquam suspectus, re- mouetur, cum simile minimum interesse.

15 operetur etiam, ne Prælatus in causis suæ Ecclesiæ possit interuenire, vt apud citatos Doctores videret est. Vt autem nostra conclusionem firmemus quoque paritate testimoniū adhibita à Sanfelicio, licet commu-

16 nis cōclusio sit, posse testes Vniuersitatis deponere pro ipsa Vniuersitate super te, quæ interesse singulorum non respiciat; cum agitur tamē de eorum interesse, non sive testes habiles, prout ex multis Doctoribus, & rationibus, ut ceteros omittam, fondauit Losaus, de Lure vniuer. part. 2. cap. 1. d. nu. 7. qui tamē non potest non assērere indistin- cte, maiorem fidem facere testes à parte aduersa productos, quam eos Vniuersitatis: & ratio meo iudicio est evidens, quia Vniuersitatē impossibile est, moraliter loquendo, in omnibus rebus Vniuersitatis non considerari aliquo modo interesse, commo- dum, & utilitatem singulorum, vel saltēm amorem quendam, quo quilibet suam uni- uersitatem prosequitur, & licet commodū hoc, tanquam competens ciuibus in conse-

quen-

quociaen, non attendatur in testimonio ferendo, ut in pundo ex l.1. ff. de antef. & Iquor. C. de indicis scriptis Gassanerr. decis. 37. num. 30. tamē efficit, ut testibus contrarium deponētibus maior fides habeatur, ex Losao, & ijs, quos loc. cit. adducit. Ex quibus omnibus appetet iam, earum depositiones semper esse aliquo modo infirmas: quarē, adhibita in casu nostro hac paritate, infirmum etiam aliquo modo videri debet judicium ferendum super re Vniuersitatis ab aliquo iudice, extantibus iisdem officiis libns Indici illi anteā inuisis, & inimicis.

18 Hęc ergo vmbra suspicionis sat est ad remouendum iudicem, cuius nullum interesse erit, ut aliás in antecedenti dilucidatione dixi, si remoueatur; praterquamquod minor causa requiritur ad recusandum iudicem, quam testem, ex Laperissimi: ubi Tafon. n.7. C. de Indic. Cap. 1. latr. tom. 1. decis. 90. nu. 9. Pratus discept. forens. tom. 3. ad cap. 52. nu. 27. & seq. cum facilius sit ceterum inuenire iudices, quam vnicum testem, secundum Reg. de Ponce conf. 141. nu. 2. & 9. lib. 2. & Cap. 1. latr. consul. 101. nu. 40. Ceterum, non extantibus iisdem officialibus, nullus erit suspicioni locus: sive decisio praesens à Sanfelicio relata intelligenda.

19 Hinc ad ornatum decisionis, in qua Sanfelicius ait, in casu ibi proposito, ciuitatē fuisse more solito congregatam, & delegasse binos ex quolibet sedili, qui de gestis per Consilium apud Proregem cōquererentur, nota nostram hanc Ciuitatem diuīsam esse in sex plateas, scilicet, in sedile Capuzini, Nidi, Montanez, Portus, quas quinque sunt nobiles, & popularem, quae populi est. In plateis nobilibus sunt descripte familiæ quædam, ab iisque descendentes secundum Vinc. de Franch. decis. 207. Franc. de Perr. cons. 46. Tafon. de Antef. vers. 3. obser. 3. numer. 19. Platea autem populi, quae postrema est, ortu duxit tempore Caroli I. & comprobata fuit à Rege Ladislao, ut idem de Franch. loc. cit. Surgens de Neap. Illustr. cap. 12. num. 66. Renereer. decis. 102. in fine alijq; .

20 Quilibet ergo ex his plateis congregatur in suo sedili, sed illa populi in Monasterio Sancti Augustini, & constat viginti nouem capitibus, seu Capitaneis viginti nouem octinas, representantibus, in quas platea popularis diuisa est. Haec vero plateas congregari possunt absque villa Proregis licentia, absque ullo officialium interventu, prout scripsere de Franch. decis. 446. Surg. de Neap. Illustr. cap. 25. num. 22. Tafon. decis. 10. Suprem. Consil. Ital. num. 2. Tafon. in d. Pragm. de Antef. vers. 3. obser. 3. numer. 14. sed congregantur, precedente votacione facienda à nuncio ciuitatis die an-

cedenti, cum motione super negotio, quod tractandum est, aliás quævis conclusio reddetur nulla, secundum Tapiam decis. S.C. 30. num. 3. usque ad 6. de quibus omnibus plateis, earumque potestate fusissime Rocca tract. de officiis tit. de off. Platear. Ciuitatis Neap. Rubr. 17. per rotam, quem longè prestat Dominus Ioannes Baptista Rocca eius filius, qui, expleto Aduocati munere, quo omnium plausu functus erat, faetus deinde Iudez M.C.V. ciuilis. & criminalis, & Interpres feudorum in publico Neapolitano Gymnasio, prout antecedentes conspicui semper Consiliarij fuere, tandem Fisci patronus à Catholica Maestate creatus est. Et quidem tam bene res eius patrimonij agit, tanta doctrina, & solertia se gerit, tanta denique præfert integritate, ut nil aliud ab eo præstantum, videatur.

SYNOPSIS.

- 1 Index posset recusari suspectus etiam ratione affectionis.
- 2 Cognatio spiritualis, an, & quando reddas iudicem suspectum; sed vide num. 4.
- 3 Cognatio spiritualis inter quas personas coherabatur.
- 4 Suspicio inter quas personas spirituali cognoscere coniunctas inducatur.
- 5 Suspicio an extendatur ratione affectionis vera personas expressas in Pragmatica.
- 6 Suspicio indicandi an cesset, finita affinitate, vel cognatione spirituali, & quid, si supersint reliqua, scilicet filii.
- 7 Suspicio an remoueatur per integrissimam Iudicis vitam.
- 8 Pater habet usumfructus super bonis, que filio obueniuntur, sed quid in feudalibus?
- 9 Pater non sucedit filio in feudo.
- 10 Ususfructus super ususfructu dari non potest.
- 11 Ususfructus an acquiratur patri super fendo dato à Principe eius filio.
- 12 Pater an in omnibus filiis fendi bateat usumfructum. Exponuntur casus omnes, sed vide num. 14.
- 13 Confirmatio sapit quandoque naturam donationis.
- 14 Assensus Principis connubialitat acquisit, non mut. 6.
- 15 Hereditas testamentaria quomodo dicatur à lego obuenire.
- 16 Pater habet super bonis fendi filiis communitatem ab ususfructu distinctam.
- 17 Ususfructus rei fendi, mortuo patre, quomodo revertatur ad filium.
- 18 Pater habet usumfructum super fendi dignitatis eius filii.
- 19 Patri nullum super filiis fendi usumfructum acquiri, vera opinio est.

In Decisiones Reg. Sanfelicij: 207

- 20 Successio in feudis, & in usufructu feude-
rum eadem prorsus est.
21 Utile dominium an differat ab usufructu.
22 Commoditas etiam in bonis castrenibus, &
feudalibus filij competit patri.

DILVICIDATIO DECIS. LXXXIII.

3 **E**tiam ratione affectionis Iudicem pos-
se suspectum allegari, hic edocemur,
ad eo, ut qui ratione susceptionis non prohi-
beatur interuenire in causa illius, qui su-
scipientis erat filius, prohibeatur interue-
nire, eo quod interesse filij erat interesse
Patri, occasione cuius Reg. Sanfelicius ex-
aminat questionem illam, an in feudis filij
detur Patri ususfructus.

4 Quoad primum, nihil nobis dicendum
est, cum respectu cognationis spiritualis
iam sit determinatio Regiae Pragmaticae, li-
cet easlet recusatio, cum Iudex utriusque
parti coniunctus est, non autem, si partem
vnam maiori, quam alteram amore profe-
quatur, ut Reg. Sanfelicius ait in Calce deci-
sionis. Super hoc consule Rouit. ad Pragm. 1.
de suspic. official. n. 35. Gallup. in part. 1. cap.
4. num. 33. & per totum, in quo amoris ex-
plificationes habes, omnesque alios, quos
adduximus suprad in dilucidatione decis. 81.
in qua omnes causas suspicionis ad duo ca-
pita reduximus, videlicet ad odium, & ad
amorem, ibique etiam caput amoris, quod
erat hic explicandum, explicuimus.

Nunc autem verba facienda sunt de co-
gnatione spirituali. Quarè sciendum est, ut
ait hic Sanfelic. initio decisionis, per S. C.
Tridentinum in Iess. 24. cap. 2. statutum fuis-
se, ut in baptismo contrahatur cognatio
spiritualis inter suscipientem à Baptismo
& susceptum, & suscepti patrem, & matrē,
nec non inter baptizantem, & eundem su-
ceptum baptizatum, & suscepti baptizati
patrem, matremque tantum contrahatur etiam
cognatio spiritualis. In confirmatione ve-
rò, ut ea quoque cognatio confirmantem, &
confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac
renentem non egrediatur, omnibus inter alias
personas huius spiritualis cognationis impedi-
mentis omnino sublatis.

Quoniā verò dubitatum fuit deinde à
quibusdam, an sub decreto S. C. T. compre-
henderentur maritus, & vxor suscipientis
ad eo ut, intelligeretur contracta cognatio
spiritualis inter prefatum maritum, vel
vxorem suscipientis, & baptizatum, & pa-
trem, matremque ipsius baptizati; Beatus
Pius V. anno 1566. declarauit, nullam aliam
personam intelligi comprehensam, præter
expressas in Concilio, his verbis. Et prop-
terea nullum amplius impedimentum ratione

cognitionis huiusmodi subesse decernimus, &
declaramus, quomodo inter dictos maritum,
vel uxorem suscipientis, & baptizatum, bapti-
zatiq; patrem, matrē, & quasi unq; alias perso-
nas, tam ex parte suscipientis, quam Baptizan-
tis, & baptizati, in dicto concilio nominatis,
non expressas, matrimonium libere, & licite
contrahi possit.

Quænā autem ante Cōcilij determina-
tionem declaratam per B. Pium. V. obserua-
bantur, vide apud Nauarr. in 2. parte decre-
tale de 7. sacr. eccl. cap. 221. sive de impedi-
mentis dirimentibus voti, & cognitionis spiritua-
lis, num. 36. & seqq. vbi utiliter multa notā-
tur.

4 Suspicio igitur Iudicis inducitur, cùm
sumus intèr has personas, intèr quas co-
gnatio spiritualis contrahitur, ut videre
est apud Ricc. collect. decis. 445. Fontanell. de-
cis. 15. num. 22. qui n. 23. alios refert. Ripol.
variar. iur. resol. cap. 2. de suspic. omni: Iud. nu-
mer. 230. aliosque & in Regno nostro ha-
benius Pragm. 15. sub tit. de suspicion: official.
num. 17. vbi hæc. Dichiaramo, che le cause del
parentesco spirituale sufficiente à rimuovere
li Giudici, siano il compatrato trà il battizan-
te, e battezzato, e trà le altre persone, nelle
quali il Sacro Concilio Tridentino hæ dicbia-
rato contraberisi la cognitione spirituale.

Quarè in Regno, quoties non sumus intèr
personas expressas in Cōcilio Tridenti-
no, nulla potest cadere suspicio ratione co-
gnationis. Accidit autem, ut quandoque
iudicatum sit, cognitionem spiritualem
contractam cum patre reddidisse suspectū
Iudicem in causa filij, prout, intèr ceteros,
casus est apud Reg. Sanfelic. in praxi sect. 22.
num. 24. apud Gizzium fusiissimè in obseru.
ad decis. 164. Capyc. latr. tom. 2. necnon Gallup.
loc. cit. Et compaternitatem contractam cù
viro reddidisse suspectum Iudicem in causa
vxoris, apud Dom. D. Carolum Petr. tom. 2.
d. Ritu 265. sub. n. 242. non tamè inde di-
cas, Regiam Pragmaticam suum amisisse ro-
bur; nam distinguendum est; aut enim agi-
tur ex capite cognitionis spiritualis; & cer-
tum est, suspicionem non exendi ad alias
personas non expressas in Concilio Tridé-
tino, virtute p̄fata Pragmatica; adeoque,
ceteris paribus, quotiescumque non agi-
tur intèr illas personas, certum est etiam
non militare allegatas suspiciones; aut agi-
tur ex capite affectionis (& idcirco dixi, ca-
teris paribus) quæ resultat ex cognitione
contracta; & quis dubitat, amicitiam oc-
casionalē continuatam cum matrē, vel
vxore litigatoris à Iudice reddere iudicem
suspectum in causis filij, vel mariti litiga-
toris, dum pater, & filius, vir, & vxor, una
caro censemur, & interesse ynius, interesse
alte-

alterius dicitur. Quod dicendum non est inter alias personas non tam arcto vinculo coniunctas, respectu quarum, cum nequeat allegari suspicio ratione cognitionis spiritualis non contracta, neque ratione affectionis non prouenientis à vinculo remoto, nec arcto, nulla poterit militare suspicio. Et ex his colligitis, an vera sint nostra principia posita in d. dilucidatione 81.

6 Ex quibus collige, cum, ut sibi dixi, versemur in materia suspicionum, quae ex leui dependentia affectionis essent recipienda, quicquid sit, an per mortem alicuius ex afflinibus, siue compatribus, dicatur finita affinitas, vel cognatio spiritualis. De qua re *Rouitus in d. Pragm. i. de suspicion.of.ficial.Gizzius loc. cit. num. 27.* alijque relati à Dom. D. Carolo Petr. d. tom. 3. ad d. Rit. 265. post num. 135. vers. restrin gitur principalis regula, non intelligi finitam dilectionem, quae reddidit suspectum Iudicem, ut probat *Rouit. loc. cit. num. 31.* ob idque posse etiam his casibus Iudicem allegari suspectum, prout *Gizzius loc. cit. tuerit*, & secundam à se posita refert decisum.

Hecque omnia procedunt, si remaneant reliquiae, veluti filij; secùs, si non supersint, secundum distinctionem traditam à Fontanella decis. 13. num. 8. quam seruari, refert in suo senatu *Mich. Ferrer. pars. 3. cap. 119.* relatus à Domino de Luca in obsernat. ad dec. 719. *Vinc. de Franch. num. 6.* & ante ipsum à *Fontanell. l.c. num. 9.* qui num. 7. contra *Gratianum* limitationem tradentem in discept. forens. 100. num. 15. adducit hæc. *Gratian. num. 15.* adducit quandam limitationem, secundum quam nunquam ista suspiciones precedent in senatu, quia dicit, eas non procedere, quando sumus in homine probata fidei; tales enim sunt omnes Senatores sine dubio, qui ultrà communem approbationem Principis, in l. 2. C. de criminis sacril. ibi. *Sacrilegii enim instar est dubitare, an dignus sit, quem elegit Imperator, quod non veremur millies repetere, nostram habent etiam, qui eos tractamus quotidie, & scimus eorum integras partes.*

7 Sed repugnat, quod dicit *Mastrill. decis. 234. num. 14. in 3. vol.* quodque nos latè in Superioribus probauimus, qualitatem Iudicis vita timorata non tollere iustam suspicionem, quia septies cadit in die iustus. *Horten. Caval. de Braeb. Reg. Prag. 3. num. 320.* & *Nat. cons. 126. num. 21.* ex quibus quoque videcis, an in materia suspicionum attendantur integra fama, probitas vita &c. de qua re nos etiam d. diluc. 81.

Quoad secundum de vslusfructu hic comprehendit stringam, que fusè dixi in mea Ariadna quasi 44. cap. 1.

8 Dispositum ergo habemus in l. c. spora-

ter. *C. de bon. que liber. vt super bonis, quae filio obuenierunt, dummodo ex Patris substantia non sint, siue Castrensis, vel quasi Castrensis, Pater habeat vsumfructum; unde, cum contrariam in feudalibus consuetudinibus dispositionem non habeamus, determinationi Cesareæ standum videtur:*

E contrà verò dicendum videtur, patri nullum cōpetere vsumfructum. Primo, quia 9 Pater non succedit filio in feudo, igitur nec illi vslusfructus competet. Secundo, quia filius in feudo vtile tantum dominium habet, quod non est, quād vslusfructus, sicq; si Pater haberet super hoc vslusfructu vsumfructum, daretur vslusfructus vslusfructus, quod implicat.

Intèr cōtrarias has opiniones nonnulli dixerunt, super feudo dato à Principe non acquiri Patri vsumfructum, ex dispositione, *l. c. cum multa C. de bon. que lib.* quod alij limitarunt tantum, cūm Princeps ipsi filio immediate dedisset; secùs quando per successionem ad illum peruenisset. Alij dixerunt, quamvis per successionem filio feudum obuenisset, non spectare ad Patrem vsumfructum. Alij scripserunt; vsumfructum esse communem Patri, & filio, si in eadem domo permaneant: *ex cap. 1. S. si duo fratres de duob. fratr. de novo benef. inequitatis.* Alij docuerunt, in feudis dignitatum, quae personæ feudatarij adharent, nō acquiri vsumfructum patri, & tandem alij negarunt vsumfructum super feudis per filium acquisitis in castris armorum virtute.

Quinam fuerunt harum opinionum apōdores, difficillimè diximus in dicta nostra Ariadna, indagari posse, cum nemo questionē determinarit, vt vidimus ibi ex *Suarin disputat. questionis pro materia maioratus num. 7.* quare nos duas selegitimus ibi opiniones ex certis principijs. Prima erat in nixa varijs casibus; nām, vel sermo est de feudis, quae filio obuenierunt per successionem, originem verò trahunt à liberalitate Principis, & consequenter titulo lucrativo, & tunc patri non acquiritur vslusfructus, vel sermo est de feudis emptis à filio propria ipsius filij pecunia, & neque vslusfructus patri debetur; vel tandem est sermo de feudis, quae filio obuenierunt per successionem titulo onero, cum à matre, vel eius maioribus empta fuerint, & tunc ad patrem vslusfructus spectabit. Prima pars probatur à *l. c. cum multa C. de bon. que lib.* Secunda probatur, quia huiusmodi feudum dicetur quasi Castrense. Tertia verò aliqualē videtur pati difficultatē per dispositionem d.l. *cum multa; quare aduentum, Iustiniānum ibi dispositissime, vt super bonis donatis à Principe nullus patri vslusfructus queratur, & aduer-*

& aduentendum insuper, Imperatorem ibi loqui de donatione facta filiis, propter quam vslusfructus patri non acquiritur, non modo si filio inmediate feudum donatum esset, sed etiam, si ad filium ex donatione suis maioribus facta peruenissem, cum quocunque causa valeat dici, feudum fuisse donatum. Verum Imperator non meminit de feudis emptis, igitur recurrentum est ad d. l. c. m. operari.

- Respondebat Andreas in consil. in aliquibus versi, vero minores: in fine, emente aliquo 13 feudum, & Principe confirmatione, huiusmodi confirmationem sapere naturam donationis, ex l. lege ff. de verb. signif. igitur, cum emptio facienda sit confirmatione Principis, illa semper sapient naturam donationis. 14 Hanc tamen responsionem dignata tanto viro non sum arbitratus, eo quod Principis assensus ad nihil deseruit, quam ad conualidandum actum, quem tamen non mutat; sicque, si actus erit emptio, assensus emptione conualidabit; non tamen dicetur, Principem illam confirmantem docere; nec obstat, ibi diximus d. l. lege obuenire ff. de verb. signif. cum paritas in hoc consistat, quod, sicuti testamentaria hereditas dicitur propriè à lege obuenire, eo quod confirmetur à lege duodecim tabularum, ita etiam emptio dicetur obuenire à Principe, eo quod per assensum confirmetur à Principe. Quarè paritas ab Andrea adducta stat pro hac opinione, cum, quemadmodum confirmatio legis duodecim Tabularum non efficit, ut hereditas testamentaria, licet à lege obuenta, non sit testamentaria; ita etiam Principis confirmatio non operabitur, ut emptio, quamvis dicatur obuenire à Principe, non sit emptio, & dum est emptio, non poterit esse donatio. 16 Nec pariter obstat, diximus, non dari scilicet seruitutem seruitutis, nec vsumfructum vslusfructus, cum pater non habeat super feudo filij verum vsumfructum, sed commoditatem quandam ab vslusfructu contradistinctam, quæ efficit, nè detur vslusfructus super vslusfructu. Hac responso est desumpta à Suar. loc. cit. num. II. ex casu singulari in l. fin. C. de vslusfructu. Præterea respondimus, 17 ex Bald. in l. I. ff. de vslusfructu legato, filium habere vsumfructum quoad titulum; Patre verò quoad effectum, dñm, viuens, illo gaudet; eoque defuncto, non consolidabitur cum proprietate, sed ad filium ibit, tanquam in medio existentem, & impedientem consolidationem.

Nec tandem obstat scriptum, filio non succedere patrem in feudis, dum in hoc expressam dispositionem habemus, scilicet in casu nostro; quarè ad iura Cæsarea recur-

rendum, & concludendum, etiam cum hac 18 opinione sustineri pariter, vsumfructum acquiri patri super feudis dignitatis filiorum. Quæ feuda, licet persona inhærente quoad titulum, possunt tamen non inhærente quoad effectum. Hęcque satis pro prima opinione.

- 19 Altera opinio, quam selegimus, quamque sequebamur, erat secunda superius relata; scilicet, nullum patri vsumfructum acquiri, villa absque limitatione. Id probabam; nam filius in quocunque feudorum genere habet tantum utile dominium; quapropter dicetur verus vslusfructarius, & consequenter feret feudi onera; sicque quoniam modo pater habebit vsumfructum, si super ipso feudo vsumfructum simul cum filio habebit? quod si solus ipse vsumfructum habebit super feudo, filius non erit vslusfructarius, sique filius titulum tantum sortiretur, pater verò utilitatem, id esset præter mentem concedentis, cum qui feudum dat, principaliter det utile dominium: vnde, si pater vslusfructarius esset, hic diceretur utilis dominus, non autem filius, qui nullam consequeretur utilitatem, sed mero titulo gauderet.

Hancque vocavi loco citato demonstrationem, cum Dux, Marchio, alijque, qui non sunt vslusfructuariorum alicuius Castri, super quo titulum tantummodo habent, utiles domini illius Castri non sint, sed domini illud utile translatum sit in emptorem Castri, prævio Principis assensu; vnde, si in nostro casu filius Baronis tantum nomen sortiretur, utileque dominium transiret in patrem, transitus hic esset contraria consuetudines feudales, quæ patres ab utili domini feudorum successione remouent.

- Quod si virgebis, non posse patrem succedere in feudis, posse verò in vslusfructu: hec distinctio opinionem nostram comprobabit, cum successio in feudis eadem sit, ac successio in vslusfructu feudorum, dum proprietas semper genes concedentem residet, siue denique pater habebit vsumfructum super vslusfructu filij, iam daretur super vslusfructu vslusfructus, & sic seruitus seruitutis, quod implicat.

Quarè implicatiæ non defuit, qui elideret studierit, putans, non inde sequi, dari vsumfructum vslusfructus, cum utile dominium non sit vslusfructus, quia vslusfructus morte vslusfructuariorum extinguitur; secundus utile dominium, quod ad heredes transit. Quarè, si utile dominium non est vslusfructus, non est seruitus; sicque, si patri vsumfructum daremus, super bonis feudalibus filij aduentitijs, non daremus vsumfructum vslusfructus, nec seruitutem seruitutis.

D d Occa-

21 Occasione huius argumēti explicuimus ibi quæstionem illam, an vtile dominium differat ab vſufructu, quam int̄ ceteros examinat Pater Ognatte Societatis Iesu de contractibus tom. 3. par. 2. tract. 3 1. disputat. 109. ſed. 2. num. 20. ad rem verò nostram diximus, vtile dominium non diſtingui ab vſufructu, qui licet morte vſufructuarij extinguatur, euenit id, quia datur tantum illi perlonz; verū, si concederetur vſuſructus Titio, eiusque filijs, morte Titij non extinguetur vſuſructus. Potest igitur dari atqualis vſuſructus, qui ex hominis, vel legis dispositione, transeat in hæredes, quælis est vtile dominium.

Quod si vrgeas, dominium vtile ſic acceptum non eſt verum vſumfructum, falso dixeris, cum verè extinguatur morte vſuſructuarij; quia verò vſuſructuarij ſunt plures; ideo mors omnium expectanda eſt, vt vſuſructus celiet; vnde corrigenda eſt imaginatio, nec ſupponendum, vſumfructum relinqui non poſſe, niſi vni; cum poſſit relinqui pluribus: non negauit tamē, ad patrē ſpectare ſupèr feudis quandam commoditatē, quę etiā in Caſtrenib⁹ datur.

Alia ſupèr hac quæſtione videnda ſunt apud Andr. cap. 1. §. Valuatores, vbi Liparul. de his, qui feudum dare poſſunt. Boer. dec. 99. Aſſl. in d. cap. 1. Suar. d. diſputat. Andr. in Conſil. in aliquibus. Loffred. conf. 10. Milanens. deciſ. 3. num. 7. 2. Napodan. in tit. de alimēntis preſtandis verb. de bonis. Jacob. de Franch. pralud. feud. quæſt. 3. tit. de his, qui feudum dare poſſunt. Vinc. de Franch. deciſ. 10. Anna ſing. 377. Schrader. de feudis part. 7. cap. 8. de Amicis dicit. de his, qui feudum dare poſſunt rubric. 1. §. ſumus modò. De Ponte conf. 19. tom. 1. Georg. repetit. feudal. cap. 40. Paſchalis de vi-ribus Patria poteflatis part. 1. cap. 2. num. 5. 8. cap. 3. num. 8. & 102. aliosque, quos in noſtra Ariadna loc. cit. adduximus.

S V M M A R I V M .

- 1 Prorege ſuſpetto, an ſint ſuſpetti Iudices ab illo dependentes.
- 2 Suspicio Proregis decidenda eſt à Rege.
- 3 Princeps dicitur Ius animatum.
- 4 Prorex quid debeat ob oculos ponere.
- 5 Affinitas, ſive consanguinitas officiaſum cum Prorege an reddat officiales ſuſpettos.
- 6 Prorex nunquā dicitur ſuſpettus, ſi eius interuenientur arceatur tamē ratione honestatis, quod probatur.
- 7 Prorex quando reddatur ſuſpettus.
- 8 Tribunalia quando reddatur ſuſpetta, ſuſpetto Prorege.
- 9 Bona fama arceret ſuſpcionem; mala auget.
- 10 ſuſpettis Capitibus, an ſuſpetti reddantur ea-

- 11 Consiliarij an ſint quandoq; ſuſpetti ſuſpetto Praſide S.C.
- 12 Vicarius an ſint ſuſpettus, ſuſpetto Epifcopo.
- 13 Barone ſuſpetto, an ſint ſuſpetti eius officiales.

DILVCIDATIO DECIS. LXXXIV.

D Vplex reſcriptū ex diametro contrarium hic legimus, quorum alterum, 1 durante Proregis ſuſpicione, ſuſpettos vocat ceteros iudices ab illo dependentes, alterum verò oppoſitum demonſtrat; vnde Reg. Sanfelicius, Regias Sanctiones, arbitratur, ſeuandas. Pro hac quæſtio ne ſcīſſi ſunt D.D. à Sanfelicio relati: ne ergo vetera canam, ad eos lectorē remitto; nec deſerendi Rouit. ad Prags. 1. de ſuſpic. official. n. 8. qui, licet breuitēr, quæſtione tamē tangit, alijque relati à Domino Petra ad Rīum M.C.V. 265. nu. 90. qui auctores tantum ſuſpēr hac re ſcribentes refert. Pratus verò ad Muſc. in prax. appellat. Glosſ. 1. ſententia: pag. 309. inquit, caſum euenire antiquis, & modernis temporibus in Proregib⁹ huius Regni, & vltioris Siciliæ, in quibus fuit diuerſimodè iudicatum, vultque videndum. Jacob. conf. 91. Giurban. deciſ. 27. Caſtill. dec. 53. Ramon. conf. 3. per totum. Fontanell. deciſ. 6. num. 7. 8. & 9. qui coaduocatus fuit cum Ramon. in cauſa recuſationis proposita in Regia Audientia Cathaloniae ad instantiā Marchionis de Aytona in cauſa, quam habebat cum Admirato Caſteilex tunc huius Regni moderatore oculatissimo, eo quòd Dux Alborquerque Prorex erat Leuir Excellentissimi Admirati, & citat hauc decisionem Reg. Sanfelicij.

2 Viuum nihilominus aduerto, ſuſpicione hanc decidenda à Rege, vt patet ex adiunctis à Sanfelicio reſcriptis: adeoque queſtiones omnes ſiſere, nec vlla adducenda iuera corā Principe, qui ius animatum dicitur: quare nobis iuſtendum nec erit in regulis illis dandis pro huiusmodi decisionibus, cum temeritati proximū eſſet id dijudicandum; aliqua tandem trademus, ne lectorē relinquamus ſuſpensum.

4 Evidem fateor, quemcunque Proregem debere ob oculos ponere, ſe Regis vices gerere; adeoque, quemadmodum Rēx nequic ſuſpettus allegari, cum a quo ſuos vassalloſ anore prosequatur; ſic ipsū debere omnino curare, ne talis allegetur, dum ſui Regis vices gerendo, eius etiam mores imitari debet. Hinc pŕaſumendum, illum ita ſe gerere, vt ſuſpettus nunquā dicitur; itaque, ni euidens erit ſuſpicio, hæc ſibi locum non vendicabit, quibus ita ſuſpoſitioſis, cer-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

211

- 5 Certum est, non consanguinitatem, non affinitatem, non amicitiam litigatoris cum Prorege, suspectum illum reddere, vna cum Regni officialibus, prout forte ex Regijs Sanctionibus cæteros officiales huiusmodi vincula suspectos reddunt, nec Regem hæc suadebunt, ad quoquinque officiales suspectos dijudicandos. Patet hoc in ultimo rescripto adducto à Sanfelicio, vbi Rex Catholicus mandat Proregi, vt causam committat Magnæ Curiaz, nec ipse interueniat; quare, non eo quod ipsius interuentus arcetur, suspecti redundunt etiam officiales. Et ratio meo iudicio euidentis est, quandoquidem, si, vt supra diximus, Prorex nunquam dignus suspicione redditur; iam eius interuentus arcetur tantum honestatis, non suspicionis intuitu; quasi turpe sit, vt Prorex assistat cause alicuius, qui eius sit consanguineus, vel affinis. Cæterum sola affinitas, vel consanguinitas, non erit caput sufficiens ad iudicandos alios iudices. suspectos; ita vt suspicari quisque possit, Proregem, vel metu Iudices posse terrere, vel premissis eosdem allucere, cum hoc repugnet, tam ex parte Proregis, quam Iudicium: ex parte quidem Proregis, qui, tanquam sui Regis vicem gerens, nunquam in dubio suspectus iudicatur: ex parte Iudicium, qui, si corrupti possent premissis, vel terra minis, omnes profectò arcendi essent à iudicio, cum iudicarent causas diuitium, vel Magnatum, vel aliorum officialium Superiorum, à quibus, vel bona, vel mala expectare valerent: vnde obiectio hæc facillimè euaneat. Non negauerim tamè, quandoquo posse rem aliter se habere, tamque vehementer esse suspicionem ortam forte ab affectata celeritate Proregis in causa expeditionem extorquendo, vt sic loquar, à iudice, vel eundem ad moram suadendo, vel contrarias inuestigando rationes, Aduocatos rogando, vt pro eius consanguineis student, scribantque, ceterisque alijs modis, qui Regis mentem mouere possent ad indicandum, valere ex his Proregem illum iudices, vel terrere, vel allucere; quo casu nemo dubitat, quin, reddito suspecto Prorege, cætera illi Tribunalis subdita suspecta pariter dicenda sint. Quod idem dicas, si Prorex sit (quod Deus semper auertat) vir malæ famæ; nam quemadmodum bona fama solet contrarias suspiciones tollere ex l. 1. s. vlt. vbi Bart. C. de re milit. & præsumptio illa præfertur, per quam arguitur hominis bonitas, vt optimè ex Crauct. & alijs notat Faber in C. de prohibita sequestr. pecun. defini. 2. num. 11. Quod licet in materia suspicionis non militet in cæteris officialibus, vt superius sapè diximus, poterit tamen ex spe.

ciali ratione locum sibi vendicare in Principe, tanquam omnibus noto; ita mala fama suspiciones auget, hominisq; propalat militiam: ex quibus, si casus euenerit, facilis erit resolutio.

- 10 Ex his collige, quid dicendum de alijs Capitibus, puta de Præside S.C. an scilicet, illo suspecto, reddantur suspecti cæteri Consiliarij. De Episcopo, an, eo suspecto, reddantur suspecti Vicarius, cæterique ab eo dependentes. De Barone, an, eo pariter suspecto, suspecti sint eius officiales, de quibus omnibus, vt cæteros deferam, *Galluppus in praxi par. I. cap. 4. n. 7. alijq; relati à Dom. D. Carola Petra ad d. 10. 2. d. Kitu 265. à n. 90.*
- 11 De Præside Sacri Cōsilij, certum est, illo suspecto, nō reddi suspectos cæteros Consiliarios, vt ex Ronito cōcludit *Gallup. loc. cit.* & ex alijs firmat *Dom. Pet. loc. cit.* Videmus enim, suspecto Præside, cōmitti causas Regijs Consiliarijs à Rota decana, vt alias diximus.
- 12 De Episcopo, certum est, reddi suspectos Vicarium, ab eoq; dependentes, ex Doctribus citatis, necnon *Staib. resol.* 110. n. 19.
- 13 De Barone, negant ijdem Doctores, esse suspectos eius officiales, allegato illo suspecto; nam Baro, statim ac constituit Capitaneum, & officiales pro iustitia administrandam, videtur penitus circa hanc functionem persona distincta, ex *Capibl. de Baron. lib. I. Prag. 2. n. 165.* hunc articulum disputante, qui *ibid. n. 9.* adduxerat exemplum in Prorege, quo suspecto, omnes officiales reddi suspectos, firmarat. Vnde in *Apostilla ad Gallup. loc. cit. n. 8.* hæc reperio. Sed non video, quare, suspecto Prorege, sint suspecti Regijs Consiliarij, & suspecto Barone, non sint suspecti eius officiales, qui non sunt adeò inconcussi ambitione. Sed de hac re alias, cum videatur extranca huic dilucidationi, nec modicum requirat examen. Vide interim ea, quæ diximus in dilucidatione decisionis 63. n. 7: quæque scripsit Staib. in obseruat. ad resol. 110. ad num. 18. tom. 2.

S K M M A R E K M :

- 1 *Suspicione proposita, Index recusatus nequit ad aliquem actum procedere, pendente recusatione.*
- 2 *Suspicio orta post subscriptam sententiam, sed ante quam ea publicata sit, an retardet publicationem.*
- 3 *Iudice allegato suspecto, & nihilominus procedente ad ulteriora, omnia per ipsius gesta erunt nulla.*
- 4 *Iudex, ante quam allegetur suspectus, an, & quando, debat à iudicando abstinere.*
- 5 *Iudex allegatus suspectus, quando possit ad ulteriora procedere, non obstante tali alle-*

D d 2 ga-

212 Io: Baptista Mucci Lib. I.

- gatione. Et quæ sint requisita ad allegationem suspicionis.
- 6 Fisci Patronus potest allegari suspectus.
 - 7 Fisci patronus, tanquam Iudex deputatus recusatus suspectus, an possit in eadem causa interuenire tanquam Aduocatus Fisci.
 - 8 Procurator Fisci neque ex capite inimicitie potest recusari.
 - 9 Commissarius cause suspicionis potest, pendente suspicione, ad acta incumbentia procedere.
 - 10 Iudex allegatus suspectus, militante suspicione, an possit in alijs causis illius, qui eum suspectum allegavit, procedere.
 - 11 Iudex allegatus suspectus, an, cessante suspicione, possit in eadem causa interuenire, & quid in alijs causis dicendum.
 - 12 Appellatio an admittatur à decreto suspicionum.
 - 13 Prorex an, & quando possit admittere apellationem à decretis suspicionum.

DIVICIDATIO DECIS. LXXXV.

- E** Docemur hinc, proposita iuxta Regiam Sanctionem suspicione, non posse Iudicem recusatum suspectum, pendente recusatione, ad aliquem actum procedere, absque processus nullitate: quare sic censuit Collaterale Consilium, recusato Fisci Patrono. Hoc idem tenuerunt omnes ij, quos refert, & sequitur Rouitus, qui in Pragmatica 5.de suspicione official. nu.44.adduxit ad id probandum Tex. in l. qua omnino 6.1. vers. nec ferendus est ff. de Procurat. nec non Glos. in cap. 2. verbo: suspectum, de Procurat. in sexto. Hocque adeò esse verum, ait nu.45. vt, si Iudex post subscriptam sententiam, eamque actuario traditam, verum ante publicationem, fuerit allegatus suspectus, sic in publicatione supersedendum, ex Boudill.lib.3.cap.15.n.83. vers. aduerta.
- 3** Si ergo Iudex, non obstante proposita suspicione, processerit ad vteriora, omnia per ipsum gesta sunt nulla, vt, præter citatos à Sanfelicio, dixere omnes ij, quos refert Dom. D. Carol. Petr. tom. 2. ad d. Rit. 265. nu.167. & Staibani. in obseruat. ad resol. 117. tom. 2. ad num. 10. à n. 1.

Quinlibet, eo ipso, quod ad vteriora procedit, redditur suspectus, quamvis causa allegata sit falsa, vt voluit Reg. Sanfelici. hic num.4. licet aliter dicendum velit n.5. quando non fuit recusatus suspectus, & sequutus est Staiban. loc. cit. num. 3. Et ratio disparitatis ea utique est, quia Iudex non potest abstinere à iudicando, præcipue de iure Regni per Pragm. 15. de sup. offic. cap. 12. nisi in casu, quo se suspectum verè dignosceret; tunc enim etiam parte non opponente, de-

bet abstinere, ex Cancer. variar. resol. cap. 21. num. 38. par. 1. alijsque adductis à Staibano ibid. n. 7. & Pragmatica in nostro Regno in d. cap. 12. dat formam Iudici proponendi scrupulum, de quo casum refert Dom. Pet. ad d. Rit. 265. 10. 3. à n. 5. 8. Ceterum, alle-gato Iudice suspecto, nequibet ab ipso amplius in causa procedi, ni, determinata suspi-cione. Vnde cauendum à Staibano in obseruat. ad decis. 110. ad nu. 5. tom. 2. nu. 13. ad-vertente ex multis, quos ibi refert, si causa suspicionis sint friuolæ, & frustratoria, posse Iudicem, ijs non obstantibus, procedere, cum hoc nullo modo recipiendum sit, ex multis, quæ inde absurdæ sequerentur; po-terunt namque certæ videri causæ, quæ alias graues essent, potissimum, cum, vt sibi di-ximus, versenur in materia suspicionum, in qua ex quacunq; leui causa quancioque Iudices à iudicando remouentur, præter-quamquod, causas esse friuolas, non Iudex reuocatus cernere debet, nec ipse, an tales sint, examinare, sed tantum illæ examinan-dæ sunt à Iudice suspicionis: vnde non vi-deo, cur possit dari casus, quo, fulpicio-pum capitibus oppositis, possit Iudex re-cusatus suspectus procedere.

Quod profectò limitandum primò, si su-spicio allegata nō esse Iudici recusato no-tificata, adeoque ille deponeret, sibi non notam allegatam suspicionem, vt decisum refert idem Dom. Pet. d. tom. 2. ad d. Rit. 265. sub num. 167. quare illam notificari, fundat ex multis.

Secundò, ni sit proposita formiter cum deposito, seruata dispositione Pragm. 5. & 9. de suspicione official. quānam autem qua-litatem debeat continere depositum, & quando faciendum, vide apud Gizzium ad Capyc. Latr. decis. 81. à num. 3. ad 6. distinctè procedentem, & varias necentem decisio-nes admodum super re proficuas.

Tertiò, ni fuerit expressa causa suspicionis, iuxta dispositionem Pragm. 1. & 15. de suspic. off. & 40. de off. S.R.C.

Quartò tandem, vt alias limitationes deseram videndas apud Pragmaticas Re-gni, Doctoresque citatos, ni propositæ sint infra quadraginta dies statutos à Regia Sanctione, circa quod tempus limitationes quasdam non contempnendas adduxit Gizzius in obser. ad decis. 164. Capyc. Latr. tom. 2. post nu. 2. vers. secundò siquidem. Et scriptit etiam Staiban. tom. 2. in obser. ad resol. 118. n. 15. Quoniam verò hic Sanfelicius casum proponit suspicionis allegata in personam Aduocati Fisci, idcirco nonnulla notanda, & colligenda sunt pro maiori decisionis di-lucidatione, nonnulla verò ad ornatum,

6 Primum, ex Prag. 5. de suspicionibus officiale, non

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 213

non modò Indices, sed etiam Fisci Patronos posse suspectos allegari, licet non tam facile, ex Rouito ad dictam Pragm. omnino videndo, & Boer. ab ipso Rouito citato num. 2. qui in decis. 258. num. 8. recusationes in fisci Patrono admittit, cum parti aduersa consilium daret, eique secreta panderet. Quia pro re legenda sunt rescripta Catholice Maiestatis à Rouito adducta loc. cit. pro fisci patroni suspicione.

Nec deferendi idem Sanfelicius in add. ad sent. 40. in praxi n. 2. Fontanell. decis. 30. nu. 22. lib. 1. Tertia lib. 3. de Iure Regni, ad Ritum 256. Mastrill. decis. 214. par. 7. Peregr. decis. 33. tom. 2. Boer. decis. 258. n. 8. Larr. lib. 4. alleg. fiscal. 2. Alfar. de off. fisc. Glos. 17. n. 40. Gabel. decis. 119. punct. 3. Prat. ad Muscat. Glos. sententia. vers. non minus, & in resp. 41. num. 13.

7 alijque apud citatos. An autem Advoçatus Fisci, qui deinde fuit, tanquam Index deputatus, recusatus, & remotus, possit denuò esse in eadem causa Fisci Advoçatus, videnda decisiones relatae à Dom. Petr. d. som. 2. ad d. Rit. 265. nu. 57. Et an Fisci patronus, qui interuenerat in causa criminali, factus deinde Index, possit recusari etiam in alijs causis, affirmatiue iudicatum, refert, sèpè à Curia Archiepiscopali Neapolitana, Ricc. decis. 91. & collect. 1613. idemque Mastrill. decis. 151. n. 49.

8 Secundum, fisci Procuratorem neque ex capite inimicitia recusari posse, ex Gabedo decis. Lusit. 114. nu. 9. par. 1. adductio à Rouito ad dictam Pragm. 5. nu. 4. & ratio ita Regno nostro potest esse eadē, quam adducit hic Sanfelicius, quia per Ritum M. C. V secundum ordinem Caranitæ 17. Procurator fisci nihil potest agere: quare quicquid agit absq; fisci consilio, nullum est, igitur, siue Procurator fisci sit inimicus, siue secus, nulli nocet, nec proderit, dummodò hostem ille non habeat fisci Patronum, à quo omnia dependent, cum alias Procurator sit quoddam materiale fisci instrumentum, nullumq; valeat litigatoriis parare prijudicium.

9 Tertium, Iudicem, cui suspicionis causa committitur, pendente suspicionis iudicio, posse ad quicunque acta incumbentia procedere, vt ex Regia Sanctione adserit Gallupp. in Praxi par. 1. cap. 4. nu. 11. quem vide, dum multa ait in materia suspicionis.

10 Quartum, Iudicem allegatum suspectum, si pronunciatum fuerit, suspicionem allegatam militare, non posse ex partium consensu amplius interuenire, tam in illa causa, quam in ceteris alijs, ex Regia Pragm. 20. de suspicione officiali; edita anno 1652. quæ expressè corrigit aliam 15. sub. eodem Titulo cap. 13. vbi aliquæ erant limitationes, quas vide.

11 Quin imò, cessante suspicione in illa causa, in qua fuit interpositum decretum, quod Index recusatus non interueniat, neque poterit amplius in dicta causa interuenire, ex ijs, quos refert Dom. Petr. d. som. 2. ad d. Ritum 265. post n. 191. vers. interposito. Et ego addo, neque posse eundem Iudicem interuenire in alijs causis recusatis, ex dispositione d. Pragm. 20. Nam, quamvis cessauerit suspicio; nihilominus emanauit iam decretum, quo index fuit declaratus suspectus, ac proinde iniuria affectus est, & consequenter remansit inimicus recusantis, quæ ratio est & quæ potens, ac alia assignata in casu exposito à d. Pragm. ut considerant paet.

12 Quintum, neque ab incidentibus, neque à decretis definitiis circa suspiciones posse appellari, neque quocunque aliud re medium proponi, ex d. Pragm. 15. cap. 23.

13 Hoc tamè casu puto, posse recurri ad Proregem, qui extrajudicialiter forte informatus de re, de qua agitur, poterit revisionem ordinare; nam Pragm. prohibuit tantum remedia ordinaria, secus verò extraordinaria, prout est, non quicunque recursus, qui etiam generice sumptus ab ipsa Pragmat. prohibetur, sed recursus ad Principem. Sicque, dum hæc scribo, practicari video in causa cuiusdam suspicionis iam determinata. Et nos diximus aliqua in decis. 81. decisione.

S V M M A R I V M.

- 1 Index ob grauamen illatum in alia causa non potest recusari suspectus de iure Ciuli, secus de iure Canonico.
- 2 Index an sit suspectus, eo quod recusans, dum erat Index, indicauit contra Iudicem recusatum.
- 3 Index scienter grauamen inferens, an, & quomodo reddatur suspectus, etiam de iure Ciuli.
- 4 Index quandoque remouetur à Principe ad scandalum removenda absque i. famia nota.
- 5 Index provocatus à patre, data opera, an posse allegari suspectus.

DILVCIDATIO DECIS. LXXXVI.

Habemus in hac decisione, Iudicem ob grauamen in alia causa illatum non posse recusari, tanquam suspectum, de iure Ciuli, secus verò de iure Canonico. Quod sequitur est Dominus D. Franciscus Verde ad Gallupp. in Prax. par. 1. cap. 4. n. 65. vers. 5. in quo capite omnia suspicionis capita enumerat.

Idemque firmauit Paulus Staibani. in obseruas.

seruat. ad resol. 110. ad nu. 21. tom. 2. allegans Reg. Sanfelic. bīc. Displacet autem ratio, quā ipse ibi tradit, quia scilicet is, qui grauamen hoc, seu iniuriam à Iudice passus est, poterit facillimè appellare, & sic per recursum ad Superiorem, animum iudicis ad inimicitiam prouocare, illumque consequtè suspectum reddere in alijs causis, tanquam inimicum. Displacet, inquam, hæc ratio; quandoquidem, si appellatio redideret inimicum iudicem, quilibet, habens causam coram uno Iudice, à cuius decreto appellauit, non posset alias coram eodem habere, tanquam suspecto; hæcque esset noua suspicio int̄ cetera capita suspicionis à Doctoribus tradita addenda, quod ridiculum sanè est, cum absolutum sit, ut bene hic Sanfelicius, Iudicem, à cuius sententia fuit appellatum, non esse suspectum in alijs causis, quas appellans habet coram eodem, per textum expressum in l. unica ff. apud eum, à quo appell. &c. licet aliter sit de iure Canonico, per textum etiam apertum in cap. ad hac, il primo, extra: De appellat. adductos à Reg. de Marinis lib. 1. resol. quotid. cap. 210, in princ. scribente, in foro seculari seruanda iura ciuilia in hoc, in ecclesiastico autem canones.

2. Dubium autem maius fuit apud eundem Regentem loc. cit. à n. 3. an scilicet Iudex possit, tanquam suspectus, recusari, eo quod recusans, cum alijs esset Iudex, iudicauit contra Iudicem illum, qui nunç, ut suspectus, recusatur: & , discuso articulo, affirmatiuè decisum, refert. Quod ratione non caret; nam, præt̄t̄r̄t̄ eas, quos ibi Reg. de Marinis adducit, videtur in hoc iudice posse considerari incipientiū vltionis, ut nempe velit vlcisci de grauamine, quod sibi voluit inferre is, cùm Iudex erit per votum cōtra ipsum: quare, cum vltio hæc sit inimicitiz species, meritò à iudicando arceri debet. Ut autem ad nostram decisionem revertamur, reiecta ratione trādita à Staib.

3. Cūni Sanfelicius inquit hic, Iudicem scientē grauamen inferentem reddi suspectum, etiam de iure Ciuiili, & ita in Collaterali Consilio decisum, hæc decisio cum grano salis (vt sic loquar) intelligenda est; nam, dum non est indistinctè verum, de iure Ciuiili posse iudicem, qui in alia causa grauamen alicui intulit, ab illo suspectum allegari, aduertendum est, quid importet ly, scientē, scilicet, iudicem scire ipsum quidē in jam inferre grauamen, & nihilominus velle illud inferre; ac proindē ostendit ille prænæ voluntatis actum. Quod idem est, ac si dicatur, Iudicem, tanquam inimicum se gessisse cum aliquo in iudicando, ac proindē ex capite inimicitiz remouendum

ab alijs causis, tanquam suspectum, ad Tex. in cap. suscitatus: De rescriptis, cum concordantibus.

4. Quoniam verò quandoque Iudex, non scientē, sed iustitia ductus, saltēt̄ quod ad conscientiam Magnatem aliquem condemnat, idcirco id genus Magnatum quandoq; in alijs causis illum suspectum allegare solent: quare remouetur Principis rescripto, siue à Collaterali Consilio iustis ex causis; non tamē dixeris, iudicem illum scientē Magnatem grauasse; ille enim remouetur, vel ad scandala, vel odia arcenda; nam, qui se grauatum putat in re magni momenti, ductus leui illa nobilitatis aura, iudicem damnantem odio habebit, ex quo futurū in causa grauamen sequi poterit, variaque paritè scandala exoriri valebunt. Vnde Princeps, siue eius Collaterale Consilium summa politica absque infamia nota iudicem remouet, quod continuis eventibus cōprobatur: verū multa alia essent scribēda, sed calanum iustis ex causis retrahamus, cum neminem lateat, assolere sepius id genus hominum iudices prouocare ad iniurias, vt deinde eosdem suspectos reddant, supèr quo consuluit Regia Sanctio 19. sub tit. de suspicion. officialis verbis: Ordiniamo, che, quando per alcuna delle parti litiganti si darà alcuna occasione d'offesa, o verbale, o reale ad alcuno degli Giudici, moglie, e parenti di essi, o prima, o dopoi d'essersi mosse le liti, non solo non si possa ammettere la susspettione nelle persone degli detti Giudici, ma, &c. Et secundum hanc Prag. vidi pluriès decisum, & nouissimè. Scio tamē, quandoque contrā hanc decisum, & colorabatur decisio prætextu, quod Iudices primò affecissent iniuria litigatorem. Adeo verum, in suspicionibus non adeo rigorosè procedendum. Sed de huiusmodi suspicionibus sati, cum de eorum origine, rēmedioque acturi simus in secundo Tomo, Dēo dante,

S V M M A R I V M .

2. Legatum Dotis ab extraneo præstandum est conditionale.
2. Legatum Dotis sub conditione matrimonij carnalis, vel spiritualis, non debetur volunti castè viuere in propria Domo.
3. Valetudo aduersa impediens matrimonium, an impedit legati consequtionem.
4. Legatum Dotis, ut debeatur, requiritur matrimonium consumatum.
5. Legatum Dotis, factum ab extraneo, transmittitur ad hæredes legataria.
6. Legatum relictum pro matrimonio carnali debetur, etiam si puella ingrediatur mona-

stæ.

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

215

- 8. *Periculum, licet requiratur Professio.*
- 7. *Legati quantitas diversa disiunctim relitta pro matrimonio carnali, & spirituali, debetur secundum testatoris dispositionem.*
- 8. *Legatum dotis factam filia, an sit purum, laic examinatur.*
- 9. *Legatum factum pro augmento dotis, an sit purum.*
- 10. *Dos danda virginis suprata debetur, quamvis nuptiae non sequuntur.*
- 11. *Dos debetur virginis deflorata in premium amissa virginitatis.*
- 12. *Legatum dotis an debeatur, si puella nupsa sit alteri persona, non autem determinata a testatore.*
- 13. *Legatum relatum pro matrimonio spirituali, an, & quando debeatur ducenti vitam calibatam in domo propria.*
- 14. *Legataria habente inabilitatem circa matrimonium, propter quod legatum relatum est, an statim admittendus sit submittutus.*
- 15. *Grauatus restituere hereditatem, an, & quando statim illam teneatur restituere.*

DILVCIDATIO DECIS.LXXXVII.

- 1. *Tertia hic breuitate resoluuntur. Primum est, legatum dotis ab extraneo praestandum tempore matrimonij esse conditionale.*
- 2. *Secundum est, dotis legatum sub conditione matrimonij carnalis, vel spiritualis, non deberi puellæ legatariaz volenti castè viuere in propria domo, vel aduersa valetudine impeditæ.*
- 3. *Tertium, esto, quod aduersa valetudo matrimonium carnale, & spirituale impediat quoque legati consequitatem, non admittendum proinde statim substatutum legatariaz quandocunque sine liberis.*
- 4. *Vnde collige primò, non sufficere, puellam ad nubilem etatē peruenitile, ut ex l. *Sanctimus C. de nuptijs*, nec sufficere pariter, illam ad sponsi domum introductam, ibique defunctam, ni ad nubiles annos peruenisset, ut ex l. *penult. s. fin. ff. quod fals. tunc. alijsque aduertit Faber in C. de condit. insert. de fin. 9.**
- 5. *Secundò, legatum dotis ab extraneo reliquum puellæ, ut nubat, vel ut nubere possit, esse purum, non conditionale, illudque consequenter ad hæredes legatariaz non nuptæ transmissibile, ut voluere onines iij, quos ad-*

ducit Reg. de Marin. ad decis. 5. Reuterter.

- 6. *Tertiò, legatum relictum pro matrimonio carnali expressè deberi etiam si puella ingredietur monasterium, ut voluere Capyc. decis. 204. Fontan. de pactis nuptiis. Claus. 5. Glos. 1. part. 1. num. 5. 9. ceteraque relati à Reg. de Marin. ad dictam decis. Reuterter. Ego verò firmè teneo, non sufficere solum ingressum, ni in eo monasterio professionem emiserit, vel saltè cum habitu monachali obierit, cum omnino ad legatum hoc consequendū requiratur persecutaria, ex Baldo, Iasone, & Salicet. in l. si quis hæredem C. de Institut. & substit. alijsq; relatis. à Capyc. Latr. tom. 2. consult. 149. num. 35. Quod si fiat legatum prò monachatu, nō adimpleri conditionem contractu matrimonij carnalis, scripsere ij, quos refert, & sequitur de Marin. ad citatam decis. 5. 8. Reuterter. num. 4. pro qua re vide dictam Consult. 149. Capyc. Latr. vbi fusè de hac materia; & rationem, ait, eille, Durand. de condit. & mod. impos. par. 2. cap. 3. num. 40. qui à non militat eadem ratio, & decisio nem refert Marot. discip. 38. num. 12. & seq. contrarijs respondendo.*

Hinc, non audiebant, putarem, volentes reperire conjecturas, ex quibus arguatur, testatorem legantem sensisse de matrimonio carnali, non autem de spirituali, adeoque legatum relatum pro matrimonio carnali non deberi illo casu, si puella monasterium ingrediatur, ut videre est apud Caualer. dec. 417. Fontanell. de pactis nuptial. Glos. 8. par. 1. num. 64. & Prat. lib. 3. discept. forens. cap. 7. cum, quanvis obstaret testatoris mens, adhuc hoc casu legatum deberi, scripsering longè probabilius Pontius de maz. lib. 3. cap. 7. num. 9. Vega in summa, post casum 66. Farinac. part. 1. decis. 350. alijsque apud citatos, & ratio est manifesta, quia priuilegium religionis est potentius mente testatoris, nec alias bona ideo relinquunt debent, ut Dei servitium mundanis curis postponantur; quinimò ex eadem ratione, qui à testator voluit, ut legatum pro matrimonio carnali non sibi locum vindicaret pro spirituali, debetur etiam pro matrimonio spirituali, ne locum habeat dispositio testatoris, quæ deterritus expressè reddidit matrimonium spirituale, carnali: licet non negauerim, secluso contemptu Religionis, diuersimodè discurrendum, cum testator reliquit pro matrimonio carnali mille, quincentum, verò pro spirituali; tunc, enim modò id non fieret in contemptu Religionis, certum est, pro ingressu in monasterium deberi tantum quincentum, cum talis dos sit sufficiens pro monachatu, quem puella poterit eligere, dum tanta dote non indigebit, quanta indigebet, si nuberet, ut bene respondet Tbesaur. lib.

lib. i. quæst. 60. num. 16. qui casus utique diversus est ab illo, cùm testator pro matrimonio spirituali nil relinqueret; tunc enim contemptus haberetur: meritò igitur, si nihil reliquit, totum debebitur, quod pro matrimonio carnali relictum est.

Quæ cum ita sint, non audiendi sunt, qui coniecturas reperiunt, ex quibus mentem testatoris trahunt ad matrimonium carnale tantum, non autem etiam ad spirituale; dum, si non obstat expressa testatoris dispositionis, à fortiori non obstabunt coniecturæ.

Præterea, quamvis aliquæ reperiri valent coniecturæ, ex quibus arguatur, testatorem loquutum de matrimonio carnali, intèr quas ea sit, quant adducunt communiter Doctores de testatore disponente de legato in casu, quo legataria sine filiis decederet, qui casus utiq; applicabilis non est moniali; nihilominus tamè singula singulis referendo, non inde dicendum est, testatorem exclusisse matrimonium spirituale, sed dispositionem hanc de obitu legatariaz absque filiis referri tantum ad casum, quo illa nuberet, sive nec contrariam religioni testatoris mentem haberemus.

7 Quartò, si expresse testator legau erit mille pro matrimonio carnali, quincentum verò pro spirituali, deberi quincentum, si puella monachatum amplexa fuerit, cum seruanda sit testatoris niens, ut voluere in puncto Rota decis. 480. tom. 2. recen. Capibl. de Baron. lib. 2. cap. 65. num. 10. alijque, quos adducit, & sequitur Reg. de Mariu. ad citat. decis. 58. Reuerter. quicquid sit, si multi contrarium tenuerint, quos vide apud Thesau- rum d. quæst. 60. lib. 1. quod intelligendum est secundum à nobis superiùs posita.

8 Quintò, dubiam fuisse apud DD. decisionem illam, an legatum doris factum filiæ sit purum, an autem conditionale; quia propter nonnulli voluere, illud esse purum, non nulli verò purum, quatenus sit intra legitimam; quatenus autem illam excedat, conditionale, ut videre est apud Dominum Redoer. loc. cit. de qua re Conf. Rosa tom. 1. consult. 6. art. 44. Rocc. tom. 2. resp. 26. alijque apud ipsos.

Ego autem non discedendum, arbitror, à Bartolo in l. Titio centum 5. Titio genero num. 4. ff. de condit. & demonstrat. qui vult, ut legatum pro dote, dummodò non fuerit ante assignata filiæ legitima, dicatur purum, etiam quo ad illam pertinet, quia legitimam excedit, ne idem legatum diuersimode intelligatur l. iam hoc iure: devulg. & Pupill. & lœum qui ad eis de usucap. videtur namque pater monuisse potius filiam, ut nuberet, quia in legato grauamen imposuisse; hinc, si quo ad eam partem, quia legatum excedit, intelligeretur, imposuisse grauamen, esset di-

cendum, Patrem monuisse, & non monuisse. Monuisse quidem, cum respectu legitimæ non potuerit grauamen imponere; è contraria verò imposuisse grauamen, dum conditionale esset dicendum legatum, quo ad reliquam partem. Nec virgeri potest, monitione, & grauaminis impositionem esse respectu diuersarum partium, cum aliàs non implacet, stare simul, & semel monitionem, & grauaminis impositionem, cum pater dicatur monere, & pro obseruancia monitionis grauamen imponere; nam respondeo, monitionem non cadere suprà legatum, sed suprà legatariam, impositionem verò grauaminis suprà legatum. Pater ergo, legando aliquid pro dote quoad legitimam, moneret filiam ut nuberet; vnde cum hac monitione legaret: quare purum esset dicendum. E contra verò grauamen positum legato illud redderet conditionale, ergo esset purum, & conditionale idem legatum, quod implicat.

Nec denuò virgeri poterit, ut philosophice etiam satisfaciamus omnibus, dici hoc casu legatum purum, & conditionale respectu diuersorum; ac proinde nullam argui repugnantiam, cum dicatur purum quo ad legitimam, conditionale verò quo ad illam partem, quia legitimam excedit; nam respondeo, non tolli per hanc explicationem, repugnantiam, quia, licet legatum sit quantitatis, ac proinde de re diuisibili; ipsum tamen unicum est quo ad formalitatem, & respectu causæ efficientis, cum fuerit factum ab uno testatore, & pro dote; igitur hoc legatum censemendum esset diuerso iure, quod implicat, & quemadmodum implicabit, dari chimeram, quia sit risibilis tanquam homo, hinnibilis tanquam equus, sic implicabit, dari legatum, quod sit purum quo ad legitimam, conditionale quo ad reliqua, & ratio rationis est, quia contradiccio stat in formalitate, quia saluari nequit per materialitatis distinctionem.

Cæterum, ut ad Iurisconsultos reuerter, testator, dum unico legato legavit pro dote, videtur, voluisse legitimam pinguorem constituere; quandoquidem, si dos succedit loco legitimæ, ac proinde euenerit poterit, ut consideratis qualitatibus, quas aduertit Affiliatus in constit. in aliquibus, dos maior legitima sit, quod legitimam excedit regularem, etiam legitima dicetur; & sic excessus nature appellabitur quidem excessus; non autem mutabit naturam, quod aduerte.

9 Et ex his deducas, si legatum relictum pro dote sit conditionale, conditionale patiter esse legatum relictum pro augmentatione dotis; sin autem illud sit purum, purum quoque censi hoc, nec viliam esse differentiam inter utrumque, ac proinde non sequor Rocc.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 217

- cum loc. cit. num. 7. vers. quod etiam, volente, ut, quamvis legatum reliquum pro dote sit conditionale, sit purum nihilominus legatum reliquum pro augmento dotis, ex ijs, quæ ait Gramm. decis. 5. 9. num. 5. 2. de qua res nos alibi fusc.
- 10 Sextò opportunè collige, dotem, supradictæ virgini dandam, non esse conditionalem, sed deberi, quamvis nuptiaz non sequantur. Nec meo Iudicio audiendi sunt ij, quos citat Dom. Rodoer. loc. cit. num. 11. quos, ne longior sim, non impugno: forte alibi, Deo dante. Interim brevissimè rationem, aduertamus, eam esse potissimum, quia, cum dos debet beatur virgini defloratæ in pretium amissæ virginitatis, parum refert, an ea nubat, an non; matrimonium namque non ideo faciendum cum Titio à Berta, quia hæc deflata fuit à Sempronio; esset enim tanti Sacramenti illicita causa, quod dici nequit: unde, cum dotem acquisierit Puella deflorata titulo oneroso, illam transmittet ad hæredes, quamvis nupta non fuerit, non tanquam dotem ab extraneo ei præsticam, sed tanquam defloratæ virginitatis pretium, quod dotis nomen acquisivit, ut præteritū lcelus. Secū non trahere, sed, monitione ad matrimonium, ea, quæ illiciter gesta fuere, cohonestarentur; fileat ergo Canalcan. apud Dom. Rodoer. nec reprehendant Iudices, qui sic senserant, du&i, non proprio matre, pro ut ipse purauit, sed recta ratione, quæ vnicuique, quod suum est, tribuit, non donat.
- 12 Tandem collige, si testator legauerit, dummodo pueria nubet per personæ dominianæ familiæ, deberi legatum huiusmodi, quamvis alteri nubat, cum matrimonio liberitas coarctanda non sit, ut ex multis tradit Capyc. latr. consil. 72. num. 1. & seqq. referens ad id decisiones.
- Quoad secundum punctum scripsierunt Ricc. collect. 1057. Pashal. de vir. patr. post. part. 3. cap. 2. num. 27. de Marin. lib. 2. resol. cap. 100. num. 6. Censal. ad Pereg. art. 37. vers. in secundo, aliquæ relati à Dom. Alt. ad conf. 33. Reutti tom. 1. sed nota, licet certum sit, mulieri cælibatam vitam ducenti propria in domo. nullo modo deberi legatum reliquum pro matrimonio carnali, vel spirituali; tamè, si legatum illi reliquum sit expressè, ut Monasterium amplectatur, siue vitam ducat cælibatam, hoc casu illi deberi, cum adimplera sic mens testatoris; quinimò, si ex oratione facta in legato à testatore colligatur, eius intentionem fuisse legandi, ut ipsa honestè viueret, adhuc legatum illi deberi; sat enim est, si per æquipollentia verba testatoris mens manifestetur, ex vulgatis iuribus.

Hinc collige primò, & aduerte, legatum re-

licitum pro dote, seu pro ducandis feminis, posse sustineri, ut debeatur etiam feminis marieatis, si eorum viri adeò superes essent, ut nequirit commode opera matrimonij ferre, secùs verò, si legatum esset reliquum pro maritandis feminis, ut ex distinctione Baldi Nouelli de dote: par. 5. n. 1. 2. quem sequitur Rouitus conf. 33. n. 10. lib. 1. cum alijs, scripsit Conf. Rosalib. 1. consult. 60. num. 18. & seqq.

Collige secundò, legatum reliquum pro monachatu deberi Bizochis, etiam iuxta dicta à Thoro part. 1. compend. decis. ver. moniales, sed dummodo ex verbis, vel mente testatoris contrarium non colligatur, puta, si reliquisset pro ingreliu in monasterium, quo calu non deberetur Bizochis.

14 Quoad tertium nulli dubium, quin, generaliter loquendo, expectanda sit mors naturalis, ut locus sit substitutioni, ut videre est apud Doctores à Sanfelicio citatos, aliosque recentiores psalmi; sed illud verè dubium est, an superueniente inhabilitate, ex qua appareat, legatarium moriturum absque filiis, debeat esse locus substituto. Et quisque prima facie responderet affirmatiuè. Sed contrarium est verius, dupli ratione apud me evidenti. Prima est, quia, quemadmodum superuenit inhabilitas, ita poterit deuo fieri habilius. Altera, quia consideratur interesse tertij, puta, hæredis, qui hoc medio tempore fructus lucraretur. Etenim, dato legato conditionali, illud non debetur, ni, purificata conditione; interim vero fructus perciperentur ab hærede: quare, ni mors legatarij inhabilis esset expectanda, hæres fructus amitteret, admisso substituto, qui alias non conqueriri posset, ni admittetur, cum ille substitutus sit in casu mortis, non in casu inhabilitatis.

Sed quid, si daretur casus, quo, nec habilitatis spes villa esset, nec interesse hæredis consideraretur (qui casus utique moraliter impossibilis videtur) adhuc respondeo, esse expectandam mortem naturalem, ne alias substitutus iniuria afficiatur, sed illo fruatur honore, spe scilicet remota legatum consequendi, utque ad mortem, si spe proxima caret, dum habilitas, quæ sibi virtus tribuenda non est, erit apta ad illum honore tam leui spoliandum, & facit ad rem, quod aiunt de testatore grauante hæredem restituere. 15 bona, non expressa die, neque conditione. Quo casu, licet statim deberi fideicommissum, non expectata morte grauati, concludant, ex l. omnia l. cum quidam: ff. de leg. 1. cum concordantibus Peregr. de fideicom. art. 34: num. 99. & art. 45. num. 1. & seqq. & Gallus de excep. success. i. 4. excep. 23. num. 108. par. 2. aliquæ relati à Fusario quæst. 474 tamè

h. • hec

hoc limitatur, cùm ex aliqua conjectura apparet, testatorem voluisse differre restitucionem ad tempus mortis, ut bene Peregr. art. 45. à num. 1. ad 11. Quarè, applicantes doctrinam hanc nostro casui, reperiemus utique e, testatorem tali legato voluisse, admittendum substitutum, quando legatarius absq; liberis deceperet, siveque expresse considerauit substitutum in calu mortis; vnde, siue superueniat inhabilitas, siue secùs, semper est seruanda testatoris mens, adeoque expectanda mors, tanquam vna ex conditionibus, ut substitutus admittatur.

Quid autem dicendum sit, quando graduatus factus est monachus, latè Fusarius apud omnes recentiores citatus in quest. 429. & 430. videndus, dum suo more varias fecit declarationes.

S Y M M A R I X N.

- 1 Excepiones transactioñis, & præscriptionis referuantur ad merita causa.
- 2 Transactioñis, & præscriptionis referuantur non explicatur, facta publicatione, sed in sententia.
- 3 Exceptio præscriptionis est peremptoria.
- 4 Exceptio quacunq; peremptoria referuantur ad merita causa.
- 5 Transactio an rescindi possit.
- 6 Transactio, ut possit rescindi, quanam consideranda sine.
- 7 Lesio enormissima diverso modo consideretur in transactione, quin in venditione.
- 8 Transactio, an quandoque rescindi possit ex scripturis nouiter repertis.
- 9 Transactio facta post transsum sententia in rem indicatam est nulla.
- 10 Transactio facta post reperta testamenta, vel codicillos, an sit nulla.
- 11 Præscriptionis exceptio cui reservanda sit ad merita causa.
- 12 Præscriptio, etiam si sit centenaria, & immemorabilis, cessat, existens manifeste titula vitioso.

DILVICIDATIO DECIS. LXXXVIII.

- 1 Excepiones transactioñis, & præscriptionis, habemus hic, referuantur ad merita causa; & merito, cum principale tangant negotium, quod Gallupp. in praxi part. 2. cap. 10. num. 6. locum sibi vendicare, ait, quando huiusmodi exceptiones altiorum requirent indaginem, secus verò, cùm ex ijs actis apparerent.
- 2 Et licet Sanfelicius ait, hanc reservacionem esse explicandam statim, facta publicatione, tamè secundum usum hodiernum adverte, explicari eam in sententia; idque iu-

re optimo, ne ab eodem termino plura decreta definitiva emergant.

3 Exceptio autem præscriptionis est etiam peremptoria, tanquam res iudicata, & locum quoque habet in rebus feudalibus, ut ex Constat. Regni, Consuetudinem praxam, & varijs Doctoribus probat Dominus Verde ad Gallupp. loc. cit. num. 18.

4 Hinc aduerte primò, non esse vsu receptum, quod ait Amendola ad decis. 28. Vinc. de Franch. num. 9. scilicet, exceptionem requirentem altiorum indaginem non reseruari ad merita causa, si illam opponens offerat, se incontinenti probare, prout ex Capyc. decis. 10. num. 19. alijsque deducit; quandoquidem, cum, ut bene hic Sanfelicius, non practicetur terminus ad probandas exceptiones, ista; dum in facto consistunt, confunduntur in termino, qui habet naturam litis cōtestationis; adeoque parum referet, an reus velit illas in continenti probare, an secus.

5 Aduerte secundò, ex ijs, quæ ait hic Sanfelicius de transact. scilicet, eam rescindi posse, diuersimode scripsisse Doctores apud Reg. de Marin. lib. 2. resol. quotid. & Cons. Praesum obseruat. pract. 4. Vnum tamè nota, transactionem ex iuribus post illam reperiens, rescindi non posse, ut constat apud citatos Doctores. Audiamus verò, quam bene super hac re discurrat Pater Ognatte de contrattibus tom. 3. par. 1. tract. 26. disput. 92. sect. 14. num. 34. & seqq. sed quares (ait ille,) utrum, licet post transactionem liquidum, & evidenter constet, non fuisse dubitandum de lice, sed insitum ex altera parte stare, quia, vel instrumenta, vel species, vel testes reperti sunt, vel ipsa rei evidencia constat, nihilominus standum sit transactioni, & sit securus in conscientia ille, qui contra ius tam certum, & evidens ex transactione possidet, nam, si ius liquidum est, & certum, quomodo contra illum bona fide possidet, & quomodo aduersari us illius decerto, & evidenti iure non est audiendus in iudicio? Nihilominus sine dubio tenendum est, ex qualibet evidenti iure post transactionem invenia non rescindi iure semel factam transactionem, sed suas vires retinere, quia non respicitur evidencia subsecuta post transactionem, sed dubium existens ante illam, & tempore celebrati contractus, alias omnes transactiones vacillarent, altero transigente, allegante sibi de suo iure, hoc vel illo modo post transactionem constare; sicut in iactu reis, licet postea constet, premium post iactum fuisse valde iniustum, eo quod multi nimis pisces capti sunt, vel etiam pauci, aut nulli, non ideo rescinduntur iustus contractus sub illo dubia peractus, babetur expressè l. sub prætexu 19. in 2. par. vers. sancte si per se, & multis ex supra cit. vt teneat Bart. Bald. Et Iason l. prædicta sic ex falsis. Hæc ille.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 219

- 6 *Ie. Alia apud citatos.* Ceterum ego puto, non posse nullib[us] nec in Regno generaliter asservari, vel nunquam rescindendam transactio[n]em, vel semper: quapropter dicere, eam tunc rescindendam, quando in genere transactionis, enormissimam ea contineret lesionem, vel quando ex malitia alterius ex transigentibus ea facta est, cum alias facienda non esset. Dixi, in genere transactionis, cum lesio enormissima non sit consideranda in transactione, quemadmodum consideratur in venditione, quae rescinditur, quando adest lesio ultra dimidiam iusti pretij; poterit enim sustineri transactio[n], quamvis transacta sit lis infra dimidiā partem pretij, quod pretenditur, cum in hoc casu nequeat pars dimidia dici iustum premium, prout dicitur iustum in venditione, quae ex re ipsa vendita iustum premium ostendit; si quidem transactio[n] non habet ex se iustum premium, quia (eum sit de re dubia) non consideratur iustitia rei, nec consequenter premium iustum; quare lesio enormissima applicata ad transactionem rescindendam specificabitur a maiori, vel minori dubitatione rei, quae transigitur, secundum quam regulandum est Iudicis arbitrium, cum circa hoc nequeamus pondus dare, & mensuram. Et ita ego sapius vidi practicatum in nonnullis causis, in quibus, vel scripti, vel tanquam ordinarij illarum Patronus interueni. Ita igitur conciliandi sunt Doctores inter se contrarij, & dissentientes, ne in re, quae passim evenit, dubij semper in iure simus, nec nouam hauc dixeris opinionem, sed veterem, ut videre est apud Bart. in l. *Lucius* 78:5, fin. n. 3 ff. ad S.C. *Trebell. Cagnoli* in l. 2. n. 78. vers. *Au prima autem. C. de res. vendit. Purpurat. cons. 223. n. 3. lib. 1. Ariv. Pinell. in commentar. ad l. 2. par. 1. cap. 4. num. 12.* & 16. *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. Glos. 9. par. 5. & n. 207. aliosque apud Reg. de Maria. d. cap. 233. n. 1. ex quibus deducit praxim articulandi lesionem respectu iuris, & actionis. Et ipse in hanc quoque iuit opinionem, ut videmus n. 12. Vnde errant profecto nonnulli nostrorum temporum Aduocati, qui confundunt lesionem ultra dimidium pretij, & putantes, iustum premium specificari a summa petita in lice, nil aliud probant, quam, processisse transactionem super re petita, data minori quantitate pretij, quod perfehatur; Sed sic huiusmodi probacionibus succumbunt.*
- 8 Aduertendum tamē propterea est, hæc omnia, quæ super iūs diximus, consideranda in transactione, quæ facta illo tempore, quo vere consideranda est transactionis iustitia; nam, si postea superueniente noua instrumenta, quæ antea, tanquam derelicta, non erant, nec reperi poterant, non inde

rescinditur transactio[n], ut diximus, ad quam rem retulimus apta verba *Patr. Ognatte*, & est communis opinio Doctorum omnium, quinimò est clara dispositio *eexus in l. sub praetextu C. de transactio[n]. vbi. Sub praetextu instrumenti post reperti transactionem bona fide finitam rescindi, iura non patiuntur.* Quicquid sit, si, reperto deinde instrumento, & probato, alteram ex partibus, contra quam erat instrumentum, de illo notitiam habuisse, aliter dicendum sit, ex ipso textu in sequenti oratione, sive si per se, vel per alium; &c. quod satis ostenditur etiam, per ly, bona fide, cum non dicatur bona fide facta transactione, quæ aliquod substantiale occultat. Hocque ita etiam visu receptum, & videndi *Honded. cons. 27. n. 6. & 7. lib. 2. & Castill. latè in decis. 16. n. 22. & seqq.*

Ex hac ergo regula generaliter tradita, resoluuntur omnes casus à Doctoribus expressi, quorum paucissimos nos in exemplum apponemus; inter quos sunt, cum facta est transactio post sententiam transactionem in rem iudicaram; tunc enim nulla est; ut bene ex l. elegant. 23. 6. si post rem ff. de condit. indeb l. scriptit Straban. secundo resol. 179. num. 17. quia non est super re dubia, & consequenter adest malitia transigentis. Cumque reperta fuerint testamenta, vel codicilli, ex l. de his, & l. Imperatores §. 1. ff. de transact. in l. de his, hæc. De his controversijs, quæ ex testamento proficiuntur, neque transigi, neque exquiri veritas aliter potest, quam, inspectis, cognitisque verbis testamenti. Nec immixtò, si quidem, qui transigit ex testamento, malitiam ostendit, non videns testamenti verba. In l. Imperatores hæc. Cum transactio propter fidicommissum facta esset: postea codicilli reperti sunt: quæro, an quanto minus ex transactione consecuta mater defuncti fuerit, quam pro parte sua est, id ex fidicommissi causa consequi debeat? Respondi, debere. Et meritò, quia non fuerunt exhibiti codicilli, adeòq; dolus interuenit, cum alias, si de perditis fuissent, nec proinde potuerint requiri, aliter fuisset respondendum, prout respondie Imperator, in d.l. sub. praetextu. Hæcque factis quoad transactionis rescissionem.

11 Respectu vero præscriptionis triginta annorum dicendi de nullitate contractus, quæ fuit etiam reseruata ad merita causæ, aduertendum est, sèpèr huiusmodi exceptionem esse, ad merita causæ reseruandam, cum non ex ipso, quod allegetur, recipienda sit, non solum, quia debet super ea definitius responderi, sed etiam, quia talis exceptio, ut militet, debet sua requisita habere, cum explorati, iuris sit, præscriptionem bonam 12 fidem requirere, quinimò eam cessare, vbi apparent manifeste titulus vitiosus, qui fa-

et cessare, non solum præscriptionem trigesimam, vel quadraginta annorum, sed etiam centenariam, & immemorabilem, ex Cretariis de antiquitate temp. par. 4. §. materia ista n. 12. Menoch. remed. retinend. possess. remed. 3. n. 638. Ant. Gabr. alios adducente commun. conclus. lib. 5. xit. de præscript. conclus. 1. nn. 81. Molin. de de primogen. lib. 2. cap. 6. nn. 64. De Curte in diuersor. feud. par. 1. n. 109. Barbosa in Codice de præscript. in Rubr. n. 168. alij(q; quos omnes refert Rosa 10. 1. consult. 23. num. 58. Vnde, cum hoc consistat in facto, dabitur utriusque parti terminus ad id probandum, adeoque secundum probationes factas respondendum in sententia. Alia circa præscriptionem assensus Principis, ceterosque actus, videnda apud Doctores, & potissimum Rosam loc. cit.

S V M M A R I Y M .

- 1 Substitutus non citandus est in iudicio assistentia moto contra Institutum.
- 2 Substitutus, an, & quomodo datur habere spem succedendi.
- 3 Substitutus non debet esse sollicitus de hereditate viuentis, & quare.
- 4 Hares viens, contrahens as alienum super re hereditaria, nullum infert prauidicium substituto, qui proinde citandus non est.
- 5 Substitutus, an quandoque citandus sit in iudicio moto contra institutum.
- 6 Substitutus, consentiens hypotheca apposita in contractu, non citandus est in iudicio.
- 7 Substitutus, interueniens, tanquam testis, vel Notarius in contractu venditionis rei, quanto sui beneficio testator alienari prohibuerat, an, & quando sibi prauidicium inferatur, laicè examinatur.
- 8 Interuenient, & taciturnitas, quando prauidicium inferant. Laicè discutitur.
- 9 Coheres, an citandus sit, ut ei sententia negat, & quid dicendum in cessionario?

DILVICIDATIO DECIS. LXXXIX.

- 1 **R**euocauit hic S. C. decretum M. C. V. quæ censuit, citandum substitutum in iudicio assistentia moto contra institutum, & meritò; nam illi tantum citandi sunt, qui ius habent, & spem; at verò, viuente herede, substitutus nullum ius habet, neq;
- 2 spem aliquam à iure comprobata, vt bene Bart. videndus l. si is potest 18. n. 10. ff. de acquir. heredit. quicquid sit, si diuersimodo dilucrere debeamus fauore libertatis; nam in statu libero, viuente pupillo, dicitur substitutus habere spem. l. 2. & l. in tabulis ff. de statu liber.
- 3 Hinc aduertendum, licet substitutus di-

catur habere spem, mortuo instituto; nihilominus tamèn, eo viuente, nullam habere spem super illa hereditate, tanquam potest. laicè viuento; alioquin ipse non diceretur illi substitutus: quare non debet esse sollicitus de hereditate viuentis. l. 2. 9. interdum ff. de vulg. & Pupill.

4 Vnde, quotiescumque heres viens ob alienum contractum convenitur super illa re hereditaria, nullū profecto prauidicium paratur spes futura substituti; sicque nullum modo citandus, cum iudicium illud suum interesset non tangat. Quinimo, si citaretur, ostenderet Index, vel substitutum habere, interesset aquale super hereditate viuentis quam viuentis, vel initicatum non esse viuenteralem heredem, dum alium, quam illum agnosceret Dominum.

5 Nec deserendum, si Testator prohibuerit heredi, ne rem hereditariam alienaret, nec hypotecaret, idque in beneficium substituti, ceterorumque vocatorum, tunc assistentiam præstandam non esse, ni, auditis substitutis, qui, licet nullum actuale interesse habeant pro possessione rei hereditaria adipiscenda; habent tamèn ius impediendi alienationem; sicque ex hoc iure audiendi sunt, & citandi; nam, quamvis hoc non sit ius principale, & per se; erit nihilominus ius, & qualitas inherens eorum substitutio ni, vt alio proposito arguit Bart. loc. cit.

6 Illud quoque non omittendum arbitror, si substitutus consenserit hypothecæ apposita in contractu, vel alienationi contra mentem testatoris, vt diximus, qui favore substituti prohibuerit hypothecam, & alienatio nem, non esse illum citandum, & ratio est, quia ex huiusmodi consensu arguitur, illum tali iuri renunciasse.

7 Sed quid, si tanquam testis, vel tanquam Notarius interuenisset in illo contractu, in quo cōtra testatoris mentem contrahitar hypotheca, vel facta alienatio, an substitutus dicatur consentire, & consequenter non sit citandus?

Et quisque negatiue prima facie responderet, asserens, substitutum non dici hoc causa consentientem, adeoque citandum in iudicio assistentia moto à creditore contra institutum. Quod probaret ex l. Titia cum testamento 35. 6. Lucia Titia ff. de legat. 2. vbi seruus interueniens, tanquam testis, in divisione facta inter cohæredes cuiusdam domus, quæ post mortem filij else debebat serui, nullum sibi prauidicium intulit, cum ex tali divisione non dicatur annullum ius à seruo super illa doino, quæ ad eum spectabat post mortem filij, & probaret pariter ceteris iuribus, & auctoritatibus adductis d. T. fauore quæst. forensib. 3. quæst. 3. 1. refer-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

221

sente n. 10. decisum, non censeri remissum
pignus à Notario recipiente instrumētū alienationis. illius rei sibi hypothecarē. Post
quos Doctores & Thesaurō adductos idem
tenuerē Hodierna ad Surdi-decif. 302. Reu-
ter-decif. 235. in fine, ibique Reg. de Marinis-
Dom. Altis mar. 10. 3. ad cons. Roniti 7. num. 39.
& 40. aliquae apud ipsos.

8. Contrarium tamē, omni hesitatione
remota, dicendum est; &c. ut id euidentē appa-
reat, supponendum est, tunc interesse ha-
bentem supr̄ aliqua re nullum sibi pr̄i-
judicium. inferre, si interueniat tanquam te-
stis, vel Notarius in aliquo contractu, qui
rem illam tangat, supr̄ quā interesse habet,
cūm contractus ille non destruit suam pr̄e-
tentosēm; tunc enim venit, tanquam publi-
ca persona, quā nequit actum impedire. vnde,
licet nil contrarium agat; non tamē
renunciare iuri suo, quod a contractu non
destruitur. Vnde, quā, qui habet aliquam
hypothecam supr̄ re, quā venditur, non
amittit illam, si res ea vendatur alteri, cum
eranscat semper affecta talij onere, si credi-
tor interueniat in actu alienationis, vel in
alio contractu, in quo alia contrahatur
hypotheca, tanquam testis, seu Notarius,
non censetur iuri suo renunciare, quā illa
secunda hypotheca, & alienatio non tollit
primam in sui beneficiis contractam: iure
optimo igitur emanauit decisio. illa apud
Thesaurū, idemque de similibus dicendū. Et
hoc videtur annuere Glōsin d. 6. Lacia Titio,
vbi seruus, tanquam testis, interueniens in
diuisione, nullum sibi pr̄ijudicium inculit,
nec censetur renuncialis legato, seu fidei-
commisso supr̄ domo diuisa, quā post mor-
tem filij testatrixis sibi debebatur. Et ita sa-
nē, vt videri poterit, intelligendi sunt Do-
ctores omnes, qui supr̄ hac questione scri-
psierunt.

At vero, cūm aliquis interesse habens sur-
p̄ aliqua re, interuenit tanquam testis, vel
Notarius in aliquo actu, qui suam pr̄tentio-
nem destruat, suumque ius tollat, licet, tan-
quam testis, sc̄ Notarius, adeoque ratione
publici officij, nullum. ubi paret pr̄iudi-
cium; debet tamē aliquem actum facere,
qui contractum illum, actumque impediatur
vel saltē protestatione contrarium consen-
sum demonstrare; adeoque nulli dubium
quā iuri suo renunciare videatur. Et, vt ce-
teros omittam, Hodierna ad d. decis. Surdi
302. num. 6. ponit exemplum de eo, qui rem
obligatam Titio. hypothecauit postea, vel
vendidit Mævio, & in instrumēto vēditionis,
sive nouę hypothecarē, dixit, eam esse liberam,
& nemini hypothecarā, corām codem Ti-
tio, in beneficium cuius erat anteā hypothec-
ā, interueniente tanquam teste; & inquit,

talem pr̄senciam, & taciturnitatem illi pr̄
iudicare, canquād actum posituum, ex sin-
gulari texu in l. si sine C. ad Velleian. prout
tenuit Rota Romana decis. 297. num. 4. part.
1. in nomiſ. aliosque adducit ibi Doctores.

Hoc igitur supposito, res in nostro casu
clarissima est; nam, si testator prohibuit fa-
vore substituti hypothecam, & alienatio-
nem, certum est, quando res illa hypotheca-
tur, vel alienatur, contraveniri dispositioni te-
statoris facta in beneficium substituti, adeo-
que per talē actum hypothecarē, vel vendi-
tionis, tolli beneficium ejusdem instituti.
Igitur, si substitutus interueniat hoc casu, si-
ue tanquam testis, siue tanquam notarius,
dicetur consentiens, & consequenter, dum
nullum actum contrarium demonstravit,
non erit deinde citandus in iudicio assisten-
tiz. Hic tamē consensus tacitus nullum
pararet pr̄ijudicium ceteris vocatis, si essent,
vt bene ex Peregr. Intrigiol. & alijs deducit
idem Hodierna loc. cit.

Nolle tamē, vt ex hoc interuenient de-
duceres, substitutum renunciasse omni iuri.,
ita ut post mortem instituti non posset, tan-
quam substitutus, rem illam pr̄tendere,
quod falso est; siquidē ex dictis num. 5. &
renuncia intelligitur, iuri, quod habebat
impidiendi alienationem, vel hypothecam.
ex dispositione testatoris: vnde, itante tali re-
nunciatione inducta ex tacito consensu, non
erit postea citandus in iudicio assistentiz,
quā interveniat ab eodem creditore, in cuius
beneficium pr̄sticit tacitum consensum.
Ceterum, defuncto instituto, poterit rem ad:
se spectantem virtute substitutionis repetere,
quam, non implicavit, venditam fuisse ab
instituto viuente, vel ab eodem alteri hypo-
thecatam, quod fieri potuit, ex vulgatis iu-
ribus, solaque expressa testatoris voluntas
obstare poterat declarata in beneficium sub-
stituti, quā, itante tacito substituti consensu,
non oblitus.

9. Hinc aduerte, & collige, hec, quā dixi-
mus de herede substituto non citando, non
procedere in cohærede instituto, qui omni-
nō citandus est, vt ei sententia noceat, licet
nō ignoret, hīc agitari contrā alium cohæ-
redem, ex t. sapē ff. de iud. & in punto
post Merlin. & Merend. Dom. de Luca in ob-
sernat ad decis. 5. 24. num. 3. Vincent de Francb.
quod certum quoque est, quando cohæres,
contra quem actum est, noluit se defendere,
ad tradita in sequenti decis. num. 6. & 7. idem-
que dicendum, si heres uniuersalis cessisset
alteri partem dimidiagn, vel quamcumque
aliā partem hereditatis, quo casu cesso-
narius etiam esset audiendus, pr̄cisa fraude
fori, omnique alia, de qua refusè alibi, Deo-
dante, & aliqua etiam in dilucidat. decis. 150.

SYM-

222 Io: Baptista Mucci Lib. I.

S Y M M A R I Y M .

- 1 *Sententia lata contra aliquem nocet alteri, cuius interest, sed an semper, & quando.*
- 2 *Tertius, non docens in promptu suum interesse, non debet andiri.*
- 3 *Tertius babens unum, & idem interesse cum uno ex litigioribus, comparens ante litem contestatam, potest in se iudicium assumere, secus si posca, dum audiatur in terminis in quibus causa reperitur.*
- 4 *Tertius, non babens principaliter interesse, anditer semper in terminis, in quibus causa reperitur.*
- 5 *Tertio habente interesse separatum, interponitur decretum, quod audiatur, non impedit processu.*
- 6 *Textio habente coquale interesse ex propria persona, & comparente, quomodo interponatur decretum, & quomodo, illo non coparente,*
- 7 *Interest tertii quot modis consideretur.*
- 8 *Interest tertii, quomodo probandum sit, late examinatur.*
- 9 *Colluso tertii comparentis ante litem contestatam cum uno ex litigioribus nullum patet praividicium alteri, secus, si compareat post litem contestatam.*
- 10 *Tertius, ad quem interesse principaliter non spectat, quandocumque compareat, semper audiatur in terminis, in quibus causa reperitur.*
- 11 *Tertius, comparens pro interesse separato, audiendus sit in eodem processu, an etiam separato.*
- 12 *Tertius, comparens ante sententiam, quomodo indistincte audiendus sit, examinatur latissime.*
- 13 *Tertius, comparens post sententiam, quomodo audiendus.*
- 14 *Tertius possidens, & comparens post sententiam, quomodo à sententia feriatur, & a quo quando eius exequitionem impedit.*
- 15 *Judices quid aduertere debeant, cum tertius compareat in iudicio.*

DILVICIDATIO DECIS. LXXXV.

- 1 ***I**N hac decisione edocemur, sententiam latam contra aliquem nocere etiam alteri, cuius interest in consequentiam, modò fuerit præsens, & se defendens. Quarè quatuor casus distinguuntur. Primus est, cum duo litigant; tertius vero excipit, allegans, actionem actori non competere, sed sibi. Secundus, cum tertius vult liti assistere, ne colludatur, vel ne alterius inertia corrumpatur suum ius; tunc enim audiatur in ijs terminis, in quibus causa reperitur; verum, si fiat decretum, ut liceat assistere tempore, quo nihil remanet agendum, nisi profiteretur sententiam, possit hic tertius iudicem recusare, secus vero, si dictum fuerit, quod non audietur, verum licet assistere. Tertius, cum alio-*

quis accedit ad infringenda iura competitorum; tunc enim ab initio poterit suas rationes deducere, non retardato litis incepto processu. Postremus tandem, cum tertius compareat post sententiam ad ipsius exequitionem impediendam, cuius occasione varia nedit.

De materia tertij adeat solemnis illa decisio prima Rouiti, cui nihil prorsus addi potest; pro qua etiam videndi sunt omnes ij, quos refert Dom. Altimarus ibi. Rouitus autem varios distinguens casus, post illos discussos, materiam reassumendo, inquit, hanc esse veritatem, scilicet

- 2 *Tertio non docente in proprio suu interesse, interponi decretum, quod non audiatur.*
- 3 *Tertium habentem unum, & idem interesse cum uno ex colligantibus, si ad ipsum primò spectet actio, vel defensio, comparendo ante litem contestatam, posse renouere actorum, vel reum, & in se iudicium allumere; secus autem comparendo post litem contestatam, quo casu poterit reum adiuuare, in terminis, in quibus causa reperitur, dummodo antea habuerit litis scientiam, nec villa adsit collusionis suspicio; alias esset audiendus ex integro.*
- 4 *Tertium non habentem interesse principaliter, sed secundario, & in consequentiam, tam ante, quam post litis contestationem, non posse pretendere renocationem actoris, vel Rei, sed audiendum in terminis, in quibus causa reperitur.*
- 5 *Tertio habente interesse penitus separatum, dependens ex propria illius persona, solere interponi decretum, quod audiatur in iuribus suis; verum non impeditur processus ad ultiora.*
- 6 *Tertio habente coquale interesse cum uno ex litigioribus ex propria persona, & comparente, interponendum decretum, quod audiatur in terminis, in quibus causa reperitur; sed, non comparente, ac protestante, interponendum fore decretum, quod non audiatur, verum sententia proferenda cum non afficiat. Breuitè ergo videndum quid de iure, deinde vero quid in praxi obseruandū.*
- 7 *Quò ad primam conclusionem, Rouitus & num. 5, multipliciter hoc interesse considerat. Verum difficultas est, qualenam debet esse documentum circa hoc interesse;*
- 8 *& Rouitus num. 4, arbitrio iudicis illud remittit, cui sententia, tanquam à multis Doctoribus, quos ille allegat, comprobatur, me libenter subscribo; verum arbitrii hoc non adest extendendum, ut dici valcat, iudicem posse impartiri terminum tertio ad docendum de iure suo, quod absurdum esset, nec unquam iuribus finis imponeretur. Sed arbitrium iudicis consistet in iudicando, & exa-*

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

223.

examinando, an illud Ius, quod in promptu adducit reus, sit sufficiens ad hoc, ut dici possit, tertium habere in illa causa interesse, quod nota; nec assicerem, sat esse iuramentum tertij, vel dictum vnius testis; verumque enim documentum periculosum est; primum siquidem ratione conscientie, quamvis quisque nostris praepucie temporibus suo modo efformat; alterum vero ratione termini, quem efflagitaret depositio testis; melius igitur sentire cum Iosepho Ludouico de sis. Perus. 26. num. 13. coarctante huiusmodi probationem ad instrumentum, vel sententiam.

9. Quod ad secundam conclusionem nulli dubium est, quin, si collusio, & ignorantia litis probentur, siue tertius compareat post litis contestationem, siue ante, possit ex integro audiri, dummodo ad ipsum principaliiter spectet actio, seu defensio; cum collusio, & facti ignorantia nequeant praividicium inferre; unde ex integro audiendus; siveque decisum in simili casu, refert Sanfelicius hic num. 7. & est communis conclusio apud Doctores omnes, quos refert Ronitus in d. decisi. num. 8. verum, non data collusione, nec ignorantia litis, dubium non est, quia tertius comparens ante litis contestationem, possit in se onus iudicij assumere: & ratio est, quia, dum non est contestata lis, nullum praividicium erit colligatoris, si vnas, aut alter in se iudicij onus velit assumere, cum ob probationes non factas non retardetur iudicium; quod secundum dicendum post litis contestationem, quandoquidem, sciens, licet esse motam, passus est illius contestationem; quare merito erit audiendus in terminis, in quibus ea reperitur; alioquin malitia prodesset tertio ad tempus litis protractandum.

10. Quo ad tertiam conclusionem certum paritet esse debet, eum, ad quem interesse principaliter non spectat, siue comparensem ante litis contestationem, siue post illam contestaram, audiendum fore in terminis, in quibus causa reperitur: & ratio est, quia iam fuit auditus ille, ad quem negotium principaliiter spectabat, & lex nostra non curat de consequentibus; siveque audietur hic in termino, in quo comparebit, & licet hic tertium datum ientiat, si is, a quo ille causam habuit, succubuerit; tamen regressum habebit contra auctorem suum, nec poterit tertius aliud pretendere, quam forsitan audiri in altero iudicio, in quo condemnandus esset ad relaxadam rem, quam auctor suus iniuste illi tradidit, & quare succubuit. Ceterum ridiculum esset, si pretendere posset, audiiri ex integro super iuribus, super quibus auditus fuit is, ad quem negotium spectauit principaliter: & hoc est, quod voluit San-

felicius hic num. 4. sententiam nempe latam contra tertium etiam non habentem interesse principaliter, non nocere absenti; voluit enim, ut deinde, cum rem illam redditurus erit domino, audiatur; nam tunc iudicium illud redditionis ad se principaliter spectat, non autem primum, quod ad suum spectavit auctorem.

11. Quo ad quartam conclusionem magna fuit apud DD. controversia, an hic tertius audiendus esset in eodem processu, an auctem separato, ut videre est apud eundem Ronit. loc. cit. n. 12. quem consule: ut autem conclusiue procedam, dico, tertium hunc non posse impedire processum ad veteriora inter reum, & auctorem, & ratio est, quia ille ius habet ab ipso separatum; merito igitur, dummodo in iuribus suis audiatur, non impedit cursum aliorum; quicquid sit, si obseruandas sint limitationes à Ronito traxit.

Quo ad ultimam non dubitandum, quin hic tertius comparens, eo quod interesse habeat coequaliter colligatoribus, audiendus sit in terminis, in quibus causa reperitur, si velit comparere, vel protestari, quod per illud iudicium nullum sibi praividicium inferatur, cum eidem negari nequeat audiencia, & nolenti comparere nullum inferendum sit praividicium: Hec mihi videatur militare de iure circa tertium comparentem ante sententiaz prolationem. Quid auctem obseruandum sit, nunc brevissime vindendum.

12. Evidenter fateor, ea, quaz Ronitus ait, vix posse in praxi obseruari ob hominum malitias, ne Aduocatorum dicam versutias; si quidem, si posset iudex inspicere, quis nam formatum haberet interesse, quisnam ex ignorantia non comparuisse, & cetera huiuscemodi, felices appellarem litigatores. Quicunque vero comparet, suum else pretendet interesse, quod in termino se edoctum, dicet; itaque eius intentio forsitan erit, terminum adeo protractandi, ut nunquam terminari lis valeat. Quare, licet quandoque aliquis interesse habeat, nec potuerit statim comparere, nisi eo tempore, quo audiri petit, regula quadam nihilominus in praxi statuenda est, quaz malis non faciat, bonis vero non obsit:

Certum itaque est, tertium comparentem posse infringere, vel iura actoris, vel Rei, vel viriusque, vel coadiuvare iura actoris, vel Rei, vel pretendere, se else coequaliter auctorem, ac proinde contra reum in concursu. Ad hos ergo casus quicunque alij, qui effungi possint, reducendi sunt; in quibus tertius comparens ante sententiam audiendus est in terminis, in quibus causa reperitur; ac proin-

224 Io: Baptista Mucci Lib. I.

proinde, si Iudex terminum impartitus huius alijs, pronunciabit, quod terminus alias datus currat etiam respectu huins tertij; siveque lis, contestata cum uno, contestabitur cum alio, nec tenebitur Iudex indagare, an hic tertius interesse habeat, an ne; quandoquidem, tertio huic terminum impartiendo, non protrahet item; quid enim refert, si terminus duabus detur personis, si tribus? Idem namque terminus curret respectu duorum, idem quoque respectu plurium aliorum interesse habentium, siue praetendentium interesse habere. Ceterum sententia erit illa, quia, post compilatum terninum in causa principali, interesse habentes, vel reiijctet tandem, vel recipiet. Hic tamen obiter nota, Iudicem posse ante quam publicatio fiat, semper pronunciare, quod terminus alias datus currat respectu tertij; idque potius equitate, quam rigore iuris attento; cum alias, facta electione Examinatoris, terminus incepit currere; verum, cum nondum testium dicta sint propalata, poterit Iudex indulgere, potissimum, quia medica videtur dilatio interponi.

Si ergo facta fuerit publicatio, & tertius comparuerit, decretum erit, quod audiatur in terminis, in quibus causa reperitur, si nolit terminum interponere Index; quod si tertius terminum efflagitauerit, dabitur quidem terminus respectu praetensorum, sed hoc erit aliud iudicium; nec proinde exceptum cum alijs iudicium suspendetur; sive in novo hoc iudicio, si tertius compare coadiuware velit iura actoris, dabitur terminus inter tertium, & reu; sin autem velit coadiuware iura Rei, dabitur inter tertium, & actorem; si velit infringere iura actoris, dabitur pariter inter actorem, & tertium, sin autem Rei, inter tertium, & reu; sin vera velit iura veriusque infringere, dabitur terminus inter tertium, actorem, & reu; sin tandem praetenderet, se esse actorem, aequali alijs in concursu, dabitur terminus inter ipsum, & reu; alijs auditis, verum omnibus his casibus nunquam primum iudicium suspendetur, licet orta sententia, debeat praestari cautio in casu retractationis, ut annuit Reg. de Marin. in obseru. ad decis. 239. Reuert. Hec ergo regula malis non fauet, bonis non obest.

Quoniam vero adeo clara poterunt esse tertii iura, ut, veniens ante sententiam, licet post publicationem, nullum requirat terminum, tunc audiendus erit in terminis, in quibus causa reperitur, & procedetur ad vice riora, illo auditio.

Quod si contra tertium terminus petatur, tunc primum iudicium suspendetur, & cum novo hoc termino procedetur ad sententiam

prolationem: & ratio est, meo iudicio, manifesta; siquidem nulla consideratur culpa tertij, si lis protrahatur, sed alterius terminum efflagitantis contra tertij iura, quae, tanquam clara, si terminum mereantur pro alio, suspensionem primi iudicij ab alio intentati demereri non debent. Hec ego sententia pro rei veritate. Ceterum arbitror, his casibus non esse ad apices iuris recurredum, sed ad iudicis prudentiam, quam quisque consulat.

13 Respetto vero tertij comparentis post sententiam, Rosis etiam distinguendo procedit, quem vide. Ego autem in praxis obseruantia, insistendo, aio, tertium, non audiendum in causa principali, non posse infringere sententiam, nec illam impedire, appellando, quia nullum sibi intulit praividicium; vnde contra ipsum exequutioni demandanda non est; igitur, si ab ea nullum expectat praividicium, neque ille appellando alteri praividicium inferet exequutionis suspensione; siveque regulam generalem statue, qua firmè tenas, tertium comparentem post sententiam, non esse audiendum ad finem, illam, que ipsum non afficit, suspendendi.

14 Quoniam vero tota difficultas est in tertio palliente, idcirco distinguas; nam, aut possessor possidere coepit post sententiam emanatam; & non audiendus; quandoquidem sententia iam affecit tunc possessorem; vnde quilibet alius deinde detendor audiendus non est; aut coepit possidere ante sententiam, sed tempore, quo extabat decretum, quod conuentus non alienaret bona sub pena nullitatis actus, quarè possidere coepit in contemptu decreti, & neque audiendus, quia huiusmodi decretum operatur, ut sententia, quae deinde emanat, afficiat possessorem tempore decreti illius, & consequenter rem ipsam, quae in quemcumque possessorem transit cum onere decreti, adeoque cum nullitate in illo expressa, ut alio proposito super huiusmodi decreti interpositione discurrat distinguendo Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. 240. Reuert. Aut denique possidebat ante sententiam bona fide, nec auditus fuit, & quia sententia deinde non afficit non auditum, potest impedire exequutionem sententiae super bonis per ipsum possessis, prout in praxi receptum, & decisum passim, refert hic Sanfelicius num. 37. quarè haec obseruantia cum huiusmodi distinctione intelligenda est. Dixi autem, hoc afferendum fore, si tertius possidebat rem litigiosam bona fide, non autem ad reddendum iudicium elusorum; vnde vide, quae diximus suprà in dilucidatione decis. secundæ, secundum quam intellige hic Sanfelicium. Alia videnda sunt apud de Marin. in 3. tom. alleg. 142. Cetera de-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

225

de tertio comparente in causa criminali, videlicet apud Dom. Altimar. ad dictam decis. 1. R. 15 uit. varios casus obseruantem. Hoc tamē pro coronide tandem aduertendum putto, scilicet, semp̄ tertij comparitiones reddi suspectas, cum sapissimè oriatur ex litigitorum versutijs, vt lis protrahatur, nec non inuoluatur ambagibus: quare oculati sunt iudices in examinando, an tertij comparitio non sit litigitorum vestita versutia; raro enim, vel nunquam nudam inspicient.

S V M M A R I V M :

- 1 Appellatione deserta ob non präsentationem processus infra tempora legitima in M.C. causa reuidetur ex eisdem actis.
- 2 Tertia instantia est eiusdem naturae, ac secunda, secundum quam regulatur.
- 3 Appellatione deserta, ex equitate tantum S.C. reuidetur causa.
- 4 Appellatione deserta, an reuideatur causa, si pars insterit, illam declarari desertam.
- 5 Causa deserta reuicio an competit etiam M.C.V. latè discussitur.
- 6 Causa an reuideri possit ex eisdem actis, si appellatio declarata fuerit deserta.
- 7 Magna Curia an possit causam ad se deuolutam, & declaratam desertam, ex causis reuidere.
- 8 Appellatione semel deserta, dicitur deserta, tam secunda, quam tertia instantia; sed an semp̄.

DILVICIDATIO DECIS. XCI.

Non est tam infructuosa decisio hæc, vt prima facie videtur, sed valde utilis; habet enim, deserta appellatione ob non präsentationē processus infra legitima tempora in M.C. illam decreuisse, causam reuideri ex eisdem actis, &c, deuoluta deinde causa per appellationem ad S.C. instante appellante, dandum terminum ad non posita ponendum, fuisse illum denegatum, ea videlicet ratione, quia hæc tercia instantia erat eiusdem naturae, ac secunda, & proinde, si in secunda non fuit datus terminus, non erat dandus in tercia.

Pro qua re multa sunt aduertenda; & primò quidem, vt ait Reg. Sanfelicius, deserta, causa appellationis (quæ quot modis dici valeat deserta, vide inter ceteros, apud Gallip. part. 3. cap. 11. num. 49. & seqq.) illam ex equitate S.C. reuideri ex eisdem actis. Dixi, ex equitate S.C. cum alijs, appellatione perempta, omne ius pereat, vt optimè Staib. junior. resol. 140. centur. 2. in fine.

4 Et licet Hieron. Palmer. afferat, ne reuide-

ri quidem posse ex eisdem actis, cùm pars pruenire, instando, illam declarari desertam, quod idem afferit Roxit. in Pragmat. 1. num. 8. de infantia cause non restauranda: certiè tamē contrarium obtinuisse refert Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. Reg. Reuert. 535. in fine, quod ego quoque non semel obtinui.

5 Hinc notandum, quamvis Dom. D. Carolus Petr. ad Rit. 206. num. 32. dicat cum non nullis alijs DD. S. C. tantum gaudere hac prærogatiua reuidendi sententias desertas ex ipsis actis; tamē prærogatiuam hanc competere etiam M.C. non solum ex ratione tradita à Caravita in d. Rit. num. 7. in fine, quia scilicet in Regno proceditur, sola facti veritate inspecta, tam in prima, quam in secunda instantia, sed etiam ad evitandum circulum vitiosum; quandoquidem, si reus ad S.C. appellaret à decreto M. C. quo declarata esset deserta appellatio causa ad ipsam deuolutę, certum est, Sacrum Consilium statuere, vt causa ex eisdem actis reuideatur: igitur ad circulum hunc inutilem, vitiosumque evitandum, debemus dicere, locum sibi vendicare decisionem traditam à Sanfelicio, adeoque, reuisionem ex eisdem actis etiam M. C. competere, saltē ex causis, quod videtur esse de mente ipsius Caravita loc. cit. Vnde concludas, M.C. reuidere causam desertam ex ipsis actis propter causas sibi visas, vt ente ex equitate S.C. sed Sacrum Consilium illas reuidere ex eisdem actis, nulla examinata causa.

6 Hinc illud pariter improbo, quod ait idem Dominus D. Carolus Petra loc. cit. n. 28. videlicet, declarata deserta appellatione, non posse causam reuideri ex eisdem actis; quandoquidem non est declaratio Iudicis, quæ causam reddit desertam, sed lapsus temporis: vnde parum refert, an huiusmodi declaratio interuenierit, an nō ad hoc, vt causa reuideatur ex eisdem actis. Id tamē admitterem in M.C.V. vt scilicet, si ea declarauerit, causam ad se deuolutam, desertam, nequeat potest ex eisdem actis illam reuidere, sed ea poterit in S.C. deinde reuideri ex eisdem actis, quod pareat ad oculum; nam alias declaratio M.C. legera imponeret S. C. causas reuidendi, quod secūs est respectu M.C. quia, dum ipsa causam declarauit desertam, functa est officio suo, cum declarauerit, causam illam non posse iuuari remedio appellationis, cum ante declarationem potuerit aliter arbitrari, dijudicans, causam potuisse reuideri saltē ex eisdem actis, adeoque, non esse penitus desertam. Et nouissimè id fuit practicatum, me patrocinante, in causa quadā, cuius appellatio fuit declarata deserta per M. C. & nihilominus iam dictum est per S. C. quod ex eisdem actis reuideatur.

F F

7 Hæc-

226 Io: Baptis̄tæ Mucci Lib. I.

7 Hæc dicta sunt, ne totaliter disreperimus à decis. 243. relata ab Afflito. Ceterum, si diceremus, etiam M.C. posse causam ad se deuolutam, & declaratam desertam, reuidere ex ijsdem actis, aptius loquerentur; & ratio est, quia, si M.C. potest causam ex ijsdem actis reuidere, saltē ex causis sibi visis, ut suprà diximus, non obstabit declaratio; nam ea nil aliud operatur, quam reddere causam desertam. Iam verò causa deserta est illa, quæ ex ijsdem actis reuidetur, cum, ni deserta esset, terminus ad non posita ponendum praestans foret.

8 Secundò aduertendum, optima ratione, hic fuisse denegatum terminum; quare regulam generalem constituamus, nempe, deserta semel appellatione, tam secundam, quam tertiam instantiam esse sempèr desertam, quia utraque dependet à prima. Unde, quemadmodum secunda fuit ex æquitate reuisa, ita reuidebitur & tertia.

Sed hic dubitari potest; nam Titius, appellando à decreto definitivo per M.C.V. contra ipsum lato ad beneficium Sempronij, non præsentauit infra legitima tempora processum in S. C. unde in eodem S. C. fuit causa ex ijsdem actis reuisa. Succubuit Sempronius in S. C. Quare reclamando petit terminum ad non posita ponendum, inquiens, fuisse desertam appellationem ex Titij negligentia, quæ ipsi nocere nequit, quod si Titius reclamasset, utique conuiiceret decisio Reg. Sanfelicy.

Ego tamèn, salvo sempèr meliori iudicio, innixus regulæ illi generali, dico, perempta semel appellatione, perimere alias instantias & quibuscumque interpositas; nam vulgatis iuribus actor, & reus non sunt ad imparia iudicandi; sicque, si pro vna parte instantia perimit, perempta dicetur pro altera.

Præterea appellatione iam fuit perempta, & Sempronius primò acquieuit decreto emanato ijsdem probationibus, quibus reuidetur: si igitur negligentia Titij illi profuit, quo minus darentur nouæ probationes, eadem illi in posterum nocebit.

Et tandem, si causa appellationis eiusdem naturæ est, cuius est illa, à qua appellatur l.s. ff. an per alium causa appellationis, de qua rede Franch. decis. 5. 20. Si secunda instantia reuisa fuit ex ijsdem actis, reuidebitur & tercia absque nouo termino. Alia ad materia fatalium vide apud eos, quos refert Reg. de Marin. in obsernat. ad Reuert. decis. 178.

Hæc tamèn decisio Regentis Sanfelicij visa fuit nonnullis, vel nimis dura, vel non multum æqua, cum alias nullam huiusmodi notam mereatur; nam ratio, quæ illos ad eam censendam duram, vel non æquam induxeret, ea utique erat, quia, licet injurum.

non esset, M.C. reuidisse causam ex ipsis actis ob non præsentationem processus infra legitimū tempus, cum tamèn deinde illud infra tempus legitimū fuisset præsentatum in S. C. debebat Supremum hoc Tribunal terminum impartiri; tunc enī causa appellationis non meretur terminum, cum lapsa sunt fatalia, vel causa principalis terminum non efflagitabat; at verò, cum, nec fatalia lapsa sunt, & in causa principali fuit datus terminus, non erit hic denegandus in causa appellationis: quare, si in causa exposta à Sanfelicio erat processus præsentatus legitimo tempore in S. C. nec ullus consequenter considerandus erat fatalium lapsus, & causa ex sui natura terminum expostulabat, erat hic concedendus, posthabita appellatione deserta in M. C. quæ non potuit efficere, vt deserta esset etiam illa interposita ad S. C.

Conuincens certè videri poterit prima facie discursus hic, qui evanescet, si naturam appellationis consideremus, quæ, ni intra legitima tempora proponatur, erit deserta, adeoque non credam, eam amplius reuiiscere; sicque, declarata ea deserta, cum ex rigore nequirit reuideri, ex æquitate reuidetur; hæc autem æquitas nec operari poterit, vt causa appellationis reuiiscat, sed tantum, vt tractu temporis eadem habeat æquitatem, quam ab initio habuit: unde, si, tanquam deserta, fuit reuisa in M. C. V. ex ijsdem actis, ob causas fortè, quæ ad illam reuidendam Tribunal hoc induxere, tanquam talis etiam reuidenda est in S. C. sicque, non idèò, quia in S. C. præsentatus fuit processus tempore legitimo, causa deserta prælinum robur allumit. Quod est aduertendum. Volui ergo obiectionei hanc hic rescriberé, & solutionem patescere, ne alij eam audientes, prout ego audiui, duram putent decisionem hanc à Sanfelicio relatam, quæ iusta fuit, & summam præferens æquitatem.

S V M M A R I V M .

- 1 *Causa liquidationis, non idèò reuidetur ex ijsdem actis, quia causa principalis fuit ex ijsdem actis reuisa.*
- 2 *Causa liquidationis est diuersa à causa principali.*
- 3 *Reus, acceptando sententiam, sibi præindictum non infert quo ad terminum liquidationis.*
- 4 *Tempus statutum pro omni termino in causa principali non includit terminum in causa liquidationis.*
- 5 *Terminus quandoque in causa liquidationis non datur, sed quando.*
- 6 *Terminus in causa liquidationis sempèr dandus ex æquitate.*

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 227

- 7 *Beneficij concessis in causa principali, concedenda an inserita sunt in causa liquidationis. Latè examinatur.*
- 8 *Causa liquidationis, tanquam diuersa à causa principali, noua habet remedia.*
- 9 *Beneficij concessis in prima instantia, non concedenda sunt alia in secunda instantia.*

DILVICIDATIO DECIS.XCII.

- 1 *Occasione antecedentis decisionis inquit hic Reg. Sanfelicius, fuisse deci- sum per S. C., deserta appellatione causæ principalis, quæ consequenter reuidenda erit ex ijsdem actis, non proinde reuidendam ex ijsdem actis causam liquidationis; ea ratione, quia causa liquidationis est noua causa: quarè pro exequitione sententiaz est facienda noua instantia; secùs verò, si pro exequitione agatur officio Iudicis, & nihil per hunc sit pronuntiatum; tunc enim non facienda erit instantia.*
- 2 *Vnde pro hac decisione aduertendum est, licet causa liquidationis dependeat à causa principali, sine qua de ea agi non potest; esse tamè diuersam, potest namque quisquis sit sententiam acceptare, nec proinde excludetur à termino supèr liquidatione: quæ cum ita sint, quid mirum, si deserta appellatione causa principali, quæ reuideri potest ex ijsdem actis, sit dandus nouus terminus supèr liquidatione; appellatio enim deserta non potest maius præiudicium inferre, quam acceptatio sententiaz; sicque, si reus, sententiam acceptando, non sibi præindicat quoad terminum liquidationis, nec sibi præiudicium inferret, permittens, appellationem declarari desertam; quomodo autem debeat sequere auctor pro declaratione appellationis deserta, confule Carleval.lib.1. de indicij sit. 3 disp. 3 num. 47.*

4 Hic autem pro decisione quatinus, quid, si Iudex in causa principali dederit terminum viginti dierum, siue maiorem, siue minorem pro omni termino, an deserta causa appellationis, possit peti deinde terminus supèr liquidatione. Et videtur respondendum negatiuè: nam, vulgatis iuribus, qui omne dicit, nihil excludit; si igitur Iudex dilationem quandam concessit pro omni termino, inclusit etiam terminum liquidationis. Contrarium tamè dicendum est; nam Iudex nihil voluit excludere quo ad illam causam. Igitur, si tunc agebarur de causa principali, ille loquutus est de omnibus terminis, qui in ea causa competebant; puta, primum, & secundum beneficium, aliqui, recentiores, quod sapè numero accedit in S.C.

5 Non negauerim tamè (quod est summa- pere aduertendum) si ex processu instruc-

apparet per testium depositiones iam probatum id, super cuius liquidatione esset datus terminus, hunc dandum non esse; vrget enim timor subornationis testium. Non est mea assertio, sed conclusio S.C. relata ab Afflito decis. 35. num. 3.

Quod idem afferere non erubescerem, si S. C. in causa consistente in mero iuri articulo terminum fuerit imparetum, quia tunc in causa liquidationis non esset datus nouus terminus, dum supponitur, Supremum illum Senatum, ut dilationes reseraret, terminum dedisse; non quod iuri articulus terminum exigeret, sed ut in illo omnia, quæ factum concernerent, deducerentur. Id verò intellige, ut alias diximus, dummodo appareret, non ad aliud propositum fuisse datum terminum supèr illo iuri articulo, scilicet, quia ex aliquo facto ille dilucidior apparebat, alijsque causis, quæ alias apposuimus.

6 Quæ dicta tamè locum sibi vindicant, attento iuri rigore; secùs æquitate, qua possita ob oculos, non habent locum dicta Affliti d. decis. 35. num. 3. cum testium subornatio non sit motiuum sufficiens ad denegandum terminum in causa liquidationis, qui omnino concedendus est, idemque dicas in termino dato supèr mero iuri articulo, quo non obstante, dabatur etiam alius terminus in causa liquidationis, tanquam noua causa, & differenti à principali. Quarè in praxi æquitas feruanda est.

7 Sed quid dicendum de restitutione in integrum, quæ in Regno vocatur primum, & secundum beneficium, an scilicet, concessis primo, & secundo beneficio in causa principali, concedenda sunt etiam in causa liquidationis. In puncto Afflitus negatiuè deci- sum refert in d. decis. 35. Afflitus deinde sequuti sunt alij recentiores, inter quos Io. Franciscus Marciannus tom. I. disp. 19. qui, sic asserendum, concludit num. 2. ne plures dentur restitutions contra texum, & doctrinam Balditi l. 1. 2. & fin. C. si sapientis in integr. restit. postul. & contra stylum M.C. & S.C. & vs saltēm litibus finis imponatur. Romitus in Pragm. 11. de ord. iudic. n. 35. Gizz. ad Capyc. Laij. decis. 136. tom. 2. n. 3. Dom. Petr. ad R. tom. M.C.V. 7. 1. tom. 1. n. 7. alijque.

Vt verum fatear, contrarium dicerem; nam, si attendamus rationem traditam ab Afflito in d. decis. 35. & 114. infirmam videbamus, dum ipse putat, causam liquidationis non esse diuersam à causa principali, ac proinde implicare tot restitutions in una causa; cum verè sint cause diuerse, quādoquidem causa principalis tangit negotiū principale, causa liquidationis quātitatem; & quemadmodum non implicant duo ter-

mini, vnuis scilicet in causa principali, aker in causa liquidationis, qui alias implicarent, si esset una causa; ita nec implicabunt plures restitutions, quia, non una, sed plures causae sunt. Hanc, ni fallor, puto demonstracionem.

Sin autem attendamus rationes traditas à Marciano, neque suadent. Non prima, quae est eadem, que supra. Non secunda, quia stylus M. C. & S. C. non probatur per unicam decisionem. Imò, ni fui cæcutiens, Vrsili. ad dæcis. 33. Affl. hæc ait. Nota, quia bodie, qui est dies 3. Octobris 1559. est determinatum secundum istam decisionem in causa magnifica Landonia collis macinarum, non solum (notate) esse dandum beneficium in causa liquidationis fructuum, verum in causa reservationis melioris deliberationis explicacionis corporum contentorum in sententia. Quare Vrsillus valebat forte dicere, est determinatum secundum istam decisionem contrarium. Et hoc verbum, contrarium, cecidit è calamo in terram, non in paginam, ni velimus dicere, fuisse errorem Impressoris, quod verius.

Non denique tertia, quia non per hoc finis lictibus imponetur, cum, denegata noua restitutione in integrum, non essent nouæ dilationes; sique ratio hæc vigeret, neque super liquidatione esset dandus nouus terminus, multaque alia essent deneganda, quæ facillimè conceduntur: nec tandem ad lites dirimendas coaccurrere debent miserrimi priuilegiati, quibus pietatis studio priuilegia hæc fuere concessa.

9. Ad cuius sententiaz confirmationem libenter aduento, concessis huiusmodi beneficijs in prima instantia, non esse quidem concedenda in causa appellationis secundum Muscat. in praxi S. C. lib. 1. part. 6. Gloss. in integrum, num. 19. Imbrian: de primo, & secundo benef. cap. 8. num. 42. aliosque, ea ratione, quia causa principalis in prima instantia non est diuersa ab illa in secunda instantia, sed utraque una, & principalis, licet coram diuerso iudice, ex appellatione interposita; merito igitur, concessa in prima instantia beneficia, non sunt denuò concedenda in secunda. Igitur è contra, quia causa principalis est diuersa à causa liquidationis, propter quam diuersitatem diuersi termini conceduntur, nec tantum unicus, possunt plures restitutions, pluraque beneficia concedi.

S Y M M A R I Y M .

- 1 Causa paupertatis excusat appellatam à presentatione processus infra legitima tempora.
- 2 Causa reuidenda est, tam in S. C. quam in M. C. V. ex iisdem actis, sed diverso modo, lapsis fatalibus.

3 Fatalia currunt in S. C.

4 Fatalium cursus in S. C. non operatur, quia causa reuidori nequeat ex iisdem actis.

5 Paupertas, & alia causa, an probanda sine, ad hoc, ut causa reuidatur ex iisdem actis, & quid in praxi servetur.

6 Sentence ex aequitate S. C. potest reuideri ex iisdem actis, elapsso tempore statuto ad propoundendas nullitates per viam actionis.

7 Tempus statutum ad proponendas nullitates per viam actionis quantum sit.

DILVCIDATIO DECIS. XCII I.

C Ausam ob non presentationem procellus infra legitima tempora reuidiri ex iisdem actis, alias diximus supra in decis. 91. etiam a M. C. saltē ex causis, intèr quas illa est causa paupertatis, vt ait hic Sanfelicius. Quod idem voluere Gui d. Papa decis. 56. Valasc. de privileg. paupert. Tbor. vot. 31. num. 34. rom. 1. Staibn. resol. 97. num. 11. rom. 2. aliquæ relati à Domino Petra ad Ritum M. C. 260. num. 42. qui de hac decisione mentionem facit. Hic autem queritur, an idem dicendum sit post lapsum fatalium. De qua re, intèr ceteros, consule Marottam discept. forens. cap. 13. fusissimè agentem, nec non S. C. referentem decisionem. Ego autem idem puto dicendum, scilicet lapsis fatalibus, causam reuidendam in S. C. ex iisdem actis, quipimò in M. C. V. probato impedimento, vt in puncto est decisio hæc relata à San felicio. Unde adverte vnum, videlicet, aliud esse, in S. C. currere fatalia; aliud vero, causam non posse reuideri ex iisdem actis; nam in S. C. currere fatalia, certum est, vt diximus, distinguendo in dilucidatione decisionis 6. videnda, sed eorum lapsus operatur tantum, ne in causa procedatur tanta solemnitate, iudicaria, puta cum termino, & ceteris; non autem denegat S. C. revisionem ex iisdem actis, quam concedi, habemus infra decis. 144. num. 16.

Et quamvis huiusmodi revisionem deneget 11. Episcopus de Afflito in addit. ad cap. 93. controvres. Iur. resolue. assertens, dicta à San felicio non fuisse ex proposito, sed per errorem Impressoris, probans id ex Summario illius decisionis nu. 4. vers. 2. vbi dicitur, Fatalia currunt in S. C. & non obseruantur, reuideri causam ex iisdem actis; nihilominus tamè non assignari potest ratio, cur potius dijudicare non debeamus, errorem Impressoris fuisse in Summario, non autem in Corpore decisionis: vndè concludendum puto, insistens in S. C. aequitate, currere in tanto Tribunalis fatalia; hunc tamè cursum non operari, quin causa reuideri nequeat ex iisdem actis; nam, siquicunq; non presentato procel su

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 229

Si infra legistima tempora, S. C. decernit, ve
cansa ex ijsdem actis, reuidetur, quamvis
lapsus fuerit tempus statutū ad presentan-
dum processum; ita etiam reuideri debet ob
non prosequutiosem appellationis, cum non
inde derogetur. *Pragm. 54. de officio S. C.*
Sicque, quemadmodum S.C. reuidere poter-
it ex actis causam; ita arbitrarer, posse etiā
M.C. eandem ex actis reuidere, sed, proba-
cio impedimento. Et, ut decisiones concor-
demus, decisio hęc, ni fallor, emanauit à
M.C. dum requisita fuit paupertatis proba-
tio, adeoque impedimenti, quam probatio-
nem non requisiuit *Sanfelicius in d. docif. 144.*
num. 16. quo loci loquutus fuit de sententijs
Collateralis Consilij. Iam video, multos
hunc assertioni non adhærere, sed, si que ha-
bebunt in contrarium, respondebo.

Iuxter aduentendum est, hanc paupertatē
else probandam, ut, præter ea, quę affert
Sanfelicius, videre est apud *Mascard. de pro-
bab. concl. 78. n. 15.* & *concl. 1159. n. 5. Giorlin.
contr. for. cap. 109. nn. 21. Ar. de Mesa uarier.
refl. lib. 2. cap. 3. n. 9.* aliosque. Formam vero
illam probandi, super eaque interloquendi,
tradit *Mich. Ferrer. 1. par. obser. 440.* Nec pauper-
tas solū probanda est, sed quzuis alia
causa, qua moueri possit M.C.V. ad causam
ex ijsdem actis reuidendam.

Nostris autem tempestibus, nec causa
paupertatis, nec quzuis alia, videtur necessaria,
quandoquidem Iudices M. C. eas ex
eisdem actis absque alia causa reuident,
quamvis processus non sit presentatus in-
fra legitima tempora, quoqiam agitur de
decretis factis à Tribunalibus inferioribus,
qua absque causa reuidenda sunt; hęcque
praxis iam inoleuit contra decisiones Re-
gentis *Sanfelicij*; nescio autem, au temp̄
se duratura, cum, ut diximus, revisio ex ijs-
dem actis absque causa soli Sacro Consilio
concessa sit; siue agitur de decretis curia-
rum inferiorum, poterit absque antiqua ob-
servantia derogatione reperiri remedium,
quod erit, ut M.C. si nulla adsit causa, decla-
ret iam appellationem desercam, & ab hoc
decreto deinde appelletur ad S. C. quod ex
equitate illam causam ex ijsdemi actis reui-
deat, sicque lites non protrahuntur, dum
S.C. immediate reuidet causam, qua prius
eset reuidenda à M.C. & postea ab eodem
S. C. nec antiqua observantia parentatur,
nec usurpatur, quod soli S.C. conuenit.

Vnde ex his non tutam arbitror, praxim
traditam à *Carleval. de Iudicijs. 10. 2. lib. 1.
tit. 3. disp. 3. n. 47.* volentes, ut Iudex, ad cuiutan-
dam hanc appellationem, sine alia pronun-
ciatione habita, quando verè appellatione de-
serta est, sententiam exequatur, cum aliás si
declarator appellationem defertam, ab ipsa

declaratoria sententia posset interponi ap-
pellatio, ex *Aretin. in Lant sententiam n. 16.
vers. Quarit Baldus. ff. de appellat. recip.
Gayll. practic. obseruat. lib. 1. obseru. 138. nn. 4.
Maranta in praxi par. 6. tit. de appellatione
n. 201.* aliosque, ut ibi. Non, inquam, turamus
arbitror hanc praxim, cum sic tolleretur de-
fensio; non enim transeundum est ab uno ex-
tremo ad aliud; sicque, non inde, qui à lites
non protrahenda sunt, collenda defensio est.

Hic supereft videndum, an, clapsō tempo-
re statuto ad proponendas nullitates per
viam actionis aduersus sententiam latam,
possit eadem sententia exequitate S. C. ex ijs-
dem actis reuideri, ac etiam per M.C.V. ex
causis; nam tempus statuum ad huiusmodi
nullitates proponendas, licet de iure com-
muni sic triginta annorum: de iure Regni
nostrī est tantum decem annorum, ex *Prag.
4. de dilation. num. 21.*

Et quod pos sit, vrget validissimum argu-
mentum; siquidem fatalia sunt statuta de iu-
re, & tamē, non obstante eorum lapsu, poter-
it causa ex ijsdem actis reuideri; ergo, licet
statutum sit tempus ad proponendas nulli-
tates per viam actionis, non obstante eius
lapsu, poterit causa ex ijsdem actis reuideri,
sciam per M.C. saltē ex causis.

Nihilominus tamē, cum expectatio de-
cem annorum non sit modicum tempus, ar-
bitror ego, sistendo in mera praxi, hoc casu
esse probandum impedimentum eviden-
tissimis rationibus, non solum in M.C. sed etiā
in S.C., quoqiam verà ex meo sensu nunquā
litibus finis imponeretur, quod in casu pro-
posito aduerendum est; idcirco velim, ut Iu-
dices matiuī cogitent, yidentes, an re vera
impedimentum fuerit necessarium, an potius
voluntarium, à negligentia ortum, ducens.
Et quidem impedimentum raro necessariū,
cum allegatur paupertas, dum raro pauper
litigat: vnde, si le pauperem non prebut in-
litigando, quonam modo talis censebitur
in proponendis nullitatibus per viam actio-
nis, se excusans, inopie causam tribuens?

S Y M M A R I V M .

- 2 Appellatio à decreto circa immisionem, an
debet quoad actum suspensum.
- 3 Appellatio non suspendit decretum in mero
possessorio; secūs, si sit admisum petitorum,
quod lute probatur.
- 3 Possessio quando dicatur morte nata.
- 4 Appellatio à decreto, quo inbetur continuatio
solutionis, an suspendat decretum.
- 5 Possessio, quando presumat titulum.
- 6 Possessorium, quod non suspenditur per ap-
pellationem, quomodo accipiendum.
- 7 Possessorium Summarissimum an per ap-
pellationem sit suspendendum.

D.L.

DILVICIDATIO DECIS. XCIV.

Habet decisio hac, appellationem à decreto circa immisionem in possessio-
nem hæreditariorum bonorum, siveque à de-
creto possessorio dari etiam quoad actum
suspensiu[m], non solum quoad deuolutiu[m]. Pro hac decisione videnda sunt ea,
qua[rum] idem *Sanfelicius* addidit ad illam, enum-
erando casus, in quibus datur appellatio
quoad actum deuolutiu[m] tantum; non au-
tem suspensiu[m]. Et in p[ro]undo *Capye. Larr.*
consil. 88. per totam tom. 2. qui varios citat
auctores, & tandem refert, fuisse admissam
appellationem quoad actum suspensiu[m],
ne dum deuolutiu[m].

Tu vero lector pro re hac duas firmè re-
gulas constitue; aut enim agitur de mero
2 possessorio, quod idem est, ac momentanea
possessione, & appellatio non suspendit decretum;
aut non agitur de mero possessorio, sed
3 admisto petitorio, quod idem est, ac duratura
possessio, & appellatio suspendet decretum.

Diximus, sed non clatè, ni dicta hac
exemplificantur. Primam igitur partem,
adeoque merum possessorium sic exemplifi-
camus, post alios, cum *Cacherasso* decif. 25.
num. 7. Legatarius rei legatz propria au-
toritate possessionem acquisiuit; hæres vero
petat, se immitti in possessionem bonorum
hæreditariorum; ac proinde etiam rei lega-
tz, vt deductiones habeat, qua[rum] ad illum spe-
ciant, & vt ab eius manibus legatarius rem
legatam consequatur, Iudex decernit, esse
ponendum hæredem in possessionem bono-
rum: profectò hæc est mera momentanea
possessio respectu legatarij, aduersùs quam
non habet, quid opponat, nec quid petat; ac
proinde non habet admistum ius petitoris,
nec v[er]bum petitorum. Dicitur momentanea,
qui[us] statim ac hæres illam acquisiuit,
deserit respectu rei legatz, in cuius possesso-
nem mittitur deinde legatarius, ac proinde
appellet hic, non inde tamen, ni fortè aliud
ius habeat, huiusmodi appellatio iudicatum
suspendet.

Secundam partem sic exemplificamus.
Sint duo, qui hæreditariorum bonorum pos-
sessionem petant, tanquam hæredes, Iudex
in alterius beneficium pronunciet, hæc pro-
nuntiatio non dicetur super mero posses-
sorio, cum veraque pars possessionem pra-
tendat ex iuribus hæreditarij; adeoque
mista est petitorio; siveque nec dicitur mo-
mentanea, cum non reuocetur, quemadmo-
dum diximus in legatario; unde appellatio
suspendet iudicatum; siveque parsim suspen-
dit videtur illud in quoconque foro. Et
hoc est, quod volunt omnes DD. prout

videre est, inter ceteros apud *Caf. de Graf.*
decif. 356. *Reg. Valens. cons. 71. lib. 1. num. 78.*
Beninen. decif. 79. aliosque, quos adducit
Borrellus in Summ. decif. tit. 33. lib. 1. nu. 270.
scilicet, possessorium admistum petitorio
suspendi per appellationem; & tali pacto in-
telligentus *Affilius decif. 269.* cum concor-
dantibus, ut verè regulari possit à *I. unica*
C. si de momentanea possessio fuerit appellata.

Sed quid, si quis pretendat manuteneri in
possessione exigendi annuos introitus? pro
hac re recolenda sunt, que quotidie in S. C.
recepta videmus; nam, si quis pretendat, se es-
se in possessione exigendi annuam numerorum
summam ab alio, quem compelli, in-
stet, ad continuandam solutionem, si hic ex-
cipiat, illum nullo titulo ab ipso exigere;
adeoque instet etiam, eundem condemnari
ad exactam pecuniarum summam reddendam;
affolet S. C. decernere, ut infra quatuor
dies audiatur partes; interim vero conuen-
tus continet solutionem, à qua, compilato
termino, nec probato titulo, ille absolvitur,
5 non obstante possessione, dummodo posses-
sio non sit talis, que titulum presumat, qua-
lis est immemorabilis, vel alia quæcumque
perfectè prescripta, ut ex *Menoch. commen-*
retin. posses. remed. 5. qu. 3. num. 49. & quæst.
4. num. 53. tantas amibages dissoluente, con-
cludant *Mascard. de probat. com. 3. conclus.*
1195. num. 51. aliquæ.

Quid igitur dicendum? an appellandum
sit à decreto, quo iubetur continuatio solu-
tionis, ad retardandam executionem. Bre-
uicet respondeo, appellari posse, ad retardá-
dam executionem, cum non versemur in
mero possessorio, sed possessorio, quod ha-
bet admistum petitorum, scilicet ius, in quo
fundatur solutio; quod si replices, super pos-
sessorio fuisse datum terminum, respondeo,
solutionis continuationem non esse funda-
tam super mera possessione, sed super iusta,
scilicet ex presumpto titulo, adeoque, que
semper admiscet petitorum presumptuum,
quod deinde indiget probatione; siveque cor-
rigenda est omnibus in casibus imaginatio,
hacque ex causa S. C. nunquam iudicat su-
per possessorio, ni aliqualiter appareat iusti-
tia petitorij, vt scilicet iustificetur petito-
rium. En quomodo hoc casu decretum non
dicitur emanare super mero possessorio,
quod impossibile est, ex dictis, vt detur su-
per continuatione solutionis, que longius
distat à casu legatarij superius exposito, me-
rum possessorium continente.

Cum autem sepius diximus, possesso-
rium, quod admistum habet petitorum, ad-
mittere appellationem quoad actum suspen-
suum, velim, non intelligentum semper,
cùm petitorum formaliter continetur in-
pol-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 231

possessorio; sic enim raro admitteretur, vel forte nunquam, appellatio quoad actum suspensium, sed intelligendum etiam, cum virtualiter possessorum continet petitorum, siue, ut clarius loquar, cum possessorum, est fundatum in petitorio; nam tunc semper admittenda est appellatio etiam quoad actum suspensium.

7 Et ex his colligent saltem Tyrone, etiam in possessorio sumnariissimo exemplificato per verbum, *interim*, quod diuersum est ab ordinario, de qua re fuse *Staibani centur. 2. resol. 174. à num. 47. per multos sequentes*, locum habere appellationem quoad actum suspensium, & ratio est, quia fundatum est in petitorio, prout non est exemplum legati superius expostum, in quo pretensio haereditatis non fundatur super petitorio, quod ei super legato non competit, sed super possessione, in qua mittendus est: vnde, tanquam momentanea, non admittit appellationem quo ad actum suspensium; licet etiam eam admitteret, cum esset iniusta, ex *Bald. cent. 141. in fin. vol. 2. Alex. conf. 91. num. 6. vol. 6. Menoch. de adipisc. posses. remed. 4. nu. 85. Cacher. decis. 25. num. 13. Ludou. decis. Perus. 20. num. 25. Gabriel. conf. 36. vol. 3. nu. 1. alijsque relat. à Capyc. latr. d. consult. num. 9. qui, communem esse omnium Doctorum sententiam, testatur. Ceterum quocunque aliud possessorum appellationem admettit etiam quo ad actum suspensium; & verè sic passim obseruamus, dum ab huiusmodi decretis in dies appellamus ad Superiorum, nec inde appellatione pendente, demandantur ea exequitioni, sed tantummodo, decisa iustitia appellationis, quinimò expletis omnibus remedijs, quæ solent ab Aduocatorum solertia, non versutia, adhiberi.*

Nō ergo te terreant tot Doctorum scripta volentium, ne liceat à sententia lata super possessorio summario reclamare, ad exequitionem impediendam, quo recenset in illo *eximio trattatu de restitutione in integrum minoribus quandoque deneganda quest. 41. nu. 5. Dominus D. Hieronymus. Calà olim Index M.C.V. in criminalibus*, qui, licet nunc comunere non fungatur, merita tamè longè dignioribus fungendi muneribus possidet, & quam primum ad candem dignitatem Regentis Regiæ Cancellarie, quam *Dominus D. Carolus Calà* eius frater Dux Diani Marchio Ramontis, & Villæ Nouæ, Eques S. Iacobi de Spata, gaudet, ascensurum speramus, cum utriusque verè, non duo fulmina belli, sed duo Iurisprudentia fulmina, unde quaque sint; corundem denique nobilitatem, satis, superque in historijs notam, integritatem, apud omnes claram, mores, prudentiam, politicam, munificentiam, benigni-

tatem, coeterasque innumeræ virtutes, silencio perstringo, ne minus scribam, quam ex sint; plus enim Soli tollimus, quam damus, discursu, & plus nobis ille demonstrat, quam nos de illo demonstramus; sic plus isti duo haeroës plus preferunt, quam nos unquam rudi calamo demonstraremus.

Non igitur, ut ad rem reuertar, te terreant tot Doctorum scripta, quæ prefatus *Dominus D. Hieronymus Calà* coarctans ingeniosè, nec ordinaria arte *num. 8. ad momentaneam possessionem*, satis, super que ostendit, eam solam vix posse, appellatione pendent, exequitionem expectare; & consequenter semper ceterum eam suspendendam, quoties in umbra petitorij fundatur, cum magnum preiudicium sit, aliquem possessione priuari, ex *Bald. in l. consentaneum C. quomodo, & quando Iud. not. 6. alijsque, quos idem Iureconsultus adducit ibid. num. 7. Vnde ne recedas ab his, quæ huc vlique secundum veram praxim posuimus.*

S V M M A R I V M .

- 1 Nullitate proposita coram Iudice superiore; potest ab illo cognosci causa principalis; secùs, si proposita fuerit coram Iudice inferiore.
- 2 Nullitates possunt proponi coram Iudice ad quem.
- 3 Nullitates, quandoque propositæ coram Iudice à quo, necessariò discussiendas sunt coram Iudice ad quem, quod explicatur.
- 4 Nullitate sententia proposita, omnia acta facienda sunt coram illo iudice, coram quo fuit proposita.
- 5 Causa cognita semel ab aliquo iudice superiore circa decreta definitiva, non potest ad inferiorem redire.

DILVICIDATIO DECIS. XCV.

- 1 **H**abemus in hac decisione, proposita nullitate coram Iudice superiore, posse hunc cognoscere de principali causa, si nullitatem viderit militantem, sicque iudicatum; secùs verò, si nullitas proposita sit coram Iudice inferiori.
 - 2 Posse igitur nullitates proponi coram Iudice ad quem, post *Sanfelicium* scriptis Gallupp. par. 3. cap. 7. num. 8. Hinc adverte, nullitates quandoque proponi coram iudice à quo, & necessariò discussiendas coram Iudice ad quem; & casus esse posset, cum à decreto Iudicis inferioris pars victa appellasset ad Superiorē, puta à M.C. ad S.C. quod, videns, nullum esse illatum grauamen, remisisset causam ad M. C. eademque pars victa, deinde exclusa à remedio appellationis, pro-

proposuisse nullitates aduersus decretum M.C. confirmatum à S. C. tunc enim huiusmodi nullitates non possunt discuti in M. C. quia posset euenire, vt illæ militarent, & M. C. retractaret decretum confirmatum à S. C. adeoque Iudex inferior retractaret, quod superior statuit. Hoc profectò turpe, & absurdum esset. Quod si M.C. vellat confirmare, quicquid statuerat S.C. hoc icidem absurdum esset triplici ex capite. Primò, quia sic M.C. non procederet liberè, & cum causæ cognitione, sed tantum coactè confirmationa id, quod statuit S.C. Secundò, quia M.C. etiam cognosceret, quod Superior antea cognovit. Tertiò, quia propositio nullitatem redderetur inutilis, dum, qui eas proponeret, non posset iuuari spe videndi illas militantes.

Igitur discutiendæ erunt coram Iudice, Superiori, licet propositæ fuerint coram inferiori, coram quo proceditur ad omnia acta, quæ præcedunt illarum discussionem, puta, acta depositi, probationem paupertatis, si forte, qui eas proponit, velit depositum effugere; sicutque præxi receptum est.

Collige hinc ad ubiorem decisionis notitiam, cum proponitur nullitas sententiaz,

4 omnia acta facienda esse coram eo Iudice, coram quo propositæ sunt nullitates; hacq; de causa ad illum fuerunt transmissa acta, ne videlicet ad iudicem inferiorem rediret; & durum esset auditu, ad iudicem inferiorem redire causam iudicatam à superiore; id namque solummodo usu receptum est apud S. C. respectu decretorū interloquutoriorum M.C. ad quam remittuntur, quamvis grauamina militent; secùs verò respectu decretorum definitiiorum, dum ad S. C. acta transmittuntur; nec amplius partes iudicem dignoscunt M.C.

Et quo ad curias Regni extra Ciuitatem Neapolitanam, cum ab illis appellatur ad M.C. transmittuntur acta ad illam, quæ, si viderit grauamina, decernit, vt acta remaneant, quibus remansis, partes iudicem inferiorem non dignoscent in decreto definitiū; si verò nullum viderit grauamen, ad eandem curiam remittuntur.

5 Vnde ex his collige, cognita semel causa ab aliquo superiore Iudice circa decreta definitiua, ad inferiorem redire non posse.

S V M M A R I V M :

- 1 Nullitates propositæ in S.C. post excequitionem sententiaz an requirant terminum.
- 2 Nullitates quandoque proponuntur per viam exceptionis, quandoque per viam actionis.
- 3 Nullitates propositæ aduersus decreta interloquitoria debent esse infra sex dies.

4 Nullitates an debeant proponi aduersus sententias infra sex dies, stante ultima Pragmata discutitur.

5 Tempus sex dierum statutum ad proponendas nullitates à quo die incipiat, ubi, an, & quādo dies feriati numerentur, & quid, facta reservatione facultatis nonas addendi nullitates.

6 Nullitates per viam actionis debent proponi infra decennium de iure Regni.

7 Nullitates propositæ per viam actionis quandoque discutiuntur absque termino, quandoq; cum termino.

8 Nullitates propositæ per viam actionis, quæ constent ex iisdem actis, an impediant excequitionem.

DILVCIDATIO DECIS. XCVI.

1 **H**ic subtiliter edocemur, propositis nullitatibus post demandatam excequitioni sententiam à S. C. si illæ colligi possint ex iisdem actis, non esse dandum terminum, sed ex ipsis actis absque tela iudicaria discutiendas; idque, siue intelligentur oppositæ incidenter, siue principaliter, sicutque fuisse decisum.

2 Hinc aduertendum, nullitates quandoque proponi per viam exceptionis ad impedientiam decreti, vel sententiaz excequitionem, quandoque vero per viam actionis, quæ sententiaz, vel decreti excequitionem non impediunt. Nullitates, quæ opponuntur per viam exceptionis ad impedientiam excequitionem decretorum interloquitorium esse opponendas infra sex dies, iam determinatum fuit per Regiam Sanctionem dilat. cap. 18. Dubium vero videbatur, an intra eosdem sex dies deberent proponi nullitates ad impedientiam excequitionem sententiaz, quoniam dicta Pragm. loquebatur tantum de decretis interloquitoriorum. Hoc autem dubium substulit noua Regia Sanctio emanata die 25. Maij. 1666. quæ in tertio capite coartans tempus illas discutiendi infra duos menses, expressè ait, nullitates aduersus sententias etiam proponendas infra sex dies. Ibi hec. Comandamo, che, dopo essersi proposte le nullità aduerso le d. sentenze, s'habbiano quelle da decidere frà il termine di mesi due, e, passato detto termine, le nullità s'habbiano per reietate, e si proceda all'execuzione (notate) delle sentenze, e decreti predetti, come se non fossero proposte, quantunque siano le nullità notorie, e si precluda la strada di poterlo fare, quali mesi due s'intendano decorrere dal giorno, che si proponeranno le nullità frà li primi (notate) sei giorni stabiliti dalla Pragmatica à poter quelle proponere.

Non ignoro, sententiam hanc non esse forte

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

233

fortè receptā in nostris Tribunalibus, adeo que sex dies currere tantum aduersus decreta interloquitoria, aduersus verò sententiam sempè posse proponi nullitates per viam exceptionis, prout sempè seruatum fuisse temporibus elapsis, antè Pragm. aiunt Rocc.lib.1.respons.95. Pratus ad Muscatellum part.1.Glos.Nullitas. Dom.Petra ad Rit.6.n.9. referens S.C. decisionem, & Reg. de Marin. ad Reuert.decis.414.num.2. vbi similem decisionem refert.

Nihilominus, attenta p̄fata vltima Sanctio, nostra sententia verior in iure redditur; & certè rationes in contrarium optarem ad illam deserendam, sed nullam huc usque vidi. Fortè, si quis articulum hunc susciperet defendendum, non tam facile succumbet, vt de hac re scripsimus nos in interpretatione gracie pro successione quarti gradus in feudis Typis demandata anno 1676.

Sed, p̄cisa huius Pragmaticæ dispositio- ne, de qua alibi fortè, ad vberiorem notitiam aduerte, maximam fuisse int̄ Docto- res controuersiani, an, post quam cōceptum est exequi, possint contra sententiam opponi nullitates ad impedientiam exequitionem illius in terminis, in quibus reperitur, & plu- rimos ex ijs negatiū respondisse, vt videre est apud Rouitum in Pragm.5.de off. S. R. C. nu.22.plurimos verò affirmatiū, quos omnes reperies apud Dom. D.Carolum Petr. suffissimè supèr hac questione agentem tom. 3. ad Kitum 269. à num. 19. Verū affirmatiua hucusque pr̄ualuit opinio, dummodò nul- litates opposita sint per viam exceptionis, siue incidenter, & veniant ex ipsis actis di- scutienda. (Nāa de ijs, quæ discutienda sunt, tanquam proposita per viam actionis, dicendum postremo loco) vt seruatum videmus apud Gallupp.in praxit. de remed. nullitatū n.28.Surd.decis.277.num.27.Rocc. resp.95. per totum:tom. 1. Prat. ad Muscatell. par.1. Glos.Nullitas.pag.369. & lib.1. discep. forens. cap. 29: necnon Dom. Petr. ad Rit. 6. M.C.V.tom.1.num.9.vers.non parum, & ad d. Ritum 296. dīto num.19. Dom. Altimar. ad cons.40. Regent.Rouit.tom.2.n.19. apud quos. reperies, posse nullitates proponi, etiam post dies triginta à die sententia, cum illæ non veniant appellatione exceptionum mo- dificantiarum. Vndē concludendum, si sus- tineatur, vltimam hanc Pragmaticam non limitasse tempus circa nullitates opponen- das aduersus sententiam, posse eas sempè opponi, factoque deposito, impediri exe- quitionem in terminis, in quibus exequitio reperitur; sin autem exequitio facta sit, nul- lum requiri depositum, sed posse eas oppo- ni, & discuti, vel absque termino, cùm intel- ligantur opposita etiam incidenter, vt supra.

diximus, vel cum termino, tanquam opposi- te per viam principalis actionis, vt postre- mo loco dicemus. Ego verò censeo, Postre- man Pragmaticam omnia mutasse. Sed ad dies à Pragmatica statutos aduersus decre- ta interloquitur reuertamur.

Hi ergo sex dies incipiunt currere à die post intimationem decreti, vel sententia, quamvis immediate sequita fuisse dies feriata, prout per S.C. decisum, retuli in meis dilucidationibus quæst.38.nu.40.in causa Illu- stris Ducis Laurentiani cum Illustre Duce Adria penè actuariū de Lito, quod est quam maximè aduertendum; & scias, multos alle- gasti decisionem hanc à me relatam, & se concordasse, ne exitum expectarent.

Et similem decisionem refert Hodier. controuers. forens. quæst.48.n.11. Quod idem dicendum procū dubio puto, si vltima dies fuisse etiam feriata, adeoque hoc casu non posse proponi nullitates septima die, prout decisum retulit Rocc.tom.2.resp.2. & aliam decisionem refert Dom. Petr. ad Ritum 6. M.C.V.n.7.necnon nouissimè Dom. Altimar. ad decis.16. Regentis Rouiti post num.3. vers. quamvis contrarium.

Quoniā autem quoad nullitates propo- sitas post sex dies, eo quod vltima esset fe- riata, contrarium decisum referunt idem Hodier. iunctis aulis loc.cit. in fine, & de Marinis Arrest.Reg. Cam.709.idcirco, quid ex contrarijs hisce inter se decisionibus di- cendum, quisque anceps erit. Rationes, quæ adduci possent, apud Hodiernam videre est. Ego autem sentirem, generaliter loquendo, non recipiendas huiusmodi nullitates post sex dies statutos propositas, quamvis, vel prima dies, vel vltima fuerit feriata; & ratio esset, quia, cum statuti sint à Regia Sanctio- ne sex dies ad nullitates proponendas, maxi- mam negligentiam, vel calliditatem ostendit, qui illos labi sinit, spe illas valendi proponere post diem feriatam, cum potuisse proponere anteā: vndē, vel maxima addetur malitia, vel negligentia, ex alterutra non de- berent recipi: quoniam verò quandoque neutra interueniat, & casus esse posset, vel, cùm int̄ sex has dies multæ feriæ inter- uenissent; tunc utiq; eas, arbitrarer, recipien- das, prout receptas fuisse s̄p̄ius, videmus exemplis adductis ab Hodier. loc. cit. post n.16. usq; ad 20. vel cùm aliud fuisse legiti- mum, & excusabile impedimentum; & ita recipiendam decisionem iunctis aulis rela- tam ab Hodier. loc. cit. & consequenter, omnes concordandas decisiones. Quod autem non attendatur iuris rigor, sed tantum veri- tas, ex eo patet, quia, cum in Regno statuti sint sex dies ad opponendas nullitates, vuln. Regia Sanctio, vt currant à die notificatio-

Gg nis

nis decreti, ut patet ex Pragm. 4. §. 18. de dilatatione. & tamèn, si absque notificatione habeat Reus de illo decreto scientiam, certum est, sex dies ad opponendas contra illud decretum nullitates currere à die, quo aliquis actus processit, demonstrans decreti notitiam, prout est reclamatio ab illo, ut sèpè decisum, refert Marcian. lib. 1. disp. forens. 18. nu. 45. & sequitur Thor. tertia parte compendij verb. citatio: pag. 260. & verb. nullitas: pag. 168.

Sed hic nota, licet, propositis nullitatibus intra sex dies, possint aliz proponi post præfixum terminum, ex facultate reseruata alias addendi, ut sèpè decisum, refert Gizzius ad Capyc. Latr. decis. 3. 8. n. 14. aliosque adducit Dom. Altim. ad d. decis. 16. Konit. in fine; tamèn ex noua Sanctione edita anno 1666, præfigi terminum ad illas proponendas, his verbis. Ordiniamo, che, quando si propongono le nullità, e le parti si riserbano d'aggiungerne altre, non lo possano fare se non dentro del termine d'altri giorni sei, dopo classi li primi stabiliti dalla Prematica, per proponere le dette nullità, e, passato il termine d'essi, quantunque le nullità fossero notorio, se li precluda la stada di poterle più proponere.

Et ex his collige, circa sex istos dies posse etiam oriri eas difficultates, quæ ortæ sunt super sex primis diebus, de quibus supra: vnde eisent eodem modo resoluenda. Nunc autem deueniamus ad nullitates, quæ per viam actionis proponuntur.

6. Haec nullitates, quæ opponuntur per viam principalis actionis, absque ullo deposito, quicquid anteà fuerit statutum de iure communio, debent proponi infra decennium, ex dicta Pragm. 4. de dilat. cap. 21.

7. Istæ autem regulariter, quia noua quædam actio interuenit, nouum efflagitant terminum, & ordinaria tela iudicaria proceditur. Dixi, regulariter, nam quandoque pacens ex ijsdem actis, ita ut quæcunque probatio facienda illas elidere nequeat; tunc namque examinantur, & discutiuntur absque termino, ut ait Sarfelicius bīc. Ad quid ergo terminus, qui ad nihil deseruerit? & licet noua actio novum terminum expostuleret, hic tamèn potius intelliguntur oppositæ incidenter, quam principaliter; nam, non solum incidenter oppositæ dicuntur nullitates, quando opponuntur aduersus exequitionem sententiaz, sed etiàm quando illæ apparent ex ijsdem actis, & cartarum resolutione, ut optimè aduertit Gallupp. par. 3. cap. 7. tit. requisita, ut nullitas impedit exequitionem n. 5. ex Bart. in l. si expressum ff. de appellati Vant. de nullit. sicque Praxi receptum, concludens ex Affilio in Conflic-

Dilatationes n. 24. & decis. 3. 8. vbi Vrsill. nu. 1. & Rouit. in Pragm. 5. de officio S. R. C. num. 17. & 22.

Sicque, quamvis propositæ sint nullitates principaliter per viam actionis, concurredit etiàm copulatiæ oppositione incidenter, quo posteriori modo procedendum est, quoties ex ijsdem actis apparent, non obstante oppositione facta per viam principalis actionis, quæ sileat, imò operatur, ut discutiantur ex ijsdem actis.

8. Hocque adeò verum est, ut Carleual. to. 2. de iudicij: tit. 3. disput. 16. nu. 23. scriperit, ex iuribus, & Doctoribus, quos affert, nullitatem, quæ in promptu constat ex ijsdem actis, quamvis per viam principalis actionis oppositam, impedire exequitionem intentatam. Quod ego admitterem, sed non absq; deposito, circulcripto intellectu ad d. Pragm. ultimo loco editam, à me nupèr dato. Cetera vide apud Dom. Altim. & DD. quos refert ad Rouit. conf. 40. tom. 2. nu. 17. & seqq. nec non Dom. D. Carolum Petram loc. citatis, aliosque apud ipsos.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes examinati ad reuelationem excommunicationis debent in S. C. repeti per extensum.
- 2 Testes, instanti parte, recipiendi sunt coram Iudice.
- 3 Testes examinati in processu informativo non repetuntur, si facta fuerit recognitio.
- 4 Testes, examinati ad reuelationem excommunicationis, quomodo repetantur.
- 5 Index, habens suspectum testem, quomodo illum cogat ad denudare deponendum.
- 6 Testes, si in duplice depositione varierint, cui standum.
- 7 Testes, deponentes per reuelationem, ni repetantur, an, & quam fidem faciant.
- 8 Indices, indicantes semper ex actis, an reprehendendi.
- 9 Praxis examinandi testes coram Iudice, quomodo introducta.
- 10 Testes quando examinandi sine coram Iudice, latè discutitur.
- 11 Index nequit in Regno ullum petere salarium pro interuentu in examine testimoniū.
- 12 Index quid gerere debeat in examinandis testibus.
- 13 Testes quandoque iurati in faciem inquisiti possunt, & debent repeti.
- 14 Forma faciendi confrontationem qualis sit.

DILVICIDATIO DECIS. XCVII.

- 1 **V**aria hic de testium repetitione ne-
cuntur. Et primò, esse procedendum

In Decisiones Rég. Sanfelicij. 235

- dum per extensum in S. C. ad examen seftium, qui deposituerant ad excommunicationis reuelationem, quia in iudicio sumario monitorij non interuenit tanta diligentia, quanta in plenario.
- 2 Secundò, parte instanti, depositiones recipiendas coram Iudice.
- 3 Tertiò, non repeti testes examinatos in processu informativo, parte non citata, si per eos facta fuerit recognitio, siue confrontatione cum iuramento.
- Quo ad primum scripsere omnes ijs, quos refert *Dominus Altimar. ad conf. 13. Rouit. nu. 5 1. tom. 2.* Ne autem *Sanfelicij* dicta lectorem reddant dubium, aduertendum est, regulariter testes, qui deposituerunt ad excommunicationis reuelationem, solere repeti; ijs verò legitur eorum depositio, quæ in actis seruatur, & transcripta exordio, eiusque fine, testis illam acceptat, nec noua extensione opus, cum iam in actis ea repeteriatur extensa.
- 5 Hæc verò regula suam patitur exceptionem; siquidem, si Iudex suspectum haberet testem, cum denuò ad deponendum per extensum cogere posset, lecta illi prima depositione, siue prima depositio facta fuerit me-
tu excommunicationis, siue alio modo; militat enim fallentia hæc, quoties Iudex aliquid suspicatur; & tunc statut secundæ depositioni ob religionem iuramenti, & Iudicis autoritatem, ut ex c. sicut nobis: de test. & alijs in simili concludit *Couarr. variarum resolut. cap. 13. num. 7. vers. Haecen us explicamus.* Hinc Reg. de Marin. Resolut. quotid. lib. 1. cap. 197. num. 10. inquit, si testes primò iudicialiter deposituerunt cum iuramento, & postmodum ab eorum dictis recessere, standum esse primæ depositioni; & facit decisio *Rota in antiquis 27. alias 589. sub tit. de probat.* cum testium receptione sit iurisdictionis; vnde ea attendenda est, quæ iudicialiter fit.
- 7 Sed maius dubium est, an vere repetendi sint testes, citata parte ad videnda eorum iuramenta, quamvis anteà deposituerint per reuelationem, & vt avint, metu excommunicationis ad sonum campanelli.
- Supèr qua re scissi sunt Doctores relati à Dom. *Altimar. ad d. conf. 13. Rouit. tom. 2. num. 47. & 48.* sed apud me scissi non sunt; etenim, vel loquimur de plena fide, quæ ijs habenda est; & certum est, ad hoc, vt talis eis præstetur fides, opus esse repetitione cum ceteris solemnitatibus à iure requisitis, vel de fide non plena, sed de ea, quæ mouet animum Iudicis ad credendum ea, supèr quibus ipsi deponunt, concurrentibus alijs circumstantijs, & adminiculis; & tunc certum pariter est, non opus esse repetitione; & ita senserunt expressè omnes citati à Dom.

Altimar. loc. cit. num. 48. aliquaque, intèr quos Menoch. de arbitriar. casu 26. Mafcard. de probatione. couel. 682. tom. 2. num. 7. Viscont. ad decis. 366. Vinc. de French. ad num. 5. Amendola ibid. num. 7. Aymon: conf. 299. & de Ponte conf. 63. num. 19. redduntque rationem, quia Iudex moueri potest ad iudicandum, etiam ex his, quæ fiunt extra acta, ex cap. cum ad sedem: de restit. spoliat. & c. causam: de re indicata, quæ iura ab omnibus allegantur, vt videre est apud eos, quos citat Mafcard. loc. cit.

- 8 Hinc erubescant, qui adeò timidi sunt, vt sacrilegium putent à iuris rigore discedere, nec horum inueni paucos, non solum inferiores, putantes, soli Sacro Consilio, ceterisque supremis mundi Tribunalibus, id licere, sed etiam supremos, hærentes parentes eti rigor, quos quidem nescio, quomodo valeant super re illud ferre indicium, quod non habent, nisi à Jurisconsultorum responsis, vel directum, vel citius mutuatum. Ut autem ad testes reuertamur, quanta, & qualis fides sit ijs præstanta, siue iuratis, siue tecus, videant Iudices apud *Speculat. lib. 1. par. 4. tit. de teste. Rubr.* Quæ fides sit testibus adhibenda, per totam, vbi multa certè, vel ediscet, vel in iudicando recipiet.

- 9 Quo ad secundum notandum est, Praxim examinandi, testes, coram Iudice, introducuntur else ex *Gloss. 5. quia verò, vers. Abundantiam: circa finem: auth. de testibus*, vbi inquit, posse Iudicem in causis ciuilibus præcipere, ut præsententur testes coram se, si sibi videbitur, propter causæ magnitudinem, & testium iuspicionem.

- 10 Quarè ex *Gloss.* duo aduertenda sunt. Primum, hoc remitti, ad Iudicis arbitrium: Secundum, requiri partis instantiam, cum, si partes fileant, nec suspectum habeant examen coram examinatore electo faciendum, filere debeat & Iudex sic quoque, non ideò, quia semper partes instent, testes recipi coram Iudice, coram illo recipieantur, cum partes sèpè numero sic instent, vt iudicium dilatent. Adverte verò, si testes venire debeant ad deponendum, coram Iudice ad instantiam partis, expensis eiusdem petentis procedendum, esse ad examen, vt videre est ex ijs, quæ adducit *Muscatellus optimus praticus, in Praxi. Civilis: par. 5. Gloss. suspectorum: num. 12.*

Dixi, ad partis instantiam; nám, si quandoque Iudex viderit, testium depositionem esse suspectam, poterit, antè quān- causam principalem decidat, iterum iubere, vt testes coram ipso repeatantur, ad finem prouidendi, vt sèpè prakticatum vidi, & adest *Celebris quæstiuncula Cafari ad qu. 47. lib. 1. Specul. peregrin. quæst.* vbi, licet sermo sit de testium æquiuocatione tollenda, ta-

inē non immitō idē dicendum erit, cū aderit eorundem testium suspicio. Hoc ergo casu, quā nulla præcessit partis instantia, sed Iudex id decreuit ad veritatem eruendam, non tenebitur altera ex partibus pro testium aduentu ministrare expensas.

11. Iudex autē in Regno pro huiusmodi interuentu nullum poterit salarym prætendere, vt ex Pragmat. 15. s. causarum expeditiōni. De officio S.R.C. scripsit Rovit ad Pragmat. 7. de ordine Iudicior. nūm. 19. vbi num. 20.

12. explanat, qualis dicatur iusta causa testes vocandi corām Iudice. Cū ergo Iudex testes corām se habebit, ad veritatem, eruendam quot aduertere debeat, calamo perstringi nequeunt, cum nec calamo litigantium versutiz stringi valeant. Vnicā dicam regula, sic se debere gerere Iudicem, vt, cū testes examinat, vel repetit, vnicam, non alteram quoque impendat diem, dum aliās vñus testis alteri ea, quā Iudex interrogauit, reuelaret; sicutque facta int̄r eos confabulatione, veritas eruenda adhuc occulta remaneret. Hoc aduertere volui, cū viderim, sāpē à nonnullis litigatoribus, modò vnum, modo alterum testem missum fuisse ad Iudicem, quod verè fieri non debuit; immo Iudex nec illum examini supponere debuisset. Cetera ad rem vide apud Sanfeliciū in Prax. sect. 46. & Gallupp. part. 2. cap. 25.

13. Quo ad tertium aduertas, quandoque testes, qui in faciem inquisiti iurauerunt, & confrontationem fecere, posse repeti ad instantiam inquisiti cum eiusdem inquisiti interrogatorijs, non obstante huiusmodi confrontatione facta, vt Ricc. decis. 242. par. 2. aliquique relati à Scialoya in Prax. torquendi reos cap. 6. num. 35. & diximus nos in dilucidatione decis. 37. n. 6. Vndē dicta hic à Sanfelicio militant, cū nulla adest Partis instantia, quā tunc necessaria non est repetitio. Formam verò faciendi confrontationem plenē habes apud eundem Scialoyam, dicto cap. num. 32. & seqq. quem omnino vide, nec deseras de Angelis ad Follerium invit. & si compareans ante consumaciam, exanimentur num. 9.

S V M M A R I V M .

1. Scribae fiscales, delinquentis captura assistentes, an sint testes idonei ad probandam apprehensionem cum armis prohibitis.
2. Capitanei Iustitiae an sint testes idonei contra carceratum.
3. Scribae fiscales, qui casu reperiuntur assistentes, sive testes habiles contra carceratum.
4. Scribae Fiscales cur nullam mereantur fidem.
5. Nuncijs, quibus fuit commissa carceratio, non

credendum, si deponant de vi ipsois à carcerato illata.

6. Deponentes de iniuria ipsois illata sunt suspecti.
7. Nuncijs, deponentes de vi illata ipsois, faciunt aliquale indicium, si vulnera ostendant.
8. Nuncius, referens, se verberatum, facit solum indicium ad torturam.
9. Satellites, afferentes, ipsos interfecisse delinquentem ob impotentiam resistendi illius scūcys, fidem non faciunt.

DILVICIDATIO DECIS. XCVIII.

1. Nquit hīc Reg. Sanfelicius, Scribas Fiscales, assistentes capturæ delinquentis, esse idoneos testes ad probandam apprehensionem cum armis prohibitis, ea potissimum ratione, quā nulla reperitur in iure, prohibitio, nec ullum eorum interesse interuenit. Quod ampliat etiam in Capitaneis, quos vocant, Iustitiae, ex Nouario. Supèr qua re multa diximus in dilucidatione decis. 39. quam vide. Nos autem aliqua hīc prælibavimus.

Hæc Sanfelicij dicta intelligenda sunt de ijs Scribis fiscalibus, quibus commissa non est carceratio, nec alia quævis diligentia, sed qui casu assistentes reperiuntur; tunc namque, quā non agitur de eorum interesse, utique testes habiles sunt; at verò, si ad eos spectet carceratio, puta, quā ijs commissa est informatio, captura, siue diligentia aliqua, tunc testes inhabiles dici possunt, paritate deducta ab alijs Nuncijs, quibus negotium aliquod commissum est, vt per Doctores omnes in cap. cum parati: extra, de appellationibus; quod si ignoraueris, quatenus eorum interesse else queat, illos quæso confidenter interroga, & plura scies.

2. Hæcque distinctio sati, supèrque probatur; nam, si scribae fiscales, quibus commissa est carceratio, vel quævis alia diligentia, possent esse testes idonei, dicendum est, hois posse deponere in causa propria, quod secūs est, cum habeantur loco accusatoris, vt insimili scripserunt Affl. post Andr. in const. Regni, Humanitate: notab. 6. num. 30. vers. amplius quero pro declaratione, & de Franch. decis. 379. Vndē, cum dicantur inquisitores, socii, & quasi persequitores negotij, nulla est ijs præstanda fides, vt ex l. 3. s. 1. & l. ob carmen s. fin. ff. de testibus cum Oldrad. conf. 210. num. 7. & Bertaz. conf. 170. num. 7. & conf. 171. num. 13. lib. 1. scripsit Capyc. latr. decis. 179. num. 4. 34. tom. 2. Quæ omnia eo fortius militant nostris tempestatibus, quibus inspicimus, quanta audacia nonnulli Scribae Fiscales procedant, vt Iudicibus, à quibus negotij commissionem habuere, grati sint. Horum extor-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 237.

extorsiones silento prætereo, ut vulgaria decantem: & vtinam ipsi quandoque non essent eorum criminum autores, quæ alijs imputant; vtinam, inquam, ipsi quandoque eorum non essent socij, quos, tanquam delinquentes, impunè deinde accusant, clare probantes ea scelera, quorum ipsi autores sunt, & quæ, ac accusatores: & vtinam tandem cæteros ad delicta nō inuitaret, quos postea morti tradere gestiunt. Si hæc vera possunt esse, præstet Iudex Scribis Fiscalibus fidem, quam, vel non habent, vel non seruant.

5 Hinc aduertendum primò, non credendum Nuncijs, quibus commissa fuit carceratio, si dicant, carceratum fuisse vi captum è manibus eorum à Tito, ut optimè, intèr cæteros, probat Alciat. reg. 3. præsumpt. 14.

6 num. 3, ea ratione, quia, cum iniuria sit illis illata, non debent admitti, tanquam testes, ut potè suspecti, ex l. 1. C. de curiosis lib. 12. cum concord, & concurrunt omnes iij, quos geserit, & sequitur Dominus Rodoer. ad cap. 115. Regensis de Marin. n. 19.

7 Aduertendum secundò, huiusmodi Nuncios, ni plenè probarent, saltè aliquale indicium facere, si vulnera in eorum personas ostenderent, quia tunc vrgeret præsumptio, & suspicio minueretur. Dixi, aliquale indicium, ut excluderem plenam probationem, quæ non elicatur ex similibus vñleribus, ni saltè sint testes, qui supèr ijs deponant; hocque ideo, quia versamur in criminalibus, in quibus requiruntur probaciones luce meridiana clariiores.

8 Aduertendum tertio, eodem modo discurrendum fore de Nuncio referente, se verberatum, ut optimè sensit Alciatus ibid. asserens, concurrentibus aliquibus coniecuris pro dictis Nuncijs, posse Iudicē tam illi fidem adhibere, ut eius dicta faciant indicium ad torturam, ex notatis per Baldum in l. finalib. ff. de questione.

9 Aduertendum tandem, nullam præstari fidem Satellitibus asserentibus, ab ipsiis interfictum delinquentem, eo quod resistere non poterant socijs, qui illum ab eorum manibus rapere intendebant, ni verè testibus non suspectis probent, sic euénisse: in qua re oculatissimi sint Iudices, cum id passim euéniat ex inimicorum delinquentis dolo, qui pecunia non parcunt, ad hoc, ne satellites illi parcant, sed interficiant. Quot autem foriudicati nostris hisce tempestatis bus similem subeant mortem, si profectò nos ignoramus, non vtique Deus ignorat, nec forte à nonnullis ignoratur iudicibus, qui contra Diuinam Dogmatam, & contra Iustitiam præcepta delinquentem iniuste, & inordinatè interfici patiuntur, Iustitia que gladium in inimicorum delinquentis manibus repounit.

S P M M A R I V M.

- 1 Promissio de se obligando cum hypotheca omnium bonorum habetur, tanquam vera obligatio, ac proinde censetur ab illo die hypothecata bona.
- 2 Assensus Capituli Neap. an operetur, cum non adest expressa hypotheca.
- 3 Promissio obligandi se, & bona sua, inducit actualē hypothecam, secūs, si fuisse facta promissio de se obligando, tantum. Quod fuse probatur.
- 4 Promissio de futuro parte exceptionem de praesenti.
- 5 Assensus Regis expressus non prodest creditori, nisi à die quo expeditus est.
- 6 Assensus Capituli Neap. quia datur à lege, intelligitur concessus statim ac aliquis bona sua obligat pro dictum restituione.
- 7 Assensus Capituli Neap. incipit à die capitulorum matrimonialium, quanvis instrumentum receptionis dotis fuerit conjectura, soluto matrimonio.
- 8 Assensus Capituli Neap. locum habet, non solum in dote, sed etiam in usufructu, & intereste.
- 9 Assensus Capituli Neap. ut operetur, non est opus, ut reseretur Regis assensus.
- 10 Assensus Capituli Neap. ut operetur, sat est, si obligantur omnia bona absque feudalium expressione.
- 11 Assensus Capituli Neap. an locum habeat, si obligantur bona burgenatica, absque particula taxativa, tantum, & quid, si cum tali particula.
- 12 Gratiae concessæ mulieribus Neapolitanis pro earum dotibus quænam sint.
- 13 Assensus Capituli Neap. an comprehendat donationes contemplatione matrimonii factas in capitulis matrimonialibus, fusimē examinatur.
- 14 Donations cur fiant filiis contemplatione matrimonij in capitulis matrimonialibus.
- 15 Assensus Capituli Neap. an comprehendat bona quorumcunque extraneorum obligata in capitulis matrimonialibus.
- 16 Assensus Capituli Neap. an comprehendat antefatum.
- 17 Assensus Capituli Neap. an loquatur de feidis, etiam planis, & de tabula. Latè examinatur.
- 18 Assensus Capituli Neap. an locum habeat contra Baronem carentem legitimo successore.
- 19 Baro debet habere successorem tempore obligationis, ad hoc, ut locum habeat assensus Capituli Neapolitani.
- 20 Assensus Capituli Neap. an habeat locum, si Baro habeat habilem successorem post obli-

- gationem feudorum, quem tempore obligatio-
nis habebat inhabilem.
- 21 *Affensus Capituli Neap. an comprehendat
dotes monialium.*
- 22 *Principes indigent plus religione, quam ho-
minibus.*
- 23 *Affensus Capituli Neap. an pro sit Neapolita-
nis spurijs, & naturalibus, fuscè examinatur.*
- 24 *Affensus Capituli Neap. quot casus conside-
ret, noua animaduersione ostenditur.*
- 25 *Naturales, & spurijs, quinam in rigore di-
cantur.*

• DILVCIDATIO DECIS. XCIX.

Decimum hic verè reperimus, promissio-
nem factam in capitulis matrimoniali-
bus ab aliquo se obligandi pro dictum re-
stitutione per publicum instrumentum cum
hypotheca bonorum feudalium etiam titu-
latorum ad sapientis consilium, haberi tan-
quam veram obligationem, ac proinde in
concurso attendi diem capitulorum, non
autem instrumenti dotalis, eamque promis-
sionem iuuari affensu *capituli Neapolitani*.
Supèr hac causa fusiùs scripsit *Reg. Capyc.*
Latr. consult. 29. tom. 1. omnino videnda. Ego
autem, vt verum facias, & vt videre est apud
DD. relatos hic à *Sanfelice*. & *Capyc. Latr. loc.*
cit. maximam inspicio difficultatem in ex-
aminaudo, an *affensus cap. Neapolitani* ope-
retur, quoties non adest expressa hypotheca,
itā vt sola promissio se obligandi habeatur,
tanquam vera obligatio; vt autem utramque
conciliemus opinionem, cum distinctione
procedendum est; etenim, vel in capitulis
matrimonialibus adest, non modò promis-
sio se obligandi ad dotis restitutionem, sed
etiam obligandi omnia bona; & tunc mili-
tabit decisio relata à *Sanfelice*; quare ex-
pressa hypotheca incipiēt à die capitulorum
matrimonialium; aut verò promissio in ca-
pitulis matrimonialibus erit se obligandi
ad dotis restitutionem absque alia enuncia-
tione, quæ promissionem obligationis bo-
norum feudalium contineat; & tunc hypo-
theca expressa incipiēt à die instrumenti do-
talis; adeo que hoc castos iuuabitur racita.
hypotheca, si velit attendere diem capita-
rum matrimonialium, sive contraria op-
niones non ab reconciliari poterunt.

Et ratio forte crit conuincens; nam, at-
tentio principio illo exposito per *Sanfelice*,
quo edocemur, promissionem se obligandi
etiam veram obligationem, deducitur etiam,
cum quis promittit bona sua obligare, ha-
beri proinde, ac si illa obligasset; quare argu-
mento è contrario sensu, cum non promisit
illa obligare, nullam internuisse, dicendum
erit, obligationem realem, sed tantum per-

sone factam, deductam ex promissione se obli-
gandi; vnde eodem principio, quo vtitur
Sanfelice, vteremur & nos ad nostram
conclusionem probandam, qua contrarias
conciliamus opiniones.

Nec dici poterit, oriri ex hac promissione
obligandi bona actionem solummodo per-
sonalem contra promitteret; non autem
hypothecam supèr bonis, quæ oritur tan-
tum ex illorum obligatione, vt videtur senti-
re *Capyc. Latr. d. consult. n. 44.* & seqq. cum
corrigenda sit imaginatio; siquidem tunc
oritur actio personalis contra promitten-
tem, quando quis promittit se obligare ad
dotis restitutionem, quia eo casu se tantum-
modo obligat, non bona, ac proinde tenetur
actione personali: igitur, si, cum promittit se
obligare, tenetur actione personali, cum pro-
mittit obligare bona, tenetur actione hypo-
thecaria.

Quod si dixeris, non differre inter se
quoad actionem promissionem obligandi so-
ad dotis restitutionem, & promissionem
obligandi bona pro eiusdem dotis restitu-
tione; dicam ego, eadem ratione non differre
obligationem personæ, & obligationem bo-
norum, quod est contra iura expresa. Tota
ergo difficultas residet in hoc, an scilicet
idem sit, promitti obligationem, ac obliga-
ri; & quicquid sit, quod aiunt nonnulli DD.
in simplici verborum cortice sistentes, dum
dicunt aliud esse, promitti obligationem
dandi decem, aliud obligari ad dandum de-
cem; tamen, si bene res introspiciatur, hæc
duo idem sonabunt; quandoquidem pro-
missio de futuro parit exceptionem de pre-
senti, ex Imperatoris *Sanctione in l. si credi-
toris, ubi Bald. C. de fideicommissione*, si igitur potest
excipi de presenti ex promissione de fu-
turo, promissio idem erit, ac obligatio; & obli-
gatio illa exequutiva primæ promissionis
erit effectus prime, quæ verè promittentem
obligauit secundum naturam contractus,
scilicet, vel personaliter, vel realiter. Et pro-
fecto, si attendamus, quid importet promis-
sio se obligandi ad aliquid, nil aliud repe-
tiens importare, nisi promittentem pro-
mittere exequi rem illam, quam nunc pro-
mittit; vnde deinde exequutio illa erit mere
cerimonialis, vt sic loquar, adeo vt ea non
facta, adhuc subsistat contractus primus.

Pro qua re faciunt ea, quæ de promissio-
ne dixeris *Vasq. de success. progress. lib. 2. §.
18. num. 210. Collar. in cap. Quamvis pactum
par. 3. n. 3. Boer. de tis. 3. Molin. de ritu nuptiar.
lib. 3. q. 8. c. 2. num. 24. Balboa in sua semicen-
turia: disquis. 13. Bottiglier. de success. cap. 2. de
renunciati. Thcor. 42. num. 11. & 12. post Bald.
in l. pactum dotal. q. 18. C. de collat. Ioann.
Andr. in add. ad Spec. Rubr. de oblig. col. 1.
Franc.*

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 239

Franc. Barri de success. lib. 11. tit. ultimo nu. 9.
Capyc. Latr. decis. 3. num. 25. Faber de error.
Pragmat. decade 12. error. 7. Molfes. ad consuet.
Neap. tit. de renunc. q. 10. nu. 3. & seqq. &
late in cons. 14. n. 8. Rouit. cons. 42. n. 7. & cons.
44. n. 23. com. 1. & alij relati à Botriglier. loc.
cit. Theor. 42. 10. 2. nu. 15. Noguerol. alleg. 6. nu.
17. Merlin. contro. com. 1. cap. 4. per totum, &
alij apud ipsos.

Quod ut in praxi clariū suadeatur, singamus, Titium promisisse in capitulis matrimonialibus obligare omnia bona sua; deinde verò dorem recipiat, nec se obliget, dices tu, nullam fuisse contractam obligationem bonorum? non vtique, cum actus ille receptionis, dotis implicitè obligationem bonorum, seruata forma promissionis, præter tacitam hypothecam à lege præstitam, importet. Igitur prima illa promissio fuit, quæ bonorum traxit obligationem; ac proinde promissio obligationem importabit à natura contractus specificatam. Alio latè vide apud Merlin. sent. 1. cap. 4. & seq.

Hic autem aduertenda sunt plurima in materia assensus Neapolitani concessi: & primò quidem, licet assensus Regis expressus non prospicit creditori, nisi à die, quo ille expeditus fuit, non autem à die, quo bona sui debitoris sibi obligata fuere, ex DD. quos adducit Rouit. in Pragm. 1. n. 18. de fide memorial. cum tamè Assensus Capituli à lege sit, intelligi concessum statim ac aliquis bona sua obligat pro dotium restitutione, vel cùm ea promisit obligare.

Hocque adeò verum est, vt, quamvis instrumentum receptionis, dotis fuerit contractum, soluto matrimonio, non proinde 7 Assensus Capituli incipiat prodeesse à die, quo conficitur instrumentum, sed à die capiculorum matrimonialium, vt decisum testatur Reuert. decis. 5. 13.

Et licet Reg. de Marin. indubitabilem arbitretur decisionem illam; dubium tamen in eo versabatur, quia obligatio in capitulis matrimonialibus erat conditionalis, scilicet, dummodò dos solueretur, alijs, cur debebat intercedere obligatio restitutionis, dotis, quæ non solumbatur? Vnde, cum solutio apparisset, soluto matrimonio, per instrumentum, quod, viente viro, stipulatum non fuisse contrahentes contra vsum contrahentium, dubitari poterat, aliquam interuenisse fraudem in creditorum præjudicium: hæc autem fraudis elidebatur per capita matrimonialia, in quibus apparebat dotis promissio, & per solutionem aliundè probata.

8 Secundò, Assensum Capituli Neapolitanum habere, non tantum in dote, sed etiam in usufructu, & interest, vt decisum testatur per Regiam Cameram Reg. Reuert. decis. 66.

vbi Reg. de Marin. n. 5. Alij auctores videnti apud Dom. Altimar. ad cons. 17. Rouiti num. 18.

9 Tertiò, ad hoc, vt Assensus Capituli operetur, non opus esse, vt reseretur Regis assensus, prout putauit Staibani. cent. 2. resol. 114. num. 17. citans Rouit. cons. 17. n. 12. lib. 2. ex verbis ijs Pragm. 3. de feudis. Item suppli- cano, che in tutti l'istromenti dotali, che da quæ euanti accaderanno farsi in questa Città di Napoli, illo tunc, che siano fatti l'istromenti dotali, & obligationi dellii beni feudali di loro mariti, con reseruatione del Regio assenso, s'intenda effer prestito, &c. cum verba hæc Pragmaticæ sint fundata in stylo contrahentium, antequam fuisse hæc gratia concessa; tunc namque necessaria erat huiusmodi reseruatione, quia debebat Regis assensus impetrari; vnde in supplici libello huius gratia prius est stylus antiquus, qui materialiter se haber respectu verborum illorum, con reseruatione del Regio assenso, penitus superflorū; locum enim dicitur reseruatus Regius assensus, si obtinendus non est, si pro prestito habetur? Quinimò dico, ne opus quidem esse, vt obligentur bona, feudalia; sat namque est, si omnia bona obligentur: & ratio est evidens, quia obligatio omnium bonorum, ea tantum bona excludit, quæ contrahens obligare non poterat: atqui, stante noua gratia, potest bona etiam feudalia obligare; igitur hæc feudalia non intelligentur exclusa.

Nec te terreat auctoritates, decisionesq; adductæ à Capyc. Latr. d. consult. 29. num. 11. contra Anat. consilium, aliosque, prout ibi loquuntur enim de tacita hypotheca, quæ differt ab expressa, cùm scilicet expressè omnia bona obligantur, licet non exprimantur feudalia, cum, non expressis bonis feudalibus, adhuc ad sic expressa hypotheca omnium bonorum, quorum appellatione veniunt etiam feudalia, vt arbitror. Sed de hac re dicemus in dilucidatione decis. 302. Interim vide Doctores relativos pro vtraque opinione à Dom. Altim. ad d. consil. 17. Rouiti num. 15.

11 Sed quid, si contrahens obligasset expressè bona sua burgensatica, non exprimendo feudalia. Dico breviter, ex natura contractus hoc casu venire feudalia; quia, stante Capitulo Neapolitanis concessio, bona feudalia diuidicanda sunt, tanquam burgensatica, dum nullus est obtinendus assensus, & contracta hypotheca super vno corpore, dicitur contracta super omnibus, ac proinde non esse faciendam bonorum distinctionem. Quod ego limitarem, si contrahens obligasset bona sua burgensatica tantum; tunc namque hæc particula taxativa demon-

monstraret, voluisse contrahemtem exclude-re feudalia, & distinctionem bonorum ad-mittere. Cæterum, remota illa particula; omnia, arbitror, venire bona, cū contrahens, stante assensu capituli, nō duxerit exprime-re sua bona sub titulo feudalii, dum in illo contractu naturam mutabant, nec alio ex-presso indigebant consensu, quām con-trahentis, ac proindē, dum quoad illum-actum Dominus directus non requirebatur, poterant illa bona non explicari titulo, qui dependentiam à dominio directo dignosce-ret. Hæc sentio nunc: si casus accideret, ma-turis cogitarem; sic quemcunque censeo operaturum.

Quoniām vero assensus prefati Capit. Neap. extenditur à Doctoribus ad varios casus, quos nouissimè cumulauit Dom. At-timar. ad d. conf. 17. Romit. idcirco nobis hīc insistendum.

12. Gratia concessa anno 1505. inserta in Pragm. 2. de feudis, hæc habet, loquens de mulieribus Neapolitanis habentibus obli-gata bona feudalii earum virorum, saluo Regio assensu impetrando, qui nunquam posteā fuit obtentus. Si degni V. C. Maestà concedere a tutte le dette donne, e loro heredi, e successori il suo assenso, quanto all' obligatione di detti beni feudali, quali si trouassero in do-minio del Fisco, ouero delli heredi di quelli, che bauessero obligati detti beni feudali, che s'intenda esser prestito da quel tempo, che da loro sono stati fatti l' instrumenti dotali per li loro mariti. Placet Regia Maiestati quoad obli-gationes factas pro dotibus verè, & sine fictio-ne, iura tamèn alterius cuiuslibet remaneant salua. Vnde putarē, me malè loqui, volentem, ut sub hoc assensu includeretur donatio facta filijs contemplatione matrimonij in ijsdem instrumentis dotalibus, cum assensus cadat tantum supra obligationes bonorum feudalium eorum, qui ea obligarunt pro do-tibus receptis, dum oportet primò, vt bona feudalii transiant in dominium donatarij, & posteā, transactis in eius dominium, ijsq; obligatis pro dotibus, saluo Regio assensu, iuuabit assensus Capituli prædicti. Atqui bona feudalii nequeunt transire in domini-um donatarij absque assensu, & conse-quentē assensus Capituli non potest ali-quit pro muliere obligare. Quod si dicatur, illum debere prodeste donatario, vt proficit mulieri, erit maximus error, cum assensus, qui primariò pro muliere concessus est, operaretur primariò pro donatario, & se-cundariò pro muliere; quinimò præjudicia-lem Domino directo extensionem recipi-ret; & tamèn apud omnes Feudistas assensus est stricti iuris, nec de casu ad casum exten-ditur, sed tantum concedit, quantum di-cit, quantum exprimit, adeò vt vix conce-dere intelligatur, quod comprehendit in-dubitate.

Stante igitur hac gratia in materia assen-sus, quæ dotes tantum respexit, quæritur 13 primò, an assensus huius capituli locum habeat in donatione contemplatione matrimoniij facta in capitulis matrimonialibus. Et supèr hac questione scripserunt Merlin. lib. 2. contr. 60. n. 17. Montan. in l. Imperialem. 5. Præterea si quis infendatus num. 36. lit. O. Prat. lib. 3. discept. forens. cap. 44. alijq; apud ipsos, qui tenent, assensum capituli locum habere in donationibus factis contemplatione matrimonij, adeoque donatariis, licet abique assensu, prodeste prefatum capitu-

lum, quod Gizzius ad decif. 5. 6. Capyc. Latr. militare, ait, fauore vxoris, eiusque herediti, non aequaliter donatariorum. Verum Reg. de Merlin. 2. resolut. cap. 28. n. 18. refert contra-riam decisionem Regiae Cameræ relatam à Minad. quam ipse rescribit; ac proindē non possum huiusmodi decisioni nou adhig-gere. Et, vt breuissimè scribam, moueor ex verbis libelli, & gratia, & ex mēte vtriusque; nam, si attendamus verba libelli, & gratia, veraque loquuntur cantum de obligationi-bus rerum feudalium: siquidēm supplex li-bellus, postquam enarravit, perche, bench abbabiano l' instrumento dotale con obligatione dellii beni feudali di loro mariti, con riserva-tione del Regio assenso. Transiens deinde ad supplicandum pro assensu, illum petit tan-tum pro obligatione feudalium, quæ erant obligata in instrumento, cum potuisset pe-tere pro omnibus contentis in instrumento. ibi. Però si degni Vostra Cattolica Maestà con-cedere à tutte le donne, e loro heredi, e suc-cessori il suo assenso (notare) quanto all' obliga-tione di detti beni feudali, &c. Quæ particula, Quanto, est limitatiua. Et gratia etiam limi-tatiue respondet. Placet Regia Maiestati quoad obligationem factam verè, & sine fictio-ne: iura tamèn alterius cuiuslibet remaneant salua. Vnde putarē, me malè loqui, volentem, ut sub hoc assensu includeretur donatio facta filijs contemplatione matrimonij in ijsdem instrumentis dotalibus, cum assensus cadat tantum supra obligationes bonorum feudalium eorum, qui ea obligarunt pro do-tibus receptis, dum oportet primò, vt bona feudalii transiant in dominium donatarij, & posteā, transactis in eius dominium, ijsq; obligatis pro dotibus, saluo Regio assensu, iuuabit assensus Capituli prædicti. Atqui bona feudalii nequeunt transire in domini-um donatarij absque assensu, & conse-quentē assensus Capituli non potest ali-quit pro muliere obligare. Quod si dicatur, illum debere prodeste donatario, vt proficit mulieri, erit maximus error, cum assensus, qui primariò pro muliere concessus est, operaretur primariò pro donatario, & se-cundariò pro muliere; quinimò præjudicia-lem Domino directo extensionem recipi-ret; & tamèn apud omnes Feudistas assensus est stricti iuris, nec de casu ad casum exten-ditur, sed tantum concedit, quantum di-cit, quantum exprimit, adeò vt vix conce-dere intelligatur, quod comprehendit in-dubitate.

Hæc quoad verba gratia, & supplicis li-belli: si verò eorum mentem inspiciamus, re-periemus, nullam aliam fuisse, quæ iuuare mulieres, quæ bona virorum feudalii habe-bant obligata, nec unquam fuit expeditus assen-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 241

assensus. Quæ mens etiam manifestata fuit in libello ijs verbis. E molte di dette donne non hanno detto assenso: il che è causato, ò per negligenza de' loro mariti, che non hanno curato impeararlo, ouero, per non essere stato impetrato per loro parenti, e loro per effer donne, e stando in potere de' loro mariti, non hanno, né saputo, né potuto impetrarlo, &c. Gratia igitur, quæ intelligitur concessa secundum ea, quæ proponuntur, ex vulgaris iuribus, eandem considerauit rationem, ac proinde non intenderunt, nec gratia, nec supplex libellus, comprehendere nomine mulierum filios donatarios, qui donationes ab eorum patribus recipiunt bonorum feudalium, circa quas adiunt aliz Pragmaticz, quæ aliás redde-rentur frustatoriz. Quæ ratio ex Minadi loc. cit. apud Reg. de Marin. mouit Regiam Cameram ad decidendū pro hac sententia.

Veniamus modò breuiori calamo ad alteram gratiam, & libellum supplicem, & videbimus sane, neutrum comprehendere huiusmodi donationem. Et quidem supplex libellus petit assensum super contractibus mutui, qui fiunt à docebantibus, dotibus non solutis; in ijs enim vult libellus, ut intelligatur praesitus assensus bonis feudalibus obligatis. Hæc sunt verba libelli. E perche si eorum farsi per li mariti in fauore delle donne la confessione di tutte le doti ricevute per instrumento publico, e perche riceuono in parte, e'l donante della donna si costituise al marito della donna debitore di tutta la quantità, che li resta debitore per contratto di maeuso, il quale stipula eodem die, & tempore, e considerando, che detto debito dipende per causa delle doti, supplicano vostra Cattolica Maestà, che si degni concederli, che tali contratti, che in futurum si faranno con riservazione del Regio assenso super bonis feudalibus, s'intenda per impetrato, &c. verba autem gratiaz sunt hæc. Placet ad beneplacitum Regie Catholice Maiestatis.

Si quis ergo diceret, verba, menteque libelli, & gratiaz comprehendere donationem factam contemplatione matrimonij, certè irridetur.

Hinc videtis, non stringere argumenta illa, quibus vrgetur, gratiam cadere supra instrumenta, & contractus, adeoque comprehendere omnia contenta in instrumentis, & contractibus; quādoquidem ex supra expositis satis, superq; visum est, an assensus sit praesitus instrumentis, an autem obligationibus, et super quibusnam contractibus intelligatur praesitus. Cæterum, si quibusdam regulis generalibus loqueremur, ab re iura applicaremus hypothesi. Nec nouum est, contractus non recipere diuisionem inter contrahentes, sed eam recipere respectu domini directi, qui non contrahit, sed con-

tractus annuit in eo tantum, quod sibi videatur, quod sibi placet. Non valet ergo argumentum hoc, Princeps assensum prestitum obligationi feudalium, ergo roti contractui; quandoquidem falsa est consequentia, tanquam vniuersalis deducta à premissa particulari, ut cum logicis loquar.

Quod ad rem explicuit Theodor. alleg. 67. num. 9. his verbis. Unde solum dicendum est, conualidari ea, quæ spectant ad ipsas mulieres, ad quarum fauorem semp̄ dicitur in omnibus capitulis illa esse exposta, sed ad beneficium aliarum personarum, nequaquam. Et eset absurdum dicere, quod donatio facta sponso, vel filiis nascituris, vel aliud quid simile, habeat similiter assensum, tanquam assistentes in eisdem capitalis matrimonialibus, quod esset, si ipsa capitula genericē essent assesse vallata, &c.

Neque vrget paritas adducta à Prato loc. cit. de assecuratione dotis, quā comprehendit assensus capituli, ut scripserunt Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 1. Camerarii l. Imperialem. Paschal. de vir. pass. potest. part. 3. cap. 7. num. 44. Capyc. Latr. & conf. 29. num. 14. alijque ab ipso adduci: cum assensus capituli, comprehendendo casu assecurationis, immediate doti faueat, adeoque habeatur propria intentio capituli prefati: at verò in casu donationis contemplatione matrimonij assensus faueret primariò donatario, quicquid sit, si per accidens, ut diximus, faueret mulieri, qui fauor non attenditur à lege, quæ de consequentibus non curat.

Nec te decipiat limitatio, de qua Gizzius 24 lbc. cit. quandoquidem, ut aliás dixi, fauor mulieris per accidens, & secundariò venit in capitulis matrimonialibus respectu donationis factæ suo viro à patre illius quoad obligationem, & hypothecam; licet primariò quoad contractum matrimonij, quæ duo diuersa sunt; siquidem, quamvis verum sit, mulierem libentiū matrimonium contrahere cum aliquo ditioni ex causa donationis illi factæ à suo genitore, non tamē mouetur ad contrahendum tale matrimonium, quia in casu restitucionis habet, quid restituat eius vir ex tali donatione illi facta; hoc enim per accidens venit, & raro consideratur, quemadmodum per se, & primariò consideratur donatio huiusmodi proper opulentiam illam actualē, quam à tali donatione vir recipit. Et gratia non considerat hoc, quia voluit tantum consulere mulieribus quoad constitutionem dotis, vel restitucionem, & consequenter non considerat fauorem illum, qui primariò, & per se in capitulis matrimonialibus per huiusmodi donationem consideratur; ac proinde parum refert, esse fauorablem mulieri donationem factam eius viro, cum assesus non.

H h omni-

omnibus rebus mulieri favorabilibus pro-
fit, ut huc usque vidimus.

15 Quæritur secundò, an assensus capituli comprehendat bona quorumcunque, qui in capitulis, vel instrumento dotali ea obligarent, puta, socii, fideiussoris mariti, ceterorumque extraneorum? Et secundum nostra principia regulata à verbis gratiarum superiùs rescriptarum affirmatiè respondreas, cum verba obligationes respiciant. Ibi, *Plac. Regia Maiestatis quoad obligationes factas vere, & sine fictione, præcipue cum eius mens fuerit reddendi tuas mulierum dotes cum obligatione feudalium*, Et exempla habemus apud varios Doctores, scilicet, socii, apud *Rouit. ad Pragm. 8. num. 4. de feudis*, & in *conf. 17. de Marin. 2. refel. cap. 28. & ad Reuerter. decis. 3. num. 2. & decis. 589. & Capta. Latr. conf. 29. num. 10*, necnon fideiussoris apud *d. de Marin. ad Reuerter. decis. 229. Merlin. lib. 2. controvers. cap. 58. num. 20*, & tandem generaliter quoad omnes extraneos apud *Minado. conf. 3. Camerar. in l. Imperiale: pag. 32. lit. Q. Rouit. ad Pragmat. 8. de feud. num. 4. Frecc. lib. 2. de subfeud. in 1. auctorit. qu. 13. per totam, Reg. de Marin. d. cap. 28. num. 15. aliosque passim*.

16 Quæritur tertio, an Assensus Capituli, prout prodest doli, proficit etiam antefato? Et ex verbis præfatarū gratiarum esset utiq; negatiuè respondendum: cum tamèn ad sic noua gratia concessa etiam anno 1539. pro antefato, ut ex *Pragm. 8. de feudis*, affirmatiuè respondreas, & ad eruditionem videoas *Reg. de Marin. ad decis. Reuerter. 377. num. 5. ad decis. 229. 368. & 470*.

17 Quæritur quartò, an assensus præfatus comprehendat feuda plana, & de tabula, an tantum quaternata. Et *Rouit. in d. Pragm. 8. de feudis. n. 6. aliisque apud Dom. Altimar. loc. cit. nu. 9.* negatiuè respondent, & omnes dicuntur à *Frecc. de subfeud. lib. 3. de differ. inter feud. quatern. & de tab. differ. 14. num. 20. astrictente*, Capitulum non habere locum in feudis, que recognoscuntur à Barone, quia Capitulum non loquitur de his feudis, sed de illis, que tenentur à *Regia Curia*, quamvis illa gratia fuerit expedita ad supplicationem Baronum: attenditur illud, quod fuit concessum. Verba sunt *Freccia. Contrarium tamèn procùl dubio tenendum est*; nam, quamvis versemur in materia astensus, qui dicitur stricti iuris, ita ut non facienda sit extensio de casu ad causum; neq; forsè ex identitate rationis, cum attendatur id tantum, quod Princeps concessit, nec curandum de ratione, pro qua hoc casu stat voluntas; quandoquidem, cum agitur de gratijs, non videndum, cur Princeps unam concedit, nec alteram, ad quod probandum allegatur à Feudistis diversa-

fura, quæ apud eos videre est passim, quæq; consultò, tanquam nō controversa, relinqui mus: quamvis, inquam, hæc omnia vera sint; nihilominus tamèn hæc, aliaque similiæ, quæ non negantur, intelligenda sunt vera respectu earum gratiarum, retumque, quæ Principis sunt, non autem respectu aliarum, quæ consequuntur, & necessariò veniunt ex tali concessione. Exemplo rem declarabo. Princeps concedit gratiam omnibus homicidis, qui in sua Curia reperiuntur inquisiti, si Baro subditus tali Principi putaret, inquisitos de tali criminè non frui huiusmodi indultu, nonne temere id putaret? Vtique. Sed hoc negetur quidem; nam urgeo. Si Baro instaret, ut tales inquisiti gracia gauderent, & Princeps gratiam concederet, possetne Baro prætendere, inquisitos in sua Curia illa non gaudere? Non ita sanc, cum sic se supra Principem ostenderet,

Hoc ipsius ergo nostro casui applicandum est; etenim Barones petierunt gratiam pro dote, & Princeps magua eam munificè concessit, potens illam non concedere; & hac concessione non obstante, Baro neq; vellent, ut gracia non haberet locum quoad feuda, quorum ipsi Domini sunt, sed tantum quoad feuda, quæ Principem, tanquam Dominum directum, dignoscunt, ac proinde, Principem illudentes, se illo præstantiores dignoscerent. Quod maximū inconveniens est, ad quod evitandum, tanquam, non modò iuribus, sed naturali repugnans rationi, necessariò dicendum, in Capitulo venire, & comprehendendi quæcumque feuda plana, & de tabula, quæ consequuntur, & necessariò venire debent;

Et præterea esset quidem aliud maximū absurdum, mulieres esse tutas super feudos quaternatis absque novo Regio astensi, nō autem else tutas super feudos planis absque illo Baronis; adeoque gratiam præiudicium afferre Principi, non autem subdito. cum agitur de maiori beneficio subditorum, ad quorum instantiam illa conceditur: &, ut verum fatetur, putarem ego, hunc esse unum ex ijs casibus, in quibus à Princepe irritato posset gratia revocari, & dici optimè posset, Princepem fuisse liberalē, seruum auarum. Hæc ego sentio; tamèn saniori me subscribo iudicio.

18 Quæritur quartò, an Assensus Capituli locum habeat contra Baronem, qui legitimo successore caret. Super qua questione sci si sunt Doctores relati apud *Dom. Altimar. lac. cit. n. 12. nā pro affirmativa steterunt De Ponte de poteſt. Pro reg. tit. de aſſens. Reg. ſupr̄ dōs. n. 34. qui ſic practicari, aſſerit. Ricc. collect. 743. Thor. p. 1. compend. decis. verb. Aſſensus capituli. Larathā de feud. par. 8. dilat.*

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 243

diluc.64. Pro negatiua verò *Rouitus ad Pragmat. 2. de feud. n. 5. & de Marin. ad Reuerter. decis. 470. n. 2.* & cum his sentiendum arbitror; etenim, quamvis assensus à Rege sit concessus, non à Prorege; nihilominus tamen tali concessione Rex nil aliud fecit, quam suum assensum generalem præstare omnibus obligationibus, quæ pro dote fuit; verum supposuit, huiusmodi obligationes esse validas; adeoque, si ex aliunde inualide sint, assensus non habet, ubi pedes figat. Iam verò, si obligans res feudales careat legitimo successore, obligatio erit nulla, & consequenter assensus dicetur resolutus.

19 Hic autem notandum est, sat esse, si feudum obligans habeat successorem tempore obligationis; nam, si posteà successor moriatur, adeoque feudum ad Dominum directum redeat, redibit affectum onere hypothecario in beneficium dotis, quo tempore habili fuit affectum; successor enim ille intelligitur, qui reperitur tempore actus, ut optimè *Camerarii repetit. l. Imperiale, pag. 30. lit. P.* Et licet contrarium videatur sustinuisse *Vinc. de Anna in repetit. cap. 1. de Vassall. decrep. etat. n. 185.* nihilominus tamen opinionem Camerarii veriorem voluit *Reg. de Ponte de Poteft. Proreg. tit. de assens. Reg. S. 4. n. 7. de qua re nos futius in nostra Ariadna Feudali tit. de vassallo decrep. etat.*

20 Sed quid, si tempore obligationis Baro habebat successorem inhabilem, puta clericum, qui deinde tractu temporis clericatum deserat, & consequenter fiat habilis, an obligatio nulla, facta tempore inhabili, reconualescat, & dicatur valida. Videtur dicendum, requiri nouam obligationem, cum actus ab initio nullus nequeat tractu temporis validus fieri, potissimum, cum versemur in materia alienatus, & exemplum habemus in hereditibus alienatoris sine assensu; nihilominus tamen trans eo libenter in æquiorem opinionem, ea ratione, quia assensus capituli prodest etiam vxori respectu bonorum feudalium futurorum, non modè presentium, ex ijs, quæ scripsit *Reg. de Marin. lib. 2. resolut. cap. 28. à num. 2.* sicque, licet Baro tempore obligationis careat habilibus successoribus, cum tamen tractu temporis habeat successores habiles, poterit feudum remanere obligatum, ni à tempore obligationis, saltèm à tempore, quo successorem habilem habuit.

21 Quæritur quintò, an assensus capituli comprehendat dotes monialium: super qua questione *Montanus omnium primus scripsit in l. Imperiale à num. 61. pag. 40.* &, post proposita argumenta pro opinione affirmativa, adhæret negatiua. Verum Paulus *Staibani. tom. 1. resol. 61. num. 50. contra Mon-*

tanum scripsit, seque suam sententiam in secunda centuria promisit fundaturum. *Staibanus* ergo sequamur tutiùs, & Religiosiùs, cum, vt alias diximus, iura loquentia de matrimonio temporali militent etiam in spirituali, quod nequit deterioris esse conditionis illo. Et licet Capituli verba videantur directa ad matrimonium temporale, supplet tamen lex, cum hominis dispositio deficit. Et miror certè, *Montanus* ad suam sententiam fundandam scripsisse, Principem indigere plus matrimonij temporalibus, quam spiritualibus, cum prima repleat Ciuitates hominibus, secùs altera; nam, si rationes has ponamus ob oculos, plus indigebunt Principes matrimonij spiritualibus,

22 quam temporalibus, cum ijs plus prospicit religio, quam prospicunt homines, qui sine religione plus nocere valent, quam iuuare. Nec præterea opinor, ideo reddi vberiores Ciuitates hominibus, quia Princeps concessit mulieribus Neapolitanis assensum, cum hac ratio nimis inefficax sit; & potius dicendum esset, nostrum Catholicum Regem ideo ab omnibus amari subditis, & coli, quia pius, quia Religiosus: & perfectò inter cæteros pietatis, Religionisque actus, ille, utique est, suum assensum intelligi etiam præstitum in beneficium mulierum monialium cælesti adhærentium sponso, à quo prosperitates omnes Regibus proueniunt, quorum corda in manu Dei sunt: & ex his videtur, an benè scripserit *Montanus*, potius pro Fisco, quam pro Deo, à quo Fiscus ipse, quicquid habet, dignoscit. Sed de hac re alibi, cum etiam iuribus comprobanda sit, ut videatur *Montani* sententia non recipienda.

23 Quæritur sextò, & ultimò, an Assensus prefatus prospicit mulieribus Neapolitanis naturalibus, & spurijs. Et quoad naturales affirmatiuam tenent opinionem *Anna in Const. Diu. memoria n. 240. Rouit. super Pragm. 3. de feudis, & Reg. de Marin. d. cap. 28. nu. 14.* Quoad spurijs verò negatiuè respondent de *Franch. decis. 45. 2. Rouit: in Pragm. 2. num. 2. da feud. Reuerter. decis. 4. ubi Reg. de Marin. & idem Reg. de Marin. d. cap. 28. num. 14.* De quibus omnibus *Dom. Altum. ad d. conf. 17. Rouiti, & Dom. de Luca ad d. decis. 45. 2. Vinc. de Franchis*, motiuia varia referens.

Sed hæc quæstio, ut verum fatear, terminanda est, & dirimenda ipsis *Pragm.* verbis. Hæc ergo habemus in *Pragm. 3. de feudis*, loquente de personis, quæ sub gratia comprehenduntur. S'intenda prestito l'assenso di Vostra Cattolica Maestà à qualsioglia donna, che si maritasse dentro la Città di Napoli; e tanto à forastiere, che si maritassero con gentilhuomini, e cittadini Napolitani, quanto

gentildonne, e cittadine, che si maritassero da fuora della Città di Napoli, etiā con forastieri.

24 Hæc verba, vt consideranti pareat, tres casus comprehendunt, quibus prodest Capituli Assensus; adeoque

Primò prodest a qualsmoglia donna, che si maritasse dentro la Città di Napoli. Sicque, attento germano sensu Pragmatica, mulieres quæcumque generaliter sumptæ, siue exteræ, siue Neapolitanæ, siue collocatae in matrimonium cum viris exteris, siue cum Neapolitanis, sempèr habebunt validè obligata bona feudalia earum virorum, si intùs Ciuitatem Neapolitanam nuptæ sint, cum hoc tantum requirat Regia Sanctio: vndè, cum primus casus sit contemplatione loci, non autem personarum, non queritur, an profit Assensus, si fœminæ sint naturales, vel spuriæ, &c. Quoniām vero non sempèr matrimonium fit intùs Ciuitatem

Secundò prodest a forastiere, che si maritassero con gentiluomini, e cittadini Neapolitani, siue exteræ habebunt etiam obligata validè bona feudalia earum virorum, ex eo tantum, quia viri sunt ciues Neapolitani, adeoque ratione matrimonij ab illis contracti gaudebunt assensu capituli; & consequenter, cum hic secundus casus sit de exteris, non queritur, an fœminis profit Assensus, quamvis spuriæ, vel naturalibus, dum, attento hoc secundo casu, non opus est, vt sint Neapolitanæ, sed possunt esse exteræ, modò cum Neapolitanis collocatae sint in matrimonium, adeoque, si Neapolitanii sint naturales, erit alia questio resoluenda secundum ea, quæ in tertio hoc casu dicemus de fœminis.

Tertiò prodest a gentildonne, e cittadine, che si maritassero da fuora della Città di Napoli etiam con forastieri. Et in hoc tertio casu queri potest, an hæc gentildonne, e cittadine gaudeant assensu capituli, ac proinde habeant validè obligata bona feudalia earum virorum absque expresso assensu, si sint naturales, & spuriæ.

25 Quarè, vt primò loquamur de naturalibus, certum est posse duplici modo dici filios naturales, primò, si nati sint è soluto, & soluta; & hi propriè non dicuntur naturales, cum non habeant certum patrem; poterat enim soluta illos procreare cum altero, quām cum eo, qui appellaretur pater: vndè secundò naturales dicuntur strictè, & rigorosè, qui nati sunt ex concubina domi recenta, tanquam vxore. cap. liberi 32. quest. 4. & Gloss. in cap. nisi cum pridem 10. supèr verb. manzeres: extr. de renunc. De qua re Doctores omnes passim. Igitur, si ha gentildonne, e cittadine fuerunt procreatæ ex certo patre, Neapolitano, cuius ipsæ consequenter di-

centur filiæ naturales, gau debunt assensu capituli: sin autem non habebunt certum patrem Neapolitanum, forte, quia non probabitur, ab eo illas esse procreatæ, eo quod earum mater non erat concubina eius, quem dicunt, esse earum patrem, non essent rigorosè naturales, sed spuriæ; & consequenter erit alias casus.

Vt ergo secundò loquamur de spurijs, certum pariter est, spurijs eos in propria significatione dici, vt cæteras appellationes extra nostrum propositum deseramus, qui, licet nati ex soluto, & soluta; patrem tamèn incertum habent, prout sunt filij meretricum, publicarum, qui alijs appellantur, quæsiti, quique à multis fatuis, tanquam proprij filij diliguntur putantibus, suos esse, in quibus nil fortè habent, quām meram imaginacionem: de qua re optimè Angel. de success. spurijs. Quare hæc gentildonne, e cittadine, si sint spuriæ, natæ ex extera, licet dicant, eorum patrem fuisse Neapolitanum, quia tamèn id non probantes, patrem demonstrarent incertum, non iuarentur assensu capituli. Quod intellige, dummodo non natæ sint ex matre Neapolitana, nec in ciuite Neapoliti; nam, si natæ sint ex matre Neapolitana, si in ciuitate, siue alijs modis sint ciues, de quibus alijs diximus, arbitror ego, gaudere eas assensu capituli, Nec ignoro, vt tandem dilucidationem hanc absoluam, à multis improbari trinam hanc casuum distinctionem, sed veram reperient, si eam introspicient: nos autem fusè de huiusmodi gratijs alijs agemus, cum sermo incidet; interim alia vide apud citatos auctores, cum hic repetere non duxerim, nec dilucidare, quæ, nec obscura, nec multum sunt controveria.

S V M M A R I V M.

- 1 Agnatus an habeat prælationem in venditione feudi noui.
- 2 Feudum de iure communi, vel est antiquum, vel paternum, vel nouum. Quod latè exanimatur.
- 3 Feudum antiquum, & nouum de iure Regni quale sit, fusissime discutitur.
- 4 Feudum refutatum proximè successuro; an, & quomodo remaneat antiquum. Latissime demonstratur.
- 5 Feudum in dubio an presumatur antiquum.
- 6 Feudum nouum refutatum an dicatur antiquum in persona illius, cui refutatur.
- 7 Feudum delicto perditum, remissa deinde culpa, an dicatur antiquum.
- 8 Feudum hereditarium quid sit.
- 9 Feudum ex pacto, & præudentia quid sit, & qualis eius natura.

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

245

- 10 Feudum ex pacto, & prouidentia, an requirat, ut filii in illo succedentes sint patris heredes.
- 11 Feudum misum quid sit.
- 12 Feuda in Regno, stante consueta inuestitura, an sint mista, an hereditaria, fusissime examinatur.
- 13 Bona antiqua in districtu Civitatis Neapolitana, an, & quomodo habeant aliqualem similitudinem cum feudis ex pacto, & prouidentia.
- 14 Pater, an possit filium exheredando excludere à medietate bonorum antiquorum.
- 15 Feudi alienatio in Regno an, & quando reuocari possit iure successionis.
- 16 Alienans feendum absque assensu Domini directi de iure communi feudorum amittit rem, & pretium, sed quid de Iure Regni, latè casus distinguuntur.
- 17 Alienatio feudi facta absque assensu infra quod tempus reuocari debeat vigore Constitutionis Diuæ Memoriae.
- 18 Feudo repetito à Domino ex defectu solemnitatum non adhibitarum in venditione, cuiusnam erit damnum, vonditaris, an emptoris? Varii casus distinguuntur.
- 19 Reuocatio alienationis feudi vigore prelationis quomodo sit permitta agnato.
- 20 Agnatus potest duplici iure feendum alienatum reuocare.
- 21 Ius prelationis triplici ex capite prouenire potest.
- 22 Ius retractus ratione sanguinis quo iure competit.
- 23 Ius retractus ratione sanguinis est inductum saltē de Iure Civili Romanorum.
- 24 Retractus, attenta Constitutione Regni, Sancimus, est improbatus à Iuribus communib⁹.
- 25 Ius retractus in feudis regulatur secundum consuetudines feudales, quæ sequuntur sunt ius commune Romanorum.
- 26 Ius retractus an habeat locum in feudis ex pacto, & prouidentia tantum, an etiam in hereditariis, latè examinatur.
- 27 Retrabens feendum iure sanguinis non semper impugnat alienantis voluntatem.
- 28 Ius retractus an habeat locum in feudo novo.
- 29 Ius reuocandi alienationem feudi in vita alienantis à quo oriatur, evidentissime ostenditur contra Capyc. Latr. consult. 28.
- 30 Assensus Domini non operatur, ut agnatus nequeat feendum repetere, soluto pretio.

DILVICIDATIO DECIS. C.

DEciso-hæc multa habet à nobis vberimè dilucidanda, cum ab ea dependeat tota feudalis materia, quæ quam vasta sit, potissimum in Regno nostro, ob tot con-

stitutiones, & Pragmaticas, nemo est, qui non videat.

Cum igitur, vt distinctè procedamus, in hac decisione queratur, an agnato proximi competat ius prælationis aduersus extraneum emptorem in venditione feudi hereditarij pro eodem pretio, Regens Sanfelicius ad vberiorem huius decisionis dilucidationem multa examinat, scilicet, quid sit feendum hereditarium, & ex pacto, & prouidentia. An in Regno nostro feuda sint hereditaria, an autem mista. Reuocatio ex lege inuestitura quomodo cōpetat, aliaque, vel ad apparatum, vel ad ornatum. Quæ omnia nos fūse scripsimus in Ariadna feudali locis citandis. Quare hic denuò percurrentia, non solum utiliter, sunt, sed necessariò, quinimò aliae quæstiones inferendæ, non modò ad ornatum, sed ad evidentiorem aliquorum argumentorum solutionem contra decisionem hanc ex dictis à Capyc. Latr. vt videbitis, intèr quas ea erit de differentia inter feendum antiquum, & nouum.

Videbimus ergo primò, quænam sit natura feudi antiqui, & noui, tām attento iure, communi feudorum, quam Regni nostri Neapolitani.

Secundò, quænam sit natura feudi hereditarij, & ex pacto & prouidentia, & qualia sint in Regno nostro feuda.

Tertiò, quomodo permitta sit in Regno reuocatio iure successionis.

Quartò tandem, & ultimò ex his premisis, quomodo permitta sit agnato reuocatio alienationis vigore prelationis. Harum, quatuor quæstionum occasione, alia quoque non utilia ad rem inferemus.

Vt à prima incipiamus, de qua verba fecimus in d.nostra Ariadna part. I. in preludijs quest. 3. neminem latet, inter cæteras feudorum diuisiones eam esse, scilicet, vt feendum diuidatur de iure communi feudorum in antiquum, siue paternum, & nouum. Dixi, de iure communi; nam de iure Regni aliter diuidendum est, vt mox dicemus. Antiquum, siue paternum, illud dicimus, quod acquisitum est ab eo, qui communis agnationis causa fuit. Ostendit hoc cap. I. §. quod ita. De success. fratr. vel grad. succed. in feud. ibi. Quod ita intelligendum est, si feendum sit paternum, hoc est, si fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis. Sicque feendum antiquum semper cum paterno confunditur: cap. I. de nat. success. feud. ibi. Paternum autem voco, quicunque ex superioribus id acquisivit. Vnde antiquiores nostri, quos vide apud Rebuff. loc. cit. diuis. 4. Capyc. in sua inuestitura verb. feudorum genera: versi. feendum antiquum, & paternum, aliosque, decepti vere sunt, cum dixerunt, feendum antiquum illud esse, quod acqui-

acquisitum est ab aliquo ascendentis communis agnationis ultra quartum gradum, paternum verò , quod infra , cum distinctio hæc in iuris corpore non reperiatur . Imò Capycius ipse concludit tandem , duo hæc feudorum genera verè confundi . Quia pro re inter cæteros videndus est Thomas de Maran . per varios titulos , & potissimum tit. 6. Si igitur aliqualem velimus tradere differentiam de communi feudorum iure intèr feudum antiquum, & paternum, feudi noui naturam primò indagamus oportet . Et sanè feudum, vel potest dici nouum inuestitura, vel successione . Primò modo nouum dicitur, cùm aliquis primitò inuestitur cap. 5. Qui testes sunt necessarij . Ibi . Nouam inuestituram dico, quando feudum primò queritur . Secundò modo, cùm feudum prouenit ex aliquo, qui communis agnationis causa non fuit, idque ex pacto concedentis, cum alioquin certum sit , in feudo nouo non posse succedere Collaterales, cap. vlt. in fine: de success. feud. ibi . In alio verò feudo, quod habuit initium tantum à fratribus , non succedit unus alteri, sine una inuestitura, siue duabus, nisi hoc fuerit dictum expressim, ut alter alteri succedat . Quod idem dicendum est de ascendentibus, ex cap. 5. de success. fratr. cùm concordantibus .

Quarè , cùm in ultima nostra quæstione diximus, feudum poste dici nouum successione, id non intelligendum est simpliciter, dum , vt ibi diximus , & nunc probauimus, nulla datur in feudo nouo successio; sed ex expresso concedentis pacto . Sicque Baldin cap. 1. §. hoc quoque: sub nu. 22. de success. feud. magistraliter docuit, si alter ex fratribus feudum acquisiuit, quod poste à pluribus descendentibus fuerit delatum ; deinde verò ex pacto ad lineam collateralem alterius fratri transitum fecerit, tunc feudum nouā induendo naturam , nouum appellari, quia non descendit à primo acquisitore communis agnationis . Quicquid sit, si aliter explicetur Bald. per Rouitum in decis. 94. num. 28. qui sustinet , hoc casu feudum dici antiquum, sed ad nouam lineam deuenientum .

Ex his facilior redditur explicatio differenz, si qua est, intèr feudum antiquum, & paternum, à nemine, quæ viderim, apposita . Feudum igitur paternum illud dici posset, quod ab aliquo ex ascendentibus, qui communis agnationis causa fuit, acquisitum est, quodque defertur descendenti ex obitu primi acquisitoris ascendentis , vt puta, si moriatur annus, & succedat nepos; vel proauus, & succedat pronepos, dum nullus interiacet filius , vel nepos : quod idem dic de abauo, triauo, &c. semper enim sic feudum appellabitur paternum ; adeoque in illo succedens dicitur succedere in feudo paterno , quia

succedit immediato acquisitori , qui fuit causa communis agnationis . Feudum autem antiquum illud consequenter dicetur, quod defertur alicui ex descendenti bus per obitum non immediati acquisitoris , sed alterius ex eadem linea descendenti . Exemplum sit, si Titius feudum acquisierit; deinde verò per eius obitum succederit filius Caius; Caius verò , vxorem ducens, Mævium procreet , qui deinde succedat in feudo ob mortem Caij sui patris, Mævius dicitur succedere in feudo non paterno , quia non succedit per immediatum obitum primi acquisitoris, sed per obitum sui genitoris , igitur succedit in feudo antiquo . Hæcque dicta sint, si subtiliter aliqualem velimus tradere differentiam intèr feudum antiquum, & paternum, nec eam, quam maiores nostri diuinales tradidere . Cæterum, si antiquum eum paterno confundere velimus, non ab re discurremus . Quoniam autem in Regno nostro, vbi viget Constitutio, vt de successionibus, dubia redditur feudi antiqui , & noui descriptio , cum ex hac descriptione dependeat quæstio illa , an in feudo paterno succedant veterini , necnon multæ alij quæstiones circa differentiam succedendi in feudiis antiquis, & nouis, attentis Regni nostri Constitutionibus , & gratijs, de quibus nouissime scripsit pro fidelissima hac Civitate Neapolis occasione obitus D. Fabij Carafæ Principis Colubrani Dominus D. Fulius Caracciolus, nunc Regius Consiliarius , ad cuius doctrinam , virtutes, moresque explicandos nec eloquentiæ Pater sufficeret; nam, si de eius doctrina sermo est, nihil in orbe, quod ipse ignoret, reperitur, nil scriptum, quod ipse nesciat, nulla scientia, quam ipse non possideat . Si de virtutibus , solus ipse omnium virtutum exemplum est . Si de moribus, Felices Princeps, si ij huiusmodi Iudices haberent omnes . Ait, quoniam cuncta hæc palam sunt, non iuuat ab omnibus decantata rescribere . Hoc tantum puto controuerti posse, quisnam in illo præstantior sit , animi decor , an Natalium . Sique Caracciolæ familia præstantissimum dixeris decorum , Fulij animus eidem decorum augere credam . Illa ergo , quæ ibi scripsit , lege , dum tota feudorum successio in Regno miro ordine , eruditione , doctrinaque enarratur ; nos autem ad nostrum propositum reuertamur .

³ Supponunt nonnulli , per dictam Constitutionem non respici communem agnationem; adeoque ex illius dispositione in feudo antiquo succedere collaterales, & ascendentis , quamvis non coniunctos à latere illo , vnde feudum ad defunctum peruerterat, prout se-siste putant Andr. Ita Loffred. in cap. 1. de nat. succ.

In Decisiones Reg. Sanfelicij . 247.

succ. feud. in verb. pro defensione nostrorum peritor. Camerarius in suo dialogo in interpretatione verbor. Isernia ad Constat. Si quando aliquem. Reg. de Ponte de potest. Pro reg. tit. de success. mulier. s. a. n. 6. Anna conf. 125. nn. 17. alijque.

Hinc sit, vt per eos in antiqui feudi descriptione non veniat communis agnationis consideratio. Quare, attento hoc iure Regni, alia per illos tradetq; est feudi antiqui, & noui descriptio. Vnde feudum antiquum illud dicent, quod successione prouenit ex quacunque linea, tam ascendenti, quam collaterali; sicque, si quis succedit aliqui, qui per successionem feudum possidebat, dicitur succedere in feudo antiquo: nouum vero illud vocabunt, quod primò acquiritur; & sic, cum quis succedit in feudo, quod primò acquisitum fuit ab eo, cui ipse succedit, dicitur succedere in feudo novo, quod deinde antiquum appellatur in eius persona; adeoque, si quis illi succederet, diceretur succedere in feudo antiquo, qui succederet ei, qui non primò feudum acquisiuit, sed ab alio per successionem habuit. Vnde patrum refert, ad hoc, vt feudum sit antiquum, fuerit, vel ne acquisitum à patre, auo, abavo, &c. Nec in hoc sequuntur *Glossam in constit. ut de successionibus;* quandoquidem fuisse hunc arbitrantur errorem *Marini de Caramanico Glossatoris* putantis, etiam de iure Regni in feudo noua non posse fratrem fratri succedere, prout error hic confutatur à *Reg. Ronisto* decis. 94. num. 27. Ceteruni secundūq; hanc distinctionem, descriptionemque discurrendum testatur idem *Keg. ex Loffred. conf. 5 2.n. 2. & 3. Mascard. concl. 771.* alijque citatis à *Rosenthal. par. 1.c. 2. concl. 9. in 1. Schol. in fin.* Et hanc etiam opinionem tenuimus nos in nostris questionibus forensibus quæst. vlt. Hic vero eam non censemus tutam, dum arbitramur, vt videbitis, veriorem opinionem tenentium, in feudis paternis non succedentes, vterinos, excluso Fisco; licet aliter dicendum sit ex noua gratia.

Igitur, si in successione feudorū antiquorum necessariò requiri mus, vt succedens sit coniunctus à latere, vnde ad defunctū peruerperat feudum, aliam debemus, & forte veriorem, licet nouam, feudi antiqui, & noui descriptionem tradere; sicque, qui à constitutio, ut de successionibus, ius commune feudorum non mutauit circa coniunctionem succedentium, eodem modo, iure Regni attento, putamus describendum feudum antiquum; ac proinde etiam secundūm nostrę Constitutionis tenorem feudum antiquum illud dicimus, quod acquisitum est ab eo, qui communis agnationis causa fuit, & contemplatione agnationis succedi-

tur; nouum, vero è contra, quod non prouenit ex aliquo, qui communis agnationis causa fuit, vel in eo contemplatione agnationis non succeditur. Hinc adverte, licet, vt diximus, abique pacto concedentis de communi iure feudorum non possit dari successio in feudis nouis, qui à linea collateralē frater non succedit fratri, & in descendenti non dicitur nouum, sed vel paternum, vel antiquum; aliter tamē se res habet de iure Regni; quandoquidem potest esse feudum nouum successione, dum, tam ex dicta Constitutione, quam ex nouis gratijs, possunt collaterales in certo gradu repositi succedere; & in linea descendenti is, qui immeiatè prima acquirenti succedit, etiam dicitur succedere in feudo novo, qui à dum potest dari per Constitutionem feudū nouum successione, ille non succedit contemplatione agnationis; etenim, cum feudum sit nouiter quæsum, possunt de iure Regni succedere collaterales, ac proinde non attenditur coniunctio requisita in feudis antiquis; quare, hoc iure attento, quoq; aliquis succedit in feudo nouiter quæsum ab illo, cui ipse succedit, dicitur succedere in feudo novo, quod tandem denominabitur antiquum in persona alterius successoris, qui consequenter debebit esse coniunctus à latere, vnde feudum ad defunctū peruerperat.

Vnde, si frater acquisiuit feudum, & succedit alius frater, & deinde hoc pariter defuncto, succedit alius, & sic in posterum alius in linea collateralē, semp̄ feudum dicitur nouum, nec attendetur coniunctio ex latere, vnde feudum ad defunctū peruerperat. Quod si ex linea collateralē transitum fecerit ad descendētē, primus descendēns dicitur succedere in feudo novo, alius postmodū in antiquo, & debebit consequenter esse coniunctus à latere, vnde feudum ad primū descendētē successorē peruerperat, scilicet debebit esse coniunctus à latere primi descendētē, & ex illius sanguine. Quod nota.

Et ex his resolutam, vides questionem appositam ab *Vrsino* in par. 2. q. 1. art. 3. An fratrib; qui alteri fratri in feudo novo succedit, alter frater, vel soror succedit, dum affirmatiue respondendum est, cum huiusmodi feudum nouum sit, ac proinde, tam ex dicta Constitutione, quam ex nouis gratijs Collaterales succedant. Vnde non bene *Vrsinus*, huiusmodi feuda nec noua, nec antiqua appellat.

4. Hinc, re nata, iuuat meminisse, anno 1557. declaratum, fuisse, prout in *Pragm. 14. & 15. refutationes*, vel donationes factas immediate successura operari, vt feuda dicantur antiqua in persona donatarij, ita, vt succedent-

cedentes donatario dicantur succedere in feudis antiquis. Verum non inde dicas, nos errasse, dum diximus, filium succedentem, immediatè patri primo acquirenti succedere in feudo nouo ex eo, quia Regia Pragm. velit, feudum dici antiquum in persona donatarij; nam respondeo, potuisse ibi feuda dici antiqua in persona donatarij, quia forsitan eius pater non primo acquisivit, præter quamquod quis negat, feudum in persona filij succedentis patri, qui nouiter illud acquisivis, dici antiquum? Quare corrigenda est imaginatio, dum aliud est dicere, *Filius succedit in feudo nouo*, & aliud, *hoc feudum nouum est in persona filii antiquum*. Quæ duo diversa sunt, & possunt simul stare. Imò sic se res habet, dum in filio succedente in feudo nouo dicetur feudum antiquum, ita ut, qui filio succedit, dicatur pariter succedere in feudo antiquo.

Verum ab hac re Pragmaticæ præscindit, dum non hic sithebat difficultas, sed dubitabatur, an donatario potuisse succedere collateralis, ni descendentes habuissent, & vera ratio dubitandi, ut ex ipsis Pragmaticæ verbis eruitur, illa prorsus videbatur esse, quia, dum donatarius illud non possidebat titulum successionis, sed donationis, supponeretur in persona donatarij nouiter quæsumum inuestitura, & sic non poterat fieri antiquum successione in persona illius, qui postea succedebat donatario; vnde hic, qui deinde succedebat, si erat donatarij frater, repellebatur ab illius successione, quia, licet potuisse succedere, stante Constitutione, ut de successionib[us], id feudo fratri quæsito titulo donationis, & sic per nouam inuestitram, & consequenter nouo, nequivat tamen succedere, posita inuestitura consueta in Regno, *Damus tibi, & heredibus ex tuo corpore legitime descendensibus*, dum ille tanquam frater donatarij non erat ex eiusdem donatarij corpore descendens, nec tunc temporis erant concessæ aliae gratiae, quæ, non obstante clausula, ex corpore, habitant fratres ad successionem feudi noui. Quæ ratio dubitandi in iure fundata fuit, nam, quando pater donat filio feudum, filius ex illo contractu feudum acquirie. Vnde tanquam contractus huiusmodi donatio assensu indiget, & consequenter feudum dicetur nouum inuestitura in persona filij. Quare videtis, rationem dubitadi non esse fundatam in adiutori malitia, ut videtur annuere libellus in d. Pragm. appositus, sed in iurium veritate, ut neminem latebit ex d. Pragm. 15. vbi conceditur gratia, sed non ex primæuo libello.

Nihilominus tamen Regia Sanctio voluit considerare hoc in casu filium donatarium

non ut donatariu[m], sed ut immediate successorum; siveque, licet pater primò acquisivisset feudum, quod deinde filio donauit, hic filius donatarius dicetur succedere quidem in feudo nouo, ex ijs, quæ superius diximus; verum, quia quoad successionem materialiter habetur ut donatarius, mortuo hoc sine filijs, succedent alij eius fratres, tanquam in feudo antiquo; & coniuncti ex latere patris communis donatarij, qui fratres omnes dicuntur ex corpore donantis genitoris.

Hæcque satiis de feudo antiquo, & nouo, quorum descriptio dubiam reddit fratum veterinorū successionem, quæ certa nihilominus reddetur, si attendetur gratia concessa anno 1655.

Quod ergo de feudo paterno diximus, ad maternum applicandum est, ita, ut nulla prorsus sit inter verumque differentia, prout videri poterit apud Gloss. in d. Conf. 1. Ut de successionib[us]. verb. vel quolibet titulo. Rosensthal. vbi sup. Affl. in cap. 1. De benef. famina, ceterosque.

An autem in dubio feudum sic presumendum antiquum, an nouum?

Respondeo primò, de iure communi feudorum esse cap. 1. §. fin. De success. fratr. vel grad. succ. in feud. vbi hæc. Si vero Dominus, vel alius beneficium defuncti nouum esse dicat, agnatus autem illius proximus paternum esse contendat, tunc onus probationis incumbit illi, qui nouum dicit. Igitur de tali iure feudum in dubio antiquum est presumendum. Quoniā verè in d. cap. hæc subiectuatur. Sed scio aliter pronunciatum esse; bonus enim Iudex, causa cognita, diligenter intuebitur, cuius potius iureiurando dirimenda sit bac quæsio, veroque felicet in probatione deficiente; idcirco huiusmodi verba occasionem praefitare Iureconsultis in dubium reuocandi, quæ superius disposita sunt. De qua re consule Cuiac. in d. cap. 1. Iason. in prelud. nu. 97. Tiraquell. in 1. retractu §. 3 2. nu. 21. & nu. 92. Alex. conf. 10. col. 1. lib. 2. Thom. de Marin. tom. 2. n. 30. Rosenthal. de feud. cap. 2. concl. 26. Krafft. de antiquit. tempor. par. 5. n. 4.

Vt autem paucis rem hanc absoluamus; explicamus hunc textum, ut nempè alias sit pronunciandum, quando Dominus possidet; eum enim in pari causa melior sit conditio possidentis, probatio ad eum spectat, qui non possidet. Quod si vasallus possidet, feudum præsumeretur antiquum adeò, ut ad Dominum spectaret probatio. Sic discurrit Andr. in d. cap. 1. num. 5. quæ omnes sequuntur, & conferunt ea, quæ dicimus in tis. si de inuestitura feudi controu. fuer.

Respondeo secundò, de iure Regni rem aliquaterr dubiam videri; siquidem lique iam

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 249

iani Imperatoris Federici Constitutio incip.
Si dubitatio, quæ vassallos in dubio vult de demanio; ibique Affl. n.8. inquit, possidenteum feudum, si is couuenitur coram Fisci procuratore, teneri concessionem sibi factam ostendere, idque ratione directi Domini, quod Rex in feudo habet, quæ omnia applicanda videntur in casu nostro; quandoquidem, si hic non prodest Baronis possessio, neque prodest debet, cum agitur de inquienda feudi natura.

Pro contraria verò opinione videtur facere idem Affl. ibid. n.5. qui ait, constitutionem illam disponere de hominibus habitantibus in terra Demanij, non autem de rebus. Eum sic loquentem audiamus. Quartò nota, quod prima facie ille textus videtur probare, quod de iure communi fundata est intentio Domini Regis, quod quicquid est in terra demanij, vel in territorio terra demanij, præsumitur, quod sit de demanio Regis, nisi probetur contrarium, scilicet quod sit priuata persona. Et tamen non est sic, quia iste textus solum hoc dicit, quod homines habitantes in terra demanij de iure communi præsumuntur, quod sint de demanio Regis, & pro hoc faciant omnia illa iura, quæ allegat hic Gloffa in ver. possessor; non ergo dicit, quod res, quæ sunt in territorio Demanij Regis, præsumuntur de demanio Regis; esset enim hoc contra multa iura. Quare refert, dixisse Andream de Barulo, se vidisse, nullam fuisse declaratam citationem quandam expeditam per Curiam Manfredi, quæ citauit quendam ad ostendendum, quo iure possidebat nonnulla castra, quæ ad Curiam pretendebantur deuoluta. Igitur, si constitutio isthac de hominibus tantum loquitur, nec ad res extenditur, locum sibi non vendicare videtur, cum inquiritur feudi antiqui, & noui natura, præcipue, cum strictè debeamus interpretari constitutiones, & ita, ut minus ius commune lèdatur, sed circumscripta dicta constitutione, reperio, Amicangelum in 5. quæstione, feudalii n. 13. afferentē, per cap. Regni, ex præsumptuose, agnatum non posse admitti ad successionem feudi antiqui, nisi euidenter de suo iure doceat. Vnde non datur in Regno feudum antiquum præsumptum.

Solet hic etiam queri, an feudum nouum refutatum dicatur antiquum in persona illius, cui refutatur: supèr qua quæstione decidenda non multum inmorabor, sed ex hoc usque dictis citò me expediam; nam, vel loquimur de iure communi feudorū, & iam feudum semper remanet antiquum in persona illius, cui refutatur, cum refutatio cadat in immediate successurum; ac proinde, si tanquam successurus possidet, illud retinet titulum antiquo, dum, ut diximus, in feudo novo non succeditur, nisi ex prouidentia

pacientis. Vel loquimur de iure Regni, & antiquum pariter appellabitur in persona illius, qui ut potè successorus illud acquirit, prout declaratum fuit per Pragm. 14. & 15. de feudis, de quibus supra meminimus. Cetera vide apud Isern. in c.1. Imperator Lotharius n. 5. Affl. in cap. 1. de vassal. decrep. etat. n. 41. ubi Anna n. 23. Frece. de sub feud. differ. 26. inter feendum hereditarium, & ex pacto. Loffred. conf. 3. n. 3. Annam filium conf. 39. n. 13. Rout. conf. 41. n. 14. & 15. vol. 1. & conf. 59. vol. 2. De Ponte de potest. Pro reg. tit. de refutat. n. 20. & 37. aliosq; recentiores passim.

Sed altercatio non leuis est, an, si feudum refutetur agnatis remotioribus, remaneat antiquum, & Affl. videtur sentire, quod sit nouum. Illum autem redarguit Rosenthal. c. 2. concl. 22. ea ratione, quia, sicut feudum refutatum in proximi successuri beneficium dicitur in eius persona antiquum, ita dicendum est, cum refutatur remotiori successuro, qui per consensum proximioris sit proximior. Hanc sententiam tenerem de iure communis feudorum; secus autem de iure Regni, cum per prefatas Pragmaticas statutum sit, ut per ilias tantum refutationes feudum remaneat antiquum in persona acquirentis, quæ sunt in proxime successuri beneficium.

⁷ Huc etiam reuocant Doctores quæstionē illam nimis profectō controversā, an feudū delicto perditum, remissa deinde culpa, dicatur antiquum, an nouum. Supèr qua nullum reperi, qui verioribus argumentis, feudum remanere antiquum, sustinuerit, quam Amicangel. in 5. quæst. n. 29. afferentem hoc, cum Dominus non petisset, nec acceptasset feudi deuolutionem, sive fore intelligendum Isern: ab Affl. in c. 1. de vassall. decrep. etat. n. 13. ubi Reg. Lanar. n. 59. canquam sibi met contrarium redargutum; nam, quicquid sit, an feudum deperdatur ipso iure; nihilominus tamen semper sententia iudicis declaratoria requiritur; alias dominium utile nū, quam dicitur consolidatum cum directo, ex pluribus allatis à Rosenthal. de feud. cap. 10. concl. 40. n. 41. & Scrad. part. 9. let. 9. n. 1. & 5. Quæ sententia declaratoria requiritur etiā per DD. in cap. Imperiale s. callidis. De prohib. feudi alienat. per Feder. ad auocandam feudi possessionem, si forte feudum ipso iure perditum prætenderetur. Alia vide apud Georg. alleg. 8. n. 11: & Reg. de Marin. ad Reuert. obser. 562. in fin.

Hæcque satis quoad primam hanc quæstionem. Quoad alteram verò de feudo hereditario, ex pacto, & prouidentia, sciendū est, feudum diuidi pariter in hereditariū, & ex pacto, & prouidentia.

⁸ Hereditariū illud est, quod alicui, eiusque hereditibus conceditur; hocque venit in peti-

tione hæreditatis, per *Gloss. in l. & non tan-*
tum ff. de petit. hæred. quam adducit Andr. in
cap. 1. in fine. Qui success. teneant. in cap. 1. post
n. 1. de alien. feud. pat. alijsque in locis cumulatis
per Jacob. de Franch. in prælud. feud. quest. 2. n.
108. Vnde in his feudorum generibus non
succedit, ni, qui hæres est, quamvis filius, vel
9 quilibet agnatus sit. Feudum verò ex pacto,
& prouidentia illud est, quod aliqui, & filii
conceditur, sicque absque filiorum consensu
à patre nequit in ultima voluntate alienari.
cap. 1. de success. feud. Andr. in cap. 1. de alien.
feudi patern. n. 10.

Hincque apparet, meliorem esse conditio-
 nem, si feudum sit ex pacto, & prouidentia,
 quād si sit hæreditarium, quia in primo ca-
 su, licet iij hæredes non sint, nihilominus in
 illo succedunt, & quæcunque alienatio absq;
 eorum consensu nulla est. In secundo au-
 tem casu oportet, ut necessariò sint hæredes,
 quarè queri non poterunt de alienatione
 feudi per defunctum facta, neque eam reuocare,
 licet hæredes sint, quia hæredes aliena-
 toris sunt; poterat enim defunctus illud
 alienare, in alijsque bonis eos hæredes insti-
 tuere, prout ad rem explicat Andr. in d. cap.
1. de alienat. feudi patern. num. 1.

10 Ex his per immediatam consequentiam
 deducitur, in feudis ex pacto, & prouidentia
 non opus esse, ut filii sint hæredes, prout no-
 biscum sicut Andr. in cap. 1. an agnatus: in tit.
 qui success. teneantur: in fine, tit. egdn. 7. i. it. qui-
 bus causis feud. amitt. n. 9. in: it. de alien. feudi
 pat. n. 1. alijsque locis, quæ retulimus in nostris
 dilucidationibus quest. 28. à nū. 8. ad 10. Quod
 limitauimus ibi, quotiescumque de patris
 iniuria ageretur; tunc namque filius neces-
 sariò hæres esse deberet, cum strictius hono-
 rem paternum tueri teneatur, ex d. cap. 1. an.
 agnatus, & docuit Andreas ibi s. vbi verò n. 4.
 Quod si dixeris, patris iniuriam semper ad-
 stare; respondeo, dato hoc, nihil in nos, si
 quidem non inde sequitur, id prouenire,
 ex propria natura feudi ex pacto, quod
 necessariò non exigit, ut succedens hæ-
 res sit, sed aliundè, quod materialiter se
 habet; cum potissimum negari nequeat, quin
 dari possit casus, quo filius in agnitorum
 beneficium patris hæreditatem repudians,
 illi iniuriam non inferat.

11 Ex duobus his feudorū generibus Docto-
 res tertiam quandam speciem efformant, cui
 nomen feudi missi tribuunt; siunt enim, hoc
 feudi genus retinere qualitatem ex pacto,
 quia descendantibus debetur, non exteris, &
 qualitatem hæreditariani, quia tenentur esse
 hæredes. Hac explicationem, quam nunc am-
 plectimur, satis supèrque reieci mus in dicta
 quest. 28. ea potissimum ratione, quia con-
 tradictoria inuoluit, quandoquidem, si suc-

cessores tenentur esse hæredes, iam quoque
 tenentur habere ratū defuncti factum; ergo,
 si defunctus feudum alienauit, nequibunt
 successores huiusmodi alienationem reuoca-
 re: si nequeunt reuocare, ergo feudum non
 fuit concessum defuncto, & filii ex pacto; si
 possunt reuocare, igitur non tenentur ratum
 habere defuncti factum, & consequenter non
 sunt hæredes. Quam consequentiā probat
 ex l. final. C. de pactis Minadous ad const. in
 aliquibus, inquiens n. 46. Nec mirum, quod ea,
 quæ ex pacto debentur, non dicantur hæredita-
 ria, quia hæreditas pacto dari non potest. Ergo
 non possunt simul stare qualitas hæreditaria,
 & ex pacto.

Ad quod argumentum licet responderi
 soleat, successores teneri quidem ratum ha-
 bere defuncti factum, quatenus se extendit
 ad bona burgensatica, non autem feudalia,
 quorum respectu non dicuntur hæredes, sed
 in ijs ex pacto succedunt; diximus tamē, feu-
 dum non specificari à bonis burgensaticis:
 quarè, quamvis successores sint hæredes in il-
 lis, non tamē inde feudum dicetur habere
 qualitatē hæreditariam, sed potius bona
 burgensatica dicentur hæreditaria. Præter-
 ea, filius, quoties agitur de uitanda patris
 iniuria, succedens in feudo, quod sua natura
 sit merè ex pacto, tenetur esse hæres patris in
 burgensaticis; & nihilominus tamē feudū
 erit ex pacto, & prouidentia, ergo, quod suc-
 cessor sit hæres in burgensaticis, non operatur,
 ut feudum dicatur nullum; & sic, vel ab ini-
 tio fuit ex pacto acquisitum ius tam defun-
 cto, quia filii; & appellabitur ex pacto;
 adeoq; poterunt filii alienationē per defun-
 cto factam reuocare; vel nullum fuit ac-
 quisitum ius, cum datum fuerit defuncto, &
 hæredibus; & hoc casu dicetur hæreditarium,
 & successores non poterunt alienationem re-
 uocare, sed ea tahtum, quæ forte supererint,
 tanquam alienatoris hæredes retinere.

12 Hinc, cum in Regno ferè sépèr inuestitu-
 ra sit huiusmodi. *Damus feudum tibi, & hæ-*
redibus ex tuo corpore legitimè descendantibus,
apud iurisperitos hæsitatio orta est, an feuda
sub tali inuestitura hæreditaria sint, an autē
ex pacto, & prouidentia. Pro qua re edidi-
mus longam illam questionem 28. in nostris
dilucidationibus, quam nunc rejecimus; iu-
habit verò hic summam prælibare ea, quæ
non breui calamo ibi degustauimus.

Et quidem *Napodanus in consuet. Neap.*
incip. & si testator; verb. disponere, omniū
primus dixit, in Regno feuda esse omnia
hæreditaria, cum concedantur hæredibus ex
corpore legitimè descendantibus, ex cap.
Regis Caroli II. incip. Considerantes. Hunc
deinde ferè omnes sequuti sunt, præcipue
Loffred. cons. 1. & 46. Affl. decis. 240. num. 10.
de

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 251

de Franch. decis. 5. & 387. Minadous in consl.
in aliquibus post n. 30. Reg. de Marin. lib. 2. re-
sol. quotid. cap. 86. Marcelius Marcian. consl. 8.
tom. 2. n. 11. aliisque recentiores.

Verum Napolani, eiusque asseclarum
opinionem confutat Camillus Salernitanus,
cuius dicta in supracitata nostra quæstione
retulimus, & duodecim argumenta adaptar-
imus ad probandum, in Regno, in quo
viuitur iure Francorum, omnia feuda esse
ex pacto, & prouidentia, quod posset proba-
ri duobus præcipuis argumentis.

Primum esset, quia in Regno non suc-
cedunt æqualiter omnes filii, qui alias hæredes
sunt, sed tantum primogenitus ex prouiden-
tia concedentis, adeò, ut ab initio concessio-
nis ius in feudo dicatur acquisitum primo-
genitis tantum, secundogenitis exclusis; er-
go feuda in Regno sunt ex pacto, non autem
hæreditaria.

Alterum esset, quia de iure communis feu-
dorum filii, salua sexus prærogatiua, suc-
cedunt in feudo, nulla patris dispositione ma-
nente: cap. 1. de succ. feud. sed per Constitutio-
niem, ut de successoribus, cæteraque iura, per
quæ de iure francorum succeditur, illud ius
non corrigitur, quatenus disponens, ut nulla
sit patris dispositio, prout expressè inter cæ-
teros sensere de Ponte consl. 20. n. 6. vol. 1. &
Consiliariis Stab. junior cent. 1. resol. 99. n. 8.
ergo etiam de hoc iure succedunt filii, nulla
manente patris dispositione, & sic possunt
venire contra patris dispositionem: quare
nullo modo veniunt cum qualitate hære-
ditaria.

Et hinc videri poterit, errasse Minad. ad
consl. in aliquibus post num. 30. afferentem, feu-
dum dici hæreditarium, cum primogenitus
succedit, & fortius errasse Rouitem in Prag.
4. de feudis, cæterosque eis asseclas, qui, ut
contraria argumenta aufigerent, huiusmodi
feuda appellarent mixta. Quæ si hæreditaria
appellarentur, quia hæredibus dantur,
explicaremus oportet ly, hæredibus, filiis,
vel, si sensus hic immittere non artideret, di-
cere deberemus, in Regno esse hæreditaria
feuda, quatenus primogenitus dicatur hæ-
res in feudo tanquam in legitima sibi iure
primogenitura debita, ex Vinc. de Franch. de-
cis. 1. circa finem. Cæterum quævis alia expli-
catio erronea videri prima facie posset.

Hinc in d. mea dilucidatione 28. defende-
bam Affl. contra Reg. de Marin. & siebam
Barones viuere quidem in Regno iure Fran-
cico, & nihilominus omnia feuda dici hære-
ditaria, nec qualitatem hanc hæreditati-
am destrui à qualitate ex pacto, quod
multis probabam à n. 28. ad 33. cum alias
filiis in feudo ex pacto teneatur else hæres
patris, quoties agitur de eius iniuria. Quod

non proprio marte diximus, sed verba An-
dreae in cap. 1. q. ubi verò n. 4. de alienat. feudi
pact. retulimus, eumque voluimus auctorem.

Quare addebam deinde explicationem
quandam, qua probabam, qualitatem hæ-
reditariam in Regno non excludi per qualiti-
atem ex pacto, his verbis n. 42. Cum igitur
feudum dicatur primogeniti legitima, adeoque
bæres in fendo ratione successoris sibi ex pa-
cto, & prouidentia concedentis debita, merito
huiusmodi feuda in Regno appellanda sunt
hæreditaria, non quatenus excludant qualita-
tem ex pacto, & prouidentia, sed potius, qua-
tenus ab illa originem, qualitatemque hære-
ditariam trahant. Quare bene diximus, rigore
iuris attento, feuda esse in Regno hæreditaria,
non tamè simpliciter, sed ex pacto, modo vi-
delicet à nobis explicato, cum secus explicari
nequeat, quomodo in Regno feuda dicantur
hæreditaria, & in ijs succedatur iure Franco-
rum, per quod ea ex pacto, & prouidentia ap-
pellantur. Nam explicationem, licet nullibz
repererim, consonam tamè arbitror vera in-
vestitura in Regno, &c.

Aduenit deinde Dom. de Luca, & in obser-
vat. ad decis. 1. Vinc. de Franch. n. 11. afferens
à me Affl. defendi, ait, Nihilominus de-
fenditur nouissime per D. Ioann. Bapt. Mucci
quest. forens. 28. à n. 17. ubi tentat probare
qualitatem hæreditariam haud naturam feudi
ex pacto destruere, ex cap. 1. de alien. feud. ubi
filius nequit repudiare allodium, in quo est in-
stitutus, & capere feudum ex pacto ad conser-
vandum honorem patris, & nihilominus feu-
dum sit ex pacto. Theodor. alleg. 22. n. 7. à quo,
vel alio, (notate) Mucci desumpit argumen-
tum, omisso auctore.

Ac si necessariò argumentum hoc, quatenus
à me esset expositum, fuisset à Theodo-
ro desumendum, vel ab alio, non proprio
marte. Sed qualenam fuerit meum argu-
mentum, iam retuli; nunc autem, quale sit il-
lad Theodori, scribimus. Sed aportet, ut il-
lad verbum, (& hæredibus) dirigatur, non ad
feudum, sed ad personas, nempe, ut descendentes
habeant feudum præcipuum ex prouidentia
primi acquirentis, & nihilominus ad decus
ipfius primi acquirentis, eiusque successorum,
teneantur esse hæredes ultimi decadentis, non
quidem in feudo, sed in alijs bonis: & hinc di-
citur feudum mistum. Videte igitur per ve-
stram fidem, an tale sit argumentum, quo
ego vslus sum in dicta dilucidatione.

Fuit ergo deceptus Dominus de Luca,
non à propria natura, sed à quodam alio, ut
accepi, ad recentiores quoquo modo impu-
gnandos. Quod clarè patet in duobus alijs
locis, videlicet ad decis. 77. n. 1. ubi. Quicquid
involuat D. Mucci quest. forens. diluc. 24. n. 6.
ubi, ut respondeat huic decisioni, ait ibi, quod

bac decisio suas patitur difficultates; dici etenim posset, &c. in quo loquitur, salua pace (notare) sine fundamento, & contra iura expresa, in quibus innixa est decisio, & tamē examinavi decisionem Vincentij de Frenchis per eadem iura, quæ ibi adduxit, ad quæ Dominus de Luca nullo prorsus modo respondens, ita loquitur, ut vidistis. Necnon ad decif. 87. n. 4. vbi hæc ait. Ex Prag. 1. de feudis, quam allegat D. Mucci quest. 40. vbi immerito carpit Gizzarellum, dum primogenitus nibil dedit de suo, quando sororem dotavit pro fendo paterno, & deinde, quamvis excludatur per secundogenitum, non debet dotari soror ratione exclusionis, quæ non est causa præstationis paragi, nisi concurrat successio ascendentis, & Gizzarelli opinionem defendit Montanus de Regal. in pralud. nu. 24. &c. Et tamē Gizzarellum nec carpare, nec illudere somniaui, cum in dæna quæstione hæc dixi n. 18. Sicque patet, secundum casum nostræ distinctionis non esse omissum in constitutione, prout scriptit Gizzarellus, cuius lapsus è clarius apparet, quod voluerit causam finalem originis vita, & militia fuisse scrutium militare, non autem exclusionem a successione. Nam, cum constitutions Regni fæminas in masculorum defectum aduocent, cumq; dotem ipse trahant, attento etiam valore feudalium proper eorum successionem, isto in casu militare cogerentur, &c. Ex quibus, ut dixi, iam apparet, ut cetera loca deseram à me non visa, Dom. de Luca, à quodā alio, ut audiui, deceptū ad tam audacter scribendum, ut patet etiani ex ijs, quæ contra alios scriptores scriptit; cum ceterum impossibile sit, ut tam dignitas Sacerdotalis, quām ætas, in qua reperitur, nec non optimia eius indoles id suaserint. Vnde non potui non reprehendere nonnullos, qui de eo malemereri, vel somniaiant, vel audebant; cum enim aliquid mali apparenter inspicimus, nou eris auq;orem appellabimus hominem bona præditum natura, sed aliis procul dubio supponendus. Vnde idem Dom. de Luca vir quidem omni ex capite amabilis in 2. 3. & 4. parte observationum, calatum retraxit, adeò ut dicere non dubitarem, quin, verba ea, ceteraque, si sint male concepta, ex errore Impressoris processerint. Hac dixi, ut, quæ sentirem, pro palarem; duyc ad rem nostram.

Post hæc igitur ibi scripta, & hic matruus perpensa, aliter lentire arbitratus sum; nam, ut verum fatear, diu medium quæbam ad probandum, feuda in Regno esse hæreditaria, quamvis viuatur iure Francorum, adcoque posse illa in agnitorum præindictum alienari, prout re vera videntur quotidiè, alienari, eorumque alienationes in dies vila absque agnitorum oppositione.

sustineri, dum, qui aliter sentiret, prouerbuc usque nos sensimus, contra proximam inueteratam arenam sulcare, nec super nonnullis quæstionibus sute discurreret.

Dicimus igitur, in Regno omnia feuda esse hæreditaria, quamvis in ijs viuatur iure Francorum; adeòq; solus primogenitus succedat, quia, licet in huiusmodi feudis uequeant succedere extranei, qui imò non omnes filii, sed tantum primogenitus, tamē feuda dicentur hæreditaria, quatenus successor nequeat contra defuncti factum venire.

Sed statim dices, ex his potius videri concludendum, feuda dici mista; siquidem, quatenus successor nequeat contra defuncti factum venire, dicentur hæreditaria, quatenus vero solis primogenitis debeantur, dicentur ex pacto, & prouidentia, igitur erunt mista, quæ varijs ex rationibus dari negauimus.

Evidēt fateor, me feuda mista negasse ob repugnantiam, quam feuda hæc pròpter qualitates, quas continent, videntur exercere; nunc vero vnam cum alia temperemus necesse est, cū sic quoq; colores misti non repugnat; dicimus ergo dari feudu mistu, quod solis primogenitis debeatur pacto, modò isti non veniant contra defuncti factum. Quare pactum illud, non modo uniuoluit primogenitaram, sed etiam non contrauenientiam facto defuncti; vnde pactum hoc non videtur contradictionem inuoluere.

Sed urgebis, ergo in Regno feuda erunt mista, non hæreditaria. Respondeo, quæstione posse esse de mero nomine; nam re vera sic se habent feuda in Regno, cum in illis succedant primogeniti, qui tamē nequeant reuocare alienationes a defuncto factas, dummodo interuenierit Principis assensus, ut dicemus suis locis; non tamē sunt simpliciter hæreditaria, ita ut veniant petitione hæreditatis. Quod nemo hucusque ausus est dicere. Quod autem in Regno vocentur hæreditaria larga significatiō, nil mirum, cum ratio esse possit, quia denominatio desuntur à parte nobiliōri; iam vero, cum nomen hæredis nomen honoris sit, nobilius est, esse aliquem hæredem, quām successorem ex pacto; adeoque quid mirum, si feuda dicantur in Regno hæreditaria, non autem ex pacto? Præterea, quia feuda debentur successione, & qui succedit, hæres dicitur, meritò feuda dicuntur hæreditaria; sed, quia sumus in quæstione de mero nomine, illam quæsto Nominalibus deferamus discutiendā.

Hinc notandum, bona antiqua in districtu huius ciuitatis aliqualem similitudinem habere cum feudis ex pacto, & prouidentia. Dixi, aliquale; nam feudatarius nequit disponere de huiusmodi feudis in ultima voluntate.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 253

luminate; nec per contractum inter viuos in agnatorum præiudicium; sed pater in distri-
ctu Ciuitatis; licet nequeat disponere de medietate bonorum antiquorum in ultima volun-
tate in filiorum præiudicium; potest quidem per quemcunque contractum, dum-
modo non fiat in fraudem vocatorum, ex
s. apod. in consuet. & si testator: num. 5. & seqq.
in Gloss. verbo, disponere. de Francb. decis. 435.
De Ponte cons. 3. & qu. 1. Molfes. part. 3. qu. 1.
num. 2. alijsq; Doctoribus communiter. Dat pulchram rationem Napod. in consuet. & si
testator: num. 13. circa medium, quia scilicet
consuetudo Neapolitana consultit successio-
nibus, non dat filiis bona ex pacto, prout
Princeps dat feuda. Vnde non immixtò il-
la locum habet in successionibus tanquam; sic
que quoad dispositionem in ultima volun-
tate factam pari passu ambulabunt feuda-
ex pacto, & prouidentia, & bona antiqua;
ad eoque filius poterit ratam non habere dis-
positionem medietatis bonorum antiquorum
in testamento factam per patrem, quamvis
simpliciter adeat hereditatem patris cum
inventario, vt ex de Francb. in decis. 486. nu-
mer. 9. & decis. 5. 18. num. 2. 12. & seq. arguit
Staibani. resol. 127. num. 22. cent. 2. Et quem-
admodum secundum multorum opinionem,
vt diximus, filius tenetur esse heres in allo-
dialibus, ad hoc, vt feendum ex pacto & pro-
videntia consequatur, ita etiam agnati tenen-
tur esse heredes ultimi decedentis, vt na-
medietatem bonorum antiquorum habeant, vt vno
ore fassi sunt omnes iij, quos refert, & sequi-
tur Staibani dicta resolut. nu. 17. Vnde Salern.
ad consuet. si aliquis veniens scripsit, non posse
filium medietatem tanquam in re speciali ei
debitam petere, reliquam vero repudiare,
quicquid sit, si, patre aliter disponente per
ultimam voluntatem, possit filius capere bona
ab intestato, quo casu pater decederet
partim testatus, partim intestatus, vt ex
Napod. in d. consuet. & si testator, vers. & si per-
veniat, aduerit. Reg. de Ponte cons. 5. 3. num. 22.
vol. 1. eo prorsus modo, quo satis repetet
feendum ex pacto, & prouidentia per patrem
alienatum, quo etiam casu feudatarius dice-
tur decedere partim testatus, partim intesta-
tus, prout huiusmodi paritatem perpendit
idem de Ponte ibid. num. 20.

14 Ea vero difficultas est, an pater ex iustis
causis possit filium exhæredare, & excludere
à medietate bonorum antiquorum ad ipsum
spectante. Et quod nequeat, probari videa-
tur ex concludenti ratione; siquidem, si pa-
ter non potest de illa medietate disponere in
ultima voluntate, nequit consequenter ab il-
la filium excludere, cum iusta exhæredatio-
nis causa recipiat bona per ipsum quæsita;
aliam posset pater filium exhæredare, & ex-

cludere à bonis, quæ aliunde ad illum spe-
ctant, puta per fiduciam commissum, donationem,
cæterasque huiusmodi dispositiones, quod
dicendum non est. Nec curandum de verbis
consuetudinis, si aliquis moriens, vbi hæc. Ve-
ræ potest pater, & mater filios exbarare,
& in totum a sua successione excludere, si iusta
causa exbarationis fuerit, cum ea loqua-
tur tanquam de medietate, de qua anteā sic
sermo fuerat. De reliqua medietate potest dis-
ponere pro suo arbitrio voluntatis; quod si testa-
tor in vita sua expensas aliquas fecerit pro uno
filiorum, potest alios in testamento suo adequa-
re, si vult: post quæ verba sequuntur illa alia,
Verum &c. Nec obstat particula illa, in to-
tum, cura sermo sit de tota medietate, quod
patet per ly, in sua successione, cum propriè
medietas sit sua plenæ; alia vero obnoxia cō-
suetudini; nam, si mancipia, quæ habet Do-
minus venalitatem, non dicuntur sua, ex l. seruos
71. delegas. 3. de qua re diximus nos in nostris
dilucidationibus quæst. 29. quantum fortius non
dicuntur sua bona, quæ subiacent restitutio-
ni? Non ergo dicendum, ly, sua, in consuetu-
dine positum esse ab re, sed ut nosceretur, illa
loqui de medietate, quæ vere sua est.

E contraria vero quod possit pater exhære-
date filium, eumque excludere ab omnibus
bonis antiquis, suadetur ex eo, quia, vt opti-
mè Napod. ad d. consuet. & si testator, in verb.
disponere num. 9. circa medium, medietas hæc
bonorum antiquorum respectu proximiorū
habetur tanquam tertia respectu filij; vnde,
si filij ex iustis causis priuantur tertia, debent
proximiores iisdem causis priuari medietä-
te bonorum antiquorum. Quod, vt clarius
imotescat, supponendum est, consuetudinem
in postremis verbis superius relatis dispo-
nuisse, vt in totum possit filius à patre exhæ-
redari; & sub ly, in totum, comprehendendi om-
nia bona antiqua, quorum dimidietas, voluit
consuetudo, vt deueniret ad proximiores ex
pacto, vt ab illis posset pater iustis causis fi-
lios excludere exbaratione; par enim erat,
vt dum pater in uno grauabatur, dum de
medietate testari nequivat, in altero releva-
retur per filij submissionem, vt sic loquar, qui
videns, posse in totum exhæredari, debitam
patri obedientiam prestare cogitur; sicque,
dum consuetudo claris verbis loquitur, om-
nis interpretatio patri odiosa remouenda
est, & concludendum, per patrem posse filium
excludi ab omnibus bonis antiquis ex cau-
sis à iuribus permisissis, media exbaratione.

Quamnam ergo opinionem dixeris ve-
tiorem? profectò vitramque probabilem, eam
vero tutiorem, quam usus comprobat. Ego,
vt meum sensum aperiam, hanc secundam,
tanquam æquoren, non improbarem.

Hæcque etiam satis quoad hanc secundam
que-

questionem. Quoad tertiam verò patet responsio ex dictis in hac secunda questione, quæ coineidunt cum explicatis hic per *Saxelicium* initio decisionis; siquidem satis vidimus, posse agnatum reuocare feudi ex parte & prouidentia alienationē factam absq; suo consensu, licet cum assensu Principis.

15 At verò, cùm agitur de reuocanda alienatione feudi hæreditarij, prout in Regno nostro, non potest illam reuocare tanquam agnatus, sed tantum ex defectu solemnitatem, scilicet Regij assensus &c. circa quam reuocationem

16 De iure communi feudorum certum est, amitti feudum, & pretium, si illud alienetur absque Domini directi assensu, ex cap. 1. de *Vassall. qui contra consti. Lothar. feendum alien. vbi Andreas, & DD. omnes. Superuenit deinde constitutio. Diua Memoria*, quæ contrahentibus facultatem concessit alienationem proprio iure reuocandi, posthabito facto proprio, contrà quod venire possunt; hæcque facultas concessa est tamen venditori, quam emptori, ut post alios contrà *Frece. de sub feud. lib. 2. auditor. 1. 5. à regnocolis scripsit Reg. de Ponte de potestate Proreg. tit. de assensu Reg. super dor. 9. 1. post n. 36.*

Quod si contrahentes non carent alienationem reuocare, Rex in Regno nostro, si præuererit, litemque fuerit contestatus aduersus eum, in quem fuit feendum translatum absque assensu, feendum repetet, illudque vassallus amitteret, ut docuit *Andreas in d. cap. Et in const. Diua memoria*, cuius doctrinam communiter comprobata est in *Reg. de Ponte ibid. n. 11.*

17 Ex his dubitatur, infra quod tempus possit vassallus reuocare feudi alienationem, quo elapso, valeat Rex feendum repetere: & *Andr. in d. cap. 1. tempus iudicis arbitrio remittit; ceteri verò ex eodem Andrea annum statuunt, ut videre est apud Io: Vinc. de Anna in repetit. const. Diua memoria à n. 25 8. Reg. de Marin. resolut. iur. tom. 1. cap. 1 24 1 29. Et 234. Alia vide in dilucidatione decis. 105.*

Sed, quicquid sit de huiusmodi opinionibus, certum est, in Regno nostro tempus reuocandi alienationem incipere à die post bieannum concessum per *Regiam Sanctionem* 23. sub tit. de feudis, ad obtinendum priuilegium assensus in forma *Regia Cancellariae*; adeoq; si die illa vassallus non reuocet, posse Dominum directum feendum repetere, sive que nullum præualebit iudicis arbitrium, dum tempus præfixum est ad obtinendum assensum, quo elapso, locum sibi vendicabit constitutio, *Diua memoria*. Fallitur ergo *Motanus in L. Imperiali n. 196. lit. K.* inquiens, nos esse statutū tempus ad reuocandum: sed maior difficultas est, quisnam dānum pa-

ti debeat, emptore feudi, an venditor; etenim, repente Domino feendum ex defectu assensus, feendum amicitur, & pretium, ut diximus, ex d. cap. 1.

18 Pro hac difficultate dissoluenda varijs distinguendi sunt casus; nām, vel Dominus repete feendum defectu assensus non obtenti per verbum, fiat, & tunc dānum sentiet venditor. Probo hoc ratione tradita per *Motanum loc. cit. n. 198.* quia id accidit culpa venditoris, qui tenebatur utile illius rei dominum transferre in emptore forma valida, quod transferre non potuit, nisi remouendo obstatum iuris prohibitiui per assensum domini directi.

Vel dominus repete ex defectu assensus nō obtenti in forma *Regia Cancellariae*, vel non registrati, quibus casibus est locus reuocationi, ut ex d. *Pragm. scripsierunt Capiblanc. ad Pragm. 4. de Baron. cap. 21. n. 4. tom. 2. De Marin. resol. iur. cap. 1 23. n. 17. tom. 1. Tapia decis. 8. n. 12. De Ponte lib. 1. conf. 3. n. 19. conf. 5. n. 23. 34. Et seqq. Et conf. 6. lib. 2. *Marcian. disp. 30. n. 35. tō. 2. Consiliar. Staib. resol. 1. n. 24. 30. 1. Rouit. ad Pragm. 20. de feundis fine. Aff. decis. 335. n. 15. alijque; & tunc etiam venditor dānum sentiet, ex eadem ratione, & ex dispositione d. *Prag. 23. de feudis*, vbi sic. Ut nō prius decurrat tempus præmissa faciendi, quam ipsi consignatum fuerit priuilegium Regij assensus: igitur, si emptoribus feudorum consignandum est priuilegium, aperte sequitur, venditorem debere illud consignare, ut verè remoueatur valida forma obstatum iuris prohibitiui.**

Nec dicas, hoc secundo casu non esse locum repetitioni, cum nequeat Dominus feendum repete, sed sufficere, ut obtineatur assensus per verbum, fiat, quicquid sit, si possint contrahentes alienationem factam reuocare; nām responsio in proprio est; siquidem arbitrator ego, hanc difficultatem sublatā esse per eadē *Regiam Sanctionem*, cum illa post biennium statutum ad obtinendum assensum in forma *Cancellariae*, hæc subdat. Statuimus etiam, Et mandamus, quod tamen prædicta, quæ alia quæcumque, quæ sunt pro forma adimplenda post Regum assensum, si non fuerint infra tempus præfixum adimplenta, Et habitus fuerit recursus ad nos pro dispensatione, non obstante lapsu temporis, quod dispensatio prædicta summa fortior effectum, quando, re integra, hoc fiat, Et cetera præiudicium alieni iuris, Et Regij Fisci. Unde, si fisci præiudicium consideratur, certum est, hoc posse evenire, cum petita fuerit dispensatio, intentata forsitan prius per fisicum repetitione feudi, ex defectu assensus nō obtenti in valida forma, ut annuit *Rouit. ad pragm. 1. de fide memor. num. 6.*

Hic quamvis *Reg. Tapia in decis. 3. Sacri Con-*

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 255

Conf. numer. 5. dicat, ad emptorem spe-
ciale expeditionem assensu in forma cancel-
lariae, cum onus acquirentis sit, non alienan-
tis, perfectam venditionem curare suis sum-
ptibus, ex *Iul. Claro in §. emphyteusis*: *quest. 23.*
n. 4. qui alio proposito loquitur, ut ibi vide-
re est; contraria tamen opinio tenenda, cum
acquirens ea tantum ad perfectam venditio-
nem curare debeat, quæ ex parte sua depen-
dent. Nam verò dominij translatio dependet
à venditore, qui, si nolit, nunquam dominium
transferet; sicque feudarius, non remouen-
do obstaculum, non dicetur illud transferre,
ac proinde ad pretium tenebitur.

Vel tandem Dominus repetit ex defectu
præstationis iuramenti fidelitatis, & ligij ho-
magij, & assecurationis vassallorū: quo ca-
su locus est reuocatiōni, ex *Reg. de Ponte de*
poreft. *Pro reg. tit. de Kegalib.* *Impos. n. 15.* &
16. & *conf. 67. lib. 1. Marciā. cōs. 37. lib. 1. Mar-*
cian. disp. 31. n. 28. Rouit. ad Pragm. 1. n. 4. de fi-
de memorial. & *ad Pragm. 23. n. 9. de feud.* *Ta-*
pia decif. S.C. 3. Amat. conf. 69. alijsque; nec
non Domino directo præueniente, Feudatu-
rius feudum amittit, ut idem *Tapia decif. 3.*
à *n. 43.* & nos fusè dicimus in *repetit. cap. 1.*
qua sit prima causa benefamitt. cum hæc om-
nia sint pro forma adimplenda, ut per d.
Prag. 23. exponitur, ibique per *Rouitum*, &
tunc emptor damnum sentiet, cuius intere-
rat adimplere ea, quæ post perfectam vendi-
tionem sequuntur, ut consideranti patet.

Tribus his controversijs explicitis, quar-
tam tandem, & principaliorem aggredimur,
quomodo scilicet permitta sit agnato reu-
19 *catio alienationis vigore prælationis*, quæ
quidem impropiè dicitur reuocatio, cum a-
gnatus non impugnet alienationem, quin-
imò comprobet, ut dicemus, sed tantum ab-
eo, in quem facta est alienatio, retrahat, licet
largo modo possit dici reuocatio alienatio-
nis, quatenus scilicet agnatus velit retrahen-
do reuocare alienationem qua facta in ex-
traneum ad sui beneficium. Qua supèr re-
miremur oportet modestiam *Regentis Sanfe-*
licij, qua opinionē *Regentis Capyc:latro* tran-
scribit, non impugnans, & *Regent. Capyc:la-*
tr. qui consult. 27. & seq. refert *Sanfelicij* sen-
tentiam, nec eam impugnat. Verum, ut no-
stro fungamur munere, dubitandum non est,
quin opinio *Sanfelicij* recepta præualeat, ex
eaque argumenta *Capyc:latro* corruant. Pro
qua re dilucidanda, recolenda sunt ea, quæ
20 ipsem *Reg.* ait in *princ. decisionis*, nempe,
agnatum duplice iure posse feudum aliena-
tum reuocare, iure prælationis, & successio-
nis. De hoc ultimo suprà egimus; quare est
sermo de primo tantum iure.

21 Ut igitur ab ouo incipiamus, ius hoc præ-
lationis, quod reuagum vocant, triplici ex

capite prouenire potest, & alicui competere,
ut doctè ait *Reg. de Marin.* *lib. 2. resol. quotid.*
cap. 117. ex directo dominio, ex vicinitate, ex
sanguine. De duobus primis non est hæc ser-
22 mo, sed de ultimo; Quarè videndum est,
quonam iure competat alicui ius retrahendi
ratione sanguinis. Et quidem legibus Mo-
ys. Retractus obseruatus est, ut constat *cap.*
25. Lexit. vbi hæc. Si attenuatus frater tuus
vendiderit possessiunculam, & voluerit propin-
quus eius, potest redimere & *Ruth. cap. 4. ibi.* Si
vis possidere agrum iure propinquitatis, eme, &
posside. Quæ loca præstiteré nonnullis apud.
Tiraquel. de retratt. lignag. in prefat. num. 8.
occasione asserendi, retractum esse iure di-
uino introductum, quos ipse ibi impugnat.
Sed, quicquid sit de hoc, certum est, ius re-
23 tractus secundum tertium caput esse intro-
ductum, saltē de iure ciuili Romanorum,
ex iuribus expressis in l. 2. ff. de priuile. creditor.
& l. Imperator. ff. de pactis; licet retractus,
qui à constitutione nostri Regni, *Sancimus*,

24 admittitur, sit reprobatus à iure communi
in l. dudum C. de contrah. emption. Quod ob-
seruauit idem de *Marin. loc. cit. num. 5.* Quæ iu-
25 ra sequuntur sunt Consuetudines feudales idē
statuentes in feudis, ut in *cap. 1. §. Titius: si de*
feud. defunct. & *cap. 1. §. sed etiā res: per quos*
sunt inuestit.

Et licet nonnulli DD. voluerint, ut huius-
26 modi consuetudines loquantur de feudis ex
pacto, & prouidentia, non autem hæreditarijs,
int̄ quos ij sunt, quos recenset *Capyc.*
latr. d. consult. num. 11. hoc tamē, vel falsum
est, ut optimè voluerunt DD. rescripti à *Sa-*
felic. hic num. 17. de Ponte decif. 11. num. 10. &
Rouit. in d. decif. Reg. de Ponte à num. 71. vel
mirum videri non debet, cum nullum repe-
riatur ius loquens de feudis hæreditarijs, quæ
forsè consuetudinibus feudalibus nota nō
fuere, ut notarunt *Camerar.* alijsque Feudistę
relati à *Salern. in consuetud. Neap. à ncip. in bo-*
nis qu. mariti, cuius nos meminiimus in *no-*
stris dilucidationibus quest. 28. num. 55.

Hinc quatuor potissimum fundamentis
extenderunt DD. dispositionem iurium feu-
dalium ad feuda hæreditaria.

Primum est, quia etiā feudum hæredi-
tarium continet qualitatem paci, cum illud
debeat agnatis, licet non qualitate hære-
ditaria, non autem quibuscumque hæredi-
bus; & licet *Capyc. latr.* videatur responde-
re ad hoc fundamentum, inquiens, differ-
re int̄ se feuda simplicitè hæreditaria, &
mista; hocque argumentum militare tantum
in feudo misto; nihilominus tamē argu-
mentum non soluitur. Doctores enim infe-
runt ex hoc, dum feudum hæreditarium da-
tur agnatis, considerari rationem sanguinis;
yndē, si ratio sanguinis inducit retractum, vi-
detur

detur retractus militare etiam in feudo hereditario. Quod argumentum meo iudicio est demonstratio.

Secundum est, quia agnatus, reuocando alienationem iure retractus, non dicitur contravenire factio defuncti, cum reuocet, viuentem alienante, non vigore inuestitur, sed vigore agnationis. Nec solutio Capycy latro facit ad rem supponetis teneri agnatum, viuente alienante, habere ratum eius factum; quandoquidem hereditas viuentis non datur, nec agnatus reuocat alienationem, ut alienationem, sed modum alienationis, scilicet, tanquam factam non agnato, existente agnato.

Tertium est, quia hoc adeo verum praefert, ut agnatus, non solum non impugnet alienationem, immo illam firmet, sed tantummodo petat prælationem super venditione, quæ tanquam venditio perfecta est, sed imperfecta ratione termini, cui illa sit. Nec verum est, quod ait Capyc. latr. scilicet retrahentem semper impugnare alienantis voluntatem, cum alienans formaliter non intendat, nisi alienationem ipsam, quicquid sit, si materialiter, & per consequentiam intendat terminum alienationis, illum scilicet, cui illa sit. Vnde retrahens subingreditur locum eius, cui fuit facta alienatio, tanquam agnatus; nec proinde alienans conqueri poterit, cum quod intendit, habeat, nempe alienationem, nec alienanti proderit, aut obseruit, alienationem fieri in Titium, sive in Semproniu, nec alijs lex nostra de consequentibus curat, vulgatis iuribus.

Quartum est, quia eadem ratio militat in feudi ex pacto, quæ in feudi hereditariis; hanc autem rationem, licet alij vellint, esse imagines maiorum, nos tamè subdamus, rationem sanguinis; sicque cessabunt omnia, quæ in hoc arguento nedit Capyc. latr.

His argumentis aliud negamus, quia feuda hereditaria pro iure retractus vel participant rationem feudorum ex pacto, vel rationem bonorum burgensticorum: si participant rationem feudorum ex pacto, iam vidimus, super illa adesse ius retractus; si rationem bonorum burgensticorum, iam vidimus, supra illa etiam ius retractus cadere; igitur quocunque vertamur, dum, tam de iure Romanorum, quam feudorum, militat retractus, semper opinio Regentis Sanfelici preualebit.

Iactis his argumentis, reliquum est, ut breuissime Capycijlatro dicta soluamus. Et principio dici posset contra illum, non esse yndique turam opinionem asserentium, in feudo nouo ex pacto locum sibi non vendicare ius retractus, cum, ut vidimus, ius re-

tractus detur, tam in burgensticis, quam in feudalibus ratione sanguinis. Vnde materialiter se habet, rem esse nouam, vel antiquam. Sed esto contrarium, vt in sequenti dilucidatione, id militabit, quia immerito videtur considerandum ius sanguinis in ea re, quæ maiorum non fuit; non autem, quia potest quilibet de feudo novo ad libitum disponere in agnatorum præiudicium, cum sic neque in rebus burgensticis locum sibi vendicaret retractus, dum de ijs quisque liberè potest disponere; sicq; , cum ratio, quarè in feudo novo fortè non militat ius retractus, non trascendat per feuda hereditaria, sequitur, non ex eo, quod in feudo novo ex pacto non habet locum retractus, nec habere locum in feudo hereditario, quod alijs equi parari potest eidem feudo novo ex pacto.

Secundò non obstat, multos DD. non vsos fuisse nomine prælationis, sed reuocationis, loquentes de feudis; quarè prætendi possit, reuocationem spectare super feudis ex pacto, & prouidentia, & post mortem alienantis; nam duplex est reuocatio, vt optimè Sanfelius; altera, quæ fit vigore inuestitur; altera, quæ fit vigore sanguinis; sicque, si in feudo hereditario non habet locum prima, habebit hæc postrema, hacque distinctione, quæcumque in contrarium argumenta dissoluuntur.

29 Vadè infertur contraria ea, quæ ait Capyc. Latr. conf. 28.n.42. ius reuocandi alienatione feudi in vita alienantis non oriù eo, quod agnatus post mortem alienantis vendicabit feendum; quod si ita se res haberet, utique ius hoc reuocandi non haberet locum in feudo hereditario, quod non vindicat agnatus post alienantis obitum, si ritè facta sit alienatio, prævio Principis assensu, sed oriù ex iure sanguinis, quod dictat, rem aliquam potius agnato, quam extraneo vendendam. Nec

30 assensus domini operatur, vt nequeat agnatus feendum repetere, pretio soluto, quandoquidem, quemadmodum assensus Domini non efficit, vt nequeat agnatus feendum alienatum repetere post mortem alienantis ablo; pretij solutione, si illud sit ex pacto, & prouidentia, sic idem non operabitur, vt nequeat agnatus illud repetere, viuente alienante, pretio soluto, cum utrobique militet idem ius sanguinis, licet primo in casu tendat ad successionem, ac proinde absque pretij solutione, altero vero ad retractum, & pretio soluto, quod aduertendum, ne terminorum confusionis nos à vera distinctione à Sanfelicio tradita auertat.

Hæcque sati de voluntaria venditione: alia uberrimè dicimus in nostra Ariadna, vbi articulos disputamus, hic verò officio dilucidandi tantum fungimur. Cetera de-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 257

venditione sub hasta necDEMUS in alijs subsequentibus dilucidationibus. Alia vide apud Reg. de Marin. 2. resol. cap. 116. & ad Reuert. obser. 22. & Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 57. affrentem infinitis propemodum DD. inter cetera, dari prælationem agnato in feudo hereditario mixto, quod innumeris decisionibus seruatum testatur: nec non Consiliarium Roccum tom. 2. resp. 6. adducentem decisione R. C. qua denegata fuit prælacio in calu, quem ipse refert, eo quod feudum erat nouum, & non interuenerant requisita ad prælationem, quæ qualia sint, vide apud illum; eundemque consule in resp. 99. vide pariter Reg. de Marin. alleg. 127. omnesque quos refert Dom. Altimar. ad cons. 21. Roniti tom. 2. Ex quibus omnibus Doctoribus, præcipue illis innumeris, quos adducit Gizzius loc. cit. colliges, si standum esset numero Doctorum, quo videtur ut pro sua opinione Capyc. Latr. sententiam Sanfelicij esse iam canonizatam à tot sequacibus. Sed præstendendo à Doctoribus, videbis apud Gizzium infinitas decisiones, & denique rationes inconcussas. Vnde imponi posse, arbitror, perpetuum silentium, quicquid aliter senserit Rofa consult. 28. num. 11. & seqq.

S V M M A R I V M :

- 1 Prælacio iure retractus competit in rebus allodialibus, quod multis probatur.
- 2 Prælacio iure retractus competit in ijs bonis, quæ fuerunt subiecta fideicommissio, quod in aliqua linea tandem finem habuit.
- 3 Subrogatum quandoque diversum parit effectum ab eo, quem peperit id, in cuius locum illud subrogatur.
- 4 Ius retractus, quod competit consanguineis, non est sublatum à constitutione Regni, Sancimus.
- 5 Vicini preferuntur consanguineis in retrahendo rem venditam.

DILVICIDATIO DECIS. CI.

VIdimus in antecedenti dilucidatione; ius retractus competere etiā pro feudo hereditario. Hic autem videndum superest, an prefata prælatio iure retractus cōpetat in rebus allodialibus; & vt in antecedenti dilucidatione diximus, pro affirmatiua opione, quam sequutum est Sacrum Consilium, tanquam æquā, adduximus textum in l. 1. de priuil. credit. vbi hęc. Cum bona ve-neant debitoris in comparitione extranei, & eius, qui creditor, cognatus sit, potior habetur creditor, cognatus, nec non extum in l. Imperator ff. de pactis vbi, si creditores pacti sint partem ex bonis, licet ab extraneo conse-

qui, rationem habendam prius necessariarū personarum, si idonea sint. Addit Reg. Sanfelic. l. si in emptionem ff. de minor. vbi, si in emptionem pendit se collatam minor additione ab alio supereretur, implorans in integrum restitutionem, audiatur; si eius interesse, emptam ab eo rem fuisse approbetur, veluti quia maiorum eius fuisse: ita tamē, vt id, quod ex licitatione accessit, ipse offerat venditori. Et l. qua tutorum C. de admin. tueor. vbi in s. nec verò, non vendi iubet res minorum ex affectione. Ibi. Nec verò domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor crevit, in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut renulas videre, satis est lugubre. Vnde ex hac ratione à textu considerata ius retractus militabit pro agnatis. Ex quibus iuribus non nimis audax erit, qui asseret, ius retractus militare de iure Romanorum, quod fundari poterit auctoritatibus, quæ videri possunt apud Traq. tract. de retr. lignagier.

Tota verò difficultas stat in videndo, an aliqua sit inducta correctio à l. dudum C. de contr. empt. & Reg. Sanfel. nullam arguit correctionem. De qua lege vide Claram in prefat. de retr. lignag. n. 22.

Ego autem, vt quamcunque effugiam correctionem, illi legi alium præstabo sensum; cum enim dicitur. Sed quia gravis est iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt bonitas de rebus suis facere aliquid cogantur immitti, sermo est tantum de rebus suis, quæ scilicet ab ipsis nouissime acquisitæ fuerunt, non autem de ijs, quæ fuere maiorum; & licet hęc etiam bona dici possint sua quoad dominium; talia dici nequeunt quod ad ius retractandi, quod considerat bona, quatenus maiorum fuerant; hacque ratione forsitan feuda noua, ceteraque bona burgenstica, quæ antiqua non sunt, retractui non subiacent.

Verum, vt etiam in opinione contrariū sentientium discurramus, illud vtique notandum arbitror ex Sanfelicio hic num. 6. bona allodialia subiacere retractui, quoties illa subdita fuerunt fideicommissio, quod tandem in aliqua linea finem habuerit; tunc namque ea bona subiacent retractui; siquidem, quemadmodum testator ex amore in ea bona fideicommissum construxit pro proximioribus, ex eodem amore ea obtinebunt agnati virtute fideicommissi, tanquam expirati, saltē vi sanguinis, pretij solutione, cum amor continuet quodammodo innixus rei ipsi, quam testator adeò dilexit, vt illam proximioribus in fideicommissio vocatis conseruari edixerit; sicque saltē hac æquitate ea debentur agnatis, vt lex scilicet continuatione trahat in agnatos defuncti amorem; hacque distinctione quæcunque iura conciliantur.

Kk

Et

258. Io: Baptista Mucci Lib. I.

Et licet Consil. Rocca tom. 2, resp. 8, contra-
rium decisum referat per S.C. iunctis aulis, prauia magna altercatione; id tamè forte
evenit, quia S.C. dignouerat lapsum fuisse,
tempus ad prælationem petendam, ut idem
Roc. super lapsu termini discurrit; præter-
quam quod palatum illud, super quo præ-
latio petebatur, venditum fuit, quia nec-
faria reparatione indigebat; pretium vero
subrogandum erat loco palati; ac proinde
pretium remanebat onere fideicommissi af-
fectum. Vnde, si agnatus capax prælatio-
nis fuisse super re illa, tanquam in subiecta
fideicommissio, decretum S. C. quo subro-
gatum fuit pretium loco illius, continuisset
contradictoria; siquidem, subrogato pretio
loco rei, rem ipsam adhuc eo onere affectam
voluisset, prælationem concedens. Qui ca-
sus diuersus est, cum non venditur res subie-
cta fideicommissio, ut pretium loco rei subro-
getur, sed venditur ab aguato, quia fidei-
commissum expiravit in eius persona; tunc
enim adhuc in illa re consideratur affectus
ratione vinculi; vnde, licet expiratum sit vin-
culum, non expiravit per subrogationem
alterius corporis, in quo potuit let migrare
amor antiquus, sed per defectum lineæ, qui
non operatur, ut cum illa expiret affectus.
Quæ duo bene ponderanda, & distinguenda
sunt; quandoquidem, licet utroque in casu
expiret fideicommissum; diuerso tamè mo-
do expirat; nam in casu relato à Consil. Roc-
co expirat super illa re, in cuius locum sub-
rogatur pretium; quare per huiusmodi sub-
rogationem singitur, rem illam nunquam
fauisse Maiorum fideicommittentium; vnde
impunè alienari poterit, sive, quamvis du-
ret adhuc affectus ille naturalis; subrogatio
tamè ex legi fictione nullum considerat
affectum, cum nullum consideret vinculum
respectu intrinseci esse rei; merito igitur præ-
latio locum sibi non vindicat; at vero, cum
fideicommissum expirat, non ex defectu rei,
sed lineæ, res ipsa, in cuius locum nulla alia
res subrogata est, non definit esse Maiorum
fideicommittentium, licet definat esse subie-
cta oneri fideicommissi; vnde adhuc lex ipsa
considerat affectum ipsum explicatum à l. lex,
qua tutorem C. de administ. tutor; sive præ-
latio concedetur agnato petenti rem, qua
semper dici valet Maiorum, nulla legis ficio-
ne interveniente, qua illam per alterius rei
subrogationem è Maiorum commercio sub-
stulit.

Hinc collige, in Regno nostro à constitu-
tione, Sancimus, nō esse sublatum retractum,
quod competit consanguineis, ut putavit
Roc. tom. 2, resp. 99. n. 7. ex Affl. & alijs, quos
citat; nam, licet consanguinei non admittan-
tur ad ius congrui, si fuerint etiam coniua-

ti agro vendito, adeòque præferantur cæte-
ri vicini, ut scripsit idem Affl. ad d. constit. n. 36.
nihilominus tamè non inde fit, ut non ad-
mittantur ad ius retractus, si res non aliena-
ta sit vicini, sed alijs. Quæ duo diuersa sunt;
nam esto constitutio admittat, & præferat
vicinos consanguineis, qui agro coniuncti
non sint; non tamè ex his tollit ius retrac-
tus, quod consanguineis competit aduersus
alienationē factam in beneficium extraneo-
rum, qui rei venditæ vicini non sint. Falsua
est ergo, dictam constitutionem substulisse
ius retractus; nec credendum, Sanfelicum,
si res ita se haberet, adeò hebetem fuisse, ut
id ignorasset. Quarè dicendum, ius retrac-
tus, tunc locum sibi viedicare, cum non
adest, qui rem venditam petat iure congrui.
Cætera ad materiam vide apud eundem
Roc. d. resp. 99. & in nostra dilucidatione
106.

S V N M A R I V M

- 1 *Consanguineus retrahens debet soluere pre-
tium ab extraneo oblatum, dummodo nulla
intercedat fraus.*
- 2 *Coniecturis vtendum est ad dignoscendas fran-
des interuenientes in pretio pro iure congrui.*
- 3 *Fraudis coniectura est in materia iuris con-
grui, si pretium augetur ab oblatore post pe-
titam prælationem.*
- 4 *Oblatio pretij aucta in materia iuris congrui
post petitam prælationem non præsumitur
fraudulenta, ni nimis exorbitans fuerit.*
- 5 *Oblatio aucta post prælationem petitam iure
congrui non semper arguit fraudem.*
- 6 *Oblatio maior post perfectam venditionem
nequit subsistere.*
- 7 *Oblatio maior facta à novo oblatore post peti-
tam prælationem iure congrui non arguit
fraudem.*
- 8 *Retrahens debet soluere omnes sumptus factos
ab emptore.*
- 9 *Successor singularis non tenetur stare prima
locationi factæ per antiquum Dominum.*
- 10 *Colonus antiquus nequit stare facto per nouum
emptorem, & è contra, nec nouus emptor fa-
cto per antiquum colonum.*
- 11 *Successor universalis debet omnino stare fa-
cto antecessoris.*
- 12 *Redimens vigore termini ad redendum an-
teneatur stare locationi factæ per primum
emptorem.*
- 13 *Emptor, pendente termino ad redendum,
fruitur re ex voluntate venditoris.*
- 14 *Redimens habet illud tatum arbitrium refra-
natum, quod nascitur, vel à lege, vel à pacto.*
- 15 *Singularis successor necessarius non tenetur
stare locationi factæ per primum Domi-
num.*

Mulier

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 259

- 16 *Mulier in casu l. si filio familias s. si vir in quinquennium: eur teneatur cauere pro interesse.*
- 17 *Mulier i n casu l. si filio familias, duplice ratione tenetur cauere, sed diversa secundum diuersam lecturam.*
- 18 *Retrahens feudum non tenetur stare locationi factae per dominum antecessorem.*
- 19 *Iura primi emptoris, aduersus quem retrahit rem posterior, dicuntur estineta.*
- 20 *Iure datoris resoluto, resoluitur ius acceptoris.*
- 21 *Emptor nil transfert in retrahentem, & quare.*
- 22 *Cessionarius quando teneatur stare locationi factae a cedente.*
- 23 *Retrahens rem nullo modo dicitur successor primi emptoris.*
- 24 *Emptor reddit tantum feudum retrahenti, non vendit.*
- 25 *Retrahens debet soluere pretium iuxta appretium faciendum per Tabularios Neapolitanos tempore exequutionis sententiae, si iudicatur fuerit petita pralatio.*

DILVICIDATIO DECIS.CII.

Habet hæc decisio, data prælatione con-sanguineo, debere hunc pretium soluere æquale oblato ab extraneo, dummodo nulla intercesserit fraus, vel collusio; secùs verò de iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, quo attenditur pro congruo appretium factum per Neapolitanos appretiatorres.

Quoad primum latè scripserunt Capyc. latr.consult. 106. omnino videndus, qui multos adducit D.D. Theodor. alleg. 92. vbi multa, Marciannus disp. 38. num. 6. qui alios refert, de Marin.lib. 3. alleg. 82. aliisque infra citandi. Cum autem in dies hominum malitia crescat, arbitror etiam, difficillimè posse fraudes effugi, parique difficultate posse probari, eas interfuisse. Vnde recurrentum erit ad coniecturas, intèr quas illæ erunt, scilicet, vt agnatus videat, an res illa tanti emi potuerit ab extraneo, vel ad delicias, vel ad commoditatem, vel ad securitatem eu-
tionis, cæteraque huiuscmodi, quæ iudicis arbitrio regulam præbebunt; nec modica-
erit coniectura fraudis, cum post petitam
prælationem augetur pretium; tunc namque nullo modo de huiusmodi augmento ratio habenda est secundum doctissimum Episcopū de Afflito controvrs. iur. resolut. in appendic. ad cap. 20. cuius dicta intelligas procedere,
cum oblato fuerit adeò iustum pretium ex-
cedens, vt præsumatur fraudulentè facta,
cum alijs certum sit, oblationem auctam post
prælationem petitam non sufficere ad arguē-
dam fraudem; nec te terreat decisio Colla-
teralis Consilij relata à Rouito ad Pragm. 63.

- de offic.proc.Cæsar. num. 27. de qua sermo est
6 apud Ep. Affl. loc. cit. siquidè loquitur de ob-
latione maiori post perfectam venditionem,
quo casu certum est, eam non subsistere in
præjudicium eius, cui prælatio competit,
cum videatur animosa, & fraudulenta; quā-
doquidem poterat oblato offerre maiorem
summam, antequam venditio perficeretur;
vndè, si passus sit, venditionem perfici, non
poterit deinde petita prælatione, maiorem
offerre summam.

Limitarem quoque dicta Ep. Affliti, quo-
ties oblato fieret ab alio oblatore, nec à
7 priori, dummodo facta non sit fraudulentè;
quià tunc, quamvis excedens sit, non præsu-
mitur frans; siquidem obijci nequit, cur
ante à minorem summam obtulerit, dum
nullam obtulit.

Quod si apparebit, nullam ex his adstare
causam, similemque, qua moueri potuit em-
ptor ad pretium maius estimatione offeren-
dum, res æstimabitur, & agnatus, quanti
æstimata est, soluet. Quod summam exqui-
rit prudentiam.

Cæterum teneas generaliter, retrahentem
debere soluere pretium æquale oblato ab
extraneo; & quamvis Lanar. in add.ad Reg.
patruum in cap. 1. s. sed etiam res: Per quos
fiat inuestit. num. 46. contrarium senserit, vo-
lens, vt prælatio in feudis agnato proximiori
competat pro pretio iusto, non pro eo ab
alio extraneo oblato, & interuertens sensum
textus in d. S. cum etiam res, quod idem sen-
tire videtur Episc. de Affl. loc. cit. vbi, referens
Laganarij fundamenta, non audet illum se-
qui, ex difficultate articuli; nihilominus
tamè Consiliarius de Rosa consult. 27. à num.
19. fusissimè contrà Lanarium scripsit, eiusq;
argumenta soluit, ita vt nil amplius adden-
dum nunc, putem. Quin imò in calee con-
sultationis, quam scripserat pro Ill. Mar-
chione Paglieti suo Cliente, testatur, incidi-
se articulum hunc disputandum poste in
S.C. in aula, in qua ipse residebat, in causa
Illustris Marchionis Cammarotæ cum eius
creditoribus, & fuisse admissam prima vice
opinionem Lanarij, pro qua fuit quoque
allegatum responsum qu. Reg. Jo. Camilli Ca-
cacij imprestum in d. alleg. 82. à Reg. de Ma-
rin. qui scripsit pro Illustri Duce Hadriæ in
causa Iuliæ Nouæ contrà d. alleg. 92. Theodo-
r. qui pro contraria scripserat opinionem.
Verum, interposita reclamazione per credi-
tores, & articulo solemniter discusso cum
tribus adiunctis, & cum interuentu Domini
Præsidis S.C.D. Felicis Lanzina, y Vloa
viri moribus, & doctrina perspicui, fuisse
revoatum primum decretum iuxta à se ibi
scripta.

Nec deserendum, quod in simili ait Gayl.
K k 2 lib.

lib. 3. obseru. 19. n. 8. relatus à Capyc. latr. d. consuls. num. 23. nempe, soluendos esse emptori omnes sumptus ad id in contraactu factos; quinimò addo ego omnia dona, dannaque, quę passus est emptor, esse estimanda, illique ab agnato eorum premium soluedum, dummodò legitimè probata fuerint; non enim damnum sentiet emptor, si nullum obtinebit lucrum,

Hic autem opportunè queri solet, an retrahens rem, sive burgensaticam, sive feudalem, teneatur, quemadmodum omnes reficere expensas, aliaque superius exposita, ita etiam stare locationi facte per primum Dominum; cuius questione occazione explicari etiam solet, an, & quando stare etiam teneatur emptor, vel singularis successor. Vnde, cum questionem hanc nimis vtilem arbitremur, licet illam breui examini supponere,

Singulares successores, quales sunt emptores, & legatarij, non teneri stare primum locationi facte per antiquum Dominum, certum est ex evidenterissimis iuribus in l. qui fundum 35. ff. locati, & conducti, & in l. emperorem 19. C. eod. Ibi enim Iureconsultus haec. Qui fundum colendum in plures annos locauerat, decessit, & cum fundum legauit, Caius negavit, posse cogi colonum, ut cum fundum coleret, quia nihil heredis intercesset; quod si colonus vellet colere, & ab eo, cui legatus esset fundus, prohiberetur cum herede actionem habere colonum, & hoc detrimentum ad heredem pertinere &c. Imperator autem haec iubet. Emperorem quidem fundi necesse non est stare colono, cui prior Dominus locauit, nisi ea lege emit. Ex quibus iuribus edocemur, quemadmodum nouus emptor non tenetur stare colono, ita nec colonum teneri stare emptori. Haec autem dispositio cessat in successore vniuersali, qui debet omnino stare facto antecessoris. l. viam, veritatis. C. locati,

Hinc quam maximè miror, nonnullos Doctores, quos videre est apud Tiraquell, de retractu conventional. Gloss. 1. §. 3. n. 14. & Mastrill. decisi. 5. n. 5. docuisse, redimentem vigore re termini ad redendum, sive pacti de retrovendendo, teneri stare locationi facte per primum emptorem, ea ratione, quia, cum emptor interim re fruatur ex voluntate venditoris, qui redimento impediret eum frui. l. si vir. ff. de prescript. verbis, videtur ex quādam consequentia etiam ex eiusdem voluntate eam locasse; quam maximè, inquit, miror, dum, si ratio haec vrgerer, iam redimens teneretur stare huiusmodi locationi, modica, quinimò repudiata sub penione facte colono, ex negligentiā, vel prodigalitate emptoris; igitur, vt hoc, & similia euitemus absurdā, dicendum est, emptorem ex voluntate quidem venditoris frui re vendita; adeoque

ex eiusdem voluntate locare, cum locatio etiam fruitio sit; sed fruitionem hanc nō esse illimitatam, verum coartari ad tempus dominij, ut scilicet tamdiu perseverent fruitio, & locatio, quamdiu dominium stat penes frumentum, quo perempto, locum sibi vendicent iura superius adducta; sicque hoc etiam casu concludendum, redimentem nos teneri stare locationi facte per primum emptorem.

Et licet vrgeri queat, redimentem, qui non redemit rem, antequam primus emptor illam locasset, quique alias redimento poterat locationem impedire, videri tacite consentisse locationi, respondetur, illum non habere aliud arbitrium refrēnatū ad redendum, nisi quod nascitur ex lege, vel pacto; vnde, si infra tempus statutum redimet, plenum illius rei dominium consequetur, nec proinde cēsabitur renunciatio iuri, quod habebat ex novo dominio non standi locationi facte per primum emptorem, cum non ex eo, quod tunc non redemit, comprobauerit, quicquid per accidens sequitur ex non redemptione; nam non redemptio hoc solum operatur, ut nequeat tunc vti iure, quo poterit in posterum vti per redemptionem.

Vnde non ab re concludendum, nullum singularem successorem necessarium teneri stare locationi facte ab eo, cui ipse succedit contra communem omnium opinionem in l. diuortio ff. soluto matrimonio, per l. ff. filiofamilias s. si vir in quinquennium ff. eod. ut videri poterit apud Mastrill. d. decisi. 5. n. 10. Cancer. variar. resol. tom. 1. cap. 14. de locat. & conduct. n. 21. Nam Doctores omnes fundantur in d. s. si vir in quinquennium, quo loci Iure consultus ait, si vir locauerit fundum in quinquennium, & post primum annum diuortium sequutum sit, fundum non esse reddendum mulieri, nisi cauerit se restituturam quicquid intereste subierit maritus propter locationē vnius anni, sed virum debere etiam cauere se restituturam mulieri quicquid consequutus fuerit ex locatione propter primum annum. Ex qua dispositione evidentissimè colligimus contra Gloss. in verbo vnius anni, cum Paulo de Castro in d. s. in principio, fructus illius anni spectare ad mulierem; hacque caula virum, si propter cautionem ab uxore non prestatam fundus non fuerit penes illum, teneri cauere quicquid anno illo fuerit consequutus, sed eadem evidentia colligimus contra Paulum de Castro ibidem, non ideo mulierem teneri cauere pro intereste, quia tenetur stare locationi facte per virum, quia locatio per virum facta fuerat in quinquennium, & ipsa non tenetur cauere, nisi pro primo anno, ergo ex hoc textu potius deducitur, mulieren nō teneri stare locationi per virū facte, quicquid sit, si alia ex causa pro loca-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 261

locatione primi anni teneatur cauere, quæ qualis sit, mox dicetur: interim, ne videamur ad nos proprio marte verba textus traxisse, illa fidelissimè referamus. Hæc iureconsultus. Si vir in quinquennium locauerit fundum, & post primum forte annum diuortium interuererit, Sabinus ait, non alias fundum mulieri reddi oportere, quæ si cauerit, si quid propter (notate) unius anni locationem maritus damnatus sit, id se præstirum esse, sed & mulieri caendum, quicquid propter primum annum ex locatione vir consecutus fuerit, se ei restituendum.

Ratio autem, cur mulier pro primo anno teneatur cauere, duplex esse potest, sed diuersa; nàm, si legimus sic ultima verba textus, Quicquid præter primum annum ex locatione &c. dicendum, fructus primi anni, sequuto diuortio, spectare ad virum propter onera, prout sentit *Gloss.* in d.s. si vir in quinquennium ver. unius anni, contrà quam nos sensimus cum *Paulo de Castro*, adeoque secundum hanc leturam concludendum, nil mirum, si pro primo anno mulier teneatur cauere; si vero sic legimus. Quicquid propter primum annum, alia incedendum via, quæ utrique legitura poterit esse communis; etenim, siue fructus illius anni sequuto diuortio, spectent ad virum, siue ad mulierem, hæc ideo debet cauere, quia pertinet ad eius virum, ut pro primo anno fundum teneat colonus, qui vel prædia coluit, vel ad culturam preparavit, secundum *Baldi doctrinam in d.l. emptorem*, quam refert *Mastrill. d. decif. 5. n. 15.* secundum quam apud illum sic diiudicavit senatus, causa discussa; aliosque relatos à *Pascal. de vir. patr. potest part. 4. cap. 6. n. 2.* & quanius virgeri possit, quandoque pro eo anno nec prædia coli, nec ad culturam preparari, respondet, legem nostram adaptari ad ea, quæ frequentius accidentunt; sicque nobis non esse tot casus fingendos.

Sed, quicquid sit de successore singulari necessario, in quem res ex necessitate transfertur, ut ex præmissis ad questionem propositam respondeamus, dicimus, non teneri retrahentē stare locationi factæ per primum Dominum. Quæ opinio videtur esse cōtra *Tiraq. loc. cit. n. 14.* licet ille re vera questionem tantum proponat, ast quinam eius sit sensus, nobis non aperiat; nobiscum vero sentiunt omnes ij, qui distinguunt inter successorem per translationem juris, & successorem per iuris extinctionem; de qua distinctione consule *Mandell. in conf. 108. n. 1. Cacheran. decif. 82. n. 3. Surd. decif. 40. de Franc. decif. 216. n. 5. Guid. Pap. decif. 408. Mastrill. in d. decif. 5. Ricc. in addit. ad d. decif. Vinc. de Franchis*, & in puncto *Pascal. d. cap. 6. n. 30.* Et ratio est, quani tradunt omnes Doctores

& signantè *Pascalis*, quia sunt extincta iuria primi emptoris, aduersus quem retrahit posterior, qui non est successor necessarius, neque successor per translationem iurum, sed tantum per extinctionem; unde subintrat regula, quod, resoluto iure datoris, resoluti ius acceptoris.

Et profectò primus emptor nil transfert in retrahentem, qui vere dicitur emere à primo venditore; quandoquidem, si primus emptor ius transferret in retrahentem, hic feudum, non retraheret, sed potius à primo emptore emeret, quæ duo longè diuersa sunt; quinimò, licet retrahens diceretur feudum emere à primo emptore, neque tenetur stare locationi per illum factæ ex d.l. emptorem; nec obstat posset, primum emptorem transferre ius in retrahentem; nàm, esto, vt dixi, retrahens ab illo emere diceretur, primus emptor transferret quidem ius, quod habebat, sed ius diceretur extinguum in sua persona; alioquin nouus emptor teneretur stare locationi factæ per primum Dominum contra dispositionem d.l. emptorem.

Quando autem dixerunt DD. successores per iurum translationem teneri stare locationi factæ per Dominum antecessorem, non intelligere poterant de venditione, sed de ea cessione, quæ fit translatione, non extinctione, puta, cum alicui ceditur ius, quod cedens habebat super colono, vel quocunque alio; tunc enim cessionarius tenetur stare locationi factæ à cedente, nec diuersum ius habet super colono, vel alio quocunque ab eo, quod habebat cedens.

Hæc autem obiter dicta sint, cum tantam dotem nostro casui dare non cogamur, siquidem, qui retrahit, nullo modo dicitur successor primi emptoris, sed dicitur, & bene, siunguis successor venditoris, cum primus emptor respectu retrahentis se tollat è medio, & retrahens dicitur uti iure retractus aduersus emptorem, quo iure medio, emit à venditore eo modo, quo contra ius retrahens emerat primus emptor, qui reddit tantum, non vendit feudum sibi venditum. Unde, si res ita de haberet, retrahens nullo modo succedit emptori, sed venditori, ac proinde non dicetur singularis successor emptoris, & consequenter omnia emptoris iuri, omnesque locationes, media redditione, evanescent. Articulus hic, ut audio, pendet iam decidendus.

Quoad secundum, quoniam legem habemus expressam, videlicet, consuetudinem in rip. Si quis emit, qua disponitur, ut retrahens soluat pretium iuxta appretium factum ab appretiatoribus Neapolitanis. Ibi, prout appretiatum fuerit per appretiatores Neapolitanos, id

id circò controuerti solet tantummodo, cùm quis iudicialeter retrahit, quodnàm tempus attendendum sit in appretio, tempus petitionis, vel litis contestatè, an autem exequutionis sententia hìc autem habemus deci- sum, attendendum tempus exequutionis sententia. At, quia variè hinc indè decisiones oriebātur, emanauit decisio S.C.iunctis consiliarijs quatuor aularum, qua per modum legis statutum est, vt attendatur tempus exequutionis sententia, vt videre est apud Rot. dec. 24. Reg. Sanfelicium dec. 108. de quan- nos ibi, vbi alios, aliaque adducemus.

S V M M A R I V M .

- 1 *Prælatio datur in venditione sub hasta agna- to.*
- 2 *Prælatio datur etiā cuicunque agenti iure congrui supèr re vendita sub hasta.*
- 3 *Vniuersitas admittitur ad demanium, vendita terra sub hasta.*
- 4 *Demanum nequit peti, nisi infrà annum à die captæ possessionis ab emptore.*
- 5 *Tempus statutum ad petendum demanium, non currit, pendente inter ciues dissentione, quod probatur.*
- 6 *Demanum potest peti etiā post annum, si cines, metu aliquo legitimo probato, illud ante non petierint.*
- 7 *Fraus tutoris, & creditorum nequit pupille præjudicium parare.*

DILVICIDATIO DECIS. CIII.

- 1 **D**ecisio hæc edocet, dari prælationem in venditione sub hasta, & necessaria, contrà plurimos contrarium sententes, intèr quos, præter relatōs à Sanfelicio, sunt Capyc. latr. consuli. 27. num. 21. & cons. 96. num. 34. alijque relati à I. hor. ad Reg. de Pon- se in dait. de promis. fier. sol. §. 1. num. 21. & à Dom. Altim. ad cons. 21. Roniti tom. 2. num. 13. in fine.

Pro hac autem decisione faciunt Reg. de Ponte decif. 11. num. 15. qui contrà Schrade- rum contrarium sententiam scripsit, De Frä- ch. decif. 277. num. 1. 482. & 588. Rosenthal. conclus. 58. num. 42. Cenc. decif. 186. post tra- statum de censibus, Capyc. latr. dict. consult. 96. num. 35. qui contrà à se scripta refert decisionem editam, Dom. Altimar. loc. cit. & Reg. de Marin. ad Reuer. decif. 278. qui hoc iure vti S.C. testatur. Vnde de opinione Regentis Sanfelicy non amplius puto dubitandum.

- 2 Quarè ex his collige primò, nō solum aqua- to concedi prælationem hanc in revendita sub hasta, sed etiā cuicunque agenti iure congrui, vt benè Vinc. de Franch. in d. decif. 277. & 588. num. 1. Benedell. de iure prothom.

pag. 26. num. 22. alijque apud Ricc. ad Vinc. de Franch. d. decif. 588.

- 3 Collige secundò eadem ratione obiter, vendita terra sub hasta, posse Vniuersitatem ad demanium adnuitti, vt, nemine discrepāte, decisum refert Reuer. d. decif. 278. Sed no- ta, demanium hoc peti non posse, nisi infrà annum à die captæ possessionis per empro- rem, etiā per viam restitutioñis in integrum quocunque modo, ex Pragm. 63. §. 1. & 5. de offic. procur. &c. & rationes reddit Ronit. ibi, variaque necit omnino videnda, ad dignoscendum, quonam modo Vniuersita- tes admittendæ sint ad huiusmodi beneficiū, & an illo gaudent, cùm alteri Baroni ab aliquo Barone venduntur, aliaque ad mate- riālē nullo prorsus modo deferenda.
- 4 Vnum tamè aduertamus velim; orta intèr ciues dissentione, & controuertia, an ad demanium proclament, nec ne, penden- te huiusmodi dissentione, non currere tem- pus à Regia Sanctione statutum ad restitu- tionem in integrum petendam. Quod eu- dens est ex paritate eorum, quę aiunt Petr. Cyn. Bald. & alij in l. contrà maiores C. de in offic. testam. & milliès practicatum refert Ronit. loc. cit. num. 12. scilicet, si, post captam possessionem per emptorem, lis incidat intèr illum, & venditorem, pendente lite, non currere tempus statutum: igitur idem di- cendum in casu proposito.

Non officit primò, si dicatur, item hoc casu non afficere Baronem, sed Vniuersitatē, quę nullum Baroni præjudicium parare va- let; siquidem respondeatur, nec discordiam intèr ciues posse Vniuersitati inferre præju- dicium, sed tantum conclusionem validè factam.

Non officit secundò, si dicatur, silentium ciuum per annum à die captæ possessionis per Baronem posse prædicare Baronī; sic etiam discordiam: quandoquidem respon- detur, adhuc per silentium denotari com- munem omnium ciuum consensum dema- nium non petendi; at verò, cùm intèr illos lis oritur, non adeſt communis hæc mens; adeòque illa pendente, non currit terminus statutus.

- 6 Quod idem dicas, si, perterriti ciues em- poris auctoritate, demanium non expo- stulent; tunc namque, probato metu, etiam post annum, si metus post annum perseue- ret, admittendi sunt ad demanium, cum etiam contractus metu factus rescindatur, vel, si magistratus, alijque ciues blandis persuasionibus, muneribusque à Barone in- ducti sint ad non petendum demanium; tunc namque certi iuris est, fraudem Baro- nis, & ciuum non posse Vniuersitati præ- judicium inferre, quemadmodum fraus tu- toris

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 263

toris, & creditorum nullum pupillo prægrediū inferre potest: ex quibus casibus ceteros resolues, si incident. Alia verò dicimus in dilucidatione decis. 107. quæ est propria sedes.

S V M M A R I V M .

- 1 Venditio sub hasta dicitur perfecta, facta deposito à licitatore.
- 2 Pralatio super feudo hereditario nono non datur.
- 3 Pralatio non datur agnato in venditione voluntaria, nisi consumata venditione, & tradita.
- 4 Retentio non competit agnati creditoribus promeliorationibus post decretum possessionis in ultimi licitatoris beneficium.
- 5 Possessio licitatori nequit impediri, emanato decreto possessionis, praetextu meliorationum.
- 6 Possessio non potest impediri, etiam antè decreta possessionis, licitatori, praetextu meliorationum, & quare.
- 7 Pralatio non datur domino feudi venditi sub hasta, emanato decreto possessionis.
- 8 Pralatio dasur mulieri super feudo dotali etiā post obtentum decretum possessionis ab ultimo licitatore.
- 9 Vir, licet fructus percipiat iure dominij, nequit fundo dotali praividicium inferre.
- 10 Hypotheca creditoris anterioris an, & quando censeatur extincta.
- 11 Creditor emens rem sub hasta an extinguas aliorum creditorum posteriorum hypothecas, late discutitur, & conciliantur opiniones.
- 12 Venditio sub hasta dicitur perfecta, quamvis possessio sequuta non sit.
- 13 Oblationes nrae, an, & quando recipi possint, latissime exponitur.
- 14 Minor, & Fiscus, quomodo diversificantur à priuatis quoad nouas oblationes faciendas.
- 15 Oblationes ultra sextam quomodo, & in quibus casibus recipientur.
- 16 Oblationes nouæ semper recipienda sunt in concurso creditorum.
- 17 Oblationes nouæ semper recipienda, cum recipi possunt, & quare.

DILVICIDATIO DECIS. CIV.

Habet hac decisio, remanso feudo ad extinctum candela vltimo licitatori, qui deinde decretum possessionis obtinuit, quamvis post huiusmodi decretum contradixissent possessor, & vendor agnatus aduersus licitatorem, eo quod premium anterioribus soluendum depositasset; vnde licet eis retentio, tam ratione agnationis, quam crediti, & possessionis; sive nihilominus traditam possessionem

licitatori, ea præcipue ratione, quia, facto per illum deposito, perfecta dicenda erat venditio, postquam nulla competebat ceteris prælatio, potissimum interposito decreto possessionis super feudo hereditario novo, in quo prælatio non datur, de quo diximus in antecedentibus dilucidationibus. Super qua re scripserunt Episcopus de Affl. cap. 20. contr. iur. resol. præcipue à num. 42. ad 47. quem omnino vide, dum decisionis huius meminit, inquiens præcipue, Dominos de Cauaniglia apud Sanfelicium hic petiisse, vel retentionem terræ venditz, offertentes quantitates anterioribus debitas, vel prælationem D. Michaeli, tanquam creditori, & agnato, & à primo fuisse exclusos, eo quod ius offerendi non competit, nisi usq; ad litis contestationem super exequitione rei iudicatz, & per viam purgationis morz usque ad sententiam, ex Affl. decis. 187. & Capyc. decis. 102. num. 10. à secundò autem etiam exclusos, ex rationibus adductis à Sanfelicio, ad quarum confirmationem multa adducit, nec non Consil. Roc. tom. 2. resp. 99. alias referens decisiones cohaerentes decisioni relatæ per Sanfelic. potissimum à num. 14. ad fin.

Hinc multa aduertenda sunt. Et primò, contrariam regulam militare in venditione voluntaria, quo casu agnato non datur prælatio, nisi post perfectam venditionem, immo post rem traditam, ex Io. Fabr. §. 1. inst. de empl. & vendit. & Tiraq. de veroque retractu gl. 2. §. 1. num. 46. in fin.

Secundò, post huiusmodi sententiam, & decretum possessionis non competere agnatis creditoribus retentionens pro meliorationibus non probatis, forte quia appretiatum fuit integrum feudum absque meliorationum distinctione, nec possessor illas curavit deducere; nam, quemadmodum huiusmodi exceptio non impedit sententiaz exequitionem, si quis damnatus sit ad relaxandum feendum, nec meliorationes probauerit antè sententiam, ut sic, post autores hinc inde citatos, seruari in S.C. & M.C. testatur Reg. de Marin. ad dec. 559. Reg. Rehert. nec ab l. 2. resol. iur. cap. 133. n. 18. & 19. de eadem que obseruancia de Francb. decis. 112. vbi latè addentes omnes: ita pariter, vendito feudo sub hasta, quinimò, emanato decreto possessionis pro ultimo licitatore, nequibit possessor possessionem licitatori impidere, praetextu meliorationum, ni antè sententiam illæ deductæ fuerint in iudicio; quarè præstanta erit tantum cautio per credores de soluendo illi, quod acceperint de pecunia à feudo vendito obtenta, ut in casu superius exposito discurrunt Reg. de Marin. loc. cit. ad d. dec. 559. Rehert eti, alijq; superius citari

Ter

6 Tertiò, probatis meliorationibus , neque dari retentionem , nec consequenter impediri possessionem ultimo licitatori ; & ratio est euidens , quia potest possessor satisficeri super pretio depositato per licitatem: quo casu, licet non impediatur possessio, solvendae erunt meliorationes possessori ; adeoque pecunia depositata fructus, sicuti & alijs creditoribus illa liberatur.

7 Quartò, prælationem non dari hoc casu ipsi Domino feudi principali debitori , qui forte vellet, quod debet, solvere creditoribus: & ratio est multiplex . Prima, quia sic vendiciones sub hasta nunquam redderentur tutæ, nec unquam diceretur perfecta venditio, quod implicat . Secunda, quia sic inducetur fraus contrà creditores , & indirectè admitteretur prælatio . Tertia, quia si perfecta dicitur venditio contrà possessorem , eadem ratione debet dici contrà Dominum , qui passus sit, rem suam vendi; quinimò supèr illa interponi decretum possessionis pro ultimo licitatore.

8 Quintò, dari prælationem mulieri etiam post obtentum per licitatem decretum possessionis, si feudum fuerit dotale, licet ère alieno grauatum , proptèr quod venale expositum est., & ratio est , quia ex l. doce a cillam, licet vir percipiat fructus iure dominij , non potest præiudicium inferre vxori quoad dotis proprietatem . Vnde sempèr illa poterit: præferri licitatori , depositando quod debet; neque suam dotem retinendo ; nec silentium , & patientia viri sub hasta iudicis nocebit vxori , quin sequat rem suam habere . Adverte verò, hoc ultimo casu mulierem præferri , non tanquam dominam rei ; & multò minus , si ipsa non esset principalis, sed agnata illi, cuius feudum venderetur, sed tantum, tanquam non auditam personaliter in iudicio , in quo res sua agebatur; ast tantum, medio eius viro, qui , ut diximus, non valet vxori præiudicium inferre quoad proprietatem .

Sextò, vendita re sub hasta ad instantiam creditoris anterioris , non solum non licere agnaro, de quo supra, offerre premium, & rem retinere , sed neque creditoribus posterioribus competere ius hoc offerendi, ex l. cum pudor. ff. de distract. pignor. l. qui à creditore C. eod. & l. 1. & 2. C. si antiqu. credit. & ita per S.C. decisum testatur Ama pater alleg. 56. & singul. 443. licet aliter dicendum sit , quando venditio sub hasta processit ad instantiam creditoris posterioris, cum hoc casu hypotheca creditoris anterioris extincta non sit , ex l. 1. ff. de distract. pign. & l. à Diuino Pio. 5. quod si res ff. de re iudicata , ut ex ijs omnibus , quos referunt, & sequuntur Reg. de Marin obseruat. ad Reuter. decis. 20.

& Paul. Saibani. inn. tom. 2. in addit. ad resol. 115: ad n: 8. & 9.

Dubium verò fuit tantum apud Doctores, quando rei emptor non est Tertius, sed creditore, quamvis anterior, an censeantur illo casu extincta aliorum creditorum hypothecæ , adeò, vt nulli creditori licet offerre, premium contrà eum creditorem, qui rem emit sub hasta: supèr qua quæstione Vinc. de Franch. decis. 69. per totam scripsit, competere alijs creditoribus ius offerendi aduersus illum creditorem anterioren emente sub hasta , qui emisse videtur potius conseruandi causa sibi pignus , quam dominium rei emptæ acquirendi , ex l. cum secundus §. fin. cum l. sequenti ff. de distract. pignor. sicque decisum per S.C. sequutus est Reg. de Marin. ad d. decis. 20. Reuter. n. 3. qui se alijs in locis , aliosque adducit, eumque nouissimi sequitur Paul. Saib. loc. cit. qui sic in eius aula anno 1667. refert decisum .

Verum Arias de Mesa lib. I. variar. resol. cap. 9. & 10. contrà Vinc. de Franch. scripsit, inquiens, præsumptionem illam ioris, & de iure , quam Vinc. de Franch. defumit ad l. cum secundus, & d. l. cum posterior, non procedere, quando creditor tanquam extraneus ad emptionem accederet, cum inutilis alias esset communis illa Doctorum conclusio , utilius esse creditori , si tanquam extraneus rem emat , idque pro maiori eius cautela . Eumque sequitur Hodierna contovers. forvens. cap. 40: n. 80.

Nos autem, vt supèr hac re brevitati consulentes respondeamus, utramque concordemus necesse est opinionem , cum utraque vera esse possit; nam, vel sumus in dubio casu, vel in expresso in dubio quidem , cum non appareat, an creditor, tanquam talis, an tanquam extraneus, ad emptionem accedat, nec id ex aliquo actu deduci potest; & tunc, quia legem habemus, ad illam in dubio recurrentem , & consequenter dicendum est, ex dd. ll. cum secundus, & cum posterior, creditorem voluisse rem illam emere causa sibi pignus conseruandi , locumque sibi vendicabit opinio Vincentij de Franchis , & Alzclarum . In expresso autem possumus esse duplici modo; cum scilicet creditor expresse emit, & tanquam creditor; quod ex oblatione dignoscitur ; ex alijsque circumstantijs , puta, si oblationem faceret, non presenti pecunia; tunc enim præsumeretur, illum , tanquam creditorem , emere eo, quod creditor non teneatur oblationem facere presenti pecunia, ex Castili. decis. 7. n. 7. Giurba decis. 53. n. 6. 7. & seq. alijsque relatis ab Hodiern. loc. cit. n. 72. ad differentiam extranei , qui praesenti pecunia tenetur offrire, ex expressa dispositione l. à Diuino Pio 5. sed si semper ff. de re

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 265

re iud. prout volueret omnes ij, quos idem Hodiern. refert ibid. n.70. Pro qua re videntur quoque Staibam. tom. 2. in obser. ad resol. 115. ad n. 47. Quarè hoc etiam casu præsumetur, creditorem emisse conseruandi causa pignus, & consequenter locum sibi vendicabit eadem opinio Vinc. de Franchis, eiusque sequacium. Vel, cùm creditor exprestè emit tanquam extraneus, quod etiam ex oblatione, alijsque circumstantijs dignoscetur, puta, si pecunia præsentis offerret, aliaque similia ageret, quæ potius extraneo, quam creditori offerenti conuenirent; & tunc puto indubitate, locum habere opinionem Ari. de Mesa, & Hodiern. Et quidem ad hunc casum videtur se arctare Arias de Mesa, qui, post quam in cap. 9. subtiliter scripsit de præsumptione iuris & de iure contraria Vinc. de Franchis, deinde in cap. 10. n. 25. ait, id, quod voluit Vinc. de Franch. ex d. l. cum secundus, procedere; quando creditor emit, tanquam creditor, vel cùm non apparet, eum, velut extraneum ad emptionem accessisse, cum tunc videatur, non tam dominij querendi, quam sui pignoris confirmandi causa emisse, ex d. l. cum posterior; non autem, quando, tanquam extraneus, accessit, cum alijs non repugnet, creditorem posse pignus emere, tanquam extraneum, dum non repugnat, creditorem posse duorum personam sustinere, vt demonstrauit ipse cap. 9. n. 5. & fundauit d. cap. 10. n. 26. ex text. in l. consul. 3. ff. de adopt. l. accipientis 15. ff. de ducor. tutor. l. fistulas. 78. S. 1. ff. de contrah. empt. l. 2. ff. de off. Praef. l. 3. ff. de ritu nuptiar. multisque Doctorum placitis, vt ibi.

Septimò, perfectam dici venditionem sub 12 hasta post decretum, quamuis non fuerit sequuta traditio, seu possessio; adeoque, hac non sequuta, locum etiam sibi vendicare dicta Sanfelicij, cum iam per multos Senatus determinatum sit, dici perfectam venditionem, non sequuta possessione, vt videre est apud d. Hodiernam d. cap. 40. n. 62. & seqq.

13 Octauò, in venditione sub hasta sibi possunt quandoque rem subhastari, & plurijs accendi candelam; etenim, vt clarissime procedamus, licet ex dictis à Gloss. Bart. alijsque in l. si tempora C. de fide instr. completa subhastatione, non possit per nouas impositiones tolli ius quæsitionum ultimo licitatori, qui alijs deciperetur à fide hastæ fiscalis, contra l. si hypothecas C. de remiss. pignor. de qua re Affl. decis. 340. sub. n. 4. & Capyc. decis. 36. post n. 5. nihilominus tamèn, cùm adeat laesio vtrà sextam, rescinditur venditio, & denuò accenditur candela, ex doctrina Bartoli in l. si societatem §. arbitrorum col. 5. ff. profocio vers. quæro. de Franch. decis. 120. Vrsill. ad Affl. in d. decis. 340. alijsque relati à

Reg. de Marin. lib. 1. resol. quotid. cap. 147. num. 1. Hęc autem leſio vtrà sextam admittitur respectu cuiuslibet priuati per remedium rescisorium, non quoad lucrum, vt benè Reg. de Ponte de potest. Pro reg. tit. de Regal. Impos. §. 5. num. 62. circa fin. n. 1, non eo, quod compareret aliquis cum oblatione vtrà sextam, esset denuò res subhastanda, ni 14 priuatus esset in damno, considerato rei valore, quod est aduertendum, ad differentiam Fisci, & Minoris, qui etiam quoad lucrum restituuntur, ex eodem Reg. de Ponte ibid: tunc enim, non probata laesione, admitterentur oblationes vtrà sextam, vt decisum testatur idem de Ponte ibid: num. 62. Quando autem post addictiones iam factas sub hasta publica possint, Minor, Fiscus, & Ecclesia beneficium restitutionis petere, latè post alios Arias de Mesa resolut. lib. 2. cap. 20. qui num. 17. contraria Fiscum decisum testatur in Regio Collaterali Consilio, de qua decisione meminit Thor. in compend. part. 3. sect. 3. verb. Univeritas venditioni exposita, pag. 426. idemque de Mesa à n. 18. ad finem assert præcipuas huiusmodi decisionis rationes.

15 Sed quicquid sit de his, certum est, in praxi locum sibi vendicare dicta Reg. de Ponte, cum quoad lucrum respectu Priuilegiatorum recipiantur oblationes vtrà sextam, ex ijs, quæ refert Muscatelli. in praxi appellat. part. 3. Gloss. venduntur, post num. 56. vers. aduerte, prout etiam, cùm agitur de

16 concursu creditorum, videmus, non tantum semel, sed bis, & sibi, estincta candela, recipi nouas oblationes, super eisque illam denuò accendi, vt seruari scriptit Galupp. in praxi part. 2. cap. 2. num. 38. tradens formam limitandi oblationes numer. 39. & 40. Cætera vide apud citatos, etiam quoad contenta in Pragm. 71. de off. Procur. Caesar, nec nou Capyc. latr. consult. 121. ad num. 46. ad finem. Staibam. tom. 1. resol. 20. aliosque apud Dom. Rodoer. nouissimè in cons. 44. vbi multa, de quibus omnibus nos fusè in 3. tomo. Hoc 17 vnum tamèn non ab re hic aduertendum, scilicet, cùm recipi possunt, sempèr nouas recipiendas oblationes, cum sic, non modò creditoribus, sed etiam debitорibus consulari, nec vlli fiat iniuria, & potissimum ultimo licitatori, qui ad instar aliorum poterit sempèr offerre.

S V M M A R I V M .

- 1 *Officialis nequit, attento iure communi, aliqui d à subditis emere.*
- 2 *Officialis ab alio iurisdictionem habentes ne queunt cum subditis negotiationem exercere, sine perpetui sint, sine temporaci?*

L1 Offi-

- 3 Officiales nullam habentes iurisdictionem, possunt negotiari, & fœnabrem dare pecuniam, secus de iure nostri Regni.
- 4 Officiales ad proprias necessitates reparandas possunt mutuam pecuniam recipere.
- 5 Officiales, qui à se, non ab alio iurisdictionem habent, possunt negotiations exercere.
- 6 Contractus factus ab officialibus cum ijs, quos coram ipsis tenebant inquisitos, nullus est. Quod fusè probatur.
- 7 Fama bona, an, & quando operetur, ut Iudicis impressio non presumatur in contractu inito cum subdito.
- 8 Impressione probata in indice contrahente, quanam sit pena.
- 9 Impressio in Iudice contrahente consideratur etiam, si contractus fuerit celebratus nomine eius familiarium, & an eadem sit pena.
- 10 Impressio Iudicis, an, & quot modis considerari possit respectu Tertij contrahentis.
- 11 Impressio, an, & quomodo consideretur in Iudice ex sola dignitate, & auctoritate.
- 12 Indices, ut impressionis fugiant notam, à quibus cauere debeant.
- 13 Feudo alienato absque Domini consensu, amittitur de iure communi feudum, & pretium.
- 14 Alienatio feudi potest à quocunq; ex contrahentibus reuocari.
- 15 Tempus statutum ad alienationes feudorum reuocandas quantum sit.
- 16 Alienatio feudi poterit in Regno reuocari ex defectu assensus non obtenti per verbum, fiat, siue non obtenti in forma Cancellarie, vel ex defectu ligii bomagi, & iuramenti fidelitatis non prestiti.
- 17 Domino præueniente in revocatione alienationis rei feudalis, quisnam ex contrahentibus sentiat interesse.
- 18 Scriptura, an, & quando sit necessaria contratenet, & quando pro probatione, late exanimatur.
- 19 Scriptura desperita, quanam debeant esse probationes in ijs rebus, quæ illam requirunt.
- 20 Assensus in Regno necessariò probatur per scripturam, & non per testes contra nonnullorum opinionem.
- 21 Contractus feudales in Regno necessariò requirunt scripturam publicam. Quod late probatur.
- 22 Res litigiosa nequit impune alienari, adeoque interponi solet Iudicis decretum, circa quod quot questiones possint pullulare.
- 23 Decretum de non alienando interim rem litigiosam quid importet in praxi respectu variorum casuum.
- 24 Litium finis nunquam inspicitur, & quomodo id euenerat.
- 25 Decretum de non alienando rem litigiosam, duplicitè considerari potest, scilicet quoad

auctoritatem propriam, & quoad interesse tertij, & quid importet in praxi huiusmodi consideratio.

- 26 Assensus reseruatio in contractu rerum feudalium quid operetur, ad explicationem eorum, que ait Reg. de Ponte in consl. 17.

DILVCIDATIO DECIS. CV.

Duplici ex capite hic habemus, fuisse indicatam subsistentem venditionem ultimo loco factam. Primo, quia prior venditio erat facta iudici, coram quo venditor erat inquisitus. Altero, quia eadem prior venditio erat reuocata vigore Constitutionis, *Dixa memoria*: vnde de duobus pariter hic nobis querendum est principaliter; nam de alijs postremo loco.

Primum, an, & quando absque impressio- nis metu possit officialis contrahere.

Alterum, quinam sint casus, in quibus feudorum alienationes reuocari possint ex Constit. *Dixa memoria*. Vtramque difficultatem tetigimus fusè in nostra Ariadna; hic tamen breuissimè aliqua ibi posita necemus.

- 1 Quoad primum sciendum est, fuisse dispositum de iure communi, non posse officialem aliquid à subditis emere, ut in l. non licet ff. de contrah. empti, cum innumeris concordantib: quam dispositionem *Iure consult. in l. principalibus ff. si cert. pet.* militare iussit etiam in exercitio fœnebris pecunia; quoniam autem diuersimode de officialibus perpetuis, & temporaneis discurrentum aliqui putant; id circò varios casus in d. Ariadna posuimus, hic autem nonnullos breuissimè apponeamus.

- 2 Primus est de officialibus ab alio iurisdictionem habentibus, qui nequeunt cum subditis negotiations exercere, siue iij perpetui, siue temporanei sint; hecque conclusio probari poterit iuribus superiùs allatis, non obstante Pauli responso in l. *Præsidis* in dictione illa, quia perpetuus, quia, vt ibi diximus, ly, quia, potius, qui, legendum est.

- 3 Secundus est de officialibus nullam habētibus iurisdictionem, qui poterunt negotiari, pecuniamq; fœnabrem dare, ex Reuterter. dec. 2. in princ. Quandoquidem hi nequeunt subditis terrorem inferre, vt perpendit Reg. de Ponte consl. 49. n. 54. Quod limita de iure nostri Regni, quo nullus officialis potest negotiari, ex Pragm. 14. de offici. & quæ ijs prohibeantur, cum concordantib.

- 4 Sed negandum non est, posse quandoque officiales ad proprias necessitates reparandas tantùm pecuniam mutuam recipere, quod idem Paulus expressit in d. l. *Præsidis*, dummodò non clām, sed bona fide contrahant, ex Andr. S. si verò Castaldi de feud. guard.

& C. a.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 267

¶ Castaldi: Dé qua re scripsit Carleual. de iudic. disp. 3. lib. 1. tit. 1. sicque decisum testatur Sanfelic. tom. 2. dec. 170. ibique vide, quæ scribimus, eademque ratione dicas, posse vendere, & emere, ne verè omniū Pr̄fūl omnium exul reddatur, dummodò verò huiusmodi emptio, & venditio naturam negotiationis non sapiat, vt oculatè aduertit Reg. de Ponte de potestate Proreg. tit. de elec. official. §. 7. n. 3. & seqq. quià tunc non vrget propria necessitas, sicque dicere non valeremus, tolli impressionis pr̄sumptionem ex necessitate actus, prout regulam text. in d.l. principalibus limitarunt DD. apud Sanfelic. in addit. ad d. decis. n. 1.

5 Tertius de ijs officialibus, qui à se, non ab alio iurisdictionem habent, qui poterunt negotiationem exercere, cum hi nequeant terrorem imprimere, nec tam facile in sordida quædam incident, in quorum gratiam nonnulla nos adduximus in d. Ariadna ad tit. de feud. Guard. & Castald. §. si vero Castaldi quest. 2. vbi multa de officialibus alicuius civitatis, & de contractibus inter Barones, & subditos, quæ omnino vide, quæ omnia res peries etiā apud Dom. Altimar. ad cons. 113. Rouiti tom. 2. eosque Doctores, quos ibi citat.

Quartus sit, quem nunc addimus, quique in hac decisione consideratus fuit, de ijs officialibus, qui contrahunt cum illis, qui coram ipsis inquisiti sunt; nam nullo prorsū modo contractus hic sustineri potest, cum euidentis sit impressionis suspicio. Vnde aduertendum est, suspicionem non argui, eo quod cōtraxerit aliquis cum officiali deputato ad iustitiam administrandam, sed eo quod contraxerit inquisitus cum iudice, coram quo eius inquisitio formata erat; pr̄sumitur enim celebratus contractus ex aliqua impressione.

7 Hæc autem pr̄sumptio, licet elidi possit à bona Iudicis fama, elidi tamè nequit ea tantum ratione, qui à Iudex nō debebat contrahere cum eo, cuius coram se erat forma ta inquisitio; quare, dum fecit, quod non debebat, sibi imputet, si ex hac indecentia resultet pr̄sumptio impressionis, quæ augetur per allegantem contractus insubstentiā, quam vtique non allegaret, ni fuisset impressio; & licet non videatur esse bona ratio hæc, quæ ponit, impressionis pr̄sumptionem depēdere à parte suspecta; bona nihilominus erit, eo quod, vt dixi, iudex idem occasione pr̄sticit huiusmodi pr̄sumptioni,

8 Sin autem hæc impressio probabitur, non solum non subsistet contractus, sed Iudex pretium etiam amittere, ex expressa dispositiōne textus in d.l. si per impressionem C. debitis, quæ vi, mēt & sue caus. vbi, & quod emprium

fuit, reddatur, & nihilominus etiam pecunia retineatur.

9 Putant plerique Iudices poenam huiusmodi effugere per celebrationem cōtractus, non in faciem ipsorum, sed eorum vxorum, aliorumque ab ijs depēdentium, sed frustra, dum eadem lex huic fraudi hac dispositio ne consulit. Simili pœna seruanda, si qui, vel coniugis, vel amici nominibus abutentes, pr̄dam tamè sibi acquirant. Ibique Gloss. hæc, nota istam legē contra faneratores, qui faciunt, res, vel instrumenta recipi per uxores, vel per familiares eorum, quod tene menti secundūm Bald. hic.

Sed quid inde? Habent Iudices viam, 10 aliam tutiorem poenam effugiendi, cum faciant celebrati contractus non ad eorum comimodum, sed tertij penitus extranei, nec familiaris, nec amici. Supèr quæ quæstio ne Paulus de Castro in d.l. si per impressionem, inquit, hoc calu non sibi locum vindicare legem hanc, quæ seruanda est in casu tantum, de quo loquitur, sed alteram sequentem, venditionem 12. per quam quilibet cōtractus metu Potentis celebratus rescinditur: quare pretium non amittent, sed tantum contractus rescindetur. Sequuntur Alexand: ibid. cæterique DD. passim.

Sed aduertendum est, Paulum de Castro, Alexandrum, aliosque Doctores, loqui de contractibus celebratis in beneficium tertij metu Iudicis, quo casu certum est, non habere locum d.l. si per impressionem, & meritò quidem, qui à Iudex nil sentit commodi. At verò, si quid commodi sentiat, quis dubitat, locum habere pr̄fata m. l. si per impressionem, cum ly, si qui, vel coniugis, vel amici nominibus, non stet taxatiuē, sed exēplificatiuē tantum: & ratio est euidentis, quià non est vxor, vel amicus, qui rem illicitam facit, sed Iudex, qui ad proprium commodum aliorum nominibus abutitur, vt per impressionem pr̄dam sibi acquirat.

Et ex his per legitimam consequentiam deducas, pr̄sumptionem hanc impressionis, non modò vigere contia Iudicem, qui contrahat cum eo, contra quem ipse habeat formatam inquisitionem, sed contra quemcunque Iudicem, coram quo litem habeat contrahens, siue aliquis contrahentis affinis, aut consanguineus in eo gradu, qui esset habilis ad suspicionem inducendam, iuxta ea, quæ in superioribus dilucidationibus diximus; par enim est ratio de delicto, ac de lite quoad impressionem, cum ex vtroque capite possit oriri impressio, vt consideranti patet.

11 Sed quid, si nec delictum consideretur, neque lis, an quandoque sola potentia Iudicis habilis sit ad inducendam in contractu im

pressionis suspicionem? Dura esset responsio, siue affirmativa, siue negativa; nam si affirmatiuè responderemus, iam Iudices omnes redderemus ad contrahendum inhabiles, potissimum, cum ex sola dignitate non presumatur, neque dolum inferri, neque metum, neque violentiam, ut ex Doctoribus omnibus scripsit Aloysius de Leo in d.l. si per impressionem, n.3. Sin autem negatiuè concluderemus, iam audirem, qui me reprehenderet, indicans forte aliquos, qui sola auctoritate contractus extorserint; sicque nulla circa hoc generalis regula constituenda est, cu resolutio verè pendeat à bona Iudicis fama, quæ in similibus casibus multum operatur, non ad instar suspicionis, cui, ut diximus, non prodest fama bona.

12 Ex quibus omnibus colligant Iudices, cauendum ipsià contractibus quibusdam, quæ possint impressionis arguere suspicionem; quarè caueant à rebus longè inferiori pretio, quo valent, emendis, ab ijs recipendis donationibus, quæ ipsis, ni Iudices essent, non fierent, ab illis denique sumiendis rebus, quas non tam libenter à largitoribus simulatis ijs præstantur, scilicet, antiquissima familiæ alicuius palatia, rura, deliciosa pomaria, statuas insignes, famosas picturas, ceteraque huiuscmodi, quæ per contractus apparerent, vel vendita, vel donata; quandoquidem fama parùm bona, & contractus super vna ex rebus superioris expositis non libenter ex presumptione celebratus poscent, vtique impressionis suspicionem arguere, & consequenter subiacebit contractus rescissio, ni ipse pretij amissioni propter impressionem non probata, sed tantum præsumptam.

Non loquor de muneribus extra contractum, cum in tantam messem nolim immiscere manus: forte aliqua moderatè dicemus in secundo nostrarum dilucidationum tomo; nunc verò ad alia pergamus.

Quoad alterum punctum, de quo latè etiā 13 scripsimus in nostra Ariadna ibid. quest. 2. & in dilucidatione decis. 100. de iure communis feudorum amittitur feodium, & pretium, si illud alienetur absq; domini directi assensu. cap. 1. de vassal. qui contra constit. Lothar. feude.

14 alien. ubi Andr. & DD. Verum à Constat. Diana Memoria prestatur vtriq; contrahenti facultas alienationem reuocandi. Quod si contrahentes fuerint negligentes, Rex præueniens feodium repetet, ut in dicta dilucidatione videre est, ex auctoritatibus ibi adductis.

15 Quantum verò sit tempus statutum ad huiusmodi alienationes reuocandas, dubium est apud DD. quos vide ibidem: verum in Regno certum est, tempus incipere à die post biennium concessum per Regiam San-

ctionem 23. sub. tit. de feud. ad obtinendum priuilegium assensu in forma Regiæ Cancelleriæ; quarè, si die illa vassallus non reuocet, poterit Dominus directus feodium repetere; sicque nullum præualebit Iudicis arbitrium, dum tempus præfixum est: hincq; patet, falli Montan. in l. Imperiale n. 196. lit. K. dicentem, non esse statutum tempus ad reuocandum.

16 Poterit igitur primò reuocari alienatio feudi ex defectu assensu non obtenti per verbum, fiat: quod si Dominus repetet ex defectu reuocationis non factæ, damnum sentiet vendor; qui à id accidit culpa vendoris, qui in emptorem tenebatur utile dominium in forma valida transferre. Secundò ex defectu assensu non obtenti in forma Cancelleriæ, vel non registrati, quo casu, Domino præueniente, damnum sentiet idem vendor, qui ex dispositione eiusdem Pragm. tenetur emptori priuilegium tradere, quod fuisse probauimus loc. cit.

Tertiò ex defectu iuramenti fidelitatis, & ligij homagij, nec non assecrationis vassalorum: & hoc casu, præueniente Domino, emptor damnum sentit, qui à ad emptorem spectabat hæc agere. Quæ omnia auctoribus roborata vide in dicta dilucidatione.

17 Hic autem tacita quædam resoluenda est obiectio putantium, omnibus his casibus, præueniente Domino, interesse spectare ad utrosque contrahentes, cum utrisque concessa sit facultas alienationes reuocandi; quare non tantum vendens, vel emens, sed omnes contrahentes damnum sentient. Sed respondetur, aliud esse, quibusnam concessa sit reuocandi facultas; aliud verò, ad quemnam spectabat reddi licitum, validumque contractum. Interesse respicit hoc postremum, non primum; vnde meritò cum distinctione Imperioris allata erit procedendum, ut consideranti patebit.

Hæc, quæ principaliter ad decisionem faciunt, quæque nos examinanda proposuimus initio dilucidationis; supereft verò, ut de ijs, quæ incidenter, sed ad rem in hac decisione habentur, breuissime verba faciamus.

18 Et primò quidem de probatione facienda per scripturam; inquit enim Reg. Sanfelicius hic n.2. emptionem perfici consensu, re, & pretio s. 1. instit. de empt. & vend. adeoque ad eius essentiam non requiri scripturam, & consequenter neque ad probationem venditionis, cum possit ea probari testibus, ex l. cum ref. C. de probat. l. pactum C. de pactis. Hec autem omnia fallere exposuit n. 14. circa feudalia in Regno per Pragm. 11. de feudis, in qua iubetur, ut contractus feudales, super quibus præstandus est assensus, nullius sint roboris, ni sint firmati, & celebrati per

acta

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 269

acta publica in posse Notariorum, adeoque in casu exposito in hac decisione nullam esse venditionem rei feudalism factam absque scriptura.

Super qua re aduertendum est, generaliter loquendo, in venditione, & similibus contractibus non requiri scripturam, tanquam non essentialem, & rationem eam esse, dixeris, quia scriptura sit tantum pro facilitiori probatione, ex clem. Dudum: vers. noscet enim, ibique *Gloss. de Sepult. L. Sancimus* §. exceptis C. de donat. de qua re *Decius conf. 340. col. 1.*

Cum autem plerique sint casus, qui scripturam requirunt, quos coaceruauit *Gloss. in cap. 1. de censibus in 6.* hinc est, ut in ijs censibus pro probatione requiratur scriptura, ut docuit *Ant. de Butr. in cap. in nostra: de re-script.* & latè *Affl. decis. 253. n. 3. & seq.* & fuit 19 siūs decis. 398. si que nulla reperiatur scriptura, erit probandum, illam esse deperditam, ex *Theorica Bartoli in l. sicut: C. de fide instrum. & notavit Guid. Pap. in comment. ad stat. Delph. si quis per literas in proæmio num. 223. & quæst. 474. vbi Ferrer.* Et sanè per ceteros peritos, ad notara per eundem *Bart. in l. 2. §. Diuus ff. de Iure Fisci & in Auth. si quis in aliquo num. 19. C. de edend. cum alijs adductis à Cancer. tom. 3. variar. resol. cap. 3. de priuilegiis & rescript. num. 171.*

Nonnullos autem casus decisos quoad requisitionem scripturarum breuissimè relatios vide apud *Dom. Altimar. ad decis. 88. Reg. Rouiti num. 4.* inter quos est probatio 20 assensus, qui necessariò requirit scripturam, precipue in Regno, in quo est statutum per Regiam Pragm. ut regiltetur in Regiæ Cameræ quaternionibus, ex *Reg. de Marinad Reuerter. decis. 166. & 435.* alijsque adductis ab eodem *Dom. Altim. loc. cit. & à Gizzio in obsernat. ad Reg. Capyc. latr. decis. 191. num. 15. & seqq.* vbi postquam à num. 10. ad 12. disputauit, au ad Priuilegij probationem requiratur scriptura, disputat deinde numeris sequentibus de assensu, super quo, relatim hinc inde opinionibus, adhæret ille voluntibus, ut assensus Regius valeat probari testibus: quæ opinio recepta non est, cum verè per scripturam probandus sit, quicquid sit de amissione per combustionem loci, in quo ille conseruabatur, de qua re alibi, Deo Dante,

21 Ut autem ad contractus feudales descendamus, quicquid sit de iure communi, quod vide apud *Parid. de Puteo de reintegr. feud. cap. quando conceduntur: in Regno habemus Pragm. 10.* quam citat *Sanfelic. hic sub tit. de feudis, vbi hæc. Statuimus, ut contrahentes, & disponentes super feudis, super quibus facerint impetrati assensus infra tres menses à die impetratorum assensuum, debeant contrahere,*

& disponere per scripturas publicas Regiorum Notariorum firmatas, & confessas, alias dicti assensus præstiti super dictis contractibus, & dispositiones sint ipso iure nullæ, & nullius auctoratis, ac si non essent præstite, & talis contractus, & dispositiones sint nullius roboris, & momenti.

Et quamvis *Anna alleg. 55.* referat in fine decisionem contrariam *Pragmaticæ*, de qua meminit etiam *Reg. de Ponte de potest. Pro-reg. tit. de Refut. feudor. §. 5. sub. n. 23. vers. 5.* licet pag. 405. tamè illa decisio euenit alia ex causa, ut ipsem *Anna* testatur ibi in calce, vbi hec. Fuit absolta dicta *Magnifica Magdalena*, & (ut audiui) propter illam renunciationem illi agnati erant proximè succossuri, & proprieat valuit testamentum sine assensu &c. cum alijs contra Pragm. esset tantum oppositum, illam non fuisse publicatam, ut videre est n. 16. vers. Nec responsio partis.

Vnde ignoro, qua ratione *Rouitus ad di Pragm. scripserit*, illam non esse in obseruantia, innixus dictis *Anna*, licet postea dicat, quatenus esset obseruanda, illam sibi locum vendicare in ijs assensibus, qui obtinentur super alienationibus faciendis per viam principalis, & noui contractus, non autem super alienationibus, quæ respicerent confirmationem contractuum precedentium. Quod quidem neque absolutum est, nec non in ijs assensibus, quæ obtinentur à Prorege, non autem à Catholica Maiestate, quod puto verum. Ceterum, generaliter loquendo, nullam habemus decisionem, quam sciam, contrariam *Pragmaticæ*: vndè eam seruandam dicas:

22 Secundò verba facienda sunt de decreto super prohibitione alienationis rei litigiosæ: de qua *Reg. Sanfelic. hic à n. 6.* De quo multa eisent dicenda, & precipue, quot modis res dicatur litigiosa, & quando, de qua re *Peregr. de Iure fisci lib. 4 tit. 6.* Rursus, ancale decretum afficiat ignorantes, an aliquid aliud addat vitio litigiosi, an faciendum sic in quacunque actione intentata, an in quilibet parte iudicij sit faciendum, an preiudicet non presentibus in illo Iudicio, an comprehendat alienationem necessariam, an extendatur ad alienationem factam, pendente appellatione ab illo, licet postea confirmetur à Iudice superiori, an habeat vim, perempta instantia, an in vim illius possit procedi contra eum, cui facta est alienatio, non formiter auditum, absque tela iudicaria, an quamvis iniustum, modò non fuerit appellatum, seruandum sit, & similia, quæ nimis certè voluminosum constituerent tractatum ab re dilucidationibus hisce immiscendum, super quibus omnibus vide multos apud

Mon-

Montanum latissimè contr. 49. Staibani. tom. 2. in obseruat. ad resol. 156. & propriè ad n. 10. à n. 21. quo loci plures citat, nec non Dom. de Luca ad decis. Vinc. de Francb. 464. qui etiā plurimos adducit. Non ergo lector argoferat animo, si ea libenter deserimus, dum non omnia possumus, quæ volumus, quemadmodum quandoque non omnia, quæ possumus, volumus, vnde multa deseruntur, supponuntur multa, & multa examinantur. Hec autem superius dicta breuitatis studio deserantur legenda apud alios, qui forte reperiantur. Nos verò pro praxi ad materiā

23 *debemus aduertere, Iudicem, ne iudicium reddat elusorium, vel saltēm, ne cogat actionem litem aliam formare contrà alterum possesseorem post longam vexationem à primo possessoire illatam, cùm videt, actionem intentatain esse realem, & super re, assolere terminum impartiri, & interim iubere, ne res illa alienetur sub pena nullitatis. Quare, intimato decreto, siue reus appellat, siue secūs, eoque confirmato, quæcunque alienatio hoc medio tempore facta, siue necessaria, siue voluntaria absque iudicis permissione erit nulla, adeò, vt, si ea res fuerit alienata, & data Titio, non posset hic excusari, fuisse illi datam, vel appellatione pendente, vel cùm sibi decretum non erat notum; nam non prodest contrahenti similis excusatio, quiā, qui cum alio contrahit, ex vulgatis iuribus, omnia rei vincula, & qualitates scire tenet; sique proceditur ad veteriora super illa re, ac si non alienata esset, cùm idem sit, rem non esse alienatam, ac nulliter alienatam; vnde prestatabitur assentia, non citato, nec auditore iudicaria ultimo possesseori; sin autem, fuerit reuocatum decretum, diuerso modo discurrendum erit. Hacque praxis inuenta est, ne fraudes vel elusorium reddant iudicium, vel illud protrahant, licet nostris temporibus litigantium verutis, & quandoque aliquali iudicantium, nī verutia, saltēm culpa, adeò iudicia protrahantur, & nunquam repertiatur, qui finem videndi reddatur dignus; sique finem quandoque viderit, neficio profecto, an latus appareat, quiā lita carreat, a modestus, quiā se nil acquisiuisse videat, cum bona, quæ fuere liti supposita, adeò tandem dilaniata sint cēsim, vt omnia perdiderint venti. Hinc est, vt plerique senioris iudicij lites tantum moueant, non prosequantur, sed tēporis tractu amico fœdere componat; alij verò infirmioris iudicij tūc eas componant, cùm vix ruderā remanserint.*

Igitur ad rem nostram (si vera est intèr Philosophos opinio, quæ dat vnum infinitum altero maius) cum Iudices videant rerum litigiosarum alienatione, nunquam saltēm

finiri lites, prohibent præfato decreto infinitum maius, cum videant, non posse eos infinito minori occurrere. Quare hac praxi respondet tacitè, vt videtis, ad omnes ferè quæstiones, quas suprà annuimus, dum de ijs disputare tñdet, quiā non opus.

*Hic nihilominus vnum necessariò aduentum, decretum scilicet suprà prohibitione alienandi prolatum duplicitè considerari posse, in sua auctoritate sistens, & interelle litigantium respiciens. Vnde qui illi contrauenit offendit tertium, & Iudicis auctoritatem; adeoque, præter interesse tertij, videtur contraueniens contemnere Iudicis decretum. Hinc est, vt, quamvis quandoque iustis ex causis non consideretur interesse tertij, considerandus sit tamèn Iudicis contemptus. Ad hunc ergo evitandum, secluso sempèr partis interesse, solent contrahentes apponere in contractu, quod procurant reuocationem decreti, vt *Sanfelic. b. n. 20. ad instar contrahentium suprà re feudali, qui sempèr ponunt clausulam illam, salvo assensu Regio impetrando, de qua adest solemne illud Regentis de Ponte cons. 17. vol. 2. n. 19. omnibus notum, & à Reg. Sanfelicio hic adductum.**

26 *Sed nota, id, quod ait ibi Reg. de Ponte, scilicet reuocationem assensus, tām secundum ius commune feudorum, quām secundum ius Regni, in quo viget Constitutio, *Dina Memoria*, operari, ne Dominus feudum repeatat, & ne contrahentes reuocent alienationem ex defectu assensus, intelligentium esse, non Vniuersaliter, sed in terminis contemptus, vt neimpè per tales reuocationem tollatur fraus, & dolus præsumptus, & consequenter cesset contemptus, quæ omnia utique absque tali reuocatione non cessarent. Ceterum, etiam, stante tali reuocatione, si labatur tempus statutum ad assensum obtinendum, erit locus reuocationi, seruata dispositione constitutionis, *Dina Memoria*, & ex talibus negligentibus contrahentibus poterit Dominus feudum repetere, prout diximus suprà in dilucidatione decis. 100. n. 16. 17. & 18. estque ratio tradita à Reg. de Marin. Resolut. quotid. lib. I. cap. 124. n. 12. ex consensu omnium Feudistarū, quiā verba sunt contraria facto, & intèr hos adest Regens ipse de Ponte, de potest. Proreg. tit. 6. §. 2. post n. 5. adduclus ab eodem Reg. de Marin. loc. cit. vnde ex expressis eius verbis ibi non est de eius mente amplius dubitandum. Sed de hac re fusiūs in nostra Ariadna. Intērim hæc prælibasse satis.*

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 27.1

S V M M A R I V M .

- 1 *Ius habens in re locata prefertur in locatione.*
- 2 *Prælatio cuinam competit, si duo reperiantur ius habentes in re locata.*
- 3 *Ius strictius habens in re locata prefertur in locatione.*
- 4 *Locator cōcurrēns cum alijs anterioribus creditoribus etiam pro re dotali, an præferatur ceteris supèr fructibus rei locata.*
- 5 *Fructus alijs industriales, alijs naturales.*
- 6 *Fructus naturales nascuntur etiam conductoris labore.*
- 7 *Fructus iure soli, non seminis percipiuntur.*
- 8 *Locator præfertur ei, qui semen dedit.*
- 9 *Locator supèr fructibus rei locata omnibus præfertur.*
- 10 *Prælatio an locum habeat in locatione voluntaria, fūse examinatur.*
- 11 *Prælatio in re feudali vndē nascatur.*
- 12 *Locatio voluntaria an differat à necessaria quoad prælationem.*
- 13 *Aduocati an debeant pro eorum clientibus adducere rationes tam conuincentes, quam minus stringentes.*
- 14 *Doctores consulentes non faciunt pro decisib⁹ causarum, & quare.*
- 15 *Actus iudicandi à quo dependeat.*
- 16 *Prælatio in locatione voluntaria quandoque concedenda agnato, quandoque deneganda.*

DILVICIDATIO DECIS. CVI.

- R**egula generalis hīc traditur, qua edocemur, in locationis contracitu eum præferri, qui in re locata ius aliquod habet, siveque creditorem, & agnatum ceteris for præferendum. Supèr qua decisione videndus omnino Episcopus de Affl. cap. 20. controu. iur. resol. vbi materiam exornat varijs, prælationemque concedit etiam, quando aliquis licitando offerat, cum hic actus contrarius non sit prælationi, adducens pulcherrima Galeotæ dicta in controu. 53. lib. 1. non enim, si quis licitando superatus sit in oblatione ab alio, præsumitur desistendo renunciasse beneficio prælationis. Quod potissimum idem de Affl. locum sibi vendicare ait, quando antecedenter ad licitationis actum declaravit, ad ipsum spectare rem illam iure prælationis; siveque tandem secundum à se allegata decism refert. Illum ergo attente legas. Ceteros casus prælationis cumulat post alios Consiliar. Rocc. tom. 1. resp. 92. & tom. 2. resp. 8.
- 2 Sed difficultas maior est, quisnam præfendus, si duo concurrent, qui ius in re habent supèr re locata; puta, si plures creditores concurrenerent, quibus omnibus locari nequiret res vnica moraliter indiuisibilis.

Ego verò eisdem principijs Regentis Sanfelicij, vt meo fungar munere, dicere tuius, illum esse præferendum, qui strictius ius haberet; quandoquidem, si ratione iuris in re tenetur quis vni magis, quam alteri rem locare, par est, vt, concurrentibus pluribus ius in re habentibus, ille præferatur, qui ius strictius habet, cum quo magis crescit ius, eo magis crescere debeat prælatio, quæ relationem dicit ad ius; vnde, si plures æquale ius habentes concurrenerent absque aliqua alia potioritate, ille esset præferendus, qui prior reperiretur, totamque potioritatem à prioritate temporis dignoscet. Quod si eodem tempore contraxisset creditor maioris summae, præferretur ex l. maiorem ff. de pæctis adducta hic per Sanfelic. n. 11. cum diceretur strictius ius habere ex majoritate crediti.

Dixi supra, opinionem hanc esse tuitiorem; si quidem his principijs facillimè resoluetur questio illa nimis controuersa huc pertinens, scilicet, an locator cum alijs anterioribus creditoribus concurrens etiam pro re dotali præferatur ceteris supèr fructibus rei locatæ de qua egregie suo more Gaius de credito in cap. 4. quæst. 11. n. 1996. & seqq. & in appendic. num. 122. distinguens inter fructus naturales, & industriales, volens, vt in naturalibus præferatur locator, cum conductori labore ponat supèr illis, qui non ex facto suo nascuntur, ad tex. in l. fructus ff. de vſur. in fin. in industrialibus verò non perceptis, sed extantibus in solo, cum iij iudicentur pars fundi, ad tex. in l. fructus pendentes ff. de rei vindic. præferatur idem locator; secùs verò in perceptis, & è solo bona fide separatis, in quibus locator, & dos concurrent, habito respectu ad tempus. Quam distinctionem adhibuit Gaius, vt tantas Doctorum ambages effugeret, cuius non defuerint magna fame Doctores, qui contrarium senserint, relati ab illo in d. cap. 4. quæst. 11. d. num. 1996. quos vide. Verùm hæc distinctione, salua pace tanti viri, non arridet varijs rationibus, & præcipue duabus; prima est, quia, licet fructus naturales absque conductoris facto nascantur, adeo tamè eiū labor in illis colendis, puta ramos ab arboribus varijs diligentibus abscondendo, ceteraque agendo huiusmodi. Alia est, quia Iureconsultus ab ipso Gaito allegatus loc. cit. num. 2008. vers. quibus non obstantibus, circa finem in l. qui scit. vers. quia omnes fructus, & in s. in alieno vers. quoniam in percipiendis fructibus ff. de vſur. inquit, ipso Gaito teste, omnes fructus iure soli, non iure seminis percipi: quarè ipse inducit, præferendum, locatorem ei, qui semen præstitit: igitur, si ratio soli efficit, vt, qui semen dedit, postponatur, efficiet etiam, vt nulla valeat distinctione.

Etio int̄ industriaes, & naturales, cum dicitio, omnis, non importet distinctionem, sed collectionem, vulgatis iuribus. Cæteras autem rationes forte solidissimas desero, cum huius loci non sit casum de ijs verba facere. Interim, vt quoad rem nostram omnia perstringam,

Illud utique ex hoc textu collige, si iure soli, non iure feminis omnes fructus percipiuntur, hoc eodem iure præferri locatorum

supèr fructibus rei locatæ cæteris creditoribus anterioribus etiam ex causa dotis, idque ex strictiori iure, quod habet locator; siquidem, si fructus percipiuntur ratione soli, percipiuntur ratione rei, qua est locatoris; nil mirum ergo, si excludens hoc iure feminis creditorem, excludet pariter quemcumque creditorem, etiam ex causa dotis. Strictius igitur ius illud est, supèr quo prælatione fundatur, adeoque primis nostris principijs tertiis discutitur.

Quod strictius, & maius ius ostendit Julianus idem ijs verbis. Quoniam in percipiendis fructibus (notate) magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quam feminis, ex quo oriuntur, inspicitur. En quomodo maioritatem iuris Iureconsultus posuit ob oculos. Auditores ergo ne queramus, dum Iureconsultos ipsos habemus nostrorum principiorum antores. Cætera vide apud Gait. loc. cit. qui egregie rem examinat, variaque scitu digna adducit. Alia verò circa prælationem locationis ad socios spectantem vide apud Gizzium a. Capyc. latr. dec. 39. & Dom. Altimar. ad conf. Roniti 94. tom. 2. num. 12. apud quos multas repertis decisiones pro socijs. Interim ex ijs, quæ ait hic Sanfelicius in calce decisionis, colliges, dari quidem saltē ex æquitate prælationem in allodialibus, adeoque firmiorem reddi dilucidationem decisionis 101.

10 Sed hic opportune queritur, an, quemadmodum in locatione necessaria feudi præferatur agnatus, ita etiam præferri debeat in voluntaria.

Supèr qua questione doctissime scripsit nouissimè Consil. Rosa tom. 1. consult. 27. à n. 1. usque ad 10. quo loci studet suadere, nullam competere agnato prælationem in locatione voluntaria, fundans præcipue suam opinionem in cap. 1. §. donare. Qual: olim feud. pot. alien. & in cap. 1. §. sed res. Per quos fiat inuestitura, ad quæ iura, inquit ipse, non aduersit nec Reg. Sanfelicium, nec Reg. Capyc. latr. nec alios ex nostris, qui materiam tractant, ad quæ aduententes, non tam facile prælationes concessissent.

Vt autem suam conclusionem ratione probet, inquit, eam esse rationem, quia, cum prælatio hæc à Iure feudalí cognita na-

scatur à iure, quod habet agnatus proximus succedendi vigore inuestituræ, videtur ea tantum locum habere, cum sit alienatio feudi, quo se spoliauit alienans, qui desinens per alienationem esse dominus, haheri debet tanquam mortuus: quod non militat in locatione, per quam dominium non finitur; vnde agnatus non habet quid prætendar.

Descendit tandem ad decisiones, quas non obstare concludit, & enumerat hanc Regentis Sanfelicij, tanquam loquente de casu, quo filius est etiam creditor. pro quo militat dispositio textus in l. 1. ff. de privilegiis creditor. & illam Capyc. latr. 57. num. 3. in casu D. Alexandri Pignoni Marchionis Orléans, ut patere ait ex Consultat. 27. eiusdem Capyc. latr. tom. 1. num. 55. & seqq. quam scripsit in illa causa. Quæ omnes sunt in locatione necessaria, quæ sit ab ipso utili Domino feudi, inter quas maxima videtur esse differentia, cum in necessaria Dominus feudi non habeat liberam locandi facultatem, eaque sit deuoluta ad Iudicem, qui nullum habens interesse voluntatis eligendi locatorem ad libitum, nil mirum, si in concursu agnatum præferat; at verò in voluntaria Dominus feudi est, qui locat, quique proinde priuandus non est libertate, quæ gaudet, feendum, cui vult, locandi.

Cæterum videmus, multoties eidem Domino feudi concessam fuisse prælationem, aduersis conductorem extraneum, apud Episc. Affl. in d. controv. 20. Nec obstare denique concludit, alia exempla prælationum concessarum Vniuersitatibus in locationibus factis à Barone, cum emanarent ex iure quodam extraordinario in fauorem libertatis, ne Vniuersitates cogerentur pluribus seruire, scilicet Conductoribus, & Baronibus, ex Ronito in Pragm. 63. de off. Procur. Cæsar. num. 31. & Reg. Capyc. latr. decis. 168. par: 2. num. 29. nec non alia exempla prælationum concessarum Dominis Iurisdictionis civilis in locatione criminalis Iurisdictionis, vel è contra, de quibus Anna alleg. 27. num. 19. & seqq. Sanfelic. bīc, & decis. 322. num. 5. tom. 2. Capyc. latr. d. dec. 168. lib. 2. cum fundatæ sint in iure communionis, seu societatis, quæ intercedit int̄ Dominos civilis, & criminalis Iurisdictionis, ut explicit Reg. Galeot. resp. fiscal. 28. num. 53. & seq. & idem Rosa consult. 16.

Hæc sunt fundamenta Consiliarij Iosephi de Rosa à me fideliter relata in re admidum frequenti, & necessaria: nunc autem brevissimè videndum, quid dicendum sit.

Et quidem, si attendamus iura feudalia, allegata à Rosa, illa non resolvent questionem; etenim in cap. 1. §. donare. Qualiter enim

olim *feud.poter.alien*: sermo est de' prælatione competente directo Domino, qui poterat rem venditam redimere equali pretio, secus ad modicum tempus locatam; in hac autem redemptione, subditur, præferri agnatum. Vnde, si velimus dicere, deduci ex hoc, agnatum non præferri in locatione ex vi huius capituli, non utique obtinebimus intentum. *Et in cap. I. s. sed etiam res.* Per quos fiat inuestitura, est sermo de alienatione, quæ nequit fieri, nisi in beneficium proximi successuri, & subdit *Gloss*. eam esse rationem, quia tunc non esset vera alienatio; quarè, volente agnato proximiori rem illam feudalem habere pro æquali pretio, licitum est feudatario eam alienare; ni verò illam velit agnatus, illi eam vendere non licebit. Vnde nullus est sermo de prælatione, dum, si ibi de prælatione ageretur, Agnato non eam volente, posset feudatarius in extraneū beneficium alienare, & tamè hoc non est ex vi illius capit: ei permisum. Hæc sunt verba illius capit: *Sed etiam res, cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, nisi in casibus.* (& casus est sequens) *Vt* ecce, si quis ex agnatis tuis, rem, quæ à communione parente per successionem ad eum peruererit, alienare voluerit: non permittitur ei etiam secundum antiquam consuetudinem alij eam videret, nisi tibi, vel alij proximiori pro æquali pretio accipere volenti. subdit *Gloss*. Proximiori, & verè, quia non intelligitur alienatio &c. Huc usque non sunt applicabiles termini prælationis. Deinde verò ibi in sermone sequenti permittitur infeudatio; sive subinfeudatio, modò non sit facta in fraudem, his verbis. *Per feudum tamè cuilibet dari potest, nisi fiat in fraudem nostra consuetudinis &c.* quandoquidem, interueniente aliqua fraude, rescissa inuestitura, reddito à te, vel alio proximiori, videlicet secundum antiquam consuetudinem pretio, si quod dederit is, qui inuestitum accepit, compellatur rem tibi restituere. Sed, præscindendo à fraude, per feudum cuilibet dari potest. vt tollatur ius prohibituum alienationis in primo sermone conceptæ; non autem vt ostendatur, non esse præferendum agnatum, dum de huiusmodi prælatione nullus fuit sermo, qui tantum fuit de venditione rei prohibite alienari, quam resoluitur ibi, non posse vendi in præjudicium agnatorum, sed posse dari in feudum absque fraude. Quenam autem sit ratio differentiarum, non est huius loci indagatio. Fusè nos de ea in nostra Ariadna. Interim illud certum est, in hoc textu non agi de præjudicio respiciente prælationem agnatorum, quasi fuisset deductum in quæstione, an agnati præferendi sint extraneis; adeoque neque ex hoc textu probari à *Rosa* eius cō-

clusionem, certo certius est.
 14. Sin autem attendamus rationem, quam ipse adducit, neque ex illa quæstionem resoluemus; nam, licet prælatio competens in venditione rei feudalnis nascatur à iure, quod habet agnatus proximior succedendi, adeoque, si feudum vendidit Feudatarius, qui per venditionem se spoliauit dominio, debeat illud habere agnatus, idem dicendum est in locatione, in qua attenditur ius, quod habet agnatus tanquam talis ratione inuestitur, ex qua ius in re illa aliquo modo resultat. Vnde, quanvis per locationem non desinat esse dominus Feudatarius; non inde tamè non poterit prælationem pretendere agnatus, cum prælatio hæc non repugnet dominio locantis, vt mox dicemus. Si denique attendamus explicationes datas à *Rosa* decisionib. ab ipso relatis, neque illæ conuincunt, dum ipse studet eas effugere, eo quod sint fundatæ in locatione necessaria, in qua dominus feudi non habet liberam locandi facultatem, quam verè habet in locatione voluntaria, in qua non debet limitari cius arbitrium. Et ego, vt verum factar, nullam reperio disparitatem intè locationem necessariam, & voluntariam quoad prælationem, quandoquidem, si Iudex eo quod nullum habeat interesse voluntatis, præfert agnatum extraneo, Dominus ipse feudi eadem ratione permettit, vt agnatus præferatur extraneo. Dixi, eadem ratione, quia suppono, feudi Dominum nullum habere voluntatis interesse circa hanc locationem; etenim, quod, est aduertendum, si æquè bene ille tam ab agnato, quam ab extraneo premium proueniens à locatione recipit, nec aliquid sentit incommodi, non video quodnam substantiale voluntatis interesse considerari valeat, licet possit esse aliquod interesse accidentale non considerandum; cum ipsis non impediatur locandi voluntas, dum locatio suum iam sortitur effectum, necnon premium idem recipiat ab agnato, quod ab extraneo erat recepturus, adeoque, vt consideranti patet, nullo spoliatur dominio, concessa agnato prælatione.

Igitur, cum circà prælationem nullam reperiamus substantialem disparitatem intè locationem necessariam, & voluntariam, si decisiones habemus pro prælatione in locatione necessaria, illas possumus benè applicare locationi voluntariæ.

Cæterum nullus sit admirationi locus, si nec *Sæfelius*, nec *Capyc. latr.* nec alij considerant textus adductos à *Rosa*, cù ij viderint, illos non obstat, potissimum, quia casus ab ipsis relati necessariæ cōtinebat locationem, de qua præfati textus non loquuntur, præterquam quod nec locationi voluntariæ, quo-

ad prælationem eos obstarere, iam vidimus.
Tandem contrà Rosam faciunt decisio-
nes allegatae pro vniuersitate in prælatione
locationis à Rouito in Pragm. 63. de off. Proc.
Cas. num. 31. Capyc. latr. decis. 168. num. 29.
tom. 2. Thor. in compend. decis. part. I. verb. præ-
ferri an debeat Vniuersitas, alijsque apud ip-
sos, cum non solum fundate sint in liberta-
te, vt ait Rosa, sed etiam in paritate vendi-
tionis, licet addatur ratio libertatis, vt in-
tèr ceteros argui licet ex Rou. loc. cit. ubi hęc.
Militat enim eadem ratio, qua in contractu
venditionis, inā maior, quia per locationem
vassalli fortiuntur plures Dominos &c.

- 13 Nouum enim non est, assolere à peritis
causarum patronis plures afferri rationes
pro eorum clientibus, cum vni Iudicati vna
ratio placere possit, altera alteri. Quæ ars
protectio laudanda est; nec curandum, si ra-
tiones plurimæ videantur infirmæ scribenti,
alijsque, cum firmæ videri possint, ni omni-
bus Iudicibus, saltē vni ex illis, qui ceterę,
quæ firmæ sunt, videbuntur infirmæ: Sicq;
causarum patroni victoriā referent pro
clientibus, quas utique non referrent, si non
nullas defererent rationes, quas tanquam im-
becilles putarent desereudas. Et ex his duo
substantialia elicienda sunt. Primum, non
alleganda pro decisionibus causarum con-
silia; quisque enim pro suo cliente, non ve-
ritatis intuitu, quicquid inuenit, quicquid
pro illo facere arbitratur, ponit, & ita ve-
stīt, coloratque, vt nemini dubium esse dicat,
quod forte ab omnibus cōtrouertetur; qua-
rè, cum in decisionibus causarum sit veritas
attendenda, frustra à cōsulētibus eā habebit
14 Iudex. Alterum, iudicandi actum, & con-
sequenter bona omnia litigio subiecta de-
pendere à modo, quo Iudex rationem ap-
prehendit, & quo illam, vel firmam recipit,
vel infirmam. Quod si bene perpendetur,
nescirem utique, au reperiri valeret vilis,
qui vellet sua bona fragili Iudicantis actui
supponere: sed arbitror, omnibus consulere
Divinam prouidentiam, quæ bonæ Iudicis
menti sufficiens semp̄ tradit lumen ad
quamcumque veritatem eruendam: & ego à
plerisque accepi Iudicantibus, eos differen-
ti voto causas iudicasse, quo aulam ingre-
dientes iudicare proposuerant. Ut ergo ad
rem nostram revertamur, ratio prælationis
pro Vniuersitate adducta à Rouito, ceteris
que, cumulat iuē adducta est; adeo quæ non
indē dicendum est, esse in Vniuersitate con-
siderandam speciale rationem differentem
ab agnato, cum præcipua ratio adducta
etiam pro Vniuersitate fuerit illa deducta
à paritate vēditionis, scilicet, vt, quemadmo-
dum Vniuersitas præfertur in venditione,
vt præferti debeat in locatione; sic ergo di-

cēdum de agnato, vt scilicet, quemadmodū
præfertur in venditione rei feudalis cuicun-
que extraneo, ita etiam præferti debeat in
locatione.

Ex quibus omnibus, vt vela tādēm con-
tra ham, viderur contra Rosam dicendum,
prælationem locum habere etiam in loca-
tione voluntaria, sed aduerte, nos suprà di-
xisse, prælationem hanc militare, si xquē be-
ne Feudatarius tam ab agnato, quam ab
extraneo premium recipit; siquidēm, si diffi-
cultas aliquæ oriātur, diuerlo modo discur-
tendum erit, ac pro inde in hoc Iudicis pru-
dentia multum operabitur, cum ex ijs, quæ
interueniunt, circumstantijs, quandoque
prælatio ex pietate etiam concedenda sit a-
gnato, vt rem, quæ ad ipsum per successio-
nem spectabit tandem, bene custodiat, quā-
doque verò deneganda, vt creditores totius
incedant, vt Baro facilius premium recipiat,
&c. Hæcque satis.

S V M M A R I V M .

- 1 Vniuersitus præfertur omnibus, tam in vendi-
tione, quam in locatione Castri.
- 2 Baro præfertur in venditione, seu locatione
Castri etiam ad instantiam creditorum.
- 3 Baro præfertur Vniuersitati in venditione,
seu locatione Castri.
- 4 Vassalli, siue demaniales sint, siue stent sub
Barone, preferuntur ceteris in locatione, &
venditione Castri.
- 5 Privilegium prælationis concessum Vniuersi-
tati dicitur concessum intuitu vassallorum,
qui intiti alienari nequeunt.
- 6 Vassalli, qui passi sunt antea vendi, posse
preferri ceteris in noua venditione.
- 7 Vassalli an babeant prælationem etiam in ca-
sus, quo redire nolint ad directum Dominum,
late discutitur.
- 8 Prælatio in feudi non concedenda Baronibus,
quoties difficillime consuleretur Creditori-
bus.
- 9 Baro, an cimis preferendus in venditione Ca-
stri.
- 10 Baro præfertur omnibus in Regno, non solum
in emprise Castri, sed etiam aliarum re-
rum.
- 11 Baro, cui velit, potest iurisdictionem crimi-
nalem vendere, & quare.
- 12 Vniuersitas potest habere iurisdictionem, ob-
tentio Principis assensu.
- 13 Baro, habens iurisdictionem criminalem, an
posset pretendere prælationem in affitu
iurisdictionis civilis.

DILVCIDATIO DECIS. CVII.

- 1 **M**ulta breuitè perstringit decisio hęc.
Primum, Vniuersitatem præferri tam
in

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 275

in venditione, quam locazione Castri, cum ea admittatur ad demanium, limitato tempore, per Pragm. 63. §. 2. & 5. de off. proc. Cæsar.

Secundum, Baronem etiam gaudere hac prælatione, quamvis venditio, seu locatio fieret ad instantiam creditorum, ex dec. 99. relata à Capyc.

3 Tertium, in cōcursu Baronis, & Vniuersitatis, Baronem præferendum, sive decisum, idque eò magis, quia Vniuersitas non potest habere iurisdictionem, secundum Constit. Regni, Cum sat. Vnde, si Vniuersitas haberet ius eligendi officialem aliquem pro exercitio iurisdictionis, administrare nequirit absque Baronis confirmatione; & ad id decisionem refert.

4 Quoad primum egregie, post alios, scripsero Reg. Reuert. decif. 488. ibique Reg. de Marin. qui ex varijs, prout ibi, notat, prælationem hanc Vniuersitati competere ex inueterata consuetudine, non autem priuilegio aliquo in iuris corpore inserto. Sed quicquid sit de hoc, an idem semper dicendum sit de quibuscumque vassallis, siue demanialibus, siue de ijs, qui stant sub Barone. Pro qua questione videndi sunt Sese. decif. 36. Vimis in sylva commun. opin. conclus. 637. de Ponte de pot. Præreg. tit. 10. de bonis, & expens. Vniuers. 5. 1. num. 17. Laracha cons. 886. Salern. in proam. consuet. Neap. Anna pater, & filius, sing. 5. 67. de Franch. dec. 17. n. 2. ubi Amend. & Ricc. Reg. de Marin. loc. cit. aliquique apud ipsos; ego, ut meum sensum breuissime aperiam, dico, debere quoslibet vassallos præferri; nam, siue per consuetudinem, siue per quodcumque aliud ius huiusmodi priuilegium sit Vniuersitati concessum, certum est, illud concessum non esse intuitu Vniuersitatis, sed vassallorum, qui inuiti alienari nequeunt, ex gl. celebri in l. inuitis ff. de fideicom. libert. Vnde spectat ad singulos, & singulos, ad quos, ut tales, spectat frui libertate. De qua re scriptit Larath. loc. cit.

6 Et quamvis isti passi sint anteà vendi, & voluerint esse vassalli alicuius Baronis; tamèn, cum ab hoc iterum venduntur, habent iterum priuilegium prælationis. Hoc enim importat libertas (quod est aduertendum) pati, vedi plus vni, quam alteri, plus vni, quam alteri seruire; sive non inde, quod Titius sic vassallus Sempronij, si Ciuitas vendatur Mænio, erit necessarium Titius vassallus Mænio, cum possit pretium oblatum à Mænio offerre Sempronio, ut optata fruatur libertate; nec inde Sempronius exigere poterit, Titia sibi præindictum intulisse, patiendo, esse eius vassallum; poterat namque esse eius vassallus, adeoque eadem libertate poterit nunq. non esse alterius. Hoc ego sentio;

quicquid aliter senserint nonnulli ex superiùs citatis, quos vide, cum munus, quo fungor, non patiatur, ut ad trutinam reuocē, quæ ab alijs discussa sunt, præcipue in tamen alta questione, quæ in mea Ariadna fusissimè explanatur sub proprio titulo; interim Autores de ea agenesse adduxisse sit satis.

7 Sed quid, si, volente Barone feudum aliqui vendere, insurgat ciuis pro illius empatione offerens equale pretium, & vassalli velint sub illo stare ciue, non sub alio, cui Baro vellet feudum vendere, an vassalli possint prælationem hanc dare ciui? Pulchra est dubitatio, quam in tertia parte mea Ariadna, Deo dante, resoluam. Hic tamen aduerte, pro negatiua opinione facere argumentum hoc; nam eatenus ciues, & Vniuersitates ad prælationem admittuntur, quatenus velint redire ad directum Dominum, quam rationem perpendit Reg. de Marin. cum Reuert. loc. cit. sic namque libertate gauderent: vnde, dum patiuntur stare sub alio Barone, non est ratio, cur prælatione gaudeant.

Pro affirmativa facit, quia sic utique parti consuleretur, vendenti scilicet, & Vniuersitati. Vendenti quidem, quia pretium haberet æquale prelio oblato ab alio. Vniuersitati etiam, quia in libertatis exercicio manuteneretur, dum posset, cui velit, se subiungere; vnde, ex ratione tradita per Sanfelicium postremo loco, hac æquitate tenenda est opinio hæc; & quemadmodum Vniuersitas poterit, quamvis alteri vendita sit, si denuo vendatur, gaudere prælatione ad demanium aspirando, ita etiam eadem libertate gaudere poterit, eam alteri subiungendo.

Propter hoc argumentum nonnulli tenerunt, prælationem competere vassallis demanialibus, secus alijs; siveque non adéquatè probaret: ut dixi, alibi id matrius resoluam; nunc pro negatiua stare, quicquid ex Reg. de Ponte scripserit Rosis. ad Pragm. 63. de off. proc. Cæsar. num. 27. Cetera autem ad demanij materiam spectantia vide apud relatios à Thor. ad Reg. de Ponte de pot. Præreg. tit. de dotis, & expensis Vniuersitatum 5. 1. An autem Vniuersitas petens demanium teneatur soluere, non modo pretium, sed interesse, vide relatios à Dom. Petri tom. 3. ad Ritum 273. & num. 109.

Quoad secundum sic pariter fundane, & decisum referunt Anna alleg. 27. num. 19. & seq. & singul. 150. Capyc. latr. decif. 168. lib. 2. per totam, ubi Gizzius num. 1. aduocatos adducit, qui pro utraque parte scripserunt, & allegationes habentur apud Prat. tom. 2. cap. 1. Galeot. in addit. ad contr. 53. art. 2. num. 22. lib. 1. & respons. fiscalis 28. num. 56. & seq. Reg. Sanfelic. decif. 322. Rosa tom. 1. consult. 27. nu-

9. & consult. 16. per totam, qui, post multos superius citatos, sic decisum testatur in calce. Et Consiliarius Rocc. in 2. respons. tom. 2. post probatum articulum, & decisionem hanc relatam, aliam pariter necit decisionē factam per S. C. iunctis aulis, pro Comite Lauriti, in locatione eiusdem Terræ in contradictrio iudicio cum Marchione Petru, & alijs creditoribus, die 25. Iunij 1650. ipse verò in casu, quem refert, contrarium decisum scriptis contrà Illustrēm D. Ioannam de Capua potenter prælationem in locatione status Palenæ; quoniā verò præfatus auctor inquit, se nescire, quibus rationibus motum fuerit S. C. ad decisionem illam, causarū fatis tribuit, idcirco supèr ea decisione nō discurrat. Vnum tantum extrà materiam 8 aduerto, videlicet prælationem in feudi locatione non concedendam Baronibus, quoniam ex eorum potentia diffīcillimè creditoribus consuleretur. Vnde, si quandoque contrà Baronem decisum videris, hanc tribus decisioni causam, non fata, iuxta eā, quę diximus in calce dilucidationis antecedentis. Ceterum vide multos casus de prælatione, quanii habent Barones ementes apud Amend. in addit. ad decis. Vno. de Franc. 17. num. 3. aliosque superius citatos; nec non Gizzium ad d. Capyc. latr. decis. 168. qui multos refert, & Dom. Altimar. ad cons. 21. Kouiti, tom. 2.

Sed pulchra hic insurgit dubitatio, quis nām preferatur, ciuis, an Baro. Dicas ex 9 dictis, preferri Baronem, sub quo ciuis passus fuit viuere, dummodò sub illo vixerit, integro anno, seruata dispositione Pragmaticæ superius enunciata. Sed dices, sequi ex his libertatis fractionē; siquidēm, si libertas operatur hoc, ut vassallus, qui sub uno Barone fuit, possit sub alio non stare, operabitur hoc etiā, ut possit sub eodem Barone modò stare, modò secūs. Ve ceteras omittam responsones, respondet præfata Pragmatica, quę, dum tempus statuit, tacete responsoni responderet.

Hinc collige, in Regno nostro, sicuti Baro preferitur in emptione Castris, ita etiā 10 illiū preferri in venditione aliarum rerum, ex dispositione Pragm. 15. de Baron.

11 Quoad tertium nota, si procederetur ad venditionem iurisdictionis criminalis, non preferri Vniuersitatem, nec ciues, sed posse Baronem, prelio Regis assensu, cui velit eā vendere, ut respondet Frecc. de subfend. lib. 2. Auct. 2. nu. 26. quem refert, & sequitur Vinc. de Franc. d. decis. 17. nu. 14. ea ratione, quia, cum Vniuersitas, & ciues patiantur, se esse Vassallos Baronis, cessat motivum libertatis, ac proinde non preferendi. Sed Pragmatica dicta, esse statutū annū ad proclaimā-

dum ad demanū, an ergo, pendente hoc termino, debeat Vniuersitas, vel ciuis preferri in iurisdictionis criminalis emptione. Respondeo conclusuē, non posse preferri, nisi prius ad demanū proclamat; nam usquequo ad illud non proclamat, dicitur vassalus Burgensis Baronis, adeoque, tanquam subditus voluntarius, non est preferendus ratione libertatis, quam devinctam tenet in Baronis beneficium.

12 Hinc collige, per Constit. Regni, Cum satis, Vniuersitatem posse habere iurisdictionem, ex Reg. de Marin. in d. obseru. dummodò Principis assensu obtineatur; sectis alias. Vnde, cum in casu relato à Reg. Sanfelic. hic, locatio fuerit facta per Oeconomos, Vniuersitas fuit admissa ad prælationem; quoniā verò nullum legimus, fuisse obtentum assensum, merito S. C. non amouit exercitium iurisdictionis ab Oeconomis Sanctissimæ Annuationis.

13 Quid autem dicendum sit de Barone habente iurisdictionem criminalē, petente prælationem in locatione iurisdictionis civilis, dicemus in dilucidatione dicta dec. 3 22. quę est propria Sedes, in qua videbimus, quomodo recipienda sit Consultatio prædicta 16. Rosa, qui supèr hoc articulo fuse ibi scriptis, & docte.

Eset pro complemento hic videndum, an Ciuitas semel admissa ad demanū possit iterū vendi. De qua re in mea Ariadna disceptabo. Alia verò, quę hic consulto reliquimus, ne mancam daremus d. dilucidationem 3 22. vide ibi.

S V M M A R I V M

- 1 Meliorationes factae in fraudem congrui non veniant in astimatione. Et quales sint.
- 2 Meliorationes astimandæ in causa retrahens sunt illa, quę censentur necessarie, & utiles.
- 3 Regula, hodie emo, cras dono, qua nō militet.
- 4 Meliorationes quoque factæ à Domino fundi videntur factæ in fraudem congrui, si statim, illis factis, procedatur ad fundi venditionem; secūs, si non statim sequatur venditio.
- 5 Emptor fundi, illum demoliri faciens in fraudem congrui, non tenetur ad aliud, quā ad precium, quo res demolita valet tempore exequitionis sententię.
- 6 Emptor fundi, quamvis certiorans vicinum, qui inhibitus em non obtineat à Iudice, ne fiant meliorationes, nequid tamē ante annum statutū meliorationes facere.
- 7 Inhibitio obtenta à Iudice, ne supèr re obnoxia congruo edificetur, quid importet.
- 8 Retrahens rem iure congrui in venditione iudiciaaria, quodnam pretium soluere debet, latè discutitur.

DILV-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 277

DILVCIDATIO DECIS. CVIII.

TEmeritati sanè foret proximum, si quid addere arbitrarer motiuis discussis in S. C. iunctis quatuor Aularum Dominis; etenim, cum hæc eadem decisio relata à *Sæfelic.* referatur quoque, re bene discussa, à *Rouito dec. 24.* vt meo fungar munere, illi parere debo, tanquam ius facienti in Regno postro, non addere, hæcque regulam edoceor à *Reg. de Marin.* in obseruat. ad decis. 436. Reuertor. quia decisa tantum refert, non discussit.

Ne autem aliqua non deserenda prætereamus, illud utique materia non extraneum breuissimè discutiendum erit, an scilicet, si quis rem emat, nec de ea emptione vicinus certioretur, interim vero noua construat edificia, meliorationesque necessarias non agat, sed tantum voluntarias ad uberiorū ornamen-tum deseruit, quas præuidet à vicini inopia fieri non posse; deinde vero illis peractis, vicinum certiores, statibus decisionibus superius relatis, veniant huiusmodi expensæ in appretio faciendo tempore exequutionis sententia, quo condemnatur emptor ad fundum illum iure congrui relaxandum.

Rursum, an, si emptor, præuidens ius congrui trahinere, antequam fundum illum emat, conueniat cum venditore, vt expensas agat non necessarias, adeò vt vicinus nequeat eas soluere; deinde vero, illis iam factis, fundum emat, nec talis conuentio constet, attendendum sit pretium ante factas meliorationes, an autem post illas peractas.

Tandem, an, si emptor post rem emptam, antequam vicinum certiores de re empta, è fundamentis fundum emptum demoliri faciat, præuidens, illum non retrahi à vicino, qui forsitan emisset ad aliquam sibi commoditatem inferendam, deinde autem vicinum certiores, teneatur emptor fundum illum ad pristinum statum reducere, an saltē pretium erogare, quo estimabitur, & an eodem modo discurrendum sit, si Dominus id agat, & præsumatur agere ex conuentione facta cum futuro emptore, quæ forsitan innotescat.

Quæsitis hisce iam præuideo, me fraudes vel patetfecisse, vel docuisse; iure igitur optimò preparanda remedia.

Ad primum ergo respondeo, meliorationes illas iam apparere factas in congrui fraudem; debebat namque emptor vicinum certiorare, qui iuxta praxim relatam à *Rouito in dec. 24. num. 30.* certioratus antequam ius congrui petisset, obtinere curasset inhibitionem à Iudice, ne interim emptor quicquam in re empta, eo inconsulto, innouaret, siue hanc non obtinueret inhibitionem, potuisset expensas necestatias peragere, igi-

tur, si vicinum non certiorauerit, nulli dubium, quin huiusmodi meliorationes factæ dicantur in iuris congrui fraudem: quarè attendetur quidem estimatio facienda tempore exequutionis sententia, sed ille meliorationes erunt estimandas ratione redditus, non pretij in illis erogati, quandoquidem meliorationes per emptorem factæ reducendas sunt ad necessarias, & utiles; ad necessarias quidem, ex dictis per *Pisanellum in consit.* si quis emit: de iure congrui vers. aduer-te. Ad utiles etiam, ne vicinus cum aliena iactura locupletetur; nefas enim est, vicinum ex meliorationibus utilitatem referre, nec pretium soluere. Sique replicetur, vicinum huiusmodi expensas non fuisse facturum, si fundum iure congrui retraxisset, antequam illæ factæ essent, vrget fortis paritas; nam vicinus neque forsan alias fecisset expensas, quas Dominus fecit etiam spectantes ad merum fundi ornamentum, & tamè tenetur illas soluere, non tanquam expensas necessarias, sed alio ex capite, ergo, licet vicinus non fecisset expensas illas, quas fecit emptor, quia tamè ab ijs aliquam percipit utilitatem, debetit eas soluere, ne cum emptoris iactura locupletetur.

Ad secundum respondeo, nos debere regnari à regula illa, Hodie emo, cras domino, de qua *Camerar. in l. Imperialem lit. 5. pag. 6. Affl. dec. 338. in fin. & 370. in dub. 3. Napod. it consuetud. & sa testator,* aliquique relati per *Scipion. Bucin. ad d. conf.* si quis emit, aliquoque passum: igitur, vel appareat huiusmodi conuentio, & appretium regulandum erit secundum responsa in primo quæsito; vel non appareat, & recurrendum ad huiusmodi regulam, cum ex celeri venditione videantur meliorationes illæ in congrui fraudem factæ; adeoque etiam regulandum erit appretium secundum respoasum eodem primo quæsito: vel tandem non interuenit tam celeris venditio, quæ iudicis arbitrio substat, & tunc standum est appretio faciendo quidem tempore exequutionis sententia, sed meliorationes estimandas sunt eo prorsus modo, quo ceteræ estimantur, nec ad particularia casim estimanda descendo, ne tabulari fungar munere. Illud tamè notandum est, potuisse emptorem meliorationes ibi factas soluere, habito respectu ad expensas in illis erogatas, ceterisque computatis, quæ forsitan sic estimari non solent. Quinimò hoc forte contentum fuisse pretio fundum illum soluere cum ijs meliorationibus ad quemicunque alium à iure congrui remouendum. Hoc ergo casu nullus erit habendus respectus ad aliquam solutionem, sed esse meliorationes illas appretiandas, & estimandas modo, quo verè estimari assolent

5 lent ceteræ , cum ideo estimatio fiat , vt soluatur pretium vsuale , quanto scilicet vendi solet , ad text. in l. filius s. si quid ff. de legat. 2. de quo Napodan. ad d. consuetud. num. 46. vbi edocet , qualiter res estimanda sit , quem omnino vide .

6 Ad tertium respondeo , attendendum fore tempus exequutionis sententie ; siquidem si emptor rem illam demoliri fecit , tanto minus solueret vicinus , & dirutam commoditatem iterum moliri faciet pretio , quod non solueret ; alijs sequeretur absurdum , quod advertit idem Rouit. in d. decis. 24. num. 17. vers. tertium fundamentum , scilicet , vicinum retrahentem esse semper in lucro , emptorem verò in damno , dum ille commoditatem haberet , nec meliorationes inutiles solueret ; hic autem rem dirutam bis solueret tanquam firmè stantem , primò scilicet antiquo Domino , secundò vicino retrahenti . Quod nefas est .

7 Sed quid , si emptor vicinum tempore , opportuno monuit ; hic verò non curet inhibitionem obtinere à Iudice , ne emptor edificari permittat , illo inconsulto , an hic possit edificare , meliorationesque nec necessarias , nec vlo modo vtiles tempore appretij faciendi repeteret ? Conclusuè negatiuā sequor opinionem ; nàm consuetudo nostra Neapolitana , quæ annum statuit ad retrahendum , vult , vt toto hoc tempore vicinus ius habeat ad fundum retrahendum ; vndè hoc medio tempore secundum Pisanell. loc. cit. ab omnibus receptum , debet emptor abstinere ab expensis ijs , quæ necessariae non sunt . Et licet emptor hic inhibitionem non obtinuerit ; non tamè dicendum , illum ex tali silentio voluisse comprobare , & pati , vt fierent quæcunque expensæ , sed illæ tantum , quæ necessariae , & vtiles sunt ; sicque inhibitione relata per Rouit. loc. cit. operatur solummodo , ne emptor vllam faciat expensam etiàm necessariam , inconsulto retrahente ; dæterum , remota inhibitione , non proinde poterit meliorationes non necessarias , nec vtiles facere , spe illarum pretium recipiendi tantum , quatenus vtiles habeantur , vt superius diximus .

8 Hæc autem dicta sint de venditione non iudiciaria , quæ autem dicenda de iudicia- ria , habes apud Dom. Altimar. ad d. decis. 24. Rouit. vbi num. 47. refert , sibi relatam decisionem à Dom. Marcello de Graffis , qua in causa inter Illustrim Principem Aricciæ , & Physicum Iosephum Donzelli decisum fuit in S.C. retrahentem debere soluere pretium , quod ab alijs offertur , non autem , quod estimatur tempore exequutionis sententie . Etenim fateor , propter autoritatem relatum non recedendum ab hac obseruatione ,

potissimum , quia eorum dicta roborantur decisione tanti senatus . Verum decisionem hanc teneas euenisce forsitan , eo quod è prot lucratus fuit sexta , quæ in huiusmodi venditionibus admittitur , secundum decisionem 224. Vinc. de Franch.

Vnde impat est , vt retrahens ab emporre soluat pretium estimandum tempore exequutionis sententie , quod maius est regulariter , non deducta sexta . Quarè ne emptor hoc sentiat lucrum in retrahentis dampnum , meritò attendendum est pretium ab illo solutum , sexta deducta .

Non negauerim tamè , etiam , attenta decisione à Dom. Altimar. relata , esse appretiandum fundum ; potuit nàmque emptor meliorationes necessarias hoc medio tempore facere , quæ estimandæ erunt , adeòque attendetur tempus appretij , quo forte res etiàm pluris valuerit ex temporis circumstantijs , verum deducenda erit sexta pars à primo pretio , pro quo rem obtinuit emptor sub hasta , sexta parte deducta .

Quoniàm verò videntur obstare dicta Vincentij de Franch. decis. 588. num. 10. quam refert Dom. Altimar. ipse , ideo , si casus euenirit , maturius cogitandum . Hæc autem dicta sint , attenta nostra consuetudine , de qua in præsenti decisione . Quid autem dicendum sit , attento iure Regni , & propriè Confit. Sancimus , supèr qua egregiè Affl. vide , quæ diximus in dilucidatione decis. 102. quæ est propria sedes .

S V M M A R I V M .

- 1 *Conduktor antiquus rerum Ecclesiasticarum non prefertur nouo , & quare :*
- 2 *Conduktor antiquus prediorum fiscalium , modò non remanserit debitor , prefertur novo .*
- 3 *Conduktor antiquus prediorum priuatorum non prefertur novo de iure communi , secùs de iure consuetudinario Ciuitatis Neap.*
- 4 *Locatio ad longum tempus inducit pralationem , etiàm in rebus Ecclesiasticis .*
- 5 *Ius pralationis , an possit prescribi in rebus Ecclesiasticis .*
- 6 *Conduktor antiquus , semel pralatus , semper est preferendus in rebus Ecclesia .*
- 7 *Alienabilis semper est res facta semel alienabilis .*
- 8 *Consuetudo requisita in infudatione facienda ab Ecclesiasticis verificatur ex uno alio .*

DILVCIDATIO DECIS. CIX.

Inquit in hac decisione Reg. Sanfelicius , fuisse decisum , antiquum ecclesiastici prædij conditorem nō preferendū nouo , ea

tic-

ratione, quia infringenda non est Ecclesiastica libertas, de qua re etiam Cap. latr. decis. 159.n.5. & 6. quicquid ibi cumulauerit Gizz. precipue num. 7. Aliam tradit rationem Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. 539. Reg. Reuert. num. 4. quia nempè si prælationi locus esset, Prælati, omnesque alij rebus semel locatis priuarentur, cum, quicunque primum insipereret conductorem preferri nouo, ad conducendum non accederet; sicque vili pretio res conducta semper apud ptimum conductorem remaneret. Et miror, Reg. de Marin. non vti auctoritate Reg. Sanfelicij, præcipue, quia ratio per illum tradita debilior est; nam non ex eo, quod antiquus Colonus preferretur nouo, nemo accederet ad conducendum, ac proinde viliori pretio res conducta penes primum conductorem remaneret; quandoquidem posset nouus conductor maius offerre pretium; sicque verum non est, rem viliori pretio remanere penes antiquum, cum antiquus præferretur nouo, ceteris paribus, nempè, si pretia oblata essent æqualia. Melior igitur est ratio adducta per Sanfelicium, quia Sicilicè nulla est tradenda differentia inter bona priuatorum, & Ecclesiasticorum, ne libertas lœdatur.

Nos vero pro hac decisione aduertamus, quando antiquus conductor sit præferendus nouo, quando autem secus. Antiquus conductor præriorum filialium, modò non remanserit debitor, prefertur nouo, vt ex multis adductis probat Reg. de Marin. loc. cit. numer. 2. Antiquus conductor rerum Priuatorum de iure communi non prefertur nouo, ex expressa dispositione Imperatoris in l. ne cui C. locuti, vt videre est apud Fab. de Ann. conf. 77. aliasque relatos à Dom. de Luca in obseru. ad decis. 406. Vincent. de Franch. nu. 1. Antiquus conductor rerum Priuatorum urbanarum in districtu Ciuitatis Neapolit. nec prefertur nouo; secus vero, si agatur de prædiis rusticis, estque solemnis decisio Affliti 238. quem omnes uno ore sequuti sunt. Tandem antiquus conductor ecclesiasticorum præriorum non prefertur nouo, vt volueret omnes ij, quos adducunt Reg. de Marin. loc. cit. & Reg. Sanfel. hic. Tu vero, vt diximus, sequere rationem Reg. Sanfelicij.

Quoniam vero Sanfelic. hic inquit, limitari ultimum hunc casum, cum agitur de locatione ad longum tempus, ex quo ius in re constituitur, regulam generalem constituanus, nullam tradentes differentiam inter bona priuatorum, & ecclesiastica secundum mentem Sanfelicij, ne ista sint illis deteriora. Igitur dicimus, quotiescumque antiquus conductor præfendit præferri nouo, eo tantum, quia antiquus conductor est, ille succumbet; quoties vero antiquus condux-

reioni titulum aliquem necit, preferetire ex equitate; par enim est, ne, ceteris paribus, præmium auferatur ei, qui titulum aliquem habet in eo prædio, quod non habet nouus conductor. Pro qua' re consulendus est Roman. conf. 22. num. 5. nec deserendus Mansib. 5.

Sed quæres, an possit dari casus, quo antiquus conductor, tam præriorum Ecclesiasticorum, quam priuatorum, esset præferendus nouo ratione præscriptionis; videlicet, si antiquus Conductor tanto tempore rem conduxerit, vt potuerit dici præscriptum ius prælationis. Hoc nemo tangit ex ijs, quos viderim; vnde, antequam meam sententiam propalarem, alios vocare, qui responderent: ne tamè rem meo iudicio fructuosam deseram, queque accidere posset, supponendum est, aliud esse, conductore esse antiquum, sic namque nunquam præscribitur ius prælationis; aliud esse, antiquus fuisse prælatum ceteris.

Quot actus autem sufficient ad præscriptionem hanc inducendam, dubiuin est, quod fusè in simili explicuiimus in nostra Ariadna par. 1. cit. 1. quæst. 1. per totam videnda.

6. Hic autem concludendum, sat esse, vt antiquus conductor semel prælatus fuerit, ad hoc, vt dicatur præscripta consuetudo prælationis; nam res, semel alienata, semper alienabilis est, ex l. pater filium 5. quindecim de legat. 3. vnde, si antiquus conductor semel prælatus est, semper præferri debebit.

7. 8. Et hinc collige, ex hac eadem ratione antiquam infundandi consuetudinem requiritam in Archiepiscopis, ceterisque Ecclesiasticis a cap. 1. §. quia de feudis: de his, qui feud. dare poss. & qui non: verificari ex unico actu, prout fuisse, reiecxis ceteris opinionebus, fundauimus in nostra Ariadna feudalii, loco citato, quam questionem, cum vidissim proficiam, eram huc translaturus; ne vero rem penitus meo iudicio extraneam ponebam, aliter arbitratus sum. Illam, si libet, vide.

S V M M A R I V M .

1. Fundus diuidendus, commodam autem diuisionem non recipiens, cuinam consignandus, & quomodo.

2. Res commodam diuisionem non patiens sorti committenda.

3. Sors nequit retractari ex causa lesionis.

4. Restitutio in integrum, quamvis non detur aduersus sortem; datur nihilominus aduersus rem diuisionem ante sortem, quod late explicatur.

5. Thesaurus repertus in fundo, qui alicui datus est à sorte in diuisione, cuius sit? late discuti-

- scutitur paritate emptionis.
 6 Possessio quandoque inducit pralationem etiā
 in rebus venditis, & quomodo,
 7 Re duobus vendita, ille præfertur, qui prius
 possessio tradita est.

DILVCIDATIO DECIS. CX.

Hic principaliter edocemur, licet fundus communis, commodam recipiēs diuisionem, assignandus sit omnibus; ni tamē vīlam recipiat diuisionem, vni adiudicandum, huncque ad alteri pretium tradendum fore condemnandum, prævia licitatio-ne. Verūm, si fundus fuerit lictatus ad instantiam creditorum alterius ex fratribus, vel socijs, admisso emptore, & per hunc posse-sione capta, esse etiā præferendos illos, pretium depositando, dummodò ijs denunciata non fuerit pretij solutio per emptorē facta; adeòque dici non valeat perfecta venditio respectu fratrum.

Hinc primò aduertendum, quotiēs sunt aliquæ res intèr socios, vel fratres diuidendæ, quæ commodam diuisionem non patiātur, sorti recurrentum, ex Caij responso in l. si quæ ff. familia ercisc. ibi. Nec intèr eos conueniat, apud quem potius esse debeant, sortiri eos oportet. Quæ sortium genera comprobant egregiè Ognatte de contract. tom. 3. par. 2. tract. 36. disput. 130. seqq. 4. num. 57. & seqq.

Quoniām vero in huiusmodi sortibus quandoque aliqua datur lēsio, infert Consiliar. Staibani. cent. 2. resol. 191. numer. 82. ex multis Doctoribus, non posse sortem retrahari ex causa lēsionis. Quod Regens Merlin. cent. 1. cap. 57. num. 28. limitat, quotiēs lēsio enormis admodum, & excessiva sit, innixus decisioni Sacri Cōsilij relatæ à Gizzarelllo decis. 60. vbi S. C. mandauit M. C. vt procederet ad appretium bonorum diuisorum, quæ, si ex appretio dignosceret enormem lēsionem, ad iteratam procederet diuisionem. Vnde aduertendum, ne confundamur, non dari restitutionem in integrum aduersus sortem, dari verò aduersus diuisionem factam antè sortem: quæ duo diuer-sa sunt; siquidem nulla potest considerari lēsio, si sorte ad aliquem peruererit potius res vna, quam altera, alioquin frustra Iure-consulti sortem induxisserint, cum sortis proprium sit vni dare rem, alteri alteram; quia vero ex sorte alter poterit rem minoris va-loris habere, quam habuerit alter; hinc fit, vt lēsio non consideranda sit in sorte, quæ res distribuit eo prorsus modo, quo diuise fuere, sed in antecedenti diuisione, in qua res æqualiter diuisa non fuerunt. In hac ergo diuisione videndum, an fuerit enormis lēsio, an ne, vt videri queat, an possit lēsus

in integrum restituī; siveque, quando non nulli DD. inquiunt, aduersus sortem non dari in integrum restitutionem, nisi fuerit enor-mis lēsio, barbarè loquuntur, cum nun-quām sors lēdat, dum enor-mis lēsio ex antecedenti diuisione ortum trahit. Quod nota; nām ex barbaro hoc loquendi modo innumerū in iure errores oriuntur. Alia vero de huiusmodi sortibus vide apud Gizzarell. d. decis.

Nec ab re, dum de sortibus agimus, quæritur hīc, an, si per sortem tergit vni fundus, in quo thesaurus reperiatur, temporis tractu diuidendus sit thesaurus, an autem debeat illius esse, cuius est fundus, quem sors illi dedit.

Ad huius questionis resolutionem nulla alia arbitror posse procedi via, ni ea, qua proceditur in questione illa, an scilicet vē-dens, domum censeatur vendere pecuniam, seu thesaurum ibi absconditum. Supèr qua, vt cæteros deseram, doctissimè scriptis Fabrin. controv. iur. lib. 2. cap. 20. vers. quartu-controuertitur, probans, thesaurum esse emp-toris, nec inde posse à venditore rescindi cō-tractum pretextu lēsionis, quia thesaurus à venditore non possidebatur, dum ille igno-rabat vbi erat, & ad cætera argumenta Roman. in l. si quis cum aliter ff. de verbor. obli-gat. respondet. Sequitur Staibani. d. resol. 191. num. 84. & seqq. & in obseruat. ad eandem, ad num. 84. cum seqq. citans Castill. decis. Regni Siciliae 240. num. 5. lib. 3. & Caualcan. in decis. 15. per totam part. 2. licet Castill. ibid. num. 6. & 7. meritò id limitet, quandò pecunia est recenter à venditore ibi abscondita. Quod certè non indiget ratione, nec auctoritatē torum, quos ibi adduxit. Faciunt, quæ refert Sanfelicius decis. 38. quæque nos ibi di-ximus.

Hæcque omnia à fortiori militant in questione proposita, in qua, non de venditione agitur, sed de sorte, quæ fundum dedit; vnde sortem accusare, & contrà eam petere rescissionem, nemo poterit sine derisu. Hæcque pauca satis supèr re, quæ, vel raro accidit, vel nunquam.

Secundò aduertendum hīc, licet extra-neus emptor, pretio soluto, & possessione capta, fuerit remotus, dum pretij solutio no-fuit socijs illis notificata, quare dici nequi-bat perfecta venditio respectu interessé ha-bentium; tamē adeò præjudicialem esse, quandoque possessionem, vt decisum refe-rat Reuert. decis. 201. concessa à Catholica Maiestate alicui regione, hacque postmo-dum concessa alteri, cui fuerit tradita pos-sessio, hunc ratione possessionis primò præ-ferri; adeòque text. in l. quotiēs C. de rei ven-dicat. quo disponitur, vt in re duabus ven-dita,

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 281

7 dita, ille preferatur, cui prius possessio tradita est, quamvis alter anteriori gaudeat titulo; locum sibi yendicare, quando res à Principe concessa est. Ad quam decisionem vide ibi Reg. de Marin. distinctionem traditam à Reuerterio int̄ actū factum à Principe per viam priuilegij, & per viam contractus, comprobantem.

S V M M A R I V M .

- 3 Creditorēs nequeant cogi ad acceptandam adiudicationem bonorum debitoris, quotiēs est renunciatum Auth. hoc nisi C. de solut.
- 2 Terminus statutus ad prælationem petendam coarctari nequit, sed vide num. 17.
- 3 Creditor tenetur bona debitoris in solutum accipere, ni emptor iustus reperiatur.
- 4 Emptorem iustum non reperiatur, & iustum pretium non offerri, idem est.
- 5 Aestimatio precedere debet, antequām candela accendatur, & quare.
- 6 Renunciatio non extenditur ad insolitum.
- 7 Renunciatio Auth. hoc nisi, non comprehendet casum, quo iustus emptor non reperiatur, sed casum, quo creditor non exhibet emptorem, quod latè probatur.
- 8 Hæredes defuncti cum beneficio legis, & Inuentarij utuntur beneficio Auth. hoc nisi, ni iustus emptor reperiatur, quamvis illi defunctus renunciauerit.
- 9 Hæredes, cùm commodè possint, nequeant sentire damnum, ne dum in bonis proprijs, sed neque hereditarijs.
- 10 Hæres, etiā iusto emptore reperto, non tenetur vendere bona hereditaria ad debita soluenda, si periculum evictionis immineat.
- 11 Renuncians beneficio Auth. hoc nisi, etiā in casu, quo iustus emptor non reperiatur, non tenetur renunciationem seruare.
- 12 Debitor celatam habens pecuniam non iuuatur beneficio Auth. hoc nisi.
- 13 Promittens factum alienum, an teneatur, si omnem diligentiam adhibuerit.
- 14 Emptore iusto non reperto, senentur Creditores se adiudicationi supponere, etidem non obstante iuramenti absolutione per debitorem super renunciatione Auth. hoc nisi.
- 15 Iuramentum præstitum super re incogitata non operatur.
- 16 Iudex cur quandoque decernat, vt creditores procurent meliores oblationes.
- 17 Iudex morosus in causarum expeditione, quandoque landandus, quandoq; secūs, & quando.
- 18 Creditores posteriores, an, & quando possint cogere anteriorem ad recipienda bona debitoris in solutum.
- 19 Creditores possunt quandoque alios creditores cogere ad partem debiti remittendam debitori.

- 20 Debitor, qui non renunciauit beneficio Auth. hoc nisi, quānam seruare teneatur.
- 21 Tempus statutum ad aliquem actum eliciendum an sit de substantia actus.
- 22 Emptor nequit agnatum cogere ad declarandum, an velit emere ante tempus statutum ad prælationem petendam.
- 23 Tempus statutum à lege, vel ab homine, an, & quando coarctari possit, & an in tertij praividicium.

DILVCIDATIO DECIS. CXI.

- 1 **D**uo hīc principaliter habemus. Primum, in venditione terum æri alieno obnoxiarum non esse locum adiudicationi, quotiēs adest renunciatio Auth. hoc nisi: C. de solutionibus. Alterum, non posse coarctari terminum statutum ad prælationem petendam in venditione.

Quoad primum variæ fuerunt Doctorum opiniones, vt videre est, int̄ ceteros, apud Franc. Mar. Pratum ad Paschal. de virib. patr. potest part. 2. cap. 9. in fine, quare monet ipse, vt, cùm casus euenerit, maturius cogitetur, & nouissimè apud Dom. Altimar. ad conf. Rouit. 18. tom. I.

- Ego autem firmè teneo, vt omnium dicta conciliem, cùm emptor reperitur, non teneri creditorum se adiudicationi subiçere. Secùs verò, si emptor non reperiatur; quamvis enim huiusmodi Amb. cum iuramento renunciatum sit, iuramentum nequit ad impossibilia obligare; vndè, ni poterit iustus emptor reperiiri, cessat præfata renunciatio. Dixi, iustus emptor, cum idem sit, iustum emptorem non reperiiri, & iustum rei pretium non offerri, vt ex Bald. in l. 2. in fine C. si in cau. Iud. arguit Paschal. d. part. 2. in allegationibus insertis in calce capit. num. 95. in fin: . Hinc optimo iure in nostri Regni Tribunalibus vñ iàm receptum est, vt antequām candela accendatur, præcedat aestimatio per tabularios, aliosue artis peritos facta, qui in huiusmodi aestimationibus respiciunt tam rei valorem, quam præsentis eunc temporis influxus, ceteraque circumstantias. Vndè, facto tali appretio, iustus rei valor dignoscitur: sicque, quotiēs iustus emptor non reperitur, res illa non venditur, adeoque creditoribus adiudicanda, seruata concurrentium proportione.

- Huc ergo reuocari potest, quod ait Paschal. in d. allegat. num. 90. iuramentum scilicet, quo renunciatur, non extendi ad insolitum, & meritò, quia de casu insolito nunquam cogitauit iurans.

Quoniam verò Dom. Altimar. obseruat. ad d. conf. 18. Rouit. num. 10. adhærens opinioni volentium, vt casus inopinatus non dicatur,

Nn cum

cum non reperitur emptor, vel saltèm non iustus emptor, inquit rationem esse evidenter: ideo veritatis studio breui temporis spatio hanc rationis evidentiam quæso examinemus.

7 Inquit ille ex *disposit. d. Auth.* hoc nisi, debitorem non habentem pecuniam, si nullus reperitur emptor, posse dare bona insolutum Creditori, hancque dispositionem non procedere, si illi renuncietur. Igitur, cum illi renunciatur, non est casus inopinatus, quia in *d. Auth.* ponitur casus, quo emptor non reperiatur, & est casus positus ad limitationem *d. Auth.* Quarè illi renuncians videtur renunciare, etiàm si nullus emptor reperiatur.

Hæc tamèn ratio non sustineri potest; si quidèm *Imperator*, cum dixisset in *l. precedenti*, *Eum qui*, non posse creditorem inuitum cogi recipere nomen debitoris, dictum hoc limitauit deinde in *d. Auth.*: quotiès debitor nequeat in pecunia, vel alia re mobili soluere; tunc namque res inimobilis debita cautela creditori adjudicatur. Hæc est principialis *d. Auth.* dispositio, quam in *s. fin.* idem *Imperator* limitauit, quotiès creditor paratus esset emptorem rei præstare: vndè, quotiès non præstatur à Creditore emptor, locum sibi vendicat dispositio *d. Auth.* Quando igitur renunciat, duobus casibus renunciari videtur. Primo, cum debitor non habet pecuniam, nec rem mobilem. Alteri, cum Creditor paratus non est emptorem præstare. Itaque renunciatio efficit, vt debitor excusari nequeat, se non habere pecuniam, vel creditorem non esse paratum offerre emptorem, quia utriusque casui renunciatum est; non tamèn operabitur renunciatio, vt debitor nequeat excusari, si non reperiatur emptor, vel saltèm iustus, cui casui renunciatum non est, tanquam inopinato; nam *Imperator* in *d. Auth.* voluit imponere onus Creditori exhibendi emptori, & huic oneri renunciat debitor iuramento, cum renunciat dispositioni *d. Auth.* quod est oculatè aduertendum, non autèm renunciat in casu, quo nullo modo reperiatur iustus emptor, adeòque casus hic est inopinatus: nec ratio à contraria sententia sectatoribus exposta est evidens, vt putauit *Dom. Altim.* sed valde infirma, ita, vt meo iudicio ex dictis, nullo valeat pacto sustineri.

Et ex hac ratione etiàm pari evidenter infertur, ab hæredibus debitoris cum beneficio legis, & inventarij posse cogi credores bona insolutum recipere, dummodò non emptor, vel non iustus reperiatur, quamvis debitor defunctus dispositioni *d. Auth.* renunciaset; nam, si defuncto ratio superius

allegata prodest, proderit etiàm eius hæredibus, illius personam representatibus. Nec satisfacit quod contrà *Dom. de Luca*, aliosque adducit *Dom. Altim.* num. 16. & 17. scilicet, hoc casu non posse considerari hæredum præjudicium, nec damnum, eo quod non cogerentur vendere, cum creditores procurare deberent subhastationes bonorum.

9 Näm responsio prompta est, cum maximum damnum sit hæredum, si bona non vendantur tanti, quanti estimantur, vel saltèm viliatè pretio, quia, si iusto pretio vendentur, quod superest, satisfactis creditoribus, in eorum cederet beneficium; vnde non eo, quod non sentiat damnum in bonis proprijs, illud non sentiet in bonis à testatoris hæreditate obuentis. Quarè non video, cur nequeat hoc casu consuli hæredibus, ne damnum huiusmodi sentiant, & creditoribus, vt debitam recipiant satisfactionem rerum adiudicatione iusto pretio estimatarum.

Hanc autèm questionem fusissimè traetaui in meis dilucidationibus quest. 20. per totam, quam citat *Dom. Altim.* in decisi. 18. num. 14. Illam ergo vide, pro qua adsunt etiàm plurimi Doctores, & decisiones, vt videre est apud *Dom. D. Carolum Petram in Ritu M.C.V. 67. num. 20. & seqq.* nec non *Dō. Altim. loc. cit.* quamvis apud eosdem non defuerint, qui aliter senserint, quos vide. Ego verò non discedendum puto ab hac opinione.

10 Ceterum quid dicendum, si iustus emptor reperiatur, an scilicet possit dicere hæres, se nolle vendere, ne de evictione teneantur. Communis opinio est affirmativa, quotiès non reperiatur emptor absque speciali hæredis obligatione, vt apud *Rouit. d. conf. num. 15. vbi Dom. Altim. Dom. de Luca ad Vinc. de Franch. decisi. 83. num. 2.* cum cæteris ab ipsis relatis.

Sed quid, si renuncians renunciaset etiàm *d. Auth.* hoc nisi, in casu, quo nec iustus emptor reperiatur, & quovis alio insolito cum iuramento, an tali casu possit, non obstante huiusmodi expressa renunciatione, ad adiudicationem deueniri?

Affirmatiè respondeo, & ratio est, quia pactum contrà bonos mores non sustinetur, etiàm si fuerit iuramento vallatum, vulgatis iuribus. Nam verò turpe est, vt quis obligetur ad impossibilia, ad dandam nempe pecuniam, quando eam non habet, nec habere potest, & licet eam habere possit, rem vendendo multò minori pretio, quam valeat, hæc impossibilitas, ni facti erit, appellari poterit impossibilitas iuris; siquidèm iura ipsa volunt, vt, quotiès datur enormissima læsio, possit rescindi venditio, ne tantum

tum damnum sentiat vendor : & quamvis huiusmodi lēsioni ex consueto Notariorum actū renunciatum sit cum iuramento ; attamen, prūia absolitione , petitur rescissio , & conceditur .

Hoc ergo quanto fortius locum sibi vendicabit, cūm quis obligatur ad bona sua vili vendenda pretio , vt Creditori soluat, quod debet in pecunia,cum alias supèr bonis sibi consuli possit . Hæc sentio .

12 Hinc collige primò, si debitor pecuniam habeat,quam celatam forte teneat, siue sub alterius nomine in mensa nummularia, idq; Creditores probauerunt , non posse cogi Creditores ad bonorum adjudicationem,vt patet argumento à contrario sensu eorum, quæ ait *Vinius ad comprobationem Paschal.* loc.cit.

13 Collige secundò, quemadmodum quis ad impossibilia non tenetur hoc casu , ita pariter , cūm quis sub pena promisit operari,vt Titius contractum aliquem ratificet, huiusmodi verò promissor omnem adhibeat diligentiam, ad hoc , vt ratificatio illa sequatur, nec proinde ratificatio facta fuerit ; nihilominus tamèn promittentem nullam debere subire penam , quamvis cum iuramento promiserit, vt ex l. si reprehenda s. idem *Iuris ff.ad leg.Rhod.de iactu,* & *Afflādecif.297.* notabilitè aduertit *Alex.Trenta-* *cinq.ad Paschal.allegat.120.*

14 Collige tertio, quoties iustus emptor nō reperitur , quamvis cum iuramento renunciatus fuerit d. *Auth.* nihilominus teneri creditores bonorum adjudicationi se supponere , licet per debitorem obtenta non fuerit absolutio à iuramento, cum iuramentum nou extēdatur ad incogitata:c. *Veniens de Iure iurand.* quod exornat *Venius ad co-* *probationem allegationum Paschal.* loc.cit. nn. **121.** quicquid sit, si alijs in casibus,in quibus de re aliqua cogitatum sit,requiratur absolutio à iuramento, ad hoc, vt agi possit, int̄er quos casus ille utique est , quem s̄apīus exposuimus , scilicet , cūm quis renunciasset cum iuramento, etiā in casu, quo nullus emptor reperiretur ; tunc nāmque iuramentū non esset supèr casu inopinato, quare requireretur absolutio ab illo. Quod ad-

15 uerte . Cæterum,quoties iuramentum fuerit præstitum supèr re incogitata, illud non operatur , vt nobiscum sentiunt omnes ij , quos refert , & sequitur ad decif. **130** *Surdi* præcipue num. 2. *Consiliar.Hodierna:* illū ergo oratione vide, dum multa scitu digna ait, nec deferas *Paschal.* loc.cit. & *Consiliar.* *Prat.* ibidem. *Amendol.* ad decif. 8. *Vincent de Francb.* qui multos consimiles casus expōnit à nobis consultò reliquos , & in calce decisionis pro hac rē refert , aliosque pluri-

mos, quos cumulat *Dom. Altimar.* loc.cit.

16 Collige quartò praxim Sacri Cōsilij, quæ vult, vt Iudex, non videns, pretium oblatum esse iuxta appretium factū, decernat, vt creditores procurent meliorem oblationē, non esse fundatam in exclusione adjudicatio- nis, cum huiusmodi decreta interponantur ad hoc, ne creditores conquerantur , si po- stea Iudex alias oblationes factas recipiat , licet appretio non correspondentes , sed te- nues . Cæterum, si Iudex viderit , eas oblationes , non modò esse tenues , sed à iusto pretio longè alienas (potest nāmque quan- doque oblatio esse tenuis, sed non nimis re- cedens à iusto pretio, quod Iudicis arbitrio relinquitur) tam ratione quantitatis,quam cæterorum vinculorum , quæ forsāt̄ essent in oblatione apposita, nunquāt̄ supèr ijs accendi permittit candelam , & ita s̄apē practicatum vidi à sensatis Iudicibus, licet mora fuisse alijs tributa finibus à temere cogitantium mente excogitatis: quarè cre- ditores tandem petierant, eorum debitoris bona ipsis adjudicari. Quod etiā nōnullis reluctantibus creditoribus, fieri posse ,

17 mox dicam . Vnde norandum, non celeri- tatem tantum, sed moram quandoque à Iu- dice adhibendam; etenim inspiciet hic, quādoque, vel imminere Collegarum suborna- tionem , vel irreparabiles familiarum per- nicies, vel scandalosa excidia, vel Principis contemptum, vel Reipublicæ ruinam, vel fa- mæ detractionem, cæteraque, quæ tempora demonstrabunt, & circumstantia ; tunc er- go huiusmodi præcipitia prudenti prohi- bebit mora , tardo elidet consilio , edoctus à Cæsare illo, qui, cūm à sua determinatio- ne aliquid euenturum mali suspicabatur , petenti nil concedens , respondebat, se de- rebus ijs in Senatu verba facturum . Sic, vel ea interim componebantur, vel aptius à pe- tentibus ipsis præstabatur consilium . Cæ- sarem verò nostris tempestatibus nō defun- qui imitentur , sed nec desunt , qui eiusdem arte non abutantur, amica gaudentes in in- diiciis mora, vt labores, quos sufferre tene- tur, effugiant, non vt consilia , quæ sub mo- do essent præstanda , opportune præstent .

18 Collige quintò, licet creditores posterio- res nequeant cogere anteriorem ad accipi- da bona insolutum vigore d. *Auth.* cui de- bitor renunciauit, vt iunctis aulis decisum testatur de *Franch.* decif. 32. & sequuntur *Rou- uit.conf.18.* & *78.* & *de Marin.ad Reuerter.* decif. **128.** num. 5. quæ decisio regulanda est secundūm à nobis superiùs exposita; nihilominus tamèn , cūm alias non commode possint satisfieri creditores, posse utique eos cogere anteriorem , vt bona communis de- bitoris insolutum vna cum ijs recipiat , ex

- Gallupp. Thor. Rocc. quos citat, & sequitur*
Dom. de Luca ad d. decis. Vincentij de Francis
82. id oculatè aduertens, vt notauit Dom.
Altimar. ad d. consl. 13. Rouiti num. 12.
- 19** *Quod adeò verum est, vt Rocc. respons. 11.*
tom. 2. quo loci à Domino de Luca adducitur,
practicatam referat in similibus casibus
partis debiti reinissionem; nec non ad eam
remittendam fuisse coactos cæteros credito-
res à maiori parte creditorum. Illum vide,
dum ad præxiū hanc comprobandum mul-
tos adducit.
- 20** *Collige sextò, licet nulla adsit renun-*
ciatio d. Auh. debere tamèn debitores plura
seruare, quæ reperire poteris apud Dom. Al-
tim. loc. cit. num. 20. & seqq. debere scilicet of-
ferre omnia bona, vt creditor meliorem rem
eligit, constito priùs, non adesse pecuniam,
quod an probandum sit à debtoribus, an à
creditoribus, Dom. Altimarus putat, probá-
dum à debtoribus, ex auctoribus, quos ad-
ducit: hanc verò determinationem desero
Iudicantibus, cum aliás arbitrer, ab affir-
mantibus potius, adesse pecuniam, quām
à negantibus, esse faciendas probationes.
Omnis rursùs diligentias facere ad iustum
emptorē reperiendum, licet diligentiam
hanc demōstrare deinde possit subhastatio.
Offerre fideiussorem. Quod ego intellige-
rem, si reperire poterit; ceterum non video,
cur ad impossibilia teneatur, potissimum,
cum ex vi contractus ille non teneatur; &
tandem tradere instrumenta titulorum. Hęc
que satis quoad primum punctum.
- 21** *Quoad secundum punctum decisionis re-*
gulam habeas generalem, scilicet, tempus
statutum ad aliquem actum perficiendum
esse de substantia eiusdem actus, adeò, vt, si
illud non obseruetur, nullus reddatur actus,
ex Gloss. ab omnibus recepta in cap. cum di-
lectus: extra de rescrip. & in l. 1. vbi Bart. C. de
precib. Imperat. offer. de qua re consule Tira-
gnell. de retract. lignag. S. 3. Gloss. 4. num. 3. vñ-
dè, statuto tempore ad petendam prælation-
nem, nequibit emptor cogere agnatum ad
declarandum, an velit vti præiatione, an ne;
sieque, quotiè huiusmodi declaratio fieret,
nulla haberetur ac proindè posset agnatus
contrà tales declarationem venire; & ratio
est, quia tempus ad prælationem statutum
respiciat beneficium, & commoditatem
agnati, qui nullo modo obligatus reperitur
emptori; vndè nequibit Iudex cogere cognatū
ad iuri huic, & priuilegio, renuncian-
dum. Et quidem renunciaret priuilegio, si
tempori statuto renunciaret, quandoquidem
pet termini coarctationē priuaretur diutur-
na cōmoditate prælationē petendi, coactus à
iudice ad instantiam emptoris nullam actionē
contrà agnatum habente. Quod nota.

- 23** *Hocque confirmatur ijs, quæ alio pro-*
posito scripsit Tiraquell. eod. retract. S. 1. Gloss.
10. num. 31. videlicet, tempus præfixum à le-
ge, vel statuto, non tam facile mutari posse,
secùs autem, si tempus sit statutum ab ho-
mine; & licet quandoque iustis causis etiā
tempus statuto præfixum coarctetur, huius-
modi tamèn coarctatio non debebit in exé-
plum transire, cùm potissimum agitur de
tertij præjudicio, vt consideranti patere po-
terit. Causæ verò non nisi urgentissimæ de-
bebunt præferri, non exiguae, quales fuerunt
ex, de quibus Regens Sanselicius in præsenti
decisione.

S V M M A R I V M.

- 1** *Mutuans pecuniam pro refectione Regiarum*
Triremium qua probatione indigeat, vt cæ-
teris præferatur.
- 2** *Dominium transfertur per cessionem nominis*
debitoris.
- 3** *Res aucta ex pecunia mutuata succedit in lo-*
cum pecuniae.
- 4** *Prædium empium statim post factam exactio-*
nem presumitur empium pecunia exacta.
- 5** *Subrogatio probatur ex temporis breuitate.*
- 6** *Prælatio concessa reficiens rem propria pe-*
cunia non conceditur in concursu dotis.
- 7** *Typographus, imprimens libros viri propria*
pecunia, an præferatur mulieri agenti pro
dotis recuperatione?
- 8** *Fides de pretio in consignatione rei, an, &*
quando habeatur.
- 9** *Muliones, & Nautæ pro vectura rerum obli-*
gatarum præferuntur doti.
- 10** *Inuentor Typographia quis fuerit.*
- 11** *Custodes rerum præferuntur doti.*
- 12** *Creditor mercator præfertur in pignore credi-*
tori anteriori.
- 13** *Anterioritas tertiarum an sempèr concurrat*
cum anterioritate capitalis, quod latissime
explicatur.
- 14** *Cessionarius, an, & quando habeat respectu*
tertiarum anterioritatem capitalis, fusissimè
agitur.
- 15** *Cessio iuris luendi quid operetur, & ad quid*
inuenta.
- 16** *Cessio facta creditori translatiuè quid opere-*
tur.
- 17** *Contractus factus à cessionario creditoris cum*
debitore cesso ad quid deseruit.
- 18** *Cessio crediti, iuris luendi, & contractus post-*
modum factus intèr debitorem cessum, &
cessionarium, quomodo interueniant, fusissi-
mè demonstratur.
- 19** *Cessio iuris luendi cur non destruxit cessionem*
translatiuè factam tertio à creditore.
- 20** *Cessio iuris luendi non est inutilis tertio cessa-*
nario creditoris, sed necessaria, & quomodo.

Solu-

- 21 *Solutio facta à tertio, an censendum sit, ut sit facta animo tollendi obligationem.*
- 22 *Cessionarius creditoris non potest non trahere respectu tertiarum anterioritatem capitalis.*
- 23 *Contractus factus inter cessionarium creditoris, & debitorem cessum intelligitur factus, non ad destruendam cessionem, sed ad maiorem cautelam.*
- 24 *Cessionarius creditoris ex contractu celebrato post cessionem cum debitore quandoque non trahit respectu tertiarum anterioritatē capitalis, & quomodo.*
- 25 *Dominium in incorporalibus transfertur per cessionem.*
- 26 *Dominium transfertur ex traditione chirographi alicuius crediti alteri facta.*

DILVCIDATIO DECIS. CXII.

- 1 **T**ria habet hēc decisio. Primum, sufficiere mutuam danti pecuniam pro tremibus reficiendis probationem, tempore mutui triremes indiguisse reparatione, vel pecuniam fuisse triremium Duci solutā tempore, quo illē reparatione indigebant, ad hoc, ut creditoribus anterioribus præferatur mutuans, remota quavis alia probatione. Secundum, reseruasse S.C. deliberationem quo ad interesse, an scilicet is potior esset respectu interesse.
- 2 Tertium, per cessionem nominis debitoris, iusta precedente causa, transferri dominium.
- 3 Quoad primum est aduertendum, requiri probationem aliquam ad obtinendam prælationem ortam ex prioritate, eamque debere ita preferre, ut dici valeat res illa referenda ex pecunia mutuata; quarē, cum pecunia mutuata venire etiā queat sub generali obligatione pro mutuante, ut latè Cap. 4. l. 24. num. 9. & seqq. res illa, quæ augetur, & melioratur ex pecunia mutuata, succedit in locum pecuniae; adeoque ad instar illius hypothecata dicetur in mutuatis beneficium cum prioritate, sive cum prælatione ceteris Creditoribus.
- 4 Igitur secundūm Sanfeliciū sufficiens erit, si probetur, tempore mutui nauem debuisse reparari; siquidē, facta postmodūm reparatione, præsumetur nauis reparata pecunia mutuata, ea ratione, quia prædium emptum statim post factam exactionem præsumitur emptum pecunia exacta, ut ex notatis per D.D. in l. fin. C. de pignor. notat Gait. de credit. cap. 4. quast. 11. nu. 1377. quia scilicet, ut ipsem Gait. varijs Doctoribus fundat inferius num. 1583. ex breuitate temporis sat sibi probatur subrogatio, arguimento text. in l. si ventri §. fin. ff. de priu. Credit. quod iuuatur præsumptione ab ipso Gait.

loc. cit. nu. 1342. alio proposito inducta, quæ est, recipientem mutuum teneri conuertere pecuniam mutuatā in causam in mutuo expressam; vnde negans contrarium probabit.

6 Hic autēm aduertendum est, prælationem concessam reficiēti propria pecunia non concedi in concursu dotis, ex §. his consequens: *Aut. de aequalitate dotis.*

7 Sed quid, si concurrat Typographus, qui Typis edidit libros viri mulieris illius, qui dotem pretendit? Pulchra sanè est questio hēc, quæ anno iam elapsō agitata fuit in Sacro Consilio, ut Typographum patrocinante; quarē, cum nouus sit casus iam decisus, hic illum scribere arbitratus sum, semotis nonnullis rebus, quæ ad articulum non faciunt; hēcque quæstio, licet aptius cadat in sequentem dilucidationem; iustis tamē ex causis hic apponitur.

Philadelphus Mugnos, optans Typis tradere suum opus inscriptum, il Teatro della nobilità del Mondo, pactum inijt cum Nouello de Bonis Typographo soluendi carolenos viginti octo pro singulis folijs; quoniam verò, ut sēpē euenit, & Typographus, & Auctor nummis carebant, Nouellus tercentum aureos mutuos accepit ab Illust. Priore Balneariæ, cui deinde præfatam summam, literis exequitorialibus compulsus, reddidit. Interim verò Nouellus prædictis nummis, alijsque paginam emens, cæterisque operarijs imprestitoribus debitam soluens, mercedem, opus tandem perfecit, illudque apud se retinuit, ne fidem de pretio habuisse videretur, neu daretur locus dubitandi, an ex librorum consignatione translatum esset dominium in eorum auctorem, licet contra glossam communiter receptam in l. si seruus communis, §. locauit, ff. de furtis. de qua re Rodriguez de privileg. creditorum, part. 1. art. 8. num. 19. & Hermosilla in l. 28. glof. 1. per totam, tit. 5. par. 5. tom. 2. ex fol. 120. & seq. Verū pressus ære alieno Philadelphus, e Regno abiit, posthabito opere, pro quo nil impenderat. Tandem, dato hereditati iacenti Curatore, & compilato processu, dixit Sacrum Consilium, quod condemnatur Curator ad quantitatem liquidandam, & procedatur ad venditionem librorum, ac proinde fiant subhastationes.

Hēc cuncta te haberent, obiit Philadelphus, verū D. Maria Mugnos Riualora eius vxor instetit in Sacro Consilio pro satisfactione dotium, quæ si locum haberent, iam Typographus esset exclusus.

Relata igitur in eodem supremo Senatu causa ab Ill. Duce Campimellis, Domino D. Troiano Miroballo, viro nobilitate, ingenio, moribus, integritate, doctrina secundo nemini, adeo ut Sacri Consilij Praeses, summam

mam in eo habilitatem ad causas expediendas inspiciens, innumeris eum onerarit negotijs (si oneratus dici valet, qui ab ingenij acumine, vel nullum sentit onus, vel leue) hac, inquam, relata causa, fuit dictum, quod liquidetur quantitas in ducatis 467. Verum in executione audiatur D. Maria Mugnos Rialora.

Putabat prefata vxor, esse se Typographo potiorem, mota forsè ab anterioritate temporis, quo fuerunt inita capitula matrimonialia, & factum instrumentum dotale: quare, tanquam tempore priorem, singiebat se potiorem in iure.

Vt autem ad iustitiam concursus accedamus, D. Mariæ prætensio facillimè corruit, cum non agatur de concursu creditorum super te eius viri; siquidem corrigenda proculdubio imaginatio est, nam quicquid nunc reperitur, non est Philadelphi, sed Typographi; quandoquidem id, quod extat, nil aliud est, quam pagina impressa, quæ nunquam fuit, nec est Philadelphi, sed Nouelli de Bonis, apud quem nunc, licet cum ordine non alienandi, reperitur. Nam verò, si res ita se haberet, quidnam posset prætendere vxor Philadelphi super hac pagina impressa, certè ignoro, ni ostendat se creditrii Nouelli de Bonis, qui, tanquam Dominus rei suæ, non indiget anterioritate super pagina illa impressa, ut in simili benè notat post alias *Gait. de cred. quest. 11. n. 1968.* cum potissimum libri impressi remanserint, ut diximus, penes eundem Typographum, qui, licet esset appellandus creditor super ijs, tanquam venditor, præferendus quoque foret omnibus creditoribus anterioribus, & priuilegiatis, ex eo, quod nulla fuichabita fides de pretio; ac proinde translatum non fuit dominium in emptorem, sed remansit in venditore, ut fusè *Salgad. de Labyr. cred. part. 2. cap. 24. num. 15. & 16.*

Nec iuuat, si obiciatur, reficientē non præferri doti, ex Imperatoris rescripto in §. his cōsequens. *Auth. de aequalit. dot. à qua textus decisione, licet ea dura visa sit tanquam nonnullis alijs iuribus contradicens, non recessendum esse testatur, idem Gait. de cred. cap. 4. quest. 11. num. 1987.* cum multis, quos citat, assenserens, intèr dotem, & reficientem servari temporis prioritatem, quæ nostro in casu pro Philadelphi vxore est.

Nam respondeatur, nullo prorsus modo esse comparandum refidentem cum Typographo; etenim, qui reficit, iuuenit fundum doti obnoxium pretio estimabilem; quarè non immerito pretium hoc cedet in mulieris beneficium: at verò Typographus nil aliud intenit auctoris, quam paginam illā manuscriptam, quæ, si forte in nostro casu

esset estimanda, non excederer viginti carolenum quantitatem, & huiusmodi pagina, eiusque pretium sit quidem vxori Philadelphi obnoxium, si pari paſtu velimus de reficiente, & de Typographo discurrere. Ceterum, cum illa refecta non sit, dum nullum recepit augmentum, non est applicabilis dispositio textus de reficiente dotem, quæ anteā integrum habebat valorem, Typographo imprimenti librum, qui anteā nullum habebat valorem, ni quanti estimati poterunt paginæ illæ manuscriptæ, quæ non tantum estimantur, ut aliqua sit de illis habenda ratio.

Non loquor de sententijs, eruditionibus, ceterisque, quæ, si essent estimanda, Typis etiam præponderarent; nà in hac, tanquam ab animi virtutibus dependentia, nec estimari debent, nec possunt, nisi quatenus ea reddat estimabilia fortuna, cuius iudicio nequit Iudex sapientis opus subiungere. Sat est, si nostris præcipue tempestatibus referant auctores gloria in quandam, vel ceteris communem, vel eo commendabiliorem, quo gratiorem præstant operam, si eorum arbitrio, & nomine illa magnatibus dicata sit, si Typographus in recognitionem grati animi paucos illis impressos præstiterit libros, si, ut sèpè euénit, absque auctorum iactura videant quidem libri lucem, sed niniis turpem, ad caseum, ceteraque cooperienda dilaniati. Sed si, quamvis forte iniuria, Pater Menestier in tractatu inscripto, dell' arte del Blason cap. 1. pag. 100. inquit, Franciscum Guilliman iure optimo dixisse, Philadelphū Mugnos se redditisse ridiculū, multa improaria scribendo, an, & quanti estimandus sit eius liber, ipsamet vxor dijudicet.

Hæcque omnia adeò vera sunt, ut etiam quisque vel inuitus videat, Nouellum de Bonis non concurrere tantum tanquam creditorem, sed vindicare quod suum est tanquam Dominum ex fide non habita de pretio; quarè opus profecto non esset, illum alijs fulcire rationibus; ut autem abunde satisfaciamus, non tñdet alias afferre.

Prima sit, quia dubitari non potest, quia creditores pro vectura rerum obligatarum, ut sunt muliones, & nautæ, præferantur doti, quæ ex priuilegio concessò à dicto §. his consequens, concurrit tantum cum impendente ad refectionem, & conseruationem domus, non cum alijs diuersas expensas facientibus, potissimum, quia personæ superiùs relatæ deseruunt ad commercium conseruandum, sine quo nequit hominum societas consistere; nemo enim bona conducebat, si lites pro pecunia reciperet, quam sententiam exornat *Gait. d. questo à n. 1990. ad 1995.* Quarè non video, cur idē dicendum nō sit

- fit pro Typographo omnibus alijs commer-
cium conferuantibus præferendo , cum om-
nia, quæ huc usque non ignorantur, à Typo-
graphia habeamus . Vnde, si æternis deco-
randus encomijs est secundum Ioannem de
Bussieres Ioannes Gutenbergius Typogra-
phicæ nobilis artis anno Christi 1440. in-
uenter, tam singulare beneficium non absq;
priuilegio signandum, dum ex illa, non mo-
dò commercium, sed ciuilis societas per hi-
storias, leges , Religionem , maioremqu e
Dei notitiam conseruatur . Si ergo mulio-
nes, & nautæ præferendi sunt dotti , eo quod
aliter nemo res conduceret, & consequenter
commercia impedirentur , à fortiori præfe-
redi sunt Typographi, qui, si eorum labores li-
tibus concurrentium implicarent, non uti-
que libros imprimerent, nec inde societas
humana conseruaretur .
- 11 Secunda, quia creditores pro rerum custo-
dia præferuntur dotti , & cuicunque credito-
ri priuilegiato , non solum ex ratione supe-
riùs adducta , ne scilicet commercia pro-
hibeantur, sed etiam , quia tanquam impē-
sæ necessariæ rei valorem minuunt , vt post
Felician.de censib. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 12.
& alios, egregiè idem *Gaius loc. cit. nn. 2010,*
usq; ad 2013. Igitur, si Typographus opus
impressione, non modò custodinit, verum
etiam à tenebris luci , quam forte vidisset
nunquam, iam dedit, erit etiam dotti præ-
rendus ; siue aduocatorum patrocinia ex
omnium sensu alijs creditoribus potiora
sunt, quia rem saluam fecere , quis negabit
prælationem Typographo, qui adeò saluum
fecit auctoris opus , vt, quod facillimè de-
perdi, & silentio inuolui poterat, dicarit im-
mortalitat? .
- 12 Tertia tandem, quia, cum creditor, si mer-
cator sit , præferatur in pignore anteriori
creditori , sic suadente negotiatiois æqui-
tate, vt post *Stracch. aduertit Sigismund. Scacc.*
de commerc. §. 2. gloss. §. nn. 438. cuicunque qui-
libet creditor pignus possidēs habeat super
illo pignore prælationem respectu credito-
rum anteriorum , per *L. pupillus* , ff. quæ in
fraud. credit. vt probant *Cephal. conf. 76 I. nu-*
mer. 25. vol. 5. & *Pyrr. Maur. Aret. de retent.*
num. 24. iam Nouellus de Bonis à fortiori
præferretur dotti , quamquis tempore ante-
riori super libris impressis , qui penes illum
reperiuntur, non loco pignoris, cū nunquam
in auctorem per eorum consignationem
fuerit translatum dominium , sed tanquam
verum illorum dominium, qui, & tanquam
Dominus, & mercator, & retinens, & credi-
tor quo sunque excludet creditores .

Ex his die 20. Februarij 1680. ad relatio-
nem Domini D. Fuluij Caraccioli , cuius
virtutes alias scripsimus, ob absenciam præ-

fati Domini Ducis Campimellis , Sacrum
Consilium concessit Nouello de Bonis præ-
lationem . Acta sunt penes Anastasium scri-
bam à Mandatis delegatum Religionis Je-
rosolymitanæ.

Alia dicemus in dilucidatione sequenti .
Ineiri

Quoad secundum verè recurrendam est
ad decisionem 34. Reg. de Pone. adductam à
Sanfelic. & à Reg. Merlin. controv. forens. lib.
I. cap. 26. fusissimè de hac quæstione agē-
te, de qua etiam Reg. de Marin. resol. iur. lib.
I. cap. 260. & doctissimè in tom. I. disp. 21.
Galeota , cuius doctrinæ Dominus D. Iulius
Galoota hæres ex aſſe est, adeò vt in sua ad-
huc florida ætate à Catholica Maiestate
perpetuus M.C.V. Iudex creatus, quam pri-
mum suorum Majorum aſequuturus fit di-
gnitatem, quam interim, non eorum tantum
inmodò meritis , sed propria etiam virtute si-
bi deberi, patefaciet, & nouissimè *Paulus Stai-*
banjin obſeruat. ad resol. 196. tom. 2. ad n. 36. cū
ergo à tot, tantisque Doctoribus quæſtio hec
agitetur etiam respectu priuilegij dotalis ex
d. g. his consequens d. Auth. de equal. dotis , illos
vide .

- 13 Hic verò opportunity videndum , an sem-
pèr anterioritas tertiarum concurrat cum
alterioritate capitalis : de qua re *Capyc. la-*
ter. decif. 16. Reg. de Marin. lib. I. resol. quotid.
cap. 76. a num. 10. per totum , alijque inferiū s-
citandi . Sed exponamus casum uberrimè ,
14 scilicet, cū quis , tanquam tertius , dedit
alicui pecuniam, vt illam creditori anteriori
solueret , cessis iuribus ab eodem credi-
tore in beneficium soluentis: quarè ad eius-
dem soluentis beneficium hic , qui pecuniā
acepit , vt creditori solueret , vendidit sol-
uenti tot annuos introitus .

Quærunt igitur hic Doctores, decocto de-
bitore, factaque creditorum graduatione, &
quo tempore graduandus sit, qui pecuniā
debitori iam decocto soluit , vt illam credi-
tore anteriori solueret ? Et pro capitali
omnes conueniunt, stante cessione iurium
translatiū soluenti facta à creditore, esse
illum graduandum eo loco, quo graduare-
tur cedens, ac proinde attendi tempus con-
tractus celebrati int̄ cedentem, & debito-
rem decoctum ; idemque dicunt de tertij
decursis usque ad diem vltimi contractus
celebrati int̄ debitorem decoctum , & sol-
uentem cessionarium , vt videre est apud ci-
tatos, aliosque inferiū citandos .

Tota verò difficultas est respectu tertiarū
decursarum à die huius vltimi contractus .
Super qua quæstione Reg. de Marin. loc. cit.
num. 11. attendi voluit diem vltimi contra-
ctus , ac prindè anterioritatem capitalis
non

non concurrere cum anterioritate tertiarū; redditque rationem, quia per solutionem de sorte factam creditorī anteriori illius creditum fuit extinctum; vnde non poterat futuro tempore parere tertias, quae debentur tantum ex vi ultimi contractus. Quod aliter voluit, cūm rescisso contractu, non deberentur tertiae, sed interesse ad eandem rationē; tunc enī, quia interesse est accessorium primo capitali, habet eandem capitalis anterioritatem. Et quod de tertiis scripsit, fundauit decisione relata à Ruito ad Pragm. 17. de feudis, & Theodor. alleg. 54. num. 16. nec non in alia relata à Thor. in 2. part. compend. verb. creditor, qui pecuniam: pag. 121. in causa Ducis Sicignani, cum illis de Protobilissimo. Id autēm, quod de interesse voluit, multis alijs fundauit decisionibus, quarum etiām ad probationis efficaciorem evidentiam verba retulit.

Tandem num. 16. inquit, eandem anterioritatem capitalis habere etiām tertias, si tertius soluens habuisset cessionem iuris luendi, seu redimendi annuos introitus cum eorum capitale à debitore; estque ratio (ait ipse) quia per retrouenditionem factam à creditorō dimisso, iuris tuendi cessione precedente, hic, qui soluit, acquisivit annuos introitus, nondum ex contractu ultimo loco sūbito intēr ipsum soluēt, & debitorem, sed etiām vigore primi contractus priori loco stipulati intēr debitorem, & creditorem dimisum, qui quidēm creditor annos introitus, quos emerat, retrouendens huic tertio cessionario iuris tuendi, transfluit in illum eademque iura, qua pro cōsequuntione eorumdem annuorum introituum habebat; sicque verò dicitur ille cessionarius, sine emptor illius anni census, & uti talis in omnibus rebus iure cedentis &c.

Quæ omnia ante ipsum dixerunt iij, quos refert in calce d. cap. intēr quos Fabritius Brancacius in consilio pro Io: Baptista Piscicello transcripto à Capc. latr: in d. decis. 16. qui refert quoque decisionem sequutam in ea causa, scriptam à Reuterterio ut ibi, cum quibus idem Capc. latr. concurrit, aliamque decisionem refert ibi Grizzius videndus. Quarē, extantibus, tot, tantisque magni nominis Doctoribus, decisionibusq; quod videre est apud citatos, videbatur certè non amplius de hac opinione dubitandum. Quoniām verò, præter contrarias decisiones relatas à Thoro in compend. part. 2. vers. cessionarius iuris luendi, contrarium etiām deinde scripserunt Carleual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 35. num. 36. & seqq. & Montan. contr. 35. qui inuehit in Brancacium, & decisionem Regentis Capc. latr. res iterum in dubio fuit: vnde Ascanius Raetanus (subtilissimus Iurisconsultus Reg. Con-

siliar. & postremo Reg. Cameræ Summi. Pres. dignissimus (cuius virtutes imitatur Dominus Vincentius Raetanus eius filius, Reginus Consiliarius, qui Prudentiam, Doctrinam, Integritatem, Mores, Affabilitatem, Clemenciam in summo habet; nec hucusque reputatur, qui ab eo discesserit, aliquo affectus incerore) fusissime, & doctissime scripsit pro opinione Brancacij, præcipue contrà Montanum, soluens singula eius argumenta in responso adducto à Domino Io: Leonardo Rodoerio ad d. cap. 76. Regentis de Marinis. Idem etiām senserunt Consiliarius Rosa tom. 2. consult. 24. seu 94. & Dominus Io: Leonard. Rodoer. conf. 9. sic in Regia Camera referens deci sum.

Hinc, cūm contrarias tantum habeamus decisiones relatas à Thor. Aduersarios verò magni nominis, Montanū tantum, & Carleualium, nec non vnum, aut alterum, si forte reperiatur, non erit vtique discedendū ab opinione Brancacij, ceterorumque, potissimum, cum Carleualium ne in omnibus quidēm, vt mox videbimus, aduersantem habeamus.

At, quia, nec contrarijs argumentis clarè responsum huc usque est, nec receptissima hæc opinio evidentibus apparet fulcita rationibus, operæ prerrum duxi, hic eam eisdem medijs, quibus defendo à contrarijs, munire, sed breuissime, ne Hispanorum moræ prolixī simus, cum id agam tantum, ne quis in posterum aliter sentiat, ac senserunt tot antiqui Iurisconsulti; &, vt videatur, quandonām tertiae non trahant eandem capitalis anterioritatem ad explicationem cōclusionis, cuius occasione hanc apposuimus questionem.

Et quidēm in hac questione tria videntur concurrere intēr se contraria remedia, scilicet cessio iuris luendi, cessio crediti, & contractus nouus intēr cessionarium, & debitorem: quare ignoro quidēm, quisnām maior sit labor, hæc nempè omnia vniendi, an illa alia remedia in iudicio assistentiae, pro quibus non parū laborant Doctores; nihilominus tamē, ni velimus sola vti subtilitate, facilis erit ea vniendi modus.

15 Vt autēm primò de singulis hisce remedijs distincta faciamus verba, quoad cessionem iuris luendi illud profecto certum est, in questione, in qua versamur, nil aliud esse, quām facultatem quandam datam à debitore, & cessam alicui, redimendi annuos illos introitus vigore pacti de retrouendendo positi in instrumento, ita vt, quemadmodum poterat cedens cogere eius creditotem ad retrouendendos, annuos illos introitus vigore præfati pacti, ita etiām possit & eius cessionarius: vnde quoad hoc, tam cedens,

qui am-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 289

quam cessionarius, parem fortunam, nec alter plus altero iuris habet. Hec autem cessio iuris luendi, seu redimendi, inuenita est ab antiquis, peritisque Aduocatis, ut cessionarius preferatur creditoribus illius, quem virtute dictæ cessionis cogit ad retrouendendum, omnesque hypothecas super illo anno redditu per eum creditorem contractas extinguat, ut, post alios, Capc. latr. d. decif. 16. num. 7. alijque: sicque, rigorosè loquendo, hic cessionarius iuris luendi, cognoscit creditorem ad sibi retrouendendos annuos illos introitus, extinguat creditum, cum retrouenditio facta cessionario non differat à retrouenditione, quæ fieret cedenti. Hinc ad oculum patet lapsus *Regensis de Marinis loc. cit.* qui, postquam dixerat, in casu proposito tertias non concurrere, cum anterioritate capitalis, hoc limitauit, cum contrahens esset cessionarius iuris luendi, eiusque verba superius exposuimus; & lapsus ex eo patet, quia tuus luendi nil confert ad anterioritatem, quinimò in rigore, nocet, ut infrà videbinius; nam cessio huiusmodi iuris, ut diximus, nil aliud operatur, quam extinctionem omnium hypothecarū, quas creditor contraxit: igitur, si aliundē cessionarius iuris luendi sit anterior, certum est, ex mera cessione iuris luendi illum nulla gaudere anterioritatem; quinimò, cum vi- gore huius cessionis sit extincta hypotheca contracta in beneficium creditoris, stante retrouenditione facta cessionario iuris luendi, hic cessionarius, rigorosè loquendo, nil aliud habet pro se, quam ultimum contractum initium cum suo debitore, à quo cessionem iuris luendi obtinuit.

16 Aliud remedium, quod concurrit, est cesso, quam facit creditor huic tertio eius crediti non extinctiè, sed translatiue: quare hic tertius, tanquam cessionarius creditoris, representat eandem anterioritatem, quam habebat creditor cedens; ac proinde, si creditor cedens erat anterior ceteris alijs creditoribus, non modò quoad capitale, sed etiam quoad tertias, nulli dubium, quin eadem gaudeat anterioritate quoad utrumque, scilicet quoad capitale, & quoad tertias eius cessionarius. Hocque etiam est luce meridiana clarius, & hæc cesso inuenita est ut cessionarius preferatur ceteris creditoribus posterioribus, quemadmodum præferebatur cedens, in cuius locum subintrat ipse cessionarius.

17 Tertium remedium est contractus nouus inter cessionarium, & debitorem cessum; nam tertius hic, qui à creditore translatuam obtinuit cessionem, quique absque alio contractu posset tunc annuos introitus exigere à debitore cesso absque aliotum

creditorum querela, nouum contractum stipulatur cum eodem debitore, qui eosdem annuos introitus soluere promittit cessionario, cautelas cautelis addendo. Si cessionatum interroges, ad quid deseruat nouns iste contractus, respondebit forte, illum deseruire ad hoc, ne debitor ullam habeat exceptionē, ipse vero maioribus fruatur cautelis, sed, si me interrogabis, respondebo, hunc contractū deseruire ad maiores gignendas lites, & ambagibus rem inuoluendani.

18 Tria hæc igitur remedii sic breuissimè explicata in casu proposito concurrunt; & tamè contraria videntur evidencissimè; etenim cessionarius hic triplici fulcitus nexu adeò se ligatum videt, ut, si uno soluat vinculo, alio strictius ligetur, siquidem, representando personam cedentis ins luendi, representat debitorem, adeòque exercendo pactum de retrouendendo, extinguat primum creditum; si que debitorem representat, & primum creditum extinguat, quomodo postea poteris esse cessionarius creditoris, adeòque recipere cessionem translatiue, quam sic non reciperet eius debitor? Videtur enim in implicita, creditum extinguere, & creditum in fe transferre. Hæc *Carleualius loc. cit.* super hac re num. 46. discurrens, satis lepidè concludit cum non nullis Doctoribus, non posse extraneum hunc sic ementem duabus sedere sellis, nec unica filia duos parare generos. Præterea, non obstante tali cessione, qua putat cessionariū representare, non solùm vultus venire tanquam cessionarius iuris luendi, & creditoris, quod implicare vidimus, sed tanquam creditor nomine proprio. Vnde, si secundum *Reg. de Marin. in d. cap. loc. cit.* tertius hic ex huiusmodi contractu non sortiretur anterioritatem terriarum, quam fortiter respectu capitalis, eo quod tertia debetur virtute ultimi huius contractus, eandem periclitabitur fortunam, quamvis sit cessionarius iuris luendi, cum non proficit illi quo ad anterioritatem cessio iuris luendi, ut supra ostendimus; & pro hac ratione facit, quod refert *T hor. tom. 2. compend. decif. verb. cessionarius iuris luendi*, pag. 66. vol. 1. nempe, decisionem illam, quæ fuit resolutum, in casu hoc contrahentem non habere eandem anterioritatem respectu tertiarum, quam habet respectu capitalis, fuisse fundatam in nouatione contractus celebrati inter tertium cessionarium, & debitorem cessum.

Igitur videtis iam, hæc omnia remedii inter se contraria, vel questionem reddere, dubiam, vel certam contra cessionarium decisionem. Ast, quoniam, ut diximus, sic videmus semper obseruatum, hocque nos iure vti, ut scripsit *Capc. latr.* quem magni

O o nomi-

nominis Doctores sequuti sunt , prout ipse etiam magni nominis Doctores sequutus est ; hinc fit , ut secundum antiquorum Advocateum sensum ea sint ita inter se vnienda , ut vnum alteri contrarium non sit . Quod ut clarius , quam ceteri fecerunt , oportemur , supponendum utique est , ut , non solum in iudicio assistent , sed etiam in ceteris rebus mistis discurrimus , inter quas est feudum mistum , quod participat naturam feudi ex pacto , & feudi hereditarij , cum varia concurrunt remedia ; non omnia concurrere secundum totalem eorum naturam , sed secundum ea , quae alterius naturam non destruant ; & nulla alia ratione coaceruantur , ni , ut vnumquodque id praestet , quod habet , quodque praeferre potest . Unde vendendum est in casu nostro , quid praeferre erit haec remedia .

19. Et quidem , ut primò loquamur de cessione iuris luendi , haec cessio , cum possit duplum effectum parere , scilicet cogere creditorem ad retrouenditionem , & extinguere creditum ex ipsamet retrouenditione , parit tantummodo primum , quia cogit creditorem ad retrouendendum , non tamen est invenit , quemadmodum esset , si fieret retrouenditio ipsi debitori , cui non potest fieri retrouenditio translativa , ut bene considerantur *Brancacius* , *Carleualius* , aliquique omnes , sed translatiue , cum tertius non representet secundum omnia debitorem ex vi cessionis iuris luendi , sed tantum quoad cogenitum debitorem ad retrouendendum , quod alijs terminis explicuit *Brancacius* , quem alij postea sequuti sunt , scilicet in eo , quod vendor augebat , non in eo , quod patiebatur . Quinimò nota , non ab in huiusmodi instrumentis apponi pactum de retrouendendo , non autem pactum de extinguendo ; siquidem pactum de extinguendo creditum non transferret actiones , sed tantum extinguqueret ; at verò pactum de retrouendendo potest extinguere , & transferre : extinguere quidem , cum creditor retrouendit debitori ; transferre vero , cum retrouendit tertio tanquam cessionario iuris luendi ; alias , ni tertius hic esset cessionarius iuris luendi , non diceretur fieri retrouenditio , sed venditio , quod nota , quicquid alij dixerint . Itaque cessio iuris luendi in tertio operabitur , ut creditor vigore pacti de retrouendendo retrouendat annuos introitus coacte in beneficium tertij , modo , quo potest , sed potest translatiue , igitur translatiue cedet , & retrouendet , sed coacte , ut diximus , nempè vigore pacti , cuius vi censentur resolutæ omnes hypothecæ contractæ à creditore cedente , quae utique non censerentur resolutæ , si creditor sponte cederet , &

ideò proderit cessio iuris luendi .

Vt autem ad cessionem hanc dilucidandam procedamus , non ab re consulendum est *Carleualius* idem nouam tradens cautelam num. 47. quo loci ait , posse pacisci debitorē , ut teneatur creditor retrouendere cuicunque , qui suo nomine pecuniam illi daret , ei que actiones cedere , qua cautela , inquit ipse , posse etiam esse tutum illum tertium à quibuscumque hypothecis per creditorem contractis , nec non vigore huius pacti teneri creditorem illi actiones cedere ; prout latius videre est apud eum ibi . Si igitur cautela haec tutâ est , prout tutam arbitror , eandem ferè continet pactum de retrouendendo ; etenim , cum tertius habet cessionem iuris luendi , tenetur creditor virtute pacti de retrouendendo illi annuos introitus retrouendere , & actiones cedere ; sed eo modo , quo cedi possunt , & eo modo , quo cedi debent ; unde , cum possint cedi , quinimò debeant , translatiue , dum cessio fit in tertium , tenebitur eas translatiue cedere . Et ratio à priori est , quia pactum de retrouendendo non importat in rigore extictionem crediti , sed citius translationem , dum agitur de retrouenditione .

20. Hinc notandum , falsum esse , quod ait *Carleual.* num. 39. per totum & 40. scilicet , stante cessione , quae fit tertio à creditore , reddi inutili cessionem iuris luendi , immo nullam , tanquam impossibilia , & repugnativa continentem , ex l. Vbi repugnantia 149. ff. de reg. iur. adeoque rigorem temperando , intelligendum esse , ut actus magis valeat , quam pereat , ex *Docio* , *Cagnolo* , & *Castill.* quotid. controu. lib. 3. cap. 10. ex num. 19. sicq; dicendum , solutionem factam animo exi-

mendi reum à iudicio primi creditoris , non autem animo tollendæ obligationis , & eradicandi substantiæ debiti , seu illud extinguendi , & resoluendi , ex doctrina *Baldi* in l. 1. num. 5. *Salicet* num. 4. & 5. in fin. vers. opposite 4. C. de aff. & oblig. alijsque , ut ibi . Falsum , inquam , est hoc , cum , si inutilis esset cessio iuris luendi , tamen creditor liberè cederet tertio , & consequenter non essent resolutæ hypothecæ ab eo contractæ , ad quas resoluendas tendit cessio iuris luendi . Igitur , si huiusmodi cessio hoc operatur , non solum non erit inutilis , sed erit admodum necessaria , qua propter decisio relata à *Capyc. latr.* de qua *Carleual.* ibi non inconsideratam reliquit iuris luendi cessionem .

22. Ut autem lögè maiori breuitate ad aliud remedium transeamus , videlicet ad cessionem , quae fit à creditore , haec , ut diximus , transfert in cessionarium iuris luendi , quicquid in creditore erat : unde , si creditor poterat exigere , non capitale , quod erat de-

terior-

mortuum, sed annuos introitus, non video profecto, quomodo eius cessionarius nequeat eosdem exigere, eadem gaudens anterioritate. Quod oculatè aduertit Carleualius ipse num. 49. quém omnes recentiores inde sequuti sunt, ut apud Kosam d. consult. num. 11. & seqq. Dominum Rodoer. d. consil. aliosque; sicque nulla facienda est temporum distinctio, quemadmodum nec tertiarum, & interesse, cum, siue agatur de interesse tantum, stante rescissione contractum ex creditorum concursu, siue de tertii cursis ante contractus rescissionem, semper tertiarum, & interesse eandem trahant anterioritatem.

23 Reliquum est modò, ut eadem breuitate loquamur de contractu deinde stipulato inter debitorem celsum, & cessionarium, qui non omnes parit effectus, inter quos est posset nouatio, quæ nullo modo inducitur, contrà ea, quæ tradiderunt Reg. de Marin. loc. cit. num. 10. & seq. & Reg. Galeot. tom. I. controv. 56. num. 32. cum tertiae non debentur ex isto ultimo contractu, sed ex primo; etenim, adhuc nullo existente alio contractu, adhuc tertiae deberentur in vim primæ cessionis; hic autem postremus contractus nullum alium parit effectum, quam cautelas addendi cautelas, ut apud citatos auctores, & potissimum Dom. Rodoer. d. consil. num. 17.

24 Non negauerim tamèn, quandoque ex hoc ultimo contractu tertias non trahere, eandem anterioritatem capitalis, puta, si tertius, obtenta iurium cessione à creditore, in novo deinde contractu debitor cessus, maiores annuos introitus venderet, quam primò védidit antiquo creditori; tunc enim, quemadmodum dicendum non est, non trahere anterioritatem capitalis, ita nec dici debet, omnes tertias eandem capitalis anterioritatem trahere; siquidem illud plus anni introitus, quod excessit primam venditionem, non trahet secum capitalis anterioritatem, sed habebitur respectus ad ultimum contractum. Alia vide apud citatos, cum hanc prælibasse fatis. Si quis autem contraria dicta Brancacij aliqua videndi studiosus sit, videat Mocciam in cap. 16. vbi studet etiam nonnullos Doctores ad suam trahere opinionem.

Quoad tertium nulli dubium, quin, quemadmodum in corporalibus transfertur dominium per traditionem, ita etiam in incorporalibus transferatur per simplicem cessionem, ut post citatos per Sanfel. aduertit alio proposito Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. 508. Reuert. num. I.

25 Quarè hic notandum, ex traditione chirographi alicutus crediti alteri facta transire statim dominium, & quasi possessionem no-

minis debitoris in confignatarium, ut ex l. 1.C. de donat. ceterisque DD. aduertit Ronit. decis. 13. num. 11. licet alias ex nuda partium conuentione non valeat dici translatum, dominium absque actuali numeratione, ex l. non omnibus, si certum petat. cum concord. pro cuius rei veritate vide Roder. de ann. redd. lib. 2. quest. 1. num. 27. & seq. adductum ab eadem Ronit. decis. 35. num. 7.

S V M M A R I V M .

- 1 Prælatio supèr deposito competit ei, qui super illo laborauit.
- 2 Salarium operariorum est expensa necessaria constituens onus reale in bonis domini.
- 3 Prælatio aduersus quoscunque competit ad vocatis, ceterisq; id genus supèr bonis litii. suppositis, secùs supèr alijs, qua occasione explanatur decisio adducta a Reuerto.
- 4 Actio an competit pro salario incerto generre, & specie.
- 5 Donatio propter nuptias an comprehendatur in his consequens: auth. de equal. dot.
- 6 Salaria Aduocatorum habent tacitam hypothecam cum prælatione ad instar Fisci, & dotis.
- 7 Cartio non præstatur in liberatione facienda. Aduocatis pro eorum laboribus, & quart.
- 8 Querela litigantium in Aduocatos, Procuratoresque, quendam sint, unde ortum ducant. & an ex culpa eorundem Aduocatorum. Procuratorumque latè scribitur.

DILVCIDATIO DECIS. CXIII.

1 **D**ecisum hic reperimus, præféri quemcunque pro salario illi debito supèr deposito, quod peruenit à re, propter quam laborauit, cuicunque creditori hypothecario, etiàm anteriori.

2 Quæ decisio ea comprobatur ratione, quia salarium operariorum est expensa necessaria continens onus reale in bonis domini: quarè competit indistinctè saluianū, ut ex varijs DD. fundat Zaccia de salario. qu. est. 94. num. 5. & seq.

Est autem notandum, supèr hac causa, decisio scriptis Capyc. latr. cōsult. 117. per totam, de eaque meminisse Thor. in 2. part. cōpend. verb. salarium debitum ex causa officij. Sed Thor. errauit, referens, eam causam fuisse decisam sub tutela V.I.D. Lællj Gizzij, cum vere fuerit sub tutela Capyc. latr. cuius Gizzius, tanquam iuuenis prædicus forte erat, ut annuit Capyc. latr. idem in d. consult. num. 36.

In hac igitur consultatione longo calamo examinatur primò, an mutuans ad refectionem præferatur doti; & licet, non præ-

O o 2 ferri

ferri, habemus expressum textum in §. bis consequens aut. de aequalit. dotis, de quo in antecedenti dilucidatione; ipse tamē, tām pro affirmatiua, quām pro negatiua opinionē plurimos refert Doctores videndos à num. 40. ad 43.

Secundō pro casu, de quo sermo erat, inquit ipse, alia specialia concurrere pro Iosepho Fayella, int̄ quē illud erat, scilicet, labores, & seruitiā, ex quibus peruenit salariū liberatum Vincentio Rocco, adeò esse annexa laboribus factis à Fayella, vt tantōminus in illis esse videatur, quantum pro salario, & mercede ipsi soluendum est, cum verè salariū dicatur fructus laboris.

Sed, ipso teste, hæc cāusa non fuit his terminis discussiā, dum verè non erat, vt Capyc. latr. putauit, lumenda difficultas à §. his consequens, cum non ageretur int̄ concurrenti ex pecunia data ad reficiendum, & dotem, sed int̄ laborantem, & dotem, de qua re sermo non est in d. §. his consequens, prout in simili casu fuimus loquuti in antecedenti dilucidatione. Quarè erat alijs terminis discurrendum, ijs scilicet, quibus loquitur Sanfelicius hic, & quibus etiām loquebatur Aduocatus contrarius Capycio latro, cuius motiuā Capyc. latr. idem initio consultationis refert, & optimè soluit; etenim, licet vxor opposuisset, se esse creditricem hypothecariam tempore anteriorem; respondebat optime, salariū famulis debitum preferri ceteris creditoribus, etiām anterioribus, & hypothecarijs, vt fusē idem Capyc. latr. varijs exornat. Volui ego hoc aduertere, ne quis putet in posterum, difficultatem hanc, similemne ortum ducere à d. §. his consequens, cuius dispositio, tanquam controversa, vel saltē nimirū dura, vt apud Doctores passim, non est extrahenda à casu, de quo loquitur. Qua pro re vide, quā in antecedenti dilucidatione scripsimus pro Typographo, contrā quem, licet fuerit opposita dispositio d. §. bis consequens, visum est Dominis, illam non sibi locum vindicare in eo casu, cum aliud sit, dare pecuniam ad rem reficiendam, aliud verè laborare super re, vt optimè, ex ijs, quā ibi scripsimus, responderunt; & causa illa fuit decisa, & discussiā cum interuentu Domini D. Felicis Vllo Præsidis S.R.C. cuius mores, doctrina, integritas, ceteraque virtutes, adeò in summo sunt, adeò clare patent, vt nemo, quamvis velit, valeat illis aliquid vel minimum detrahere.

Ex his collige primò pro paritate huius decisionis, quod notat Gait. cap. 4. quæst. 11. num. 2015. & seqq. prælationem competere ad aduocatis, ceterisque superioriis adductis super bonis, quās fuerunt litibus supposita;

respectu verè aliorum, quās non fuerunt in iudicio, pari passu procedere cum dote. Vnde ne te auerterat decisio 270. relata à Revert. quam videtur comprobare ibi Reg. de Maris. sentiens, aduocatis nullam competere prælationem, de qua re valde dubitarem, licet, si verum fateri iuuat, decisio relata à Revert. non afficiat aduocatos prætendentes præferri super re in iudicio deducta, sed eos tantū, qui, prætendunt præferri in re, quā dependeat ab altera re, pro qua ipsi patrocinium præstiterent; sive ad conciliationem potius est reducenda decisio Revert. quod patet initio decisionis, ibi, *I causis dependentibus ex hereditatibus*. Quod nota, & aduerte, vt benè notat idem Zacc. quæst. 93. num. 18. & 19. si salariū sit incertum genere, & specie, puta, si dixerit quis, seruias mihi, & ego de te bene merear, nullam competere actionem, ex l. salariū, cum concordantibus ff. mandati, secus verè, si incertum sit specie tantū, & non genere, puta, si quis dixerit, si mihi seruias, dabo fundum.

Non negauerim tamē, quamvis salariū sit incertum genere & specie, si adsit promissio de soluendo, recurrendum ad Iudicis arbitrium, vt decisum testatur idem Zacc. d. quæst. 93. num. 20.

Collige secundò, dispositionem §. bis consequens non extendi ad donationem antē, vel propter nuptias, ex ijs, quā adducit Capyc. latr. loc. cit. à num. 55. reddens rationem num. 58. quā in dote agit mulier de domo vitando, sed in similibus donationibus, d. lucro captando.

Collige tertio, salario, trigesimas, omnesque sportulas, quā debentur Doctoribus, scholaribus, Iudicibus, Aduocatis, procuratoribus, ceterisque id genus literatorum, habere etiām tacitam hypothecam cum prælatione ad instar Fisci & dotis, vt ex multis Doctoribus probat Gaitus de cred. cap. 4. quæst. 11. num. 1566. vbi num. 1568. notat ex Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 25. num. 31. in liberatione pecunie his facienda non præstari cautionem de restituendo &c. cum nullus reperiri possit creditor, qui ijs præteratur. Hanc opinionem sequitur, re vberriñē discussa, Consil. Prat. obseruat. cap. 75. ex num. 23. cum seqq. omnino videndus, qui varios adducit contrarium sentientes, de quibus meminit etiām in addit. ad Pashal. de vir. patr. potest. part. 4. cap. 7. ad num. 67. Aliis videnda sunt apud cit. Zacc. cum de salario, operariorumque mercede, vberriñē agat. Carleual. tom. 2. de Iudicij. i disp. 28. usque ad 34. per totam, vbi multa de huiusmodi prælationibus, & Dom. Rodcer. cons. 42. quo loci huius etiām decisionis, meminit.

Hinc

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 293

- 8 Hinē non possum, re nata, non fieri nostrorum temporum calamitates. Laborant quidem, nec parum, Procuratores, Aduocati, Curatoresque, qui à Iudicibus patrimonij dantur, & creditoribus; cùm autem de eorum mercede agitur, vndique creditorum audimus querelas, ceterorumque interesse habentium contumelias; alij enim ergo ferunt animo factas ijs paucarum pecuniarum liberationes, easque non laboribus tribuunt, sed Iudicis rapinæ. Alij eas impugnant, oppositionesque colorant somniata quadam collusione intèr eosdem, partesque aduersas in causarum defensionibus. Alij eas improbant, tanquam non factas, habito ad merita laborum respectu, sed commendationum intuitu. Omnes denique, ni eas impedire valent, euomerat, patrimonium illud potuisse curatore carere, nulla opus creditorum graduatione, nullam procuratorum necessitatem; & tamèn hos datos, vt eos commendanti rem facerent gratam, quinimò magna causa iactura posthabitos fuisse digniores, aliosque præpositos, qui, vel Iurisprudeti parentarunt, vel nunquam illam agnouere, vel quasdam generales tamèn regulas gloriose sermone Histriorum more propalant, cum ceterum ignari sint, nec aliud intendant, quam pauperimoruni litigantium iactura locupletari. Non intèram possum nostrorum temporum has non fieri calamitates, quæ ones impunè afficiunt, omnes impune accusant, excusantque. Viuendi inopia adeò ingens hæc omnia gingeit: quandoquidem vix coram Iudice patrimonium deducitur, & iam totū Aduocatorum, Procuratorumque cœtum commotum inspicinus, officijque posthabita grauitate, omnes ulò eorum offerunt labores, mediatores exquirunt, Superiores quoisque quanù maximè molestant, quinimò ad litigantes ipsos tan humili recurrunt obsequio, vt, vel ad pietatem eos prouocent, vel ad ruborem. Nil ergo mirum, si deinde ea audiunt, quæ nolint, eas recipient contumelias, quas non debent: quarè lacrymis profecto concludamus, non rationibus, culpani utique non Iudicibus, non Aduocatis, non Procuratoribus, non denique litigantibus tribuendam, sed temporibus.
- S V M M A R I V M .
- 1 Creditor emphyteute admittitur ad purgandam moram illius, ad evitandam caducitatem antè sententiam, secùs verò post illam.
 - 2 Creditor emphyteute admittitur ad purgationem moræ, si emphyteuta cessavit à solutione canonis in fraudem illius.
 - 3 Collusio alcum irritat ipso iure.
 - 4 Collusione non probata per unum Creditorem, admittuntur alij ad illam probandam, vt purgetur mora emphyteuta.
 - 5 Actiones populares possunt à quocunque proponi, secùs autem non populares.
 - 6 Creditor emphyteuta admittitur ad purgandam moram, si dominus directus passus sit, rem exponi venalem, illamque sibi adiudicari fecerit, & quare.
 - 7 Creditor emphyteute non admittitur ad illius moram purgandam, si dominus directus illam sibi adiudicari fecerit, tanquam dominus directus.
 - 8 Restitutio ex capite ignorantia quando militet, quoad mora purgationem.
 - 9 Purgatio moræ, re non integra, non datur quod ad revocationem rei feudalis.
 - 10 Purgatio moræ nunquam admittitur, consolidato utili dominio cum directo.
 - 11 Purgatio moræ dependens à Iudice nequit à rigore contrabentium tolli. Quod latè probatur.
 - 12 Pactum adiectum voto, vt absolvi nequeat, ridiculum.
 - 13 Votum in materia gravi sub veniali valeat, & quando.
 - 14 Votum sub veniali in materia gravi an obliget.

DILVICIDATIO DECIS. CXIV.

- Q**uamvis Sanfelicius. decisum hic referat, creditorem emphyteutæ fuisse admissum ad purgandam illius moram, euitandi studio caducitatem, in quam erat incursum; videtur dubitare tamèn, cùm sententia exequutioni demandata est, cum tunc non restituatur ad potestatem purgandi moram. Evidem fateor, decisionem non loqui in casu, quo non consolidatur utile dominium cum directo; vnde, vt Sanfelicij dubitationem explauemus, tres distinguendi sunt casus.
- 2 Primus est, cùm emphyteuta cessavit à solutione canonis in fraudem creditorum, colludendo cum domino directo, & tunc creditor emphyteutæ, & quilibet alius tertius, cuius interest, etiam re non integra, soluendo canonem, poterit consolidatum ius repetere, ea quippe ratione, quam ex multis Doctoribus deducit Giurha decis. 91. nro.
 - 3 Latum non iusto: ff. de collus. deteg. & hoc casu locum sibi vendicabit decisio relata à Sanfelicio.
 - 4 Verum aduertendum est, collusione non probata per unum creditorem, admitti alios, non obstante l. fin. ff. cod. quæ loquitur de actionibus popularibus, vt benè ibi Glosso.
 - 5 verb. semel, quia, cum illæ competant cui libet

liber de populo, ut Bart. in Rubr. de popular. action. num. 2. semel reiecte, non amplius admittuntur, dum proposita ab uno, videntur proposita à toto populo. Quod secūs est in actionibus non popularibus, & in materia collusionis multa tradit Io: Andr. de Georg. alleg. 36. & Fab. de Anna conf. 104. qui pro eadem causa scripsierant.

Secundus est, cùm dominus directus passus est, rem vendi sub hasta; ac, nullo emporere reperto, ipse emptoris iure pro credito illum retinuit, & tunc creditor emphyteutæ admittitur, dummodò annum canonem in futurum tempus soluere obligetur, vt videatur sentire Faber in suo Codice lib. 4. xii. 43. de iure emphyteutæ definit. 62. & rationem eam video esse, quia dominus directus voluit celius, vt tanquam empori res sua pro credito illi adiudicaretur, quam tanquam domino, cum creditor emens, non tamen dominij acquirendi, quam pignoris seruandi causa emisse videatur, ut ex l. cum posterior: de distract. pignor. cum Vincent. de Franch. sentit Amatus conf. 87. meritò igitur interesse habens, soluendo quicquid debitor debebat, & futuros canones soluere promittens, admittetur.

Tertius est, cùm dominus rem tanquam ad se deuolutam iure directi dominij sibi adiudicari fecit, & tunc creditor non admittetur: reddit rationem idem Faber. loc. cit. quia nunquam ius directi dominij per ius offerendi tolli potest, cum ius dominij sit perpetuum, tanquam habens causam perpetuam. l. 1. ff. de iure dotium; non temporale, ut pignoris, quod habet causam temporalē. l. Paulus 5. 1. quibus mod. pign. vel hypot. sol. Et licet distinctio hæc non placeat Consil. Hodierne in addit. ad decis. 29. Surd. num. 10. dicenti, creditorem emphyteutæ posse, soluendo canones, moram purgare, ne res in commisum incidat, iam videtis, illum loqui, antequam res deuoluta declaretur; casus autem superius expositi loquuntur de creditore volente moram purgare post sententie exequitionem: quare decisio relata ab Hodierne num. 9. poterit militare in primo, & secundo casu à nobis exposito. Ceterum quoad tertium non discedendum à Fabro.

Verum, si ferme sit de purgatione moræ ante exequitionem, cōcedam, illam admitti in Creditore emphyteutæ ut ex Ann. dicit idem Hodierne.

8. Et ex his videtis, restitutionem ex capite ignorantia militare quidem in duobus primis casibus, & ita intelligendum Sanfelicium, cum non obstat consolidatio dominij non facta. Quod secūs est in tertio, quia Ignorantia Creditoris non operatur; ut do-

minum non dicatur consolidatum; ac prout, vt diximus, non possit auferri per ius offerendi. Quod notandum est ad reddendam clariorem Sanfelicij decisionem.

9. Et adeò verum est, re non integra, non dari moræ purgationem, vt, facta reuocatione alienationis feudi ex defectu Regij assensus, non detur moræ purgatio in reuocantis præjudicium, nec dispensatio sortitur effectum, vt ex Regia Sanctione, & pluribus Doctoribus fundat Marcian. conf. 37. num. 12. circa fin. tom. 1. Ceterum omnes causas, quos videre est apud citatos, & Staibani. resol. 78. nec non Capyc. latr. decis. 30. si purgationem moræ continent, non sunt post demandatam exequitioni deuolutionis sententiam.

10. Tandem aduertendum velim, adeò posse præualere S.C. æquitatem, vt semper admittatur moræ purgatio, quoties vtile dominum cum directo consolidatum non est, non autem illo consolidato. Hoc dixi, vt eiusdem opinionem rei scerem, qui asseruit, posse purgari moram, etiam post exequitionem sententia, si modicum elapsum sit tempus; quasi immedietè post sententiam non diceretur dominium vtile consolidatum cum directo: quod ridiculum est. Cetera videnda sunt apud Giurbam doctissime loco cit. discurrentem. Alia vero ad materiam legenda sunt, præter citatos, apud Rouit. decis. 41. vbi, an hereditatas iacens constituantur in mora, & decis. 53. vbi Dom. Altimar. Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. Reuert. 514. & decis. 142. Gizz. ad Capyc. latr. decis. 120. Mavrottam discept. forens. cap. 25. Consiliar. Rocca. tom. 2. resp. 93. vbi multos casus recenset, in quibus moræ purgatio non admittitur, & nouissimè Dominum Petram, aliosque ab ipso citatos in Ritu 271. tom. 3. num. 10. vers. non obstat.

11. Et ex his cauendum arbitror à cōsilio 16. Domini Io: Leonardi Rodoerij, in quo, post quam casus, in quibus deneganda videtur purgatio moræ, enumerauit, ingeniosè deducit à num. 38. ad finem, non esse debitores introitum, vel emphyteutas, respectuè, cessantes à solutione redditum, vel Canonum, admittendos ad purgandam moram, contraria creditorem petentem rescissionem, contrarius, vel dominum instantem pro deuolutione, & caducitate rei emphyteutæ, sed, instructo processu, condemnandos fore, nullis præcedentibus præceptis, quibus moderna praxis vitus. Etenim omnia, quæ ibi argumenta affert, nequeunt utique eam tollere æquitatem, in qua fundata est moræ purgatio; siquidem, cum dicitur, huiusmodi contractus celebrari, publico mediante instrumento, quod expresse pactum resolu-

tium

tium continetur: cum assentitur, hanc equitatem esse contrà rigorem scriptum per Prætorem pacta seruari iubentem. in l. Iuris gentium §. ait Prætor. ff. de pactis: cum assentitur, per purgationem moræ reddi subsistenter contractum contrà voluntatem contrahentium, qui exp̄resse contractus rescissio, nem, & resolutionem deduxerunt in pactum: cum denique adducitur, ex hac moræ purgatione sequi primò, non valere renunciationem fauoris proprij contrà textum in l. si quis in conscribendo C. de Episc. & Cleric. & l. si quis in conscribendo C. de pactis: secundò, beneficium hoc purgandi moram conferri in iuvitum, in eum scilicet, qui illi ab initio renunciauit, contrà text. in l. iuvito: ff. de reg. iur. & in l. nec emere C. de iure deliberandi . & tertio, dari regressum ad ius renunciatum , contrà text. in l. fin. C. de remiss. pignor. Cum inquam, hec omnia, similiaque obiciuntur, nunquam æquitas tolletur, cum ea omnia in rigore fundata sint; quandoquidem iuris rigor est, attendi instrumentum, in quo pacta resolutiua, & rescissoria habentur: iuris rigor seruari pacta, & contractus nō posse subsistere contrà voluntatem contrahentium exp̄resse deducentium in pactum rescissionem, resolutionemque contractus: iuris rigor denique valere proprij fauoris renunciationem, beneficium non prodesse ei, qui ab initio illi renunciauit, nec dari regressum ad ius renunciatum.

Si ergo ab his omnibus rigorem tollas, æquitatemque ponas ob oculos, dices, non attendi ad moræ purgationem impediendā, instrumenta, pacta rescissoria, & resolutiua, voluntates contrahentibus, renunciationes, & similia, quæ superiùs adducta sunt, quæque adduci valent, cum hoc importet equitas, ut scilicet, quod factum est, non seruetur: & ratio rationis ea est, quia æquitas non dependet, nec à reo, nec ab actore, nec à contrahentibus, sed à Iudice, lege sic permittente: Vnde, renunciet quis quoad potest, non poterit tamè huiusmodi renunciatio à Iudice indulgendi potestatem auferre: inueniat, quas potest, clausulas equitati derogantes; nequibit tamè huiusmodi clausulas rigorem non ostendere, adeòque, si equitatis est rigorem tollere, clausulae nil proderunt ad impediendam purgationem 2 moræ in æquitate fundatam. Hinc videtis, an ad risum prouocent iij, qui, postquam sanctè voverunt, se nunquam lufuros, vel nunquam aliquod patratus scelus, adjiciunt, vt, si fortè in id inciderint, nequeant absolui: ac si absoluendi auctoritas à pœnitentibus dependeret: sic putant miseri, absoluendi auctoritatem posse, ipsis volentibus, à Confessariis auferri: nec aduentunt,

in quonam statu reperieneur, si id per impossibile posset evenire. Hi ergo, si qui reperiuntur, prout eos reperiri credam, sciant, posse se quidem voto obligare sub peccato 13 mortali, vel etiam solùm sub veniali, etiam in materia graui, vt contrà Vsq. in l. 2. disp. 148. cap. 4. aliosq; sentit Cardinal. de Lugo resp. moral. lib. 6. dub. 8. cum Suar. tom. 2. de Relig. tract. 6. lib. 4. de obligatione voto. cap. 4. nu. 7. & Sanch. lib. 1. de Matrim. disp. 9. num. 6. quod idem de Lugo docuerat rom. 2. de iust. & iure disp. 22. sect. 4. num. 41. & seqq. vbi aduertit, illud non debere appellari simplicitè, & absolute votum castitatis, vel obedientiz &c. sed imperfectè, & secundūm 14 quid, adeòque nullo modo sufficere ad professionem, vel ad constitutum statuta religiosum. Sciant igitur, posse se modo, quo velint, obligare voto; absolutionem vero ab ipsis non dependere. Et tandem sciunt contrahentes, posse se in contractu eo, quo velint, rigore strin gere, æquitatem vero nō ab ipsis dependere, sed à Iudice. Hæcque facias..

S V M M A R I V M .

1. Assistentia quandoque prestatur contra tertium possessorem, non audito principali debitore.
2. Assistentia petita contrà principalem debitorem ex causa venditionis annuorum introitum non prestatur, nisi liquidatio crediti contra principalem.
3. Assistentia petita etiam ex causa venditionis annuorum introitum, sed contrà tertios possessores, prestatur inaudito principali, quod latè explicatur.
4. Debitor principalis, intentato à Creditor iudicio assistentia contrà possessorem, potest comparere, petens audiri.
5. Assistentia potest prestari contra tertium possessorem, non audito principali debitorem, quies non agitur de contractus rescissione.

DILVCIDATIO DECIS. CXV.

1. **M** Irum profectò est, quod obseruatum hic ait Reg. Sanfelicius, videlicet, præsticam fuisse assistentiam contrà tertium possessorem, non audito principali debitorem, licet eijam contrarium obseruari dicat, ex Routho ad Pragm. 1. de assist.
2. Hanc autem cōtrarietatem debemus omnino breuitè ad concordiam reuocare. Et quidem, vel assistentia petita contra principalem debitorem ex causa venditionis annuorum introitum, & tunc debebit liquidari creditum, ac, rescisso contractu, prestatbitur assistentia supèr bonis sui debitoris, super

super quibus præstari non posset pro sorte principali, ni prius fuisse rescisus contractus; quomodo enim petitur fors à principali, adhuc existente primo contractu, cuius vi fors peti nequit hoc igitur casu locum sibi vendicabunt dicta Rouiti in d. Prag. Vnde, si quis intentaret iudicium assistentia contra tertios possessores, petens, rescisso prius contractu, sibi assistentiam præstari, quis dubitabit, andiendum fore principalem debitorem, contrà quem rescindendus est contractus rescindi petitus. Hoc nulli dubium, nec ullam hæsitationem præbet contrarium practicandi, cum nemo hucusque dixerit, posse eum rescindi còtrà tertios possessores.

3 Vel assistentia petitur ex eadem causa contrà tertios possessores tantum absque villa petitione rescissionis contractus; & tunc indubitanter teneas, posse, quinimò debere præstari assistentiam contrà tertios, non rescisso contractu contrà principalem, sicque ad Sanfelicij decisionem recurrendum, quam opinionem sequutus est nouissime Alderius de assist. quest. 9. vbi varias ponit ampliationes, & limitationes.

Sed dices, quonam modo hoc secido casu poterit præstari assistentia super bonis, quæ fuerint debitoris contrà tertios possessores pro sorte principali, & tertii, ni prius rescindatur contractus contrà principalem debitorem, à quo nequit peti fors, ni, rescisso prius contractu, ut in primo casu diximus?

Hoc argumentum, in quo tota residet difficultas, optimè soluitur ex dictis per Sanfelicij quibus nullo penitus modo contradicunt dicta Rouiti; nam assistentia, quæ hoc secundo casu petitur contrà tertios possessores, tam pro sorte principali, quam pro tertii, non indiget rescissione; quandoquidem non petitur pro credito liquidando, & obtainenda sorte à principali, sed petitur tantum ad recuperandam aduersis singularem successorem per remedium l. fin. C. de acquir. poss. possessionem illam, que, residens in debitore, fuit deinde translata per illum, prævio constituto, in creditorem, ad tex. in l. quod meo ff. de acquir. poss. Vnde tertius hic possessor nequibit excipere de iure tertij, opponens, audiri principalem debitorem, cum coque rescindi còtractum; nam, siue rescindatur contractus contrà principalem, siue secùs, semper dicetur interuersa possessio creditoris per alienationem factam à principali debitore. Hanc igitur intendit recuperare creditor, qui merito poterit illam recuperare absque contractus 4 rescissione. Non negauerim verò, posse principalem debitorem comparere, per centē,

in iudicio hoc audiri, sed adhuc, illo comparente, necessaria non erit rescissio contractus, cum possit Creditor, illo auditio, suum prosequi iudicium, interuersam possessionem recuperando; non enim correlativa sunt, rescissio contractus, & recuperatio interuersa possessionis, sed disparata, ita, vt alterutra peti queat, vt consideranti patere potest, sicut atbitror, conciliari, & intelligi posse dicta Rouiti, & Sanfelicij, qua supèr re vertitur lis, in qua ego Sanfelicij sententiam defendo. Si, antequam dilucidationes hæ lucem videant, dirimetur, decis: apponā. Alia verò de discussione principalis debitoris vide apud Barbat. de assist. Gloss. 10. & Gaium, qui plurimos refert, in tract. de credite cap. 4. quest. 7. num. 786. & seqq. & 806. 5 Ex his interim collige, quicquid sit de illa quæstione, an, cum petitur assistentia pro sorte principali, & tertii, requiratur rescissio contractus, certum esse, cum agitur de assistentia, quæ præstari potest absq; rescissione contractus, posse assistentiam præstari contrà tertium possessorem, non auditio principali debitore, puta, si quæstio sit de restitutione dotis, vel de tertii tantum.

S V M M A R I V M .

- 1 Creditor, an possit assistentiam petere super bonis debitoris sui debitoris, recensentur Doctorum opiniones.
- 2 Assistentia datur contrà debitorem debitoris, si tempore contractus celebrati inter creditorem, & debitorem, debitor debitoris possidebat bona, secùs si aliter.
- 3 Naturalis possessio, an attendatur in iudicio assistentia, & quonam debeat esse.
- 4 Assistentia iudicium que extrema requirat.
- 5 Creditor, an possit conuenire debitorem sui debitoris absque cessione.

DILVICIDATIO DECIS. CXVI.

1 O bseruatum hic, refert Sanfelicius, vt creditor nequeat assistentiam petere super bonis debitoris sui debitoris, cum omnino deficiant extrema; nam non poterit probari, debitorem stipulanten posse dilire naturaliter rem sui debitoris, super qua assistentia petitur, sed tantum per actum fictum: quare nequibit per aliquum actum fictum eandem ciuilem possessionem transferre.

Contrariū autem decisum refert in S.C. Reg. Ronit. ad Pragm. 1. de assist. num. 8. in nonis impressionibus, aliquaque decisionem refert Gaius de Credito in appendic. ad part. 4. num. 288. cum anteā numeris antecedentibus fundarit optimè contrà Barbatum dari assi-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

97

assistentiam supèr bonis sui debitoris, licet nouissimè Alderisius de assistent. quæst. 22. Barbatum contrà Gaitum tueri studeat.

Quid ergo hac in re dicemus, & quamnā sequemur obseruantiam? Certè Sanfeliciū sequemur, Rouitum non deseremus, tanto-rumque virorum dicta conciliabimus.

Duo igitùr casus distinguédi sunt; nàm, vel quando Creditor contraxit, debitor debitoris sui non possidebat bona, sed ea alienata reperiebantur, & tunc dicendum est, non posse Creditorem experiri iudicio assistendi contrà debitorem sui debitoris, vel tertios possessores eorum bonorum, qui à possesso erat tempore contraetus interuersa, ac proindè amissa, sicque non potuit debitor, contrahens cum suo Creditore, possessionem sui debitoris amissam in suum Creditorem transferre, ex l.i.s scenola, ff. si is, qui tutel.liber.prout in cessione discurrit doquissimè suo more Gaitus loc.cit.num.595. hoc ergo casu militabit obseruatio relata per Sanfelic. quæ deducitur ex illius verbis, dum ait, frustrà dici posse in secundum cōstitutarium translatam naturalem possessio- nem Nec dicas, naturalem possessionem eam velle Sanfelicum, quæ asinina appellatur, sed velle veram possessionem, quæ tātum debet esse in secundum constitutarium. Iam verò, si tempore celebrati contractus cum secundo constitutario primus debitor non possidebat, sed bona sua alienauerat, vera possesso non erat penè primum constitutarium, sed transuersa, ac proindè ne- quiuit illam in secundum constitutarium transferre.

Quod verò ait Sanfelicius num.2. scilicet in assistentia iudicio probandum esse, bona fuisse in bonis, & de bonis debitoris, qui tenuit, & possedit, ex Affl. decis.383. Vrsil. & de Franch. decis.101. intelligendum est, non de asinina, & corporali, sed de vera possessione, quæ in secundum constitutariū transfertur, licet per traditionem fictam, vt multis fundat Gaitus loc.cit.n.285. & seqq.

Vel, vt ad alteram partem deueniam, tēpore celebrati contractus non erant alienata bona debitoris sui debitoris, & tunc militabunt decisiones relata per Rouit. & Gait. loc. citatis, vt patet ex dictis, qui à cum non dicatur interuersa possesso, poterat primus constitutarius in secundum transferre. Sic ergo conciliari poterunt decisiones relata. Ceterum veritatem articuli plenè habebis apud Gaitum loc.cit. inuehentem acerrimè contrà Barbatum.

Sin autem huiusmodi conciliatio non arridebit, sequere, quam verè libet ex contrarijs obseruationibus, sed Rouito potius, & Gaito adhæterem, quam Sanfelicio, semota

nempè conciliatione ex rationib⁹ per Gai- tum allegatis, quas hic, vel tædet repetere, vel non iuuat, dum ibi fusissimè eç haben- tur.

Hic etiā queri posset, an creditor queat conuenire debitorem sui debitoris absque cessione: supèr qua, post alios, fusc scripsit Staiban.in obserua. ad resol.156. ad num. 12. 13. & 14. concludens, non posse, si agatur de actione personali, ex text. in l.penult. C.de nouat. de qua re Olea de cess.iur.tit.4. quæst.4. num. 1. nisi in tribus casibus, cùm scilicet debitor debitoris tenetur ad debitum, cùm debitor principalis fuerit condemnatus, & cùni idem principalis debitor fuerit discussus, & reperiatur non soluendo. Verū, si agatur de actione hypothecaria, concludit Staiban. posse creditorem conuenire debito- rem sui debitoris absque villa cessione con- trà multos, quos ibi adducit: de quare alibi, Deo dante.

S V M M A R I V M .

- 3 Debitor habet ius offerendi, praestita assisten- tia à M.C. ad finem adiudicandi, pendente appellatione.
- 2 Sacrum Consilium & M. C. V. an praestit assistentiam tam ad finem vendēdi, quam adiudicandi. latè discutitur.
- 3 Reus non habet ius offerendi, terminata lite, & adiudicata re actori.
- 4 Debitor habet ius offerendi, etiā quando S. C. assistentiam praestat ad finem adiudi- candi.
- 5 Creditor tenetur ad pretium, si in causa re- clamacionis debitor vicerit, & quarè.
- 6 Assistantia praestita à S. C. ad finem adiudi- candi, creditor tenetur ad rem, revocata sententia, non ad pretium.
- 7 Sacrum Consilium cur soleat assistentiam praestare supèr re ad finem adiudicandi tan- tum.
- 8 Actor, qui emptorem sicutè supposuit ad rem emendam, an in casu retractationis senten- tia teneatur ad rem, an autem ad pretium.
- 9 Actor, qui in venditione rei, supèr qua assi- stentiam obtinuit, emptorem sicutè supposuit, an in casu retractationis possit rē restituere, an autem cogi possit ad pretium.
- 10 Creditores hypothecarij, an preferantur reo in casu retractationis, si supèr illa re actor as alienum contrixerit, pendente reclama- tione, licet ipse eam possideat titulo emp- toris ob assistentiam praestitam ad finem vendendi.

DILVICIDATIO DECIS. CXVII.

- A It hic Sanfelicius, fuisse decisum, pro- lato à M.C. decreto assistentia, & ap- pella-

pellatione pendente, exequutioni demandato, debitorem habere ius offerendi. Tu verò aduerte, antiquis temporibus S.C. solitum fuisse præstare assistentiam, tam ad finem adiudicandi, quām vendendi; quoniā verò temporibus *Vincentij de Franchis* du-

rum hoc videbatur pluribus ex capitibus, & præcipue, quia quandoque retractabatur sententia, & reus pretium recuperabat, non rem, quā tuta penè emptorem extabat, variaque oriebantur inconvenientia, S.C. statuit, ut sententia huiusmodi exequutioni demandarentur quoad finem adiudicandi tantum, ut ex *Vinc. de Franch. decif. 120.* quem quoad vnam tātū rationem impugnat *Rouitus ad pragm. 2. de appellat.* quemq; *Gait. de credito cap. 4. quest. 7. à num. 884.* defendit: de qua re videndus *Carleual. tom. 2. de Indic. tit. 2. disp. 8. num. 25. & 26. & disp. 24. per totam.* Hunc tamē stylum è *Vinc. de Franch.* relatum sola M.C. retinuit, quā decreta assistētia exequutioni demandat ad finem adiudicandi tantum. Ceterum S.C. sententiam exequitur etiā ad finem vendendi. Quod nota, ut aduertit *Dominus de Luca in obseruat. ad decif. 139. Vincent. de Franch.* Estque alia decisio 660. *Vincentij de Franchis*, de qua fusissimè *Staibani. tom. 1. resol. 50. num. 32. & seqq.* quo loci scripsit, differre decretum definitiū M.C. (quod ipse vocat sententiam) à sententia S.C. dum per M.C.V. mandatur exequutioni assistētia ad finem adiudicandi tantum, sed à S.C. multoties ad finem vendendi.

Vndē, si appellatur à decretis M.C.V. pendente appellatione, fit adiudicatio actori, & licet Reus habeat ius offerendi, ex rationibus, & Doctoribus, quos refert *Sanfelicius*, id tamē intellige, pendente appellatione; secūs autē, causa terminata; tunc enim transīt dominium irreuocabile, ut cum *Affl.* & alijs benē distinguit *Barbat. de assistent. Gloss. 2. num. 7. & 80.* hæcque dicta sint, præscindendo ab illa quæstione, an de iure, pendente appellatione sit facienda adiudicatio, dum hic praxim tautū adnotauimus.

Quod idem dicimus, cūm S.C. præstat assistētiam ad finem adiudicādi tātū; tunc namque, pendente reclamacione, semp̄ debitor habet ius offerendi; & licet, cūm præstatur assistētia à S.C. ad finem vendendi, re vendita iam sub hasta, emptor non teneatur eam restituere in causa reclamacionis, si forte reclamans vicerit, sed tantum vietus teneatur pretium reddere, idque ea ratione, quia alijs nemo sub hasta emeret, ut scripsero omnes Doctores post *Vincent. de Franch. decif. 130.* ut videre est apud *Carleual. de Indic. d. disp. 24. Illustrissimum Episcopum de Affl. cont. eu. 33. num. 18.*

ali oſque relatos à *Dom. de Luca ad d. decif. de Franch.* nihilominus tamē, cūm res adiudicatur actori, præstata in casu retractionis cautione, res erit restituenda, non pretium, cum tunc actor non habeatur, tanquam tertius emptor, alijs nulla effet differentia inter venditionem, & adiudicationem. Vndē, pendente reclamacione, semper Reus ius habebit offerendi, etiā si à S.C. fuerit res post assistētiam præstata, actori adiudicata; secūs verò, lite terminata, ut diximus, pro qua re faciunt ea, quā pro *Vincentij de Franchis* ratione ait *Gaitus superius* citatus.

Cur autē quandoque soleat S. C. assistētiam præstare ad finem adiudicandi tātū, varijs possunt esse rationes; vnam tamē habes apud eundem *Episcopum de Affl.* in signili *cap. 1. num. 8.* quem vide. Alia de huiusmodi iure offerendi vide apud *Aldebrism de assistētia quest. 7.* nec non *Staibani. centur. 2. resol. 122. & in obseruat. ad eandem, præcipue ad num. 15.* defendantem *num. 30.* ius offerendi non habere locum in beneficium debitoris contrā eius creditorem, qui emit rem sub hasta; nām non audiatur amplius secundūm ipsum, offerens creditori creditum, & citat *Mangil. de subhaft. quest. 82. num. 13. & 14. & Cephal. cons. 298. nu. 8.* Cetera autē de iure offerendi, an scilicet, & quando tale ius competat creditori posteriori, vide apud citatos per eundem *Staibani. loc. cit.* quo loci, vulta de huiusmodi quæstione, & *Montan. cons. 36.*

At quæres hīc, Titius à S.C. sententiam assistētiae obtinuit ad finem vendendi, cōparet Sempronius emptor, cui res remianet ad estinctum candelæ, hic soluit pretium, & deinde declarat, se nudum tantum nomen habere, sed re vera pecuniam fuisse Titij, cui consequenter res illa adiudicatur. Sic autē egit Sempronius, ut sextam lucraretur, ceteraque emptoris commoda sentiret. Postmodum retractatur sententia, an possit Reus rem adiudicatam petere, an merum pretium.

Quod possit rem, suadetur, quia contractus ille, fuit simulatus: vndē, cum attendendum sit potius, quod agitur, quām quod fictum appetet, ex vulgatis iuribus, videretur potius facta tacita adiudicatio.

Quoniā autē argumentum hoc probaret nimis, scilicet, eadem ratione actorē non posse lucrari sextam; ideo nihil probat, adeoque sentio, non posse reum petere, nisi meram pretij restitutionem, cum, dum posterat oblatione vti, illam neglexerit, & potissimum, quia S.C. præstit assistētiam ad finem vendendi: vndē ad pretium teneatur actor ex dictis.

Sed

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 299

9 Sed quæres, quid, si actor malit rem restituere? Respondeo, hoc stare Rei arbitrio; siquidem, cum actor, & reus non sint ad imparia iudicandi, si Reus nequit actionem cogere ad sibi rem venditam præstandam, nec poterit actor reum, sed res illa vendi debet iterum, & appretiari, ac si nunquam fuisset sub dominio Rei, sed aucto tantum, ac proinde illam acquirat Reus, tanquam nouam.

10 Quæres de num, an si es alienum contraxerit super illa re actor, puta, quia aliquis acquisiuerit hypothecam expressam? Ex dictis responderi posset, præferendum Credorem hypothecarium, cum actor non teatatur, nisi ad pretium, ut diximus; verum, quia S.C. exequutioni demandat sententiam, præstata cautione in casu retractationis, & obligatur etiam penes acta principalis in beneficium eius, contra quem sententia emanauit, hic Reus dicitur etiam Creditor hypothecarius: siveque, si sententia demandaretur exequutioni absq; obligatione principalis, aliter discurrendum esset: de qua re alibi, Deo dante, cum agemus de actione in rem scripta, dum materia, tanquam diffilis, prolixè tractanda est.

S V M M A R I V M .

- 1 Dominium censetur translatum, adiudicata re per Iudicem Creditori cum pacto retrouendendi absque appretio.
- 2 Creditor potest instare pro appretio, licet debitor sileat.
- 3 Retrabens rem iure congruiseundum consuetudinem Neapolitanam attendit pretium tempore exequutionis sententia.
- 4 Appretium, attenta consuetudine Neap. Si quis emit, potest peti, tam ab emptore, quam a retrabente.
- 5 Contractus perfectio dependet à numeratione pretij, facta appretio.
- 6 Appretium debet omnino præcedere, cum res venditur subhasta.
- 7 Adiudicata re Creditori absque appretio, si lesio interuenierit, nulla erit adiudicatio.
- 8 Reuiso ordinatur aduersus appretium.
- 9 Adiudicatio facta pro maiori summa, quam sit debitum, est nulla.
- 10 Adiudicatio fit per Iudicem quandoque cum pacto de retrouendendo, & quare:

DILVICIDATIO DECIS. CXVIII.

1 E creditori adiudicata per iudicem, cum pacto retrouendendi, non præcedente appretio, intelligi translatum dominium, hic tandem decimum colligimus, petita in integrum per Minorem restitutione, &

merito; nam, si debitor non infestis pro appretio faciendo, certum est, non modò iudicem, vt bene Sanfelicius, sed debitorem ipsum estimasse equam quantitatem. Vnde tacitus hic consensus habetur loco appretij. Alia de appretio vide apud Hodiernam controu. foren. cap. 40. præcipue nn. 13. & seqq. & apud Dom. Altimar. plura adducentem ad Conf. Roriti 40. tom. 2. d. num. 2. ad 16. vbi huius decisionis meminit, sed aduerte, licet Dom. Altimar. aiat ibi, fuisse decimum per S.C. apud Sanfelic. b. c. non transferri dominium in Creditorem, ni appretium præcessit; contrarium tamè apparere decimum, petita in integrum restitutio: vnde hac vicina decisio attendenda.

- 2 Hinc collige primò, licet debitor non infest, rem appretiari; posse tamè creditori instare, vt illa prius appretietur; nam quotiescumque aliquid in iure expressum reperitur, potest ab utraque parte pro iuri obseruantia instari: iam verò, cum appretium & estimatio sit inducta a l. vestissimam C. de iur. dom. imper. cum concord. poterit creditor, ad quem spectat dominij rei illius translatio, petere, vt res illa prius appretietur. Sic inspicimus, eo quod in Conf.
- 3 Neap. Si quis emit de iure congruo, statuitur, vt, volens rem retrahere, debeat attendere, pretium tempore exequutionis sententie, quo quis condemnatur ad tradendum fundum vicino, idque ex decisione S.C. quatuor auxiliis emanata, quæ tali pacto consuetudinem.
- 4 interpretata est, tam emptorem, quam retrahentem, petere posse, vt res appretietur, nec standum pretio soluto prius ab emptore. Et ratio est, quia, cum perfectio contractus dependeat à numeratione pretij, facta appretio, ex l. sed & si quis s. interdum ff. de usufr. adducta a Roriti. decis. 24. num. 16. hec perfectio poterit ab utraque parte exoptari, & peti, nec suppleri poterit, nisi tacito utriusque consensu, vel expresso.
- 5 Collige secundò, appretium debere præcedere, & omnino interuenire, quando res non adiudicatur, sed venditur subhasta, cum alijs magna fraus oriiri valeat in debitoris præiudicium, vt latè videre poteris apud Staibani. tom. 2. resolut. 1. 21. num. 31. & tom. 1. resolut. 52. num. 6. & seqq. vbi latè.
- 6 Collige tertio, adiudicata re creditori absque appretio, si lesio interuenierit, nullam esse adiudicationem, quod nō solum locum sed eti bi vendicat in pupillo, vel uniuersitate, de qua re Staibani. tom. 1. resolut. 20. num. 52. & seqq. sed in quoconque, qui ex enormissima lesione tempèr petere poterit, vt res appretietur, & ratio est manifesta, quia, si lesio ultrà diuidiam operatur, vt quicunque valeat rescindere venditionem à se fa-

- Etiam, quanto fortius huiusmodi lœsio operabitur, ut quisque possit venire contraria ad indicationem à Iudice factam. Hinc est, ut semper in Iudicijs procedatur ad rei ap-
- 8 pretium, & ad instantiam partis fiant pracepta, quibus reuasio ordinatur. Quod profecto fit ad quamcunque lœsionem effugiendam: vnde, si partes primò acquieuerint appretio, illudue reuideri fecerint, nullo prorsus modo poterunt lœsionem pretendere, quod feciis est, ni appretium inter-
- 9 uenerit. Ex quibus deducitur, adiudicationem factam pro maiori summa, quam sit debitum, nullam esse, ex Rouit. cons. 40, ubi Dom. Altim. num. 25.
- 10 Collige quartò, bona quandoque adiudicari per iudicem creditorū cum pacto de retrouendendo, præcipue, cùm damnum est irretractabile, quod refarciri nequit per pretij restitutionem, ut bene exemplificat Illustrissimus Episcopus de Affl. controner. Iur. resol. cap. 1. num. 8. videndus.

S V M M A R I V M .

- 1 Creditor, cui res fuit adiudicata per debitorem, compensat fructus perceptos cum interesse, non autem cum meliorationibus, & ceteris quantitatibus solutis.
- 2 Meliorationes factas à tertio possessore super re, quā Dominus vindicat iure dominij, compensantur cum fructibus extantibus, & quomodo, latè declaratur.
- 3 Possessor bona fidei non facit suos fructus perceptos in præiudicium domini vindicantis, & quomodo, & an semper.
- 4 Fructus extantes quinam dicantur.
- 5 Possessor malefidei quomodo teneatur ad fructus etiam percipiendos, & quinam dicantur tales fructus.
- 6 Possessor bona fidei, ut teneatur fructus perceptos antē litem contestatam restituere, quid probandum sit.
- 7 Minor nō presumitur factus locupletior posteri imperfectam etatem.
- 8 Filius, vendicans rem à patre alienatam, tenetur soluere pretium meliorationum, & quare, sed an semper.

DILVCIDATIO DECIS. CXIX.

- 1 D E cīsum hīc reperimus, creditorem, cui fuit res per debitorem adiudicata, si ille meliorationes fecerit, nec non creditoribus anterioribus quantitates ijs debitas soluerit ad rem illo onere liberandam, non teneri compensare, tam quantitates solutas creditoribus anterioribus, quam meliorationes factas in re cum fructibus perceptis, tam antē litem contestatam, quam post eius

contestationem, sed tantum compensare, fructus cum interesse, ac proinde creditorum alium huic creditori possessori posteriori contraria prætensione repelli.

Verè decisio hæc explicat formam sententia relationē à Vincent. de Franch. decis. 456. & fundamentum est, quia possessor bonae fidei efficit fructus suos; vnde illi non veniunt in restitutione, sed compensantur cum interesse quantitatum solutarum. Cuius decisionis meminit Dominus de Luca ad d. decis. Vinc. de Franch. vbi multa, quæ vide.

- 2 Hinc oportunè collige primò, meliorationes factas per tertium possessorem super re, quam Dominus vindicat iure dominij, computari cum fructibus extantibus, tam antē litem contestatam, quam post eius contestationem, dummodò possessor fuerit bonafidei, sed post contestationem computari, tam cum perceptis, quam cum percipiendis ex l. certum 22. C. de rei vindic. Ibi. Certum est, malefidei possessores omnes fructus solvere cum ipsa re præstare; bonafidei vero extantes, post litis autem cōtestationem universos. Sicque eos tenetur possessor compensare, quos tenetur restituere, & hoc pacto intelligendus est Papinianus à nonnullis ab re explicatus, in l. sumptus 49. ff. de rei vindic. dum ait, antē litis contestationem fructus cum meliorationibus compensandos, ijs verbis, scilicet, si fructuum antē litem contestatam perceptorum (notare) summam excedant; etenim, admissa compensatione, superfluum sumptum, meliore prædio facto, Dominus restitueret cogitur. Possessor ergo bonafidei fructus perceptos non facit suos in præiudicium Domini vindicantis, etiam si ij antē litem contestatam percepti sint; aliás autem de fructibus percipiendis, scilicet de ijs, qui percipi potuerunt, qui, ut diximus, compensandi sunt tantum à malefidei possessoare antē litem contestatam. Vnde ly, extantes, in d. l. certum, non est explicandum ita, ut excludat consumptos, prout voluit ibi Gloss. quandoquidem cōtradiceret Imperator Papiniano in d. l. sumptus, vbi ait scilicet, si fructuum antē litem contestatam perceptorum, &c. hosque fructus perceptos antē litis contestationem, inquit, compensari cum sumptibus. Sed explicandum est ita, ut illos includat, excludendo tantum percipiendos, & ut dicantur extare ad differentiam eorum, qui percipi poterant, nec extabant, ni tantum in potentia, solum in acti primò ut cum Philosophis loquar. Quare malefidei possessor tenetur ad fructus percipiendos, videlicet, qui percipi potuerunt, servata regula Pauli in l. fructus 34. ff: eodem, ibi, Fructus non modo percepti, sed & qui percipi honeste posuerunt, astimandi sunt &c. Hæc ego fini-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 301

- sentirem omnium correctioni tradens , nec
alios aliter sentientes refero , ne eos videar
tacite redarguere: hacq; explicatione adhi-
bita,cessat in calu nostro terribilis illa que-
sio,an ad hoc, ut bonifidei possessor gene-
tur fructus restituere perceptos ante litis
contestationem, debeat probari,illum factū
esse locupletiorem, an talis præsumatur eo ,
quod fructus percepit, de qua re *Vincen-*
tius de Francb. decif. 31. *Fach.* controuers. iur.
lib. 2. cap. 46. ceteriq; apud addentes ad *Vin-*
cent.de Francb. nām , præscindendo ab hac
quæstione , in qua tenerem, minorem non
præsumi locupletatum ex ætatis imperfectæ
natura, ni probetur; secūs verò maiorem ,
cum ex illa ætate perfecta non præsumatur
iactare suum , sicque quæcunque à Doctori-
bus adducta iura conciliari secundūm no-
stram explicationem, dicimus, sat esse , vt
probetur, fuisse perceptos , seruata disposi-
tione d.l. certum, & d.l. sumptus .
- 8 Ex quibus deducitur, filium, vindicantē
rem à patre alienatam, teneri soluere melio-
rationum pretium supèr re ab emptore fa-
starum absque vlla fructuum compensatio-
ne, si supèr illa re vſusfructus ad patrem
spectabat, quia, quemadmodūm pater de-
buisset fructus lucrari , ita etiām enptor, vt
post alios concludit *Pascibl. de vir. patr. po-*
test. part. 1. cap. 2. num. 8. E contrà verò dicē-
dum est, cùm nullus patri vſusfructus con-
petebat ; tunc enim neque competitor emp-
tori : quarè merito admittetur compensatio
meliorationi cuni fructibus , vt notabili-
tè aduertit *Consil. Hodier. ad dec. 242. Surd.*
num. 3.

Hæcque pauca ad rem . Cætera passim
habentur apud tot Doctores , quot referte
tædet , & præcipue ad materiam fructuum,
qui cum forte compensantur, vel non, vide
Gaius de cred. cap. 4. quæst. 11. & propriè
num. 1015. vbi ait, fructus extantes, vel qui
præsumuntur, non exceptuare forte, nec
cum illa compensari .

S V M M A R I V M .

- 3 *Actiones indubitatae non substant dispositioni*
ll. per diuersas , & ab Anastasio C. man-
dati .
- 2 *Actiones indubitatae quænam sint. latè ex-*
aminatur .
- 3 *Actiones, siue dubitatae, siue indubitatae, dedu-*
cuntur in iudicio .
- 4 *Actiones indubitatae , an cedi valeant pretiis*
minori in praividicium debitorum .
- 5 *Litium redemptio an locum habeat in ces-*
sione, tam actionum dubitatarum, quæ in
dubitatarum .
- 6 *Cessio ex causa necessaria non subiacet dispo-*

- sitioni ll. per diuersas , & ab Anastasio .
- 7 *Cessio ex causa necessaria non videtur facta*
studio litium redimendarum: secūs, cessio vo-
luntaria .
- 8 *Confessio contrahentium non probat solutio-*
nem integrām ad euitandam dispositionem
ll. per diuersas , & ab Anastasio .

DILVCIDATIO DECIS. CXX.

- I N hac decisione Reg. Sanfelic. per mo-
duum argumentorum enumerat quatuor
casus, in quibus locum sibi non vendicant
ll. per diuersas , & ab Anastasio. C. mandati .
- 1 Primus est, in actionibus indubitatis, de
quibus, aut certè , aut probabilitè non est
dubitandum pro eorum subsistentia . Secun-
dus, in transactione . Tertius in non redemp-
tore litis, nec vorace, nec sordido, & Quar-
tus in potissimum soluente alicui, qui contrà
illum egit hypothecaria ; hic enim in iuri-
bus cessis non afficeretur à præfatis iuri-
bus .

Quoad primum *Paul. Staib. resol. 82. num.*
37. & *resol. sequenti num. 38.* deducit , prefa-
tas leges militare in actionibus indubitatis,
secūs in actionibus dubitatis , adeoque vi-
2 detur contrarium yelle, actiones vocans in-
dubitatas illas , quæ in iudicio deductæ nō
sunt , dubitatas verò , quæ sunt sub iudice .
Quod quidèm, ni fallor, non fuit de mente
Imperatoris sentientis secundūm explica-
tionem *Sanfelicij*, cum non eo , quod actiones
deductæ sint , vel non in iudicio , appellan-
dæ sint dubitatæ , vel indubitatae . Hoc
apertè aperitur initio præfatae l. per diuersas
ijs verbis . Cum certum sit pro indubitatis obli-
gationibus nō magis, quibus antea suppeditabant
iura sua vindicare, quam ad alios ea transfe-
re velle . Quasi voluerit dicere Imperator,
ipsum ibi non loqui de actionibus indubi-
tatis, quas neminem in aliud transferre ,
certum erat apud eum, sed tantum de dubi-
tatis, quas nolebant deducere ipsimet prin-
cipales in iudicio ; vndè Procuratores, in-
scipios onus transferentes, cessionem illarū
obtinebant . Audiamus quæsò , quam be-
nè id explicit *Paulus de Castro* præceptor
inexpugnabilis ibi num. 2. Cum enim quidam
haberent actiones dubitatas , & non auderent
eas mouere dubitantes succumbere , dicti pro-
curatores litigiosi offerebant se , dicentes , pur
(est verbum, quod ijs tempestatibus magis
exprimebat intentionem) quod cederetur eis
actio , & possent litigium ducere suo nomine ,
& ad suam commoditatcm , & multi erant ,
qui cedebant tales actiones dubitatas , & ipsi
Cessionarij per calumnias obtinebant, proprie-
ter quod multæ querelæ fuerunt expositæ Impera-
tori Anastasio, qui condidit hanc legem & sta-
tit

uit &c. Has ergo actiones dubitatas afficiunt iura præfata, non autem indubitatas. Ceterum, tam dubitata, quam indubitata in iudicio deducuntur. Caudendum igitur à Consiliario Staib. qui, ut ingenij sui pomparam patefaceret, dubitatas voluit appellare, actiones in iudicio deducetas, eo, quod de ijs dubitatur, in ijsque locum sibi non vindicare dicta iura, cum, siue huiusmodi actiones cedantur, siue secundum, iam deductas sint; vnde non relevatur debitor, si oppugnetur a cedente, vel cessionario. Indubitatas vero voluit eas, quæ deductas non sunt, eo, quod de ijs non dubitatur. Vnde, si deducantur, vexatur debitor, siveque meritò in his locum sibi vindicare poterunt præfata iura. Serino-hic verè ingeniosus est; sed Imperator alia voluit; igitur cum Sanfelicio fentias. Quod naturali rationi congruum est; cum enim iura hæc statuta sint in odium litigantium, sequitur, eos, qui indubitatas habent actiones, cedendo illas, non ideo cedere, ut lites insurgant, sed ut, prævia huiusmodi cessione, indirectè habeant, quod ijs indubitantes directè debebatur. Quod aliás dicendum est de actionibus dubitatis; nam, cum dubius sit litis euentus, nefas est, cedearum dubietatem, siveque non tutas affectari.

Hæcque dicta sint, ad Sanfelicij dicta seunda. Ceterum nescio, an actiones indubitatas cedi valeant minori pretio, & cessionarij agere pro toto, cum præfata iura nullam adhibeant distinctionem inter actiones indubitatas, & dubitatas, sed solùm Imperator in præstudio videatur afferere, neminem indubitatas obligations cedere, sed tantum dubitatas ad lites redimendas. Verum illi non coarctat dispositionem ad actiones dubitatas. Vnde dubitarem de dictis Sanfelicij, potissimum, cū in utrariumq; actionū cessionibus locum habeat redemptio litium, & quotiescumque ratio formalis militat in pluribus casibus, quamvis causa motiva fuerit una, dispositio legalis coartet omnes casus, vulgatis iuribus. Igitur, si casus evenerit, cogitandum de actionibus indubitatis.

Quoad secundum, tertium, & quartum casum scripsit etiam Staiban. locis citatis iisque, & similes, si qui sunt, vñica ratione perstringuntur. Dicendum igitur, præfata iura non militare, quoties agitur de cessione ex causa necessaria, ut bene ex Reg. de Ponte deducit Staiban. dicta resol. 82. in fine, secundum, si ex causa voluntaria; & ratio est evidens, quia, quoties est causa necessaria, videtur cesso non facta studio litium redimendarum; secundum verò, quoties causa est voluntaria; quia, quando stat pro

ratione voluntas, hæc ad malum potius, quam ad bonum proclivis est. Vnde præsumptio est, cessionem factam, ut lites contrà Cæsar's Sanctiones redimantur.

Ceterum hæc iura non adeò extendenda sunt, ut nunquam res viliori posse pretio cedi dixeris, cum quandoque etiam ratione periculi viliori possint cedi pretio, prout sunt annui introitus secundum Gizzio. prat. quæst. lib. 2. quæst. 172. nu. 7. adductum à Gizzio ad Capyc. latr. decis. 16. num. 3. referente ad id S.C. decisionem; hoc enim casu, & similibus non videtur facta cesso ad lites redimendas, adeòque non obstabunt ll. predictæ introducetas in odium redemptorum litium, prout exornat Capyc. latr. decis. 137. lib. 2. num. 55. referens, eas, tanquam exorbitantes, iuribusque Canonicis contrarias, in multis regionibus non obseruari, ut de Regno Francie testantur Gothofred. & Brignon. apud Fabr. lib. 4. tit. 26. defin. 9. num. 2. in Codice, & sic practicari in Statu Mediolani secundum ea, quæ ibi refert.

Hinc opportunè ad materiam nota, ad probandam solutionem factam à Cessionario totius quantitatis cessarum, euitandi causa præfatorum iurium dispositiones, non sufficere contrahentium confessionem, sed aliud probandum, faisse integrè solutum pretium, ex Jacobin. in l. 1. C. ne liceat potentiores & Menoch. præsumpt. 1 29. num. 20. lib. 3. Alia autem ad materiam cessionis factarum viliori pretio vide apud Capyc. latr. decis. 188. ibique Gizzium.

S V M M A R I V M .

- 1 Pactum, quod Universitati non solvantur collecta pro annuis redditibus, stante Regia Sanctione, an valeat, late discutitur.
- 2 Bonatenentia quantitas solvenda ab emptoribus annuorum introitum, quemadmodum sit.
- 3 Bonatenentia, que solvit pro annuis redditibus, est diversa ab ea, que solvit pro certis stabilibus.
- 4 Neapolitani non cogantur solvere bonatenentiam pro annnis redditibus.
- 5 Privilium non solvendi bonatenentiam pro annnis redditibus conuenit militibus, & ciuibus Casalium Neapolis, quod late probatur.
- 6 Bonatenentia, quando territoria sunt promiscua, solvere tenetur non privilegiatus ubi habitat.

DILVCIDATIO DECIS. CXXI.

Decimum hic reperimus, stante Regia Sanctione emanata anno 1611. quæstatutum fuit, ut pro emptionibus factis cū Vni-

Vniuersitatibus, & Fisco, non possent emptores percipere, nisi septem aureos in singulos centenos, non valere pactum quod emptores non teneantur soluere collectas, quæ pro annuis redditibus soluuntur Vniuersitatibus. Addit Reg. Sanfelic. emptorem teneri soluere bonatenentiam, quamvis ea promissa sit in loco, vbi non soluitur, puta Neap.

Quoad hoc sciendum est, nostris temporibus filere hanc questionem, quandoquidem à Regia Sanctione emanata anno 1650. quæ est 18. in ordine sub tit. de administr. Vniuers. vbi habetur minoratio annuarum solutionum faciendarum ab Vniuersitatibus, aperte statuitur, vt sit facienda deductio bonatenentia, siue collecta. ibi. Reducendo tutti li capitali alla ragione di cinque per cento, che haueranno pagato, dalli quali s'habbia da dedurre la bonatenenza per la rata &c.

Verum antea ultimam hanc Pragmatica supèr hoc articulo post ea, quæ scripserunt omnes relati à Reg. de Marin. arresto. 614. emanauit anno 1633. decretum generale Reg. Cameræ non contempnendum, quo statuitur vt, non obstante pacto in contrarium, possit per Vniuersitatem exigi bonatenentia, vt patet ex d. arresto. Dixi, non contempnendum, siquidem dubitari potest, quoniam quantitas soluenda sit ab emptoribus annorum introituum pro bonatenentia? & hoc dubium dirimitur in prefato arresto, cum statuat, vt soluantur aurei duo pro singulis centenis, quarè, quemadmodum ante soluebantur ab Vniuersitatibus septem aurei pro singulis centenis, à quibus, seruata forma Regie Cameræ, deducebantur duo aurei, vnde soluebat Vniuersitas quinq; aureos, ita nunc, deductæ bonatenentia, soluere deberet tres; quoniā autem bonatenentia ex novo ordine non excedit quindecim carolenos in singulos centenos, idcirco Vniuersitas soluet tres cum dimidio aureos.

Quoad secundum articulum, quem addit Sanfelicius, aduertendum in praxi est, diuersimode discurrendum de bonatenentia, quæ soluitur pro emptione annorum introituum, & de ea, quæ soluitur de bonis stabilibus; prima enim non respicit habitationem, cum vbiunque quis immoretur, debeat semper bonatenentiam soluere Vniuersitati, à qua annuos introitus recipit; nam, licet voluerint probabilitè DD. nonnulli citati à Ferdinandou Rouito in Pragm. 5. de Censibus num. 71. annuos redditus secundum naturam esse quandam tertiam speciem intè stabilia, & mobilia; tamè ratione rei stabilis, cui accedunt, dicuntur stabilia, ex eodem Rouito ibi, sicque, cum stabilia hæc sint sub Vniuer-

satis iurisdictione, Vniuersitati eidem soluet emptor annorum introituum bonatenentiam, nec attendetur locus, vbi fuerit promissa solutio, vel vbi immoratus fuerit emptor, dummodo priuilegiatus non sit,

4 prout est Neapolitanus, qui bonatenentia soluere non cogitur ex decreto generali Regia Cam. rescripto à Reg. de Marin. arresto 651.

Hinc, salua Vniuersitatum pace, dicerem, priuilegium hoc competere, nō modò Neapolitanis, sed etiā militibus, qui Neapolitanorum priuilegio gaudent, necnon Ciubibus casalium Neapolis, cum priuilegia concessa ortis Neapoli censeantur concessa etiā ortis in eius Casalibus, quæ dictunt pars corporis ciuitatis. ex l. cum in partibus §. fin. ff. de Verbor. signif. & l. nulli §. quod si in vico C. de Episc. & Cler. & faciunt ea, quæ doctissimè scripserunt Reg. Capyc. Galat. lib. 2. controuers. 20. num. 8. & 16. & Laganar. ad Rouit. supèr Pragm. 4. de milit.

Nec refert, si dicatur, priuilegium non soluendi bonatenentiam non concessum esse Neapoli, sed Neapolitanis, sive extendendum non esse ad casalia; nam facilis est responsio, quia priuilegium hoc non est concessum Neapolitanis, nisi ratione ciuitatis, alias concessum esset omnibus alijs regnico-lis, igitur, si illo gaudent ciues ratione Ciuitatis, gaudebunt ciues casalium eiusdem Ciuitatis ratione, cum eius casalia membra dicuntur Ciuitatis.

6 Ut autem brevissimè tangamus bonatenentiam, quæ soluitur pro ceteris bonis stabilibus, aduertendum est, dari casum, quo quis non soluit bonatenentiam in loco, vbi possidet bona, sed vbi habitat, hicque erit, quādo territoria sunt promiscua, vti adsunt plura decreta Reg. Cameræ tradita ab eodem Reg. de Marin. arresto 329. & 432.

S V M M A R I V M .

1 Emptor tenetur retrouendere fundum emptum cum pacto de retrouendendo uni ex pluribus bæredibus, si ille integrum offerat premium.

2 Hæres, reemens fundum vigore pacti, tenetur præstare cautionem de conservando illum venditorem.

3 Venditiones plures censenda sunt, si plures vendantur fundi, adeoque pactum de retrouendo diverso modo considerandum.

4 Emptor, habens cessionem iuri redimendi ab uno ex coheredibus, an, altero coherede, volente pactum retrouendendi exercere, possit excipere, se non teneri, fusissimè examinatur.

5 Pactum retrouendendi quanti astimetur.

DILV.

DILVCIDATIO DECIS. CXXII.

- 1** **D**ecisum per S.C. hic legimus, emptorem teneri retrouendere fundum emptum cum pacto retrouendendi vni ex pluribus hæredibus offerenti integrum pretium, vult tamè Sanfelicius, cautionem præstandam de restituendo cohæredi portionem.
- 2** ei tangentem, & de conseruando illæsum emptorem, qui retrouendere tenetur, & aliter dicendum ait, si vnum ex hæredibus velit partem suam redimere, cum nequeat vnum contractus diuidi. Hæc autem cautio videtur dari pro exuberanti cautela, quamvis necessaria non sit, cum ex Routho decis. 13. num. 8. in iure nouum non sit, dari huismodi cautiones, sed postrema dicta Sanfelicij limitanda sunt, quoties plures fundi venditi sunt cum pacto retrouendendi; tunc enim, licet vnicus fuerit contractus, plures censende sunt venditiones, ac proinde plures correspondebunt redemptions, adeoque poterit vnum fundus redimi, aliorum venditione firma remanente. Et jurisconsultorum responsa in l. quod autem s. fin. cum duobus seqq. ff. de in diem addition. loquuntur tantum de vendita vnico pretio. Ibi. Quod si uno pretio vendiderint, dicendum est, totam priori emptam manere. Nec refert, fundos plurimos vendi quandoque vnico pretio, nam eo, quod vnicum enunciatur pretium, vnicum verè erit, sed tale appellabitur respectu vnicæ rei. Quod patet ex præfatis iuribus, in quibus semper sermo est de re vnicâ, & de vnico pretio. At verò, cum plures sunt fundi, plura dicenda sunt pretia singulis singula correspondentia, licet collectivo modo quandoque explicentur. **Quod nota.**
- 4** Quid autem dicendum, si emptor cessionem iuris redimendi haberet ab uno ex hæredibus, an, altero cohærede volente, exercere pactum redimendi, possit excipere emptor, se non teneri rem retrouendere, stante præfata cessione.

Et prima facie videtur respondendum, teneri emptorem partem retrouendere, cum emptor per huismodi cessionem subintret locum cedentis, qui partis tantummodo erat dominus; nihilominus tamè contrarium sentias, & dicas, emptorem non teneri rem illam retrouendere, & ratio patet ex dictis hic per Sanfelicium num. 4. quia, si vnum ex hæredibus voluerit partem suam redimere, emptor cogi non potest ad illam retrouendendam, nec ad vnitum contractum, diuidendum. Iam verò talis est casus noster, siquidem, stante illa cessione ab uno ex hæredibus obtenta, alter cohæres nequit, nisi partem suam redimere; sicque contractus diuidetur, potissimum, cum nulla

fuerit repudiatio alterius cohæredis, sed positiva cessio, quæ operata est, ut cessionarius locum cedentis ingredieretur, nec aliàs posset alter cohæres totum offerre pretium, stante cessione ab altero cohærede obtenta.

Vrgit autem difficillimum argumentum; nam dici posset, emptorem iam diuisisse contractum, quia per cessionem redemit partem tantum; ergo per redemptionem partis diuidendo contractum nequibit excipere, deinde, se nequire cogi ad contractum dividendum, si diuisus iam antea fuit.

Hoc autem argumentum à me proposatum, ut nihil occultaretur, pari facilitate soluitur; nam emptor per cessionem iuris redimendi factam illi ab uno ex hæredibus non diuisit contractum, dum pars rei redempta non fuit, sed tantum fuit cessum ius redimendi: unde emptor ille rem non liberauit à pacto redimendi per cessionem sibi factā, sed ingressus est locum hæredis, & consequenter, quemadmodum rem non liberauit à pacto, ita non redenit, sicque contractum non mutauit, sed per nouum contractum dicetur habere ius, quod habebat alter ex hæredibus. Quando verò alter cohæres vult redimere, tunc per actualem redemptionem diuidetur contractus, quia cohæres vellet redimere partem, quam posset, nec posset cogere emptorē ad redemandam partem, nec cogetur ad contractum diuidendum; sicuti nequit cogere eundem emptorem, ut virtute cessionis illius concurrat, tanquam cessionarius, quia, quemadmodum cogere non potest cohæredem, ut sibi ius cedat, ita nec cessionarium personam hæredis representantem.

Dura videtur hæc mea opinio, quam lenire debo, monens cohæredem, ut iure prelationis agat contrâ cohæredem alterum pro cessione iuris redimendi, qua obtenta, integrum rem habebit, contractum non diuidendo, hæredi verò debet soluere pretium, quo estimatur ius illud pro sua portione.

5 Quantu autem estimetur pactum retrouendendi, vide apud Capyc. latr. consult. 35. num. 83. tom. I. Alia de pacto retrouendendi tanquam extranea decisioni desero: patsim lector auctores reperiet.

S V M M A R I V M .

- 1 *Solutio in dubio censetur facta ex causa interesse, non capitalis, hocque militat in compensatione.*
- 2 *Compensatio dicitur solutio.*
- 3 *Soluens, cum sit debitor nomine proprio, & alieno, quo nomine presumatur soluere.*
- 4 *Cause grauiores in solutionis actu ad arguendam solutionem factam magis ex una causa, quam*

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 305

- quād ex altera quo sītē.
- 3 Causa grauior ad arguendam in solutione presumptionem quomodo dignoscatur, laic discutitur.
- 6 Soluens in quam causam presumat soluere, si omnes causae sint aequæ graves.
- 7 Debitor tertiarum, & interesse, soluens aliquam quantitatem, in dubio presumitur soluere ex causa tertiarum.
- 8 Solutio censemur facta ex causa sortis, si interesse indigeat liquidatione; quod latè probatur.
- 9 Interesse non taxatum nequit exigi.
- 10 Solutio censemur facta ex causa sortis principali, si interesse sit certum, verum quantitas incerta.
- 11 Solutio censemur facta ex causa sortis, licet interesse sit taxatum, quoties debitor potest prudenter dubitare de taxa.
- 12 Solutio censemur facta in causam liquidam, nō autem illiquidam.
- 13 Interesse, & tertia possunt dici illiquidata tripliter.
- 14 Solutio, an, & quando intelligatur facta in causam interesse, & tertiarum illiquidarū, quando autem in causam sortis principalis, latè examinatur.
- 15 Terminus super liquidatione tertiarum cur detur.
- 16 Creditor, an, & quomodo, non declarante debitore, possit declarare, in quam causam recipiat solutionem.
- 17 Creditor, an, & cur statim declarare tenetur, in quam causam recipiat solutionem.
- 18 Solutio facta à debitore imputanda ad arbitrium creditoris, in quam causam intelligatur facta.

DILVICIDATIO DECIS. CXXIII.

3 **F**acta per debitorem solutione alicuius quantitatis, intelligi eam factam in causam interesse, non capitalis, decisum hic, ait Reg. Sanfelic. dummodò interesse non indigeat liquidatione.

Hoc idem voluit, ut militaret in compensatione Reg. Reuerter. decis. 443. nu. 1. afferēs, **e**am esse rationem, quia compensatio dicitur solutio. *Iamplius non peti ff. rem rat. haber. l. 4. ff. qui potior cum alijs Doctoribus, quos refert. Sed nota, iura adducta per Sanfelicium ad probandum, solutionem censemur factam in causam interesse potius, quād sortis principalis, militare tantum in debito usurario, de quo expresse iura prefata loquuntur, cum alijs contrarium dicendum esset, dum causa sortis grauior est, quād interesse; vnde, cum dura sit dictorum iuriū dispositio, in casibus tantum expressis seruanda erit, ad text. in l. prospexit ff. qui &*

a quib. vt optimè Anna Alleg. 112. num. 6. per totum usque ad 7. Alia vide apud Gizz. ad Capyc. latr. decis. 21. aliosque adductos per Dom. Altimar. ad cons. Rouit. 65. tom. 2. vbi multa.

3 Hinc oritur difficultas, an, si quis sit debitor, tām nomine proprio, quād alieno, soluens aliquam quantitatē, nec exprimens, quo nomine soluat, dicatur nomine proprio eam soluere, & si nulla urget conjectura, quā solutionem specificet? Respondeas, solutionem intelligi factam nomine proprio, tanquam in causam grauiorem, ex text. in *l. magis de solutione*.

4 Quot autem sint causae grauiores, habes apud Reg. de Marinis in obsernat. ad decis. 475. Reg. Reuerter. & Ascians in tract. de solutione in durior. caus. Glos. 6. Dom. Altimar. ad d. cons. 65. Rouit. Interim, quicquid sit in specie de causis grauioribus, quas vide apud citatos, ut regulam habeas generalem ad causas grauiores dignoscendas, aduerte, illam esse causam grauiorem soluentis, quā magis sua intersit, ex *l. cum ex pluribus (omnino legenda) 97. ff. de solut. & liberat.*

Vt autem sciatur, quād causa magis sua intersit, recurrentum ad *Vlpianum in l. i. ff. eodem*, qui creditorem interrogat, in quod, si ipso deberet, esset soluturus, quoque debito se exoneratus esset, si deberet. Quod si à creditore veritas extorqueri non poterit, tunc iudicis arbitrio relinquendū puto, qui videat, in quam causam ipse soluisset, si quam debuisset summam. Ceterum aduentant causarum patroni, ut ex conjecturis solutionem specificent.

6 Sed quid, si utraque causa grauis aequē esset, in quam causam censeretur soluisse? Ad hanc dubitationem respōdebit *Vlpianus ipse in l. 5. ff. eodem. his verbis*. Si autem nulla praeceperit, id est omnia nomina similia fuerint, in antiquiore; sique omnes causae antiquę erunt, & aequē solutionem necessitē est diccas, factam in utramque causam, cum aequē causa aequum pr̄sumant effectum. Hancque conclusionem tenent omnes ij, quos refert Dom. Altimar. ad d. cons. num. 8. Hoc autem, ut sēpius dixi, specificabitur à conjecturis, & quominus una causa magis, quād altera, grauis erit, eo fortius proderunt conjecturę, ut consideranti patet. Tandem nota, si quis tertias debeat soluere, earumque interesse, soluendo quantitatem aliquam, videri soluere in causam tertiarum, non interesse, ut sic decisum refert *Marcian. lib. 1. disputat. forens. cap. 37.*

8 Quoniam verò Reg. Sanfelicius videtur velle, ut, si interesse indigeat liquidatione, solutio censemur facta in causā sortis principalis; idcirco sciendum est, hanc esse

Q9

acer-

acerrimam intèr Doctores controuersiam, eosque varias hinc indè referre decisiones, quæ si bene ad trutinam reducantur, eorum opiniones non comprobant, cum multæ contineant in facto consistentia, quæ articulum principalem indecsum ostendunt. Qui igitur voluerunt, vt huiusmodi solutio celeretur facta in causam sortis principalis, fuere Anna allegat. 53. & 142. Anna filius conf. 30. Ant. Fab. in C lib. 8. tit. 30. de solutione definit. 31. Gizzius, alijque apud ipsum ad decis. Reg. Capyc. latr. 21. Qui verò voluerunt, vt ea censeretur facta in causam usurarum, fuerunt Reg. Capyc. latr. d. dec. 21. Reg. Galeot. lib. 2. controuers. 16. num. 64. & 65. Dom. Altimar. alijque apud ipsum ad d. conf. Rouit. 65.

Placet autem sequi primam opinionem, posthabitibus quibuscumq; decisionibus à nobis hic consultò non examinandis, cum quilibet eas suo modo possit ad se trahere, tanquam à facti mistura infirmas. Moreor à ratione tradita à Fabro, quia interessè non taxatum exigi non potest, cum nulla possit fieri exactio, quemadmodum neque solutio quantitatis incerta. Unde hic verè casus est, quo imaginationem debemus corrigere, quandoquidem, aliud est, interessè esse certum, aliud verò, quantitatè esse certam.

10 Prima certitudo efficit, vt interessè debeatur, altera verò, vt solutio censeatur facta in causam interessè. Ut ergo debitor solvens presumatur soluere in causam interessè, debet esse certus quantitatis interessè; hanc autem certitudinem habere nequit, si illud illiquidum sit. Quenam autem quantitas veniat sub hac certitudine, mox videbimus.

Quod si vrgebis, tertias conuentas esse semper liquidas, respondebo, hac eadem ratione solutionem censi factam in causam tertiarum. Sique replicabis, interessè etiam posse esse liquidum ex consuetudine, qua semper eadem quantitate taxatur, vt contingit in taxando interessè dotis, & antefati iuxta Neapolitanam consuetudinem, Iterum respondebo, etiam solutionem censi factam in causam interessè. Sed adverte, si quandoque diuerso modo taxatur, ita, vt solvens possit prudenter dubitare de certa illius taxa, solutionem non censi factam in causam interessè. Et quidem hodie, ob temporum calamitates, & emptiones minime tutas, vix vnquam licebit prudenter credere, certam taxam talem, aut tam esse futuram, quidquid forte ante à fuit. Sistendum igitur in illa opinione, quæ vult, vt, si quantitas aliqua illiquida sit, solutio censeatur facta in causam liquidam.

12 Quarè, vt tandem opiniones intèr se contrarias ad cōcordiam reducamus, aut interessè, & tertiae sunt illiquidæ ratione substâ-

tæ, aut ratione taxæ, aut ratione quantitatis taxatæ.

14 Si sint illiquidæ ratione substantæ, scilicet ex lite intèr partes orta, apud quas dubium est, an debeantur, an ne; & tunc solutio intelligetur facta in causam sortis principalis, secundum Theod. alleg. 5. Gratian. cap. 224. Capyc. latr. d. dec. 21. num. 8. nàm debitor, qui à se interesse, vel tertias non deberi duxit, non videtur soluisse in causam interesse, vel tertiarum.

Si sint illiquidæ ratione taxæ, quod raro accidere potest, cum semper super tertiijs fiat conuentio, & questio esse potest citius respectu interesse, quam tertiarum, & tunc etiam in causam sortis principalis intelligetur facta solutio, ex ratione superiùs desumpta à Fabro num. 9. cum, vt diximus, licet interesse debeatur, non indè sequatur, vt solutio censeatur facta in causam interesse; quia etiam fors principalis debetur; hac tamè disparitate, vt fors principalis habeat certitudinem, tam circà substantiam, quam circà quantitatem, adeoque duplicitè liquida sit, ad differentiam interessè, quod est liquidum tantummodo circà substantiam, non circà quantitatem depeudentem à taxa, quia quantitas taxata non est. Unde, cum à iudice cogi nequeat debitor ad solutionem interesse, ni prius liquidetur, ad quam rationem soluendum sit, non censetur solutio facta in causam interesse, quod ad quam rationem solui debuisset, creditor ipse ignorabat. Et secundum hanc acceptionem recipiendus Gizzius ad Capyc. latr. dec. 21. & ita etiam intelligendus est Sanfelicius hic num. 6. vbi dixit, Nec obstant adducta pro concreto, que procedunt, quando interesse indiget liquidatione quam sententiam sequuti sunt omnes, quos refert, vt sequitur Dom. Altimar. ad d. conf. Rouit. num. 24.

Si denique sint illiquidæ ratione quantitatis taxatæ, cum scilicet non coniat, quot annorum spatio illæ debeantur, licet summa certa taxata sit; & tunc solutio facta censetur in causam tertiarum, vel interesse, quod certum sit respectu taxæ; & ita recipiendi Capyc. latr. d. dec. 21. alijque relati ab eod. Dom. Altimar. ad d. conf. Rouit. numer. 15. qui secundum hanc acceptionem suam profert sententiam num. 21. & seqq. & intèr cæteras rationes, ea stringit, quia interesse, & tertiae iam sunt liquidae quoad taxam; ac proinde debitor non ignorat, quid soluere debeat. Nec obstat, si dicatur, esse illiquidæ tertias respectu quantitatum taxatarū; nàm respondeatur, sat est, si tertiae sint liquidae quoad substantiam, & quoad taxam, ad hoc, vt intelligatur facta solutio in causam illarum, cum cæterum debitor ignorare nō debeat,

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 307

debeat, an semper illas soluerit, & consequenter, licet quantitas taxata indigeat calculo, hoc sit ad notitiam iudicariam, non extra iudicariam, quae, ut considerantiparet, sufficit, ad hoc, ut prudenter colligi possit, solutionem factam in causam illarum a debitore.

15 Hacque distinctione respondeatur *Dominino Altimari*, dicenti in fine num. 28. ad d. cons. se negare non posse, multoties in nostris Tribunalibus dari terminum super liquidatione tertiarum, sed ignorare quo iure. Etenim respondetur, necessario dandum terminum super liquidatione, in quo utraque pars probare poterit nonnulla circa eas spectantia, cum debitor probare possit, se plurimas quantitates soluisse, creditor vero, se quantitates recepisse ex causa alterius crediti: vnde in termino hec omnia patet, & preterea committitur etiam calculus. Hac autem certitudo iudicaria non requiritur, ut diximus, ad inducendam presumptionis solutionem in aliquam causam.

16 Hinc collige primò, si debitor non declarauit, in quam causam soluerit, non posse creditorem, qua talem, declarare, in qua causam receperit pecuniam, sed tantum qua regulatum a iure, quod vult; ut in eam causam possit solutionem recipere, in qua, si fuisset debitor, soluerit; nam, quoties non dicimus, id, quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat, dummodo in id constitutum solutum, in quod, si ipse deberet, esset soluturus, quoque debito se exoneratus esset, si deberet &c. & verba sunt *Vlpiani* in l. 1. ff. de solutione. & ita, nullo excepto, senserunt *DD.* omnes, ut videre est apud *Gratian.* cap. 105. & cap. 222. aliosque relatos a *Marta tom. 3. tit. solutio:* cap. 57. 58. & 59. *Merlin.* decif. 507. & decis. 781. *Annam alleg. 112. num. 3. Thesaur. quast. 123. lib. 1. aliosque, quos referunt, & lequuntur *Cafar.* quast. 5. lib. 1. & *Dom. Altimari loc. cit. num. 4.* Quod secundum me idem est, ac si dicatur, creditorem debere acceptum ferre in causam duriorem; in eam enim causam, si debitor esset, solueret. Dixi, secundum me, sed verius secundum eundem *Vlpiani* in l. 3. ff. eod. vbi, haeres efficiet, ut in duriorem causam semper videatur sibi debere accepto ferre. Ita enim, & in suo constituet nomine.*

17 Collige secundò, declarationem statim faciendam a creditore. Quod edocuit *Vlpianus* ideò in d. l. 1. his verbis. Sed consti-tuere in re praesenti, hoc est, statim atque solutum est, debet. Quam declarationem, vel tacite, vel expressè fieri posse, scripsit *Cafar.* d. quast. 20. num. 5. De qua re etiam *Merlin.* lib. 1. contro. 77. m. 5. Sed difficultas stat in

hoc; nam, si solutio semper intelligitur facta in causam duriorem, & utiliorem debitori, ad quid declaratio statim facienda? Fateor sane, difficultatem hanc posse multos torquere, adeoque resoluendam. Supponendum ergo, quandoque soluentem soluere quidem in causam tunc duriorem, sibique utiliorem, quae forte tractu temporis post solutionem factam non sit ex aliquo accidente durior; vnde creditor, recipiens pecuniam illam, recipere tenetur in causam duriorem in illo statu praesenti, nec proinde poterit, quando velit, causam duriorem declarare; & idcirco *Vlpianus* usus est ijs verbis, in re praesenti, ut quemcunque futurum excluderet euentum, subdens, hoc est, statim atque solutum est. Sicque concludendum ex his, causam duriorem attendi in actu solutionis, & consequenter non obstare quamcunque aliam declarationem postmodum factam. Possent multa ad hoc asserri exempla, quae libenter relinquuntur, & faciunt ea, quae scripsit *Cafar.* loc. cit. num. 19. quo loci voluit, ut antiquitas causæ non intelligatur, inspecto tempore contractus, sed tempore, quo debet fieri solutio, ex theoria Bart. in l. cum ex pluribus. ante num. 3. ff. de solut. ad quod, neminem inuenisse testans contrarium scribentem, multos ibi refert.

18 Collige tertio, solutionem factam a debitore, imputandam ad arbitrium creditoris, intelligi etiam factam in causam duriorem, cum hoc importet arbitrium, scilicet, illud regulari secundum iura, ex ipsa *Vlpiani* dispositione in d. l. 1. vbi, in arbitrio est accipientis &c. dummodo (en quomodo arbitrium regulandum est) in id constitutum solutum, in quod, si ipse deberet, esset soluturus &c. Cetera vide apud citatos.

S V M M A R I V M.

- 1 Interesse lucri cessantis, & damni emergentis debetur omni iure.
- 2 Cambium siccum substitetur tantum ratione lucri cessantis omnino probandi.
- 3 Interesse lucri cessantis nequic peti in contractibus bonafidei.
- 4 Interesse in mutuo ratione lucri cessantis, an, ex quomodo debeatur.
- 5 Liquidatio lucri cessantis quomodo fieri con-sueverit.
- 6 Interesse lucri cessantis, ut debeatur, quid probandum sit, late disputatur.
- 7 Interesse in mutuo ratione lucri cessantis quomodo taxetur.
- 8 Fructus, & interesse non veniunt in iudicio auocationis, nisi a die ultima petitionis.
- 9 Interesse in iudicio auocationis debetur, qua-tenus possessor locupletior factus sit.

Q 9 2 Loc 2

- 10 Locupletior nemo præsumitur factus in iudicio executionis quoad prætensionem interesse, & quare.
- 11 Interesse vita, & militia à quo die debentur, late exanimatur.
- 12 Fructus vita, & militia non debentur, nisi, fatta liquidatione.
- 13 Primogenitus tenet ad interesse vita, & militia præterita, si secundogenitus illam, sapè liquidari petuisset.
- 14 Mora an, & quando consideretur in interesse.

DILVICIDATIO DECIS. CXXIV.

PLura continet decisio hæc. Primum, deberi interesse lucri cessantis, & danni emergentis post moram contractam. Secundum, hoc interesse taxari iudicis arbitrio secundum temporis morem, & contractuum naturas, ni sit probata eius certitudo, ea autem probata, taxari secundum factas probationes. Tertium, liberata in concursu creditorum pecunia cum cautione de restituendo, si ea deinde restituenda sit antiquiori Creditori, nō deberi interesse, nisi probetur, illum, cui fuit ea liberata, factum esse locupletiorem.

Supèr qua decisione videnda sunt ea, quæ idem Sanfelius addidit in nouissimis additionibus, dum multa habentur utilia, quibus addenda ea, quæ scripsit Paschal. de pat. potest. part. I. cap. 8. num. 236. & seqq. ad finem.

Caterum quo ad primum illud utique aduertendum principaliter est (näm nonnulla alia quoad mordi postremo loco) quod aduerteat doctissimus Gaius de credito cap. 2. cit. 7. quest. 10. num. 1672. & seqq. per totam questionem, videlicet, interesse lucri cessantis, & danni emergentis deberi, etiam attento iure Diuino, vt ex pluribus probat idem auctor, nec cōtrouersu assertus vnde cōcludit, validè, & licet exigi posse; hacque ratione ait, sustinendum etiam cambium siccum, non tanquam cambium, sed ratione lucri cessantis per legitimas probationes probandi; apud illum ergo vide plurima, & principiæ in quaest. 2. & 3. per totas, in quibus loquitur de huiusmodi lucro in pacrum deducto, de cambijs siccis, & de eorum validitate, ac invaliditate.

3 Verè nota, in contractibus bonæfidei peti non posse lucri cessantis interesse, commissa mōra in re tradenda, vt ex l. si sterilis s. cum per venditorem ff. de action. empt. concludenter respondet Reg. de Marin. resol. quod id. cap. 241. lib. I. num. 2.

4 Illud tamen magis dubium est, an in contractu mutui debetur interesse ratione lucri.

cessantis, & damni emergentis; ita vt initio contraetus possit illud in pactum deduci, contraria naturam mutui, in quo interest ab initio conuentum est reprobatum ab omnibus Doctoribus, ex monitione Apostoli, Maturum date, nihil ex inde sperantes. Supèr qua questione concludunt DD. in l. unica s. fin. C. de sent. que pro eo, quod interest &c. in l. curabit C. de actionibus empt. & in l. 3. ff. de eo, quod cert. loc. posse exigi interesse, non tanquam usuram, sed ratione lucri cessantis, & danni emergentis. Quam etiam sententiam sequuntur alij relati a Domino Rodoer. cons. 13. num. 2. Sed an hoc interesse possit initio contractus taxari, hoc opus, hic labor. Et Carleplius de iudicij tom. 2. lib. I. cit. 3. disp. 8. sed. 6. num. 79. improbat taxam hanc, volens, vt lucrum cessans, vel damnum emergens sit probandum, nec standum partium assertioni, ne palliatæ admittantur usuræ: quod multis Doctoribus, & rationibus probat.

Hanc verò sententiam idem Dom. Rodoer. d. cons. num. 7. explicat cum multis Doctoribus, quos ibi adducit, locum sibi vindicare in creditore non solito negotiari, in habente semper otiosam pecuniam, in regionibus, in quibus deficit lucrandi occasio, & in ceteris similibus casibus, in quibus ex defectu lucri cessantis, vel danni emergentis videtur damnata taxatio à principio, cum ceterum, concurrente verisimilitudine iterandi, vel consuetudine loci, in quo mercaturæ, vel emptiones sunt paratae, omnes Doctores voluerint, vt admittatur ab initio certa taxa, & verè innumeros refert Doctores, inter quos multi Theologi morales sunt, quos apud Nanar. in s. precept. Decalog. cap. 17. n. 21. vers. 8. quod inter önes & in traff. de usura n. 15. ad 42. cons. 7. & 10. de usur. & eos. 1. de officiis. necno Bonac. tō. 1. moral. tit. de contract. disp. 3. quest. 3. pñct. 4. propos. 2. multi etiam Iureconsulti, quos habet apud Star. decif. 239. num. 16. & 17. Gau. decif. 110. Mastrill. decif. 245. Ofast. decif. 143. De Ponte de potest. Proreg. tit. 4. de regal. imposit. s. 6. in fin. Marcian. cons. 5. o. vol. I. Galeot. lib. I. contract. cap. 5. 6. numer. 26. & cap. 61. numer. 45. Theodor. alleg. 40. num. 30. & seqq. Merlin. cent. 2. cap. 50. num. 12. Ronit. in Pragm. 1. de usur. num. 45. aliosque, cum quibus omnibus verè sentiendum est, principiæ, cum, vt bene notat Dominus Rodoer. Carleplius ipse contraria sententia propugnat acerrimus idem sentire videatur num. 104. & eius verba refert idem Dom. Rodoer.

Quoad secundum, præter eos, quos inferius referimus, Capyc. latr. consultat. 25. tom. I. num. 52. post Annam alleg. 42. refert decisum in S. C. iunctis aulis, in Regno huiusmodi interest-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 309

5. *terreſſe liquidari ad nouem pro ſingulis centenis, cum in Regno facillimè inueniantur emptiones, & in decif. 106. refert, fuſſe tale intereſſe liquidatum ad rationem aureorum octo.* Puto autem, ad hoc, ut debeatur intereſſe ratione lucri ceſſantis, debere probari, credito: eī ſolitum eſſe negotiari, nec ſtādum partium aſſertiōni, ut ex *Cranetta conf. 275. num. 2.* probat *Staibān. inn. tom. 1. resol. 93. nam. 36.* Et 37. ſed non requiri probatio- nē, quod ille talentū ſumma lucratuſ ſuiſſet, ſi eam habuiflet tēpore opportunō, quod requiſitum admittit etiā *Paul. Staib.*

Hoc probo, quiā, ſtantibus p̄fatis de- cisionibus, non admittetur maius intereſſe, niſi ad rationem nouem aureorum pro ſin- gulis centenis, ſed quid dicendum noſtris tempeſtatibus, inſrā dicemus; nec, ut veru- fatear, ſi mercator probaret, potuiffe illum certe lucrari viginti, intereſſe lucri ceſſantis erit taxandum ad rationem viginti aureorū: quandoquidē poterat bene ſtare, ut nihil fuſſet lucratuſ, ſicque huiusmodi probatio per certitudinem, non modò moraliter, ſed physice etiā imposſibilis eſt.

Et quamvis euentus lucrū certum oſte- dat, lucrum tamē minus eſſe poterat, quin- ſimō dāmmū quoque poterat interuenire: vnde facillimē Creditor, ſi nummios habuif- fet, in illam mercaturam eos non implicaf- ſet. Ad hoc ergo lucrum ceſſans ſtatuen- dum, recurrendum eſt ad regionum mores, ut bene *Sanfelic.* & in Regno noſtro ad S.C. decisiones, quod pro temporum opportuni- tate lucra certa non ignorat. Primum ergo requiſitum tantummodō militabit, quo non probato, liquidabitur intereſſe, non ratione lucri ceſſantis, ſed ratione i p̄ ſius eſſe intrin- ſeci, ſciličet ſortis, quā petitur, ſicuti ſuprā diximus de contractibus bonifidei, & pro materia vide *Gizz. ad Capyc. latr. decif. 106.* vbi plurimæ decisiones, Et in decif. 100. vbi de intereſſe rei iudicate, nec non *Conſilia- riū Roccum tom. 1. ſesp. 19.* vbi varia ad rem S.C. decisiones, & *resp. 79.*

7. Sed quid dicendum in contratu mutui, ad quam ſciličet rationem taxari poſſit ini- tio contractus dāmmū emergens, lucrum ceſſans; cum enim ſuprā dixerimus, poſſe initio huiusmodi contractus in pactum deduci tale lucrum, & dāmmū, ſuperēſt pro- fectō vidēndum, ad quam rationem pactum hoc extendi valeat. Super qua quæſtione, idem Dō: *Rodoer. d. cōf. n. 21.* adducit Reg. *Mer- lin. controu. 75.* vbi, facto computo, intereſſe excedebat quantitatē aureoruſ 112. pro ſingulis centenis, *Staibān. resol. 91. num. 20.* vbi intereſſe erat etiā pro ſingulis centenis aureoruſ 20. *Decium, vbi erat aureoruſ 12.* *Bologn. conf. 13.* Et *Bursat. conf. 68. nam. 34.*

vbi aureoruſ 15. & 18. Ex quibus omnibus ipſe deducit, in ſuo caſu iuſtam eſſe taxam aureoruſ decem in beneficium mercatorū, & ſic vſu receptum, non ſolū apud mul- tas regiones, ex Doctoribus, quos refert; ſed etiā in S. C. noſtri Regni, ex *Merlin. d. controu. 75.* num. 22. Et *Rosa confut. 48. num. 56.* aliamque decisionē refert *Gizzius ad d. decif. 106. Capyc. latr. num. 4.*

Ego verò in mutuo eandem admitterem taxam, quaenā enunciavi ſuptā num. 5. vers. hoc probo. Sciličet, ad rationem aureoruſ nouem pro ſingulis centenis, reiecta illa au- reoruſ decem, noſtris hiſce temporib⁹, quibus nec emptiones videntur eſſe paratæ ad diſtam rationem aureoruſ nouem; ni- hilominus tamē eam admittamus, ſed fe- cundūm ea, quā diximus ſuprā de mutuo num. 4. vers. hanc verò ſententiam.

Moueor ad hoc ex ijs, quā ait hic Reg. *Sanfelicius num. 10.* Sciličet, obſeruatum, ta- xari intereſſe lucri ceſſantis iuxta vendicio- nes annuorum introitum. Quod certe nō caret ratione, cum, vbi paratæ ſunt emptiones, ſemp̄r poterit creditor aſſerere, ſe po- tuiffe tamē emptionē facere; cum ergo noſtris tempeſtatibus nunquam fiant emptiones ad rationē aureoruſ decem pro ſin- gulis centenis, ſed raro ad rationem nouem aureoruſ, potest ſumti hæc eadem regulā in mutuo ratione lucri ceſſantis, quā etiā in quoque alio contratu, in quo lucru ceſſans conſiderare fit, adhiberi valet.

Quoad tertium adest decisio relata à *Capyc. latr. in decif. 130. num. 22.* vbi in iudicio auocationis iudicatum legimus, non deberi fructus, neque intereſſe à die poſſessionis captae, neque à die litis confeſtatae, ſed à die viuim⁹ petitionis, poſtquam fuit denuo or- dinatum per S. C. vendi domum ad iſtan- ſiam Creditoruſ, hæcque decisio fundata videtur in *I. denique ff. de iure Fisci, in qua edocemur, etiā respectu Fisci in iudicio auocationis pecunia e creditore posteriori non venire intereſſe, cum tantum videa- tur deberi illud, ſi creditor posterior locu- plies factus fit;* & quamvis contrarium ſen- tiat Reg. *Merlin. lib. 2. controu. forens. cap. 43. num. 24.* Et ſeqq. innixus *Autb. qua ſupplicatio C. de prec. Imper. offer.* quā in fructibus natu- ralibus tantum locum habet, ſecundūm plu- rimos Doctores, ipſo teſte, nec non dictis à *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impoſ. 5. 4. num. 27.* volente, ut idem dicendum ſit de intereſſe pecunie, quā ſecundūm com- muuam conſuetudinem non ſtat otiosa; ni- hilominus tamē non eſt recedendum ab o- pinione Reg. *Sanfelicij*, cum verè proban- dum ſit, pecuniam non fuſſe otiosam, & conuentum fuſſe factum locupletiorem.

Quod

Quod fortius militat nostris tempestatibus, quibus pecunia à multis tenetur otiosa. Vnde non adhærendum *Domino de Luca ad de-si.* *Vincent. de Franch.* 130. tacitè adherenti *Merlino*, cum etiam videamus *Gizz. adba-sisse Capyc. latr.* hacque ratione voluerunt
 1 nonnulli, deberi interesse vitæ militiz à die mortis feudatarij, quia, licet non debeatur interesse, nisi sit liquidum; adeoque debitor non constituantur in mora, debebitur tamèm interesse vitæ militiz à die mortis feudatarij, ne primogenitus dicatur cum aliena iactura factus locupletior, nos autem dicimus, deberi interesse à die factæ liquidationis, non obstante præfata ratione, de qua re verba fecimus in prima parte nostræ *Ariadna ad tit. 1. de feud. S. & quia vidimus: quest. 10.* hic verò aliqua noctemus. Ratio igitur præfata conclusionis est, quia fructus vitæ militiz non debentur, nisi, facta priùs liquidatione.

Nec obstat, teneri primogenitum offerre obulum, quia nullo modo tenetur illiquidū offerre, sed tantum liquidum, non impediens liquidationem faciendam, sive, ni secundogenitus petet vitam militiam, nec illam liquidari instet, primogenitus non erit in culpa, nec hic locupletabitur cum aliena iactura, dum reddet secundogenito fructus feudi, quos percepit. Vnde diximus in dicta nostra *Ariadna*, deberi secundogenito vitam militiam præteritam, verum respectu fructuum alio modo discurrendum est.

Quamvis autem *Merlinus de legit. lib. 2. tit. 1. quest. 1. num. 3. & 20. quem refert doctissimus Reg. Merlin. lib. 2. controver. cap. 20.* velit, deberi interesse legitimæ à die mortis testatoris, non propter moram, sed dominii legitimæ, quod translatum est cum fructibus in filium à die mortis eius genitoris; tamèm hoc non facit ad rem, quandoquidem, cum legitima sit quota bonorum, & debeatur super quolibet corpore, si unus ex filiis retinuit corpus, quod ad ceteros spectabat, debebit deinde reddere illud cum fructibus à tempore mortis perceptis; cum autem in casu nostro primogenitus post communis genitoris obitum partem feudi, quæ ad secundogenitum spectasset, non retinuerit, quia ad secundogenitum non spectabat, fructus tantum tenebitur reddere.

Quod ex paritate legitimæ clarius redditur; nam frater tradet alteri suo fratri corpus debitum per testatoris obitum ex causa, legitimæ cum fructibus, quia corpus, & fructus retinuit, quæ omnia ad fratrem spectabant, igitur primogenitus dabit secundogenito vitam militiam consistentem in fructibus, quia fructus tantum retinuit, qui tantum ad secundogenitum specta-

13 bap; non nego tamèm, primogenitum teneri ad interesse vitæ militiz præteritæ, si secundogenitus sèpè illum rogasset; vt liquidaretur vita militia; ille verò tenuisset. Quod vberius vide in dicta mea *Ariadna*.

14 Hinc collige, quod ait *Sanfelic. num. 3. & seqq.* scilicet, interesse hoc lucri cestantis, & danni emergentis non deberi, nisi post moram quam contrahî declarat, tribus concurrentibus, nempe interpellatione congruo loco, & tempore facta per creditorem, potentia soluendi ex parte debitoris post interpellationem, vel dolo, quo ille desistat possidere, & scientia ex parte etiàm debitoris de eo, quod debet, cum, si posset se legitima tueri exceptione, non dicceretur esse in mora. Que requisita multis probat. Hec autem, licet requirantur in interesse, quod debetur officio Iudicis, dubium est, an etiàm requirantur in interesse conuento. Pro qua quæstione adest *solemnis decisio 133. Regen-tis Capyc. latr. per totam, præcipue à nu. 27.* & differentia intèr utrumque intereste ea videtur esse, quia interesse, quod debetur officio Iudicis, recipit moram; illud autem, quod debetur ex conuentione, conuentio-nem ipsam respicit, non moram, vt videre est apud eundem *Capyc. latr. num. 28.* Si igitur distinctio hæc attendenda videtur, egestas, & infortunium in primito tantum casu attenduntur, non in secundo. Quenam autem opinio verior sit, admittens nempe distinctionem hanc, an autem negans, non aperio; cum nonnullæ supèr hac quæstione pendeant coram Iudice lites, quibus nullū debo ex iustis causis parare præiudicium. Alibi forte dicam. Interim vide, quæ refert *Capyc. latr.* quæque ibi notat *Gizzins*.

S Y M M A R I V M .

1. *Fructus non veniunt in restitutione rei reme-dio l. 2. C. de rescind. vendit.*
2. *Minor utens remedio l. 2. C. de rescind. ven-dit. consequitur rem cum fructibus.*
3. *Emptor utens remedio l. 2. C. de rescind. ve-nit. habet electionem ad rem, vel ad iustum preium.*
4. *Maior remedio l. 2. C. de rescind. vendit. non consequitur fructus, nisi à die litis contestata, & quart.*
5. *Minor per restitutionem in integrum potest repetere fructus ante item contestatam percepitos.*

DILVCIDATIO DECIS. CXXV.

1. *R. Egens Sanfelicinus testatur hic de obser-vantia quadam de fructuum compensatione cum interesse in materia l. 2. C. de re-scind.*

In Decisiones Reg. Sanfelicij! 311

stind. venditione, exceptis duobus casibus; quando nempè venditor esset minor, quià tunc restitutio in integrum rem cum fructibus consequeretur, & post litem contestatam, quià tunc creditor malafidei possessor efficitur, ac proinde, quamvis minor, rem cum fructibus restituere teneretur. Igitur in materia *I.2.C. de rescind. vendit.* dicemus breuitè primò de minore, secundò de maiore.

2 Quoad minorem certum est, illum per viā restitutio in integrum consequi rem cum fructibus ex *I. quod si minor* §. restitutio *I. rerū* §. 1. *I. patri* §. *si pecuniam*, & *I. minor ff. de minor*. & *I. si pradīm C. de præd. minor*. vndē, cum hoc concedatur ratione etatis non perfectæ, non consideratur in emptore bonafides, dum bona emptoris fides non operatur, ne minor, quod amiserat, repeatat; hoc enim, vt dixi, priuilegium minoris est, non autem contractus; quarè minor rem consequetur, & fructus, pretium vero, & interesse reddet; sicque nulla fiet compensatio. Hæc plana sunt.

3 Quoad maiore verò maior est difficultas; hic enim ètate nō iuuatur, sed remedio *I.2.C. de rescind. vendit.* qua, si lesio ultrà dimidiam intercelserit, ità iuuatur venditor, vt, vel pretium reddendo, rem repeatat, vel suplementum iusti pretij; hoc autem in electione erit emptoris; sicque diuersimodè discurrendū; nám lex, vbi voluit, expressit, vbi noluit, tacuit: si igitur in restitutio Minoris expressit venire fructus, voluit; quià ergo hic tacuit, noluit, & consequentè videtur admittenda compensatio: quarè quoad dispositionem huius legis non poterit eius remedio vrens fructus repetere. Vndē, cum nequeat etiā respectu moræ, in qua emptor non reperitur, antequām contractus rescindi petatur, possessor, tanquam bonafidei, ex pretio soluto fructus lucrabitur rei sibi venditæ, & è contrà venditor lucrum illud, quod ex pretio recepit; sicque compensatio admittetur, & ità intelligendus est *Fabius in quarto argumento loco cit. à Sanfelicio*, dum ait tandem, re vberrimè discussa, ini- quum esse, vt quis habeat pretium, & fructus rei venditæ; non quod ille voluerit, vt venditor, secundum contrariam opinionē, non teneatur etiā reddere interesse pretij percepti; adeòque hoc non veniat excom- putandum secundū proportionem cum fructibus ab emptore perceptis, sed potius, vt iniquum sit, venditorem habere pretium, ex quo commoditatē sibi opportunam ob venditionem factam recepit, & deinde fructus rei venditæ importunè petere. Quod est optimum ceterorum omnium argumen- tum.

Vnde inspicitis, improbarem reddi in- dequaque opinionem relatam ab *Amato d. conf. 87. volenter*, vt emptor teneatur ad fructus respectu illius pluris, quo res valebat; adeòque totam difficultatem restringi ad diem litis contestatę, quo possessor vi- detur fieri malafidei, & consequentè tene- tur ad fructuum redditionem, seruata dis- positione *I. certum C. de rei vendic. pro qua videa, quæ scripsimus in decis. 119.*

5 Ex his ergo collige primò, minorem per restitutio in integrum posse repetere, fructus autem litem contestatam perceptos interesse pretij recepti soluēdo, nō tanquam dominum rei, quam repetit, sed tanquam Minorem ex beneficio sibi à lege tributo, quæ indistinctè restitutio etiā fructū tribuit; sicque non audiendum *Fabium de Anna in conf. 24.* quo ad hoc generaliter, sed in suo tantum casu exposito.

Collige secundò, quamvis in *decisione 119.* diximus, possesorem bonafidei teneri autem lites contestationem fructus extantes roddere; hic tamē locum sibi vindicare *d. I. tertium*, cum non agatur à domino rei contrà tertium possessorem, sed contrà eum, qui iusto titulo, scilicet contractu venditio- nis per dominum factæ rem possidet. Quod nota, dum diuersitas casuum diuersitatem etiā dispositionum debet recipere. Alia vide apud citatos, neçnon *Reg. de Pont. conf. 28.lib.1. de Franch. decis. 495. Gomez. variar. rej. tom. 2. cap. 2. num. 42.* aliosq; apud *Ann. d. conf. 24. & Consiliar. Rouit. respon. 79. tom. 1. & noui simē Dom. de Luca ad d. decis. Vi- cent. de Franchis.*

Iam video hic opportuñè agi posse, quin- imò debere, an, & quando, reuocata feudi alienatione vigore dispositionis Constit. Constitutionem *Diue memoria*, fructus com- pensentur cum interesse, ad elucidationem decisionis *S.C. 8.T apie.* Verū, ne meq; *Ariad- na feudalī detrahām*, lectorem ad illam in- 3. parte mitto.

S V M M A R I V M.

1. Possessor antiquior obtinet contrà possessorem bonafidei.
2. Possessor antiquus potest contrà nouum sine titulo malam fidem obsecere.
3. Possessione antiquiori probata, noua præsumi- tur clandestina.
4. Possessor bonafidei potest etiā dici malafidei respectu primi possessoris.
5. Possessio tempore litis contestatę multum pro- dest in indicio summarissimo possessori.
6. Reiuindicatio datur quandoque malafidei pos- sessori, quod latè declaratur.
7. Reiuindicatio nunquam datur, sine domini oī saltē.

saltēm prāsumpto.

- 8 Publiciana inducta Prætoris beneficio non datur Dominum habensi.
- 9 Possessor antiquus malafidei dicitur stare in bona fide respectu alterius rem illam auferens.
- 10 Possessio iunior titulata preferatur antiqua non titulata.

DILVICIDATIO DECIS. CXXVI.

- 1 S. C. hic censuit, contrā possesso rem bonafidei obtinere antiquiorem possessorum, officium iudicis implorando, vel agendo condicione ex l.s.i coloni C. de agricol. & cens.lib. 11. secundūm opinionem Glos. in l. in ciuilem C. de fureis.
- 2 Quarē sciendum est, in d. l.s.i coloni haberi, colonum bona fide possesum, & apud alium fugientem, restitui primo bonā fidei possessori, & postea originis causam agitari. Vnde certum videtur, stante hac lege, multum præualere antiquiorem possessionem, cum possit antiquus possessor contrā nouum sine titulo malam fidem obijcere, vt ex Bart. Bald. & Alex. concludit Menoch. de recuper. poss. remed. 13. num. 68. eamque arbitrator, else rationem, quam idem auctor tradidit remed. 15. num. 384. quia scilicet, probata antiquiori possessione, noua præsumitur clandestina, & vitiola, ex cap. licet causam de probat.
- 3 4 Vnde aduertendum, licet secundus possessor reperiatur in bona fide, puta, quia rem aliquam ab alio bona fide emit, vt in casu nostræ decisionis; dici tamèn in mala fide respectu primi possessoris; nàm, vt bene Menoch. d. remed. 13. num. 68. potest antiquus possessor excipere, nouum debuisse scire, quod suum non erat, ad alias modis omnibus spectare. Quarē optimè responderet Rocc. respons. 3. 10. 2. n. 32. licet in possessorio summarij simo illé vincat, qui probat possessionem tempore litis contestat s. hodie Inst. de interdict. id non procedere, quando constat de anteriori possessione, ne detur spoliandi occasio, multos ad hoc adducens, & intèr ceteros Cap. de. 209. n. 2.
- 5 6 Et adeò præualebit antiquior possessio, vt Cesares, loquentes de re mala fide possessa, & per vim ab alio nouo domino ablata, dixerint in l.s.i quis emptionis C. de prescript. 30. vel 40. annorum, quod, si quis violenter eam abstulerit, omnino licebit priori possessori sine villa distinctione eam vendicare. Nec minime velim, dari malafidei possessori rei vindicationem, cum ceteroquin Dominus non sit; nàm talis præsumitur possessor, quotiescumque legitimum non habet contradictem, qualis non est quilibet aliis

non dominus, licet secundus possessor:

Nec dicas, Cesares in d.l. si quis emptionis loqui de quoconque inuasore, siue domino, siue non, ex l.s.i quis tantam C. unde vi, vbi disponitur, vt inuasor, si dominus fuerit, rem amittat, eandemque reddat inuasori; etenim, quamvis Dominus inuasor è dominio cadat, non proinde, qui mala tunc fide possidet, petet, rem sibi reddi iure dominij, quod nunquam habuit; quicquid deinde sit, si post redditionem illud acquirat. Sic pariter inanem dixeris responsionem illam, videlicet, hic inuasorem vindicare quoad certam personam, vt casus est in l. eum qui s. si pertenti ff. de publician. & l. 1 C. de non numer. pecun. cum, qui sic alloquitur, toto cœlo aberret; quandoquidem iuraz nunquam rei vindicationem concedunt, vbi dominium saltēm presumptum non supponunt. Ceterum, licet Marcell. in d.s. si pertenti aiat, quod in publiciana actione omnia eadem erunt, qua & in rei vindicatione, eius dicta nō obsunt, cum veniant quidem dannata, fructus, impensa, ceteraque communia publicianæ, & rei vindicationi, nō tamèn ea, quæ diuersa intèr vtrafq; natura cōstituant, puta dominium, quod ad rei vindicatione tantum necessariò requiritur. Nec dominū habenti datur publiciana Prætoris beneficio inducta, vt quisque satis in quarto Institutionum edocitus est, & euidenter edocet idem Marcellus in d.l. eum qui s. fin. vbi, ve publiciana competat, bac debent concurrere, vt & bona fide quis emerit, & ei res empta eo nomine sit tradita. Non ergo ex textu hoc cernitur, rei vindicationem dari non domino, sicut datur publiciana.

Nec aliter edocet Justinianus in d.l. 1.C. de non numer. pecun. nam, cùm dixit, quod, si pecuniam tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam afferis, & pignus datum probaturus es, in rem experiri potes, loquutus est de pignoratitia propter rem, ex l. solutum s. si quasi ff. de pignor. & l. 1. non de rei vindicatione, quæ Domino tātum datur.

Quare nota ex d.l. si quis emperoris, possessor antiquiori, licet malafidei, restituendam rem, cum respectu auferentis dicatur in bona fide exereare. Ceterum, si poterit possessor primus de mala fide redargui à secundo possessore, locum sibi non vindicabit d.l. si colonus; sicque recipiendus Menoch. in puncto loquens remed. 10. recuper. poss. num. 21.

Hic tamèn aduertendum velim, iuniorem possessionem titulatam præferri antiquiori non titulatę, vt multis probat Crauella cons. 218. num. 21. & 22. quem sequitur Faber in suo Codice lib. 4. tit. 3. definit. 2. in alleg. num. 21. subdens, nil referre, an titulus sit præsumptus, an verus.

SVM-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 313

S V M M A R I V M :

- 1 *Molestiam inferentes vicino ratione officij an, & quando expelli possint.*
- 2 *Exercitum artis in loco solito non potest ad instantiam cuiuslibet prohiberi.*
- 3 *Exercitum artis molestie in loco non solito potest prohiberi ad instantiam complateariorum.*
- 4 *Exercitum artis in loco non solito potest prohiberi, si molestiam afferat, ad instantiam cuiuslibet privilegiati, & quarè. Et quinam sint isti privilegiati.*
- 5 *Excercitum artis molestiam afferentis unius, aut alterius, prohiberi non potest ad instantiam unius non privilegiati.*
- 6 *Lectores an expellendi sint ob discipolorum strepitum, late discutitur.*
- 7 *Princeps debet manuteneare cives in pacifice statu.*
- 8 *Arma, &c cetera huiusmodi instrumenta, non idem prohibenda sunt, quid lex ijs mala sequuntur, ex D. Augustino.*
- 9 *Studentes an in hac Civitate Neap. possint in locis honestis immorari.*
- 10 *Lectores in publico gymnasio gaudens prorogatiis, sed vide num. seq.*
- 11 *Lectoribus, non loco, privilegia concessa sunt.*

DILVCIDATIO DECIS. CXXVII.

A Ithic Sanfelicius, quo scunque molestiam vicino inferentes ratione officiorum, quæ exercent iij, posse expelli. Super qua re fusissimè scriptis Consil. Rocc. respons. 89. tom. 2. omnino videbundus. Decisio autem relata à Sanfelicio limitanda est, quoties locus destinatus est ad aliquam artem; tunc enim artem illam exercens nequibit à vicino expelli. Vnde ad hæc absurdâ effungienda sunt plateæ quædam ad artes similes destinatæ. Quam limitationem dat Sanfelicius idem in fine; sive decisum, refert Consil. Rocc. contrà Patres Societatis Iesu. Contrarium vero dicendum est, cum locus ille destinatus non est ad artem illam, vt, præter decisionem relatam à Sanfelicio, adest alia relata à Rocco d. resp. in fin.

Sed, vt regulam demus circà questionem hanc, aduertendum, quatuor posse dari causas.

2 Primus est, cum agitur de loco destinato ad aliquam artem; & tunc certum est, non posse artem illam exercentem ad instantiam cuiuscunque privilegiati expelli, dum nemus prohibetur artem suam exercere, ex l. quarto ff. de iure patronat. & l. fin. ff. de obseq. à lib. patr. quæ iura intelligenda sunt, confideratis omnibus circumstantijs: & optima circumstantia est, cum ars exerceatur in loco ad illam artem destinato. Pro quo primo

casu adsunt decisiones, videlicet illa relata à de Franch. decis. 625. & alia à Rocco d. resp. num. 14. videnda.

3 Secundus est, cum non agitur de loco destinato ad illam artem, qua turbantur omnes vicini, & tunc ad instantiam omnium vicinorum, siue maioris partis, poterit expelli artem illam exercens, eo quod utilitas publica præferri debeat priuatæ. Et quidem publica utilitas dicitur illa, quæ complatearios respicit, cum ad instantiam complateariorum multa permittantur, quæ non permituntur ad instantiam unius. Quod adeò verum est, vt non licet habitanti in propria domo artem exercere, per quam complatearij malo odore, vel focone afficiantur, prout ex l. 2. 5. idem ait. ff. ne quid in loco publ. scripsere Franc. Marc. decis. 23. part. 1. & decis. 483. part. 2. Ripa tract. de peste tit. de remed. præseruat. contra pest. nu. 86. Ricc. collect. 1401. part. 4. vers. limita 6. & Nouar. super Pragm. Rubr. de edific. prohib. num. 19. relata à Rocc. d. resp. nu. 15. quod etiam extenderunt ad transfeentes per locum illum. Cepoll. de servitut. sub rubr. de aere. Bouadill. in politic. lib. 3. cap. 6. num. 10. & 11. aliisque relati ab eodem Rocc. num. 16. post Sanfelicium hic, qui ita practicatum testatur.

4 Tertius casus est, cum non agitur de loco destinato ad illam artem, qua tamè turbatur persona privilegiata; & tunc etiam expelli poterit ad instantiam illius privilegiati eam artem exercens. Ita pro magistro Grammaticæ, & lectore scripsere Specul. tit. de ferijs s. Jequitur vers. sed si magister. Hostiens. eod. tit. s. fin. vers. quid si magister, & Affl. in cap. bona fidei, il primo: de postulat. prælat. & Rocc. addens num. 21. extum in cap. Precipimus 17. quæst. 2. Pro infirmo Ripa in l. 1. num. 124. ff. solut. matr. Luc. de Penn. in l. 1. C. de stud. lib. Vrb. Rome lib. 11. aliisque relati à Rocc. num. 22. Pro Doctore, vel studiorum professore Abb. in cap. vltim. in fin. de Iudicij. Bart. in l. 1. ff. solut. matr. Ioann. de Amic. cons. 104. Menoch. de arbitri. iud. lib. 2. casu 237. Grat. discept. forens. tom. 1. cap. 186. num. 12. aliisque relati ab eodem Rocc. num. 23. qui nu. 24. refert nonnullos alios, qui pro Doctore in Chirurgia scripserunt, pro quo refert tandem decisionem M. C. V. confirmatam per S. C: Pro Ecclesia, & Religiosis est textus expressus in cap. pridem 18. quæst. 2. pro quibus scripsierunt Doctores paßim, intèr quos iij sunt, qui referuntur à Rocc. ibid. num. 5. Dominio de Luca ad decis. 625. Vinc. de Franch. num. 2. aliisque: pro Scholaribus iij, quos refert hic Sanfelicius nu. 3. & ratio est euidens, quia hi omnes, cæterique similes, dicuntur privilegiati ratione publicæ utilitatis, ac prouinde, cum fauor publicus præferatur pri-

R r uato,

uato, non poterit aliquam artem exercere, ille, qui ea priuilegiatos huiusmodi turbat; nām, dū expedit, ne magistri grāmatice, Doctores, scholares, infirmi, &c. turbētur, quilibet turbans expelli poterit ad instantiam cuiuslibet priuilegiati; tantusque est huiusmodi priuilegiorum fauor, vt ad instantiam infirmi molestati à pulsantibus campanas, ordinari posse, ne pulsentur, scripserint *Ripa in loco superius citato* alijque relata à *Rocc. num. 22*. Quod si nostris temperatibus indistincte reciperetur, vix in Monasterijs quibusdam tam strepitose pulsarentur campanæ, quæ non infirmos tantum, sed sanos quandoque, non leui, sed maxima afficiunt molestia.

Quartus tandem casus est, cùm non agitur de loco destinato ad illam artem, quem tamē non turbantur personæ priuilegiatae, nec vicini, nec maior eorum pars, sed unus, aut alter; & tunc utique certum est, nos posse expelli artem illam exerceantem, cù contrā illum non militent rationes adductæ; & adeo decisio relata à *Vinc. de Franch. d. dec. 625.* quæ emanauit contrā senem, cui somnus impediabatur ab arte filatoria serici.

Hec de iure. Sed quid de facto? Tēpora ipsa depravata (ne vitia tribuamus hominibus) respondebant, quandoque eos expelli, qui essent recipiendi; quandoque verò recipi expellendos, ea tantum ratione, quia sic animi motus suadent, quia sic interesse expostulat, quia sic amicitia dictat. Turbat itaque sèpè publica officia suo tantum accusator, nec eadem Faber ferrarius impediet. Arcebitur mutus, allicetur garrulus. Plus unus obstrepet venditor, quam mille, Vnius tantum modestus turbabit aspectus, cui multi immodestissimi seruerunt. Hec igitur palam sunt, sed corrigi non possunt palam; quinimò nec nobis aliqua licet scribere, quibus lector in delinquentis cognitionem veniret, quoniā hoc dictat prudenter, vt erubescendum nobis sit ea patefacere scelera, quæ alij patrare non erubescunt. Optimè sane consilium, si homines non redet in delinquendo tutiores, impudentioresque.

An autem pari ratione lectores expellendi sint, cum videantur molestiam inferre vicinis, non modò ex discipulorum strepitu, verum etiā ex scandalis, quæ oriri possunt propter eorum gesta, satis superq; diximus in nostris dilucidationibus, quæst. 7. ubi vidi mus S.C. arbitratum fuisse, lectorē non expellendum, licet nullum fuerit interpositum decretum ad scholarii audaciam reprimēdani, prout ibi calamo nō breui scriptimus pro Domino Blasio Cusano V.I.D. & Pri-mario lectorē in Academia hac Neapolita-

na, viro insuper in iure versatissimo, multis que ornato scientijs, sed, quod pluris astimandum, optimis ornato moribus, quātum plurimis prædicto virtutibus, summa affecto pietate, nec impari firmo Religione.

Accidit iterum casus similis in eodem S.C. annis clapsis; cum enim complatarij viculi de Carbone petissent, vt exfractaret V.ID. Dō. Agnellus de Philippis meus olim præceptor, lector primarius in almo hoc Neapolitano gymnasio, vir eximius, cuius virtutes, scientiamque omnibus notam, ne præceptorem adulare videar, ab alijs innumeris decorandum trado encomijs, in banca Actuarij Clauelli, fuit præ lectorē allegata præfata mea quæstio.

Quoniā verò complatarij patronus aliqua obiecit, hic ea proponam, ne in posterum alios moueant ad aliter sentiendum.

Tribus conclusionibus complatarij eoru*iura* proponebant. Prima siquidē erat, ad 7 Principem spectare ciuium manutentionem in statu pacifico, ex l.i. §. quoties ff. de offic. Prefect. urb. cum concord. Vnde, licet nullus sit le x, quæ prohibeat, ne lectores iura edocent in viculis, in quibus modestæ personæ commorantur; tamē, vt iste pacifice vivant, debet prohiberi, ne legant ibi, alioquin studentes assiduo accessu eorum quietem perturbarent.

Ad hanc autem conclusionem facillime respondeo, Principem debere quidem ciuium pacem statuere, omniaque media curare, vt illi permaneat; non indē tamē ea prohibere, quæ publicam respiciunt utilitatem, eo quod per accidens forte, & præter intentionem paucorum quies perturbetur, cum potissimum Iustinianus ipse voluerit, vt Tyrones iuribus imbuantur ad tempus pacis regendum, alioquin deberet Princeps armorum genera quæcunque prohibere, quia ista pacem perturbant, milites à Rep. arcere, quia isti pacem oderunt, alioquin, vt cum Diuo Augustino loquar transcripto in cap. de occidentis 23. quæst. 5. à nobis adducto in nostra Ariadna alio proposito, nec ferramenta domestica, aut agrestia sunt

8 habēda, ne quis cum eis, vel se, vel alium irritimat, nec arbores plantanda, ne quis se inde suspendat, nec fenestra facienda, ne per banc se quis præcipitet. Igitur, si conclusio hęc prima sibi locum vendicaret, bona arceremus, mala adhuc euenirent.

9 Secunda conclusio erat, in hac Civitate Neapolitana prohibitum esse studentibus honestis in locis immorari, ex regijs Sacerdotiis, adeoque, si ne unus quidem studens poterit mortā facere, quanto fortius nequibūt innumeri studentes ad honesta loca accedere.

Verum

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

315

Verum, si conclusio hæc veram præferret, prohibitum esset studentibus ad amicorum palatia continuò accedere, lectores domi consulere, & denique per loca honestas assidue ambulare. Insuper causarum patroni nequireret In honestarum iustas causas defendere, quia iste ad honestas aduocatorum ædes accederent, ut eos consularentur. Quinamò meretrices ipse non valerent per loca honesta sèpe numero incedere, eo quod honestis in locis immorari non valerent, & tandem meretrices, studentes, ceterique omnes à Ciuitate exterminandi essent, & ad lupanaria mittendi, ut ibi malis imbuti moribus paucos fortè bonos, qui superessent, coinquinarent; non est ergo arguendum ab habitatione ad accessum, cum multuni operari valeat assidua mora, quod non operatur assiduus accessus.

Sin autem quandoque ex huiusmodi accessu aliquid mali sequatur, hoc erit preter intentionem, & recurrendum potius ad dicta Augustini sèpius adducta, quam ad conclusionem hanc continentem absurdam, quæ in prefata nostra questione 7. considerauimus.

30 Tertia conclusio erat, lectores nulla debere prærogativa gaudere, cum ijs tantum illa gaudent, qui in publico gymnasio iura edocent, ex l. vni C. de studijs liberalibus urb. Rom. lib. 11. vnde, cum per Regiam Sanctionem 6. de Scholar. Doctor. nequeant huiusmodi lectores priuatim edocere iura, si quandoque veniam obtineant legendi, nequibunt in præjudicium vicinorum tali vti venia.

31 Postrema hæc conclusio ex se ipsa ruit, quandoquidem, non loco, sed lectoribus prærogativa cœcessa sunt, iuxta illud Machab. 2. cap. 5. non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Deus. Nec eo, quod ijs prohibeatur priuata lectio, prærogativas deperdunt; nā prohibitio est in hac vrbe Neap. tempore hyemali, quo publica gymnasia omnibus patent, secus autem tempore æstiuo, quo clausa aspiciuntur, ex quo lectores omnes priuatis in domibus maiori sanè fructu iura explicant, ut neminem latet (An autem huiusmodi prohibitio etiam tempore hyemali subsistat de iure, & à quo fieri queat, videbimus alibi) Quare corrigenda procùl dubio est imaginatio, ut scilicet prohibitio legendi in priuatis domibus non orta sit ex molestia, qua possent affici vicini; sic namque neque æstiuo tempore ijs priuata lectio esset permissa, sed ex eo tantum, quia nefas est, ut dum à Catholica Maiestate electi sunt lectores publici publicè utilitatis studio ære publico, academiā hanc priuati perturbent, ab eaque concursum remoueant,

Hæc pauca dicta sint, ne quis deinde amplius dubitet; non negandim tamèn, quandoque iustis causis solere S.C. prohibetur, ne talis lector legat in illa domo, quæ omniam proximitatem, ceterasq; circunstanrias non esset apta ad legendi munus, quæ omnia consideranda sunt; sicque multoties accidisse, factio prius accessu, pro ut hac in causa evenit. Ceterum, in mero iuris articulo insistendo, nemo sit, qui dubitare valeat, an lectores expellendi sint, cum vere in iure haeresim putem asseri, posse eos expelli. Ius ergo certum sit, factum verò diuersum à iure; vnde nil mirum, si quandoque variè fuerit iudicatum. An autem, quemadmodum Ciuitas Neap. gaudet prærogatio contrà studentes, ita etiam gaudeat casalia diuisa quoad Iurisdictionem à Ciuitate Neapolis, vide Dom: de Luca in obser. ad decis: 3. 16. Vinc. de Franch. vbi multa etiā habes circà quæstionem illam, au prærogativa concessa ciuitati intelligentur concessa casalibus, aliaque prout ibi.

S V M M A R I Y M .

- 1 Vxor an possit testari in virti beneficium, si stipulatum sit, vt illa decedente absque filijs, dos reuertatur ad fratres uxoris, late discutitur.
- 2 Dotata de bonis paternis, & maternis nullum reddit omne pactum positum à fratribus minuens ius debiti naturalis, secùs, si fuerit dotata de bonis fratrū.
- 3 Vinculum appositum in capitulis matrimonialibus quandoque est deceptuum, nec subsistens.
- 4 Pactum appositum à fratre dotate bonis proprijs sororem debet ab ipsa sorore acceptari, ut subsistat.
- 5 Pactum appositum in capitulis matrimonialibus à fratribus dotantibus sororem, an ratificari debeat à sorore, contratto matrimonio.
- 6 Pactum appositum à fratribus in capitulis matrimonialibus, & respiciens sororis furem, non indiges eiusdem sororis ratificatione.
- 7 Tacens, nec positue consentiens in receptione dotis, nullum sibi infert præjudicium.
- 8 Tacens quando habeatur pro consentiente.
- 9 Mulier per matrimonium subsequens videtur acceptare omne antecedens.

DILVCIDATIO DECIS. CXXVIII.

Nimis perplexa est decisio hæc, quæ continet dubitationem illam, an, si in stipulationem deductum sit, ut vxore decedente sine filiis, dos reuertatur ad fratres

R 2 yxo-

¹ vxoris, possit vxor testari in beneficium viri,

Et dubitatio videtur oriri, cum vxor non interuenerit in capitulo matrimonialibus, nec in ratificationis actu lecta fuere illi capitula matrimonialia; quare presumitur, fratrem dolosè egisse. His sic persensis, Sanfelicius ait, fuisse diuisas dotes inter virum institutum, & fratres vxoris; igitur videtur inferendum, accentam fuisse ratificationem, in qua expresse vir dotem promiserat reddere vxori, seu eius fratribus, cum Iudices interpretati fuerunt particula, seu, coniunctiuam.

² Ut igitur breuissimè perstringamus, quæ calamo non breui essent discutienda, nulli dubium, quin, si soror dotata fuerit de bonis paternis, seu maternis, huiusmodi pactum in capitulo matrimonialibus appositum rejiciatur, cum nequeat frater ius debiti naturalis minuere, secùs verò, si fuerit dotata de bonis proprijs ipsius fratris, de ijs nempe (vt omnem equiuocationem effugiam) quæ non pertinerunt ad fratrem & communi patre, vel matre, cum possit ijs frater legem, quam velit, imponere, siveque decisum reperimus in decis. Vinc. de Franch. 396. cuius meminit hic Sanfelic. & videndi pro hac re Castill. decis. Sicil. 23. num. 10. Amat. conf. 34. Paschal. de virib. patr. potest. part. 2. cap. 7. num. 22. Thor. compend. decis. verb. testari an possit, & nouissimè Dominus de Luca ad d. decis. Vinc. de Franch.

Quoniā verò ad diluendam S.C. decisionem posset argumentum proponi, de illo aliqua dicimus. Posset enim argui, licet verum sit, non valere pactum, ut dos revertatur ad fratres dotantes, quando vxor de bonis communis patris, vel matris dotata est; tamè, quia dos in locum legitimè succedit, vt uno ore, præfatæ decisioni S.C. relatæ à Vincent. de Franch. adhærentes, volueret Doctores omnes superius relati, eadem ratione dici debet, valere pactum hoc, non tanquam cadens suprà dotem qua dotem; hæc enim liberè debebitur absque vinculo, sed tanquam cadens suprà illam dotem, tanquam libero mulieris arbitrio subditam, cum possit mulier de illa testari, & cui velit, eam donare, tanquam suam legitimam. Unde, licet frater nullum imponere valeat onus; ipsa erit, quæ in vim contractus patitur, dotem restituendam fratri, alias sequetur, dotem illam eum vinculo transfire in sororis dominium, si nequirit de illa ad libitum disponere, quod ex dictis nefas est.

Sed quia vinculum appositum est in capitulo matrimonialibus, non dum dote recepta, & in actu dotationis; hinc est, vt dicendus non sit contractus donationis, sed potius deceptionis, ac proinde nō

dependens à libero mulieris arbitrio, sed à fratre decipiente.

Hic autem notandum est, licet Sanfelicius non exprimat, de quibus bonis loquatur; attamen de bonis fratris illum loqui prima facie dici posset, siveque intelligendū num. 4. & dubitandi rationem consistere potuisse in hoc; an scilicet dos data à fratre sorori sub pacto, vt illa decedente absq; filijs, dos reueteretur ad dotantem, licet mulier non interuenerit, censeatur cum tali pacto acceptata, an attendenda sit ratificatio secundum ea, quæ exprimit; nam, licet 4 frater possit bona sua pacto supponere; debet tamè tale pactum acceptari à muliere, & quo pacto tale pactum acceptatum sit, constabat à ratificatione, in qua fuit promissa restitutio dotis, tam mulieri, quæ eius fratribus. Unde, cum fratres interuenerint in hoc pacto apposito in ratificatione, eidē pacto se supposuere, nō obstante primo apposito in capitulo, in quibus mulier, pro qua dos constituta fuit, non interuenerat. Merito igitur S.C. censuit apud Sanfeliciū, diuidendam esse dotem, quia, cum illi ius restitutio promista fuerit vxori, & fratribus (licet cum particula, seu, quæ coniunctionem quoque denotauit) poterat vxor testari de illa parte, quæ sibi reddenda erat; quare, cum testata fuit, præsumendum est, testata fuisse de ea parte, de qua poterat, siveque medietatem viro, & medietatem fratribus iure optimo fuisse applicatam.

Quod autem Sanfelicius non videatur loqui de bonis paternis, videri poterit ex eius dictis num. 4. ubi hæc, In casu, de quo agitur, quid inducta est donatio inter viuos, cessat fundamentum decisionis S.C. quæ ex alio non habet locum in casu isto, & volens aliam reddere rationem, quare decisio illa suo in casu locum non habeat, subdit, quia tunc procedit illa decisio, cum is, qui stipulatus est dote sibi restitui, non fuit exhibitus à muliere, sed mulier passa est, illum stipulari. Deinde, hunc casum exemplificans, ait, ut quando Frater ex dispositione statuti excludit sororem (notare) à bonis patris; ei tamè dote constituta &c. Quia verò hæc subdit: secùs verò, quando mulier exhibuisset stipulatorem, dicendum est, omnia superius exposita corrue, cum Sanfelicius non constituerat differentiam inter bona paterna, & fraterna, sed loquatur, quando mulier patitur, in bonis paternis apponi pactum, & quando in eisdem bonis non patitur, sed positivè adhibebet fratrem stipulatorem ad pactum illud apponendum. Unde, quia S.C. vidit in capitulo matrimonialibus non interuenisse sororem, nec fratres potuisse onus, & pactum illud apponere, censuit, attendendum

tem-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 317

tempus ratificationis, quo vir stipulatus est dotem restituere vxori, & fratribus; sicque, cum possit mulier, cui velit, legitimam suā dare, de eaque ad libitum testari, merito applicata fuit medietas viro, quæ virtute ratificationis erat reddenda vxori, quæ virtutē deinde instituit; quoniā verò alia medietas fratribus debebatur virtute eiusdem ratificationis, eisdem fratribus applicata fuit.

Vnde argumentum expositum locum sibi vendicat, cùm vxor disponit, & ratificat, sequuto matrimonio, quia tunc ex dictis à Sanfelicio non patitur, fratres stipulari, eosq; onas supèr eius legitima imponere, sed ipsa suo modo disponit, & onera, quæ vult, liberè absque fratrū dolo imponit.

5 Hic autem nota, quamvis in capitulis matrimonialibus mulier fratres adhibueret stipulatores, ni deinde mulier expresse ratificauerit, sequuto matrimonio, non militare decisionem relatam à Sanfelicio, cum presumatur, mulierem dolo fuisse circundata, ac proinde attendendam omnino ratificationem, secundum quam testari potest; alias in derisum abiret decisio relata à Vinc. de Franch. cum frater semper stipulatores essent, vt appareret dispositio de dote legitimè facta à muliere, non autem, illa tantum patiente. Quarè, vt huiusmodi fratre arceatur, semper attendendam dices expremam ratificationem factam à muliere bene instruta, matrimonio sequuto.

Hinc aduertendum, licet pactum hoc ratificatione indigeat, sequento matrimonio; tamē ea, quæ mulieris fauorem respiciunt, nulla indigere ratificatione; sic, si mulier maior in dotationis actu tacuit, & matrimonium deinde contraxit, excludetur postmodum per minorem indotatam à successione feudi, nec proderit illi ratificatione dotationis non facta. Ita ego in mea Ariadna sensi cum multis DD. quos ibi regali contra Andr. in cap. I. num. 24. vers. quid ergo scivit de nat. success. feud. qui ductus fuit à ratione, quia, cām actas, aliquo initio, fieri potest, tunc eiusdem patientia non nocet, secundum Glossam l. Caius ff. de pignor. actione, sed mulier prohibere nequit, ne vir dotem accipiat; vnde, cum ta cens non positiue consentiat, in receptione doris nullum sibi præjudicium inculit.

Hac verò ratione non obstante in mea Ariadna par. I. ad tit. I. de his, qui feud. dare poss. quæst. 21. nu. 330. cum nonnullis primis classis Doctoribus contrarium sensi, ibiq; latè explicui, quando tacens habeatur pro consentiente, eamq; adduxi in punto rationem, quia mulier per matrimonium suble-

9 quens videtur acceptare omne antecedens,

& omnia pacta matrimonialia, cum actus subsequens appareat gestus in exequitione tractatus precedentis. l. vlt. C. per quas personas. acquir. Quarè, licet in capitulis matrimonialibus illa non interuenerit, sat est, si matrimonium contrahens dotari non renuerit, cum nulla requiratur expressa ratificatio, quia dos eius fauorem respicit, quo cunque futuro interesse posthabito.

Iam video, hic potuisse agi de muliere, quæ testando, nequit, nisi de medietate, vel decima parte disponere, & quæ ad libitum disponere potest, seruatis Consuetudinibus Neapolitanis. De muliere testante de dotibus renunciatis per paetum dictum, alia noua Maniera, alijsque id genus; quoniā verò omnia haec sunt extranea decisioni, ne longior sim, illa desero; de ijsque alijs in locis, in quibus sermo incidet, dicemus.

S V M M A R I V M .

- 1 Hypotheca pro dote, an competit à die contracti matrimonij, an autem à die Capitulorum, latissime controvenerit.
- 2 Hypotheca pro dote regulariter competit à die capitulorum matrimonialium.
- 3 Hypotheca in capitulis matrimonialibus tacita idem operatur, quod expressa.
- 4 Dos ante contractum matrimonium non est vera dos.
- 5 Dos, tamen autem matrimonium, quād post illud contractum, habet dotis priuilegia.
- 6 Hypotheca pro dote, contracto matrimonio, retrotrahitur ad tempus promissionis.
- 7 Hypotheca quandoque competit pro dote à die matrimonij contracti, quod latè explicatur.
- 8 Promissio constitundi antefatum importat hypothecam.
- 9 Dos, & antefatum habent inter se proportionem.
- 10 Causa, qua proponantur in festinitate Sancti Iuonis, quādā sint, ubi aliqua de S. Et a buiusmodi Congregatione.

DILVICIDATIO DECIS. CXXIX.

Reperimus hac in decisione decisum, hypotecam pro dote competere à die contracti matrimonij, non autem subscriptionis Capitulorum. Contrarias verò decisiones habemus relatas per Vinc. de Franch. decis. 677. quem vide, nec deseras Confiliar. Io: Baptista Hodier. in addit. ad decis. 55. Surdi nam. I 2. ubi varijs Doctorum, & Senatum placitis præfatas decisiones exornat. Et Vincentium de Franchis nimis docte sequutus est Eminentissimus Dominus Cardinalis de Luca lib. de dote discut. 79. num. 5. cuius verba transcripsit Dominus de Luca in obser. ad d. decis. Vincentij de Franch. & ex

ex ijs videmus post multos citatos, inter quos Prat. obser. 24. veriusq; sententię sectatores cumulans, & post adductum *Gizzium*, ad Cap. clatr. decis. 36. num. 10. qui pluriē secundūm decisionem *Vincentij de Franchis* in S.C. iudicatum refert, candem sequutam fuisse Rotam nouissimè anno 1644. de eaque *Pratus discept. 1.1. tom. 4. num. 4.*

3 Quamnam ergo dicemus sectandam? *Confil. Paulus Staibanc. cent. 2. resol. 1. 14. Sanfelicium* sequitur, aitque, de decisionibus per *Vinc. de Franch.* relatis nullam habendā esse rationem, dum in prima ipso de Franch. teste, varia interuenient, ex quibus diiudicari nequibat, sic necessariō esse decidendum. In secunda non fuit facta diligens discussio. In tertia ipse non interuenit. Unde concludit, hypothecam pro dote competere à die contracti matrimonij, potissimum, si multum temporis spatiū interfuerit inter capitula matrimonialia, & matrimonium contractum, quo casu ait, opinionem esse communem, citans varios DD. num. 34. Ceterum ipse videtur inclinare in decisiones relatas à *Vinc. de Franch.* cùm modicum tempus inter capitula matrimonialia, & matrimonium interiacet.

Quinjmo in obseruat. ad d. resolut. à nu. 29. varios adduxit autores in eiusdem suę sententiaz comprobationem, quam omnino tependam scripsit, cum potissimum per S.C. nouissimè fuerit decisum in aula, in qua residebat, referente D. Io: Crisostomo Vargas Machuca (viro sanè in iure versatissimo, vt patet ex libris, quos luci dedit, eiusque doctrinam nimis diligentēr hæreditare inspicimus Dominū Michaelē Machucam eius filium Iudicem M. C.V.) secundūm illum, etiam in gradu reclamationis.

Ego autem, salua illius pace, vtriusque dicta, & decisiones ab utroque relatas, de

2 *Franch.* scilicet, & *Sanfel.* in iure fundatas aspergo; adeoque dico, regulariter hypothecam competere à die Capitulorum matrimonialium, ex *Papiniani* responso in l. 1. ff. qui potior. in pignor. Ibi. Cum ex causa promissionis ad uniuersa quantitatē exsolutionem, qui dotem promisit, compellatur, non utique solutionum obseruanda sunt tempora, sed dies contractae obligationis. Nec refert, si Iureconsultus loquatur de hypotheca in capitulis matrimonialibus expressa, cum eadem ratio militet in tacita, vt docte infert *Barbosa* in l. 1. par. 3. ff. sol. matrimon. num. 34. ex ban quid. ff. si certum petatur.

Et licet *Papinianus* illo casu supponat matrimonium iam contractum, non tamē eliciendum est, rationem, cur constituta fuerit hypotheca, fuisse matrimonium, quia, sicut recte aduertit ipsemet *Vinc. de Franch.*

ratio formalis erat promissio facta in capitulis, ijs verbis expressa, ex causa promissionis.

Et quidēm, si tempus matrimonij attenderetur, duo sequerentur absurdā, primum, nām contractus claudicaret, dum virtute capitulorum matrimonialium sponsus hypothecam haberet super bonis dotantis, suaque extarent libera. Alterum, quia, vel nunquam esset tradenda dos in pecunia, vel matrimonium esset contrahendum absque eo, quod capitula precederent, dum virtute capitulorum dotans prestare teneretur dotē, sponsus verò antē illius receptionem posset clam omnia sua bona vendere, vel hypothecare, deinde autem matrimonium contrahere, dotemque consumere, nec non dota- tam fraudibus inuolueret.

Iuuat autem, vt pari breuitate ad duo argumenta, quę obijci solent, respōdeamus. Primum est, quia dos antē contractū matrimonium non est verē dos, igitūr hypotheca pro illa competit à die contracti matrimonij. Sed respondetur cum omnibus Doctoribus in d. l. 1. ff. sol. matrimon. dotem, matrimonio soluto, non dici verē dotem, & tamē dotis priuilegia retinere.

Alterum est, quia, si post capitula matrimonialia alter ex sponsis vellet non contrahere matrimonium, posset profecto illud non contrahere, non indē tamē locum, haberet hypotheca in capitulis matrimonialibus; igitūr hypotheca competit à die matrimonij.

Hoc argumētum male fortasse à multis solutū occasionē prēstitū aliquibus cōtrarię adhērendi opinioni, nonnullis verò dubitādi, vt videre est apud *Reg. de Pont. conf. 8. tom. 1. Vinc. de Franch. d. decis. & Reg. Sanfel. hic.* Adeo verum, veritatem sapè occultari magis ex debilitate probationum, solutionumque aduersorum argumentorum, quam conclusionum evidentia. Ad hoc ergo argumentum respondendum est, eo quod possit alteruter ex sponsis à capitulis recedere, deduci tantum, hypothecam fuisse contractam sub futuri matrimonij cōditione; quarē, aut matrimonium euanevit, & hypotheca iam resoluetur, quamvis nonnulli, cum *Pascal. de virib. patr. potest. part. 1. cap. 4. in allegationibus*, voluerint, ne resoluatur quidēm, cum continuet etiam in secundo matrimonio, quod forte contraheretur. Aut matrimonium suum sortitur effectum, & tunc, purificata iam conditio- ne, retrotrahitur hypotheca ad tempus promissionis, ex l. potior. ff. qui potior: cum non sit conditio hæc potestatua, vt multi finxere, sed mista, vt potē quę dependeat ab utrisque contrahentibus, & apud omnes cer-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 319

certum est, conditionem mistam, tanquam magis casualis, quam potestatię naturam participantem, gaudere retrotractione. Hucusque igitur militant decisiones relatae à *Vinc.de Franch.*

Quoniām vero fraudibus occurrentum, dicimus, quandoque militare decisionem relatam à *Sanfelic.*, & regula erit contraria illi relata ex multis à *Staibani loc. cit.* nām si breue spatium interiaceat int̄ capitula matrimonialia, & matrimonium, istoque medio tempore sponsus & alienum contrahat, pr̄ferentur creditores, adeoque hypotheca competit ad die contracti matrimonij: & ratio est, quia & alienum contractū est in fraudem creditorum; poterat nāmque sponsus, vel primō & alienum contrahere, scilicet tantè capitulo subscriptionē, vel post cōtractum matrimonium, dum ex tām breui spatio int̄ vtrumq; sic poterat operari, vt creditores non deciperentur, igitur, si sic operatus non est, videtur interuenire fraus, quā vulgatis iuribus prodesse nequit decipienti.

Nec dici potest, nullam hīc adstare sponsa culpm; nām respondetur, potuisse sponsam sibi consulere alio modo, scilicet stipulando, vt bona in tutam emptionem impli- carentur; sique hoc casu militat decisio relata à *Sanfelic.* Quod secūs est, si multum tempus interiaceat; nām non videtur id dollo egisse, sed potius necessitate quadam coactus. Vnde reūrendum erit ad regulam generalem superiū expositam.

Quoniām autē idem de antefato dicēdum asserit *Sanfelic.* obitē nota, promissio- nem constituendi antefatum hypothecam- importare, ita vt noua constitutio necessaria non sit, cum sufficiat promissio illa, quā constitutionis naturam habet, vt videri poterit apud *Andr. in cap. I. n. 6. quibus mod. feud. poss. alien. Affl. in const. licentiam. De ni- gris in cap. mulier dotarium, aliosque.*

Hinc pariter notandum, cum debeat int̄ dotem, & antefatum obseruari propor- tio, quemadmodū solutioni dotis cor- respondet antefati constitutio, ita cōstitutio- ni dotis correspondere promissionem con- stitutionis antefati. Quarē, sicut constitutio dotis in capitulis matrimonialibus hy- pothecam habuit, eandem habebit promis- sio constitutionis antefati.

Cætera vide apud *Dom. de Luca*, qui nouissimè scripsit de hoc articulo in *obseru. ad d. dec. Vinc. de Franch.* multa referens, & pre- cipue, sic statutum fuisse in publica Cōgre- gatione anno 1669, sub dle 19. Maij in festo Gloriosi Sancti Iuonis, in qua proposita fuit causa miserabilis viduz.

Verū quo ad Sanctam huiusmodi Con-

gregationem sciendum est, die illa festiuitatis semp̄ recipi causas, quia ex quās proponuntur dubiae sunt; vnde, stante dubitatione, regula est, vt illæ recipiantur. Quinimq; quandoque singuntur articuli ex causarum inopia. Sicque, licet hāc Congre- gatio admodū pia sit, & erecta in Ecclesia Sanctorum Apostolorum propria pr̄clarissimorum Patrum Theatinorum sede, illique pr̄sist semp̄ eiusdem Religionis Sacerdos, qui s̄pē pauperum causis summo studio, parique vigilet charitate; nec desit innumeris Aduocatorum cōtus; ita quidēm, vt no- stris tempestatibus multos esse inspiciamus Iuones; nihilominus tamen, dicendum non est, semp̄ recipi ab ea causas evidentem, preferentes victoram; sed quandoque, & sep̄ numero, dubias; imo in hac causa, quā refert *Dominus de Luca*, ego fui Fiscalis, & memini, multos in contrariam iūisse sen- tenciam.

S V M M A R I V M.

- 1 *Mulier, soluto matrimonio, an agere possit ad exactionem dotis viro promissę, absque cessione.*
- 2 *Mulier, non tantum de equitate, sed etiā attento iuri rigore, potest, soluto matrimo- nio, agere ad exactionem dotis absque aliacea cessione.*
- 3 *Vir dicitur quodammodo dominus dotis, sed vide num. 7.*
- 4 *Dotis petitio spectat ad virum, constante ma- trimonio.*
- 5 *Aēlio ad dotem solutam competit soli filia mortuo patre.*
- 6 *Mulieri competit actio aduersus virum, eiusque bāredes, quamvis stipulatio facta fuerit pro illa absente.*
- 7 *Vxor vere est domina dotis.*
- 8 *Viro mortuo, dominium dotis penēs quem re- maneat.*
- 9 *Vir tenetur cedere actiones, soluto matrimo- nio per diuortium viri culpa.*
- 10 *Soluto per diuortium matrimonio, semp̄ ma- ritus aget ad dotem.*

DILVCIDATIO DECIS. CXXX.

- A**E quitarem semp̄ seruasse, tām M.C. quām S.C. ait hīc *Sanfelic.* in decidēdo, mulierem, soluto matrimonio, agere posse ad exactionem dotis viro promissę, absque cessione, iuxta decisionem *Senatus Grationopolitani* relatam à *Guid. Pap. quæst. 375.* licet contrarium decisum testetur per *S.C. Vinc. de Franch. decis. 33.* quem videntur sequi *Olea de cess. iur. tit. 4. quæst. 8. à num. 35.* alijque relati à *Dom. de Luca in obseru. ad d. decis.*

decis. Vincent. de Franch.

Rationes adductas per utrosque tam magni nominis compilatores habes hic aratae per Sanfelic. *Auctores*, qui *Vinc. de Franch.* sequuti sunt, habes pariter apud Amend. ibi. Reperio autem apud Thor. in *compend. decis. verb. actio recuperanda dotis*, fuisse decisum per S.C. actionem in dotis recuperandae spectare ad filiam, quamvis pater stipulatus fuerit, dotem sibi reddi. Qua pro re allegat *Vinc. de Franch. in consuet. Neap. si qua morsens*: pag. 195. vers. an autem in hac decima.

Pro Sanfelicio post tati nominis Doctores, quos, ut unum pro cunctis adducam, reperies apud Reg. de Marinis in *obseruat. ad decis. 424. Reg. Reuert.* scripsit nouissime Agnelli de Philipp. in Academia Neapolitana matutini iuris Cæsarei primarius professor, neus olim præceptor, in suo *commentario dotali part. 1. quæst. 1.* per tota, ubi alios adducit recentiores.

Ego verò, ut super hoc re breuissime meum sensum aperiām, non possum non adhærere Sanfelicio, & meo præceptori. Primo quidem, ne illi, quem dilucido, detrahām: alteri, ne à quo edocetus olim fui, meritò redarguar, eoque libentius id agamus, quod cum eis sentiens, à veritate non discrepabo, ut, ni fallor, videbitis.

Dico igitur, non tantum de æquitate, sed rigore iuris attento, posse mulierem, soluto matrimonio, agere ad exactiōnē dotis viro promisę, quamvis null a obtineatur cœficio ab heredibus viri contrā patrem. Quod ostendam, ad duo illa iura respondendo, in quibus fundantur DD. contrā Sanfeliciū sentientes. Obstat videtur primò *l. si pro te pater. C. de dotis promiss. quæ*, quoniam loquitur, viuente viro, & constante matrimonio, nullo penitus modo obstat, quia, cum vir dicatur quodammodo dominus dotis, *ad tex. in l. doce ancillam: C. de rei vindicat.* merito ad illum viuentem, constante matrimonio, spectabit dotis petitio; aliter vero dicendum, illo mortuo.

Secundò videatur obstat *tex. in l. Socer 45. s. lucius ff. sol. matr.* quem multi admittunt loquentem secundum iuris rigorem, secundum equitatem, super qua fundata est *l. 1. s. videamus*, & *s. accedit. C. de rei uxori. atq.*

Ad hanc verò æquitatem fundatam *in d. 1. benè respondet Fachin. controvrs. iur. lib. 8. cap. 27. dicens l. 1. in d. s. videamus*: loqui de dote iam soluta marito, ideoq; velle, ut, mortuo patre, actio competat soli filiæ, quod ad quæstiōnem non facit. *Tex. verò in d. s. accedit* non esse ad rem, dum vult, ut, si extraneus, qui dorem dedit pro mulie-

re, non fuerit stipulatus, eam sibi reddi, ad mulierem pertineat, eique actio ex stipulatu competit, quod neque ad propositam facit quæstiōnem.

Non est igitur *textus in d. s. lucius soluendus per æquitatem*: quarè, antequam aliā applicemus responsonem, illud utique certum sit, mulieri scilicet competere actionē aduersus virum, eiusque hæredes, quamvis stipulatio facta fuerit pro illa absente, cum dos fuerit vere soluta viro. *Quod nullam patitur difficultatem secundum DD. & admittitur à Vinc. de Franch. ex d. s. videamus*, & *s. accedit*, & hic est casus, quem decisum refert Guid. Pap. in *d. quæst. Illum quæsò audiāmus proponentem. Pater pro filia, quam nuptrui tradebat, constituit in dotem quingenitos florenos*, quos quingentos florenos soluere promisit viro: contingit, quod, mortuo viro, filia (notata) egit contrā hæredem ad soluendum sibi dictam dotem. Sed interroges illum, contrā hæredes cuius agit mulier? statim dicet, *cum pater eam soluisset marito*. Quarè nequibat mulier agere contrā hæredes patris, dum pater dotem soluerat marito, sed contrā hæredes viri: & quamvis posteā subdat, *Opposuit hæres patris constituentis, quod dicta dos fuit promissa solui marito*; hæc oppositio facta fuit per patrem, non quia filia contrā patrem egerat; sed quia pater putabat, filia non competere actionem contrā hæredes viri, ut potè quæ non interuenerat in stipulatione, sed ipsi tantum patri: merito igitur pro filia statuit Senatus innixus *dictis s. videamus*, & *s. accedit*, sicque iure optimo dici potest, decisionem hanc non esse contrariam decisioni S.C. relatæ per *Vinc. de Franch. vnde*, cum in calce decisionis *Guid. Pap.* hæc subdat. *Super processu Dominae Antonie uxoris Domini Humberti Achardi in legibus licentiati, quæ petebat à Ioanne Lætitiae dotenzi, Claudio Flores, ac eius primo viro pro ea constitutam, & eidem viro solui promissam, ly, Ioannes Lætitia debebat esse hæres sui vivi*, non autem pater potensis, cum aliás id dixisset *Guid. Pap.* & licet posteā scribat consilia, quæ dabat, progreditur ad alium casum à primo longè diuersum. Iam video, me insudasse ab re in suadendo, decisionem relatam à *Guid. Pap.* non esse contrariam decisioni relatæ à *Vinc. de Franch.* quæ res forte nil ad quæstiōnem, in qua veritas tantummodo indaganda.

Calus igitur, de quo dubitamus, est, cum filia à patre, vel eius hæredibus, dotem viro folui promissam petit, an scilicet requiratur cessio hæredum viri, cum iam supponatur solutum matrimonium, aliás, illo constante, vxor non ager; & dubitatio videbatur resoluta ex *d. s. lucius*, qui loquitur, soluto ma-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 321.

erimoniō; Ibi enim ponitur casus, quo Lutius Titius nomine suā filiā dotem promisit Caio Seio, & inter Lucium, & Caium conuentū est, ne Caius à Lucio viuente dotem peteret. Postmodum factum est culpa viri diuortium, adeoque matrimonium solutum est, & Lucius, qui nomine filiā dotem promiserat, decessit, alijs institutis hæredibus, & filia ex hæredara, hoc casu, sic ait Iureconsultus. *Respondi*, cum filia, alijs à patre hæredibus institutis, actionem de dote sua recuperanda habere cæperis, neceſſe habebit maritus, aut exactam dotem, aut actiones ei præstare &c. Igitur, soluto matrimonio per diuortium, vxor agere debebit contrā eius virum, ut, vel dotem soluat, vel illi actiones cedat, ut agere valeat contrā patrem; quare idem dicendum erit, si matrimonium solutum sit, non culpa viri per diuortium, sed per viri mortem.

Hoc est totum fundamentum affirmatum, requiri cessionem iurium per hæredes viri faciendam; nān cetera fundamenta, tanquam parvum momenti, desero videnda apud Obteam loc. cit.

Quarè ad innodationem hanc dissoluēdam, supponendum est, ut diximus, licet quodammodo dominium dotis videatur esse apud virum, ex l. 1. doce *ancillam*; tamē illud verè fuisse, & esse vxoris, ad l. in rebus 30. C. de iure dotium, cuius verba ad id adducit præcitatis Dō. de Philippis; ea enim talia sunt. Cum eadem res & arbitrio vxoris fuerint, & naturatèr in eius permanescint domino; non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonio mariti videatur fieri, id est rei veritas delata, vel confusa est. Vnde, defuncto viro, dominium dotis non transit ad viri hæredes, sed remaneat apud vxorem, que, tanquam vna caro cum eius viro, continuat dominium illud, quod ratione huiusmodi vñionis videbatur penes virum residere; sicutque, soluto matrimonio per viri obitum, mulier ageret contrā patrem, eius hæredes, nulla sibi facta cessione ab hæredibus viri, qui nullam habent actionem contrā promisorem, eius hæredes, dum in illis non continuatur dominium illud, quod penes virum defunctum residebat, ut optimè ad rem respondet præfatus Dō. de Philippis, cū dos sit in vxoris dominio, ex l. 3. S. ergo ff. de minor. sicq; actio etiā dicetur extincta obitu viri, ut potè nata ex stipulatu rei ad hæredes intransmissibilis. Quod nota. Nil mirum autem, si, soluto matrimonio, non per viri obitum, sed per diuortium viri eiusdem culpa, teneatur vir cedere actiones, vel dotem soluere, quia, cum actio petendi dotem sic radicata in viri persona, ut explicuit idem *Vinc. de Franch.* (licet, ut diximus, ne-

queat dici radicata in personis hæredum viri) non extinguitur, nisi, extincta persona viri, ac proinde non extinguetur per diuortium. Quod egregie considerauit *Gloss.* in d. S. *Lucius*, sic inquiens. Quod, mortuo illo sacerdo, nata fuit marito actio de dote contrā hæredes, constante adhuc matrimonio prædicto. Vnde (notate) per diuortium non tollitur ei. Debet igitur solui matrimonium per mortem viri, ut extinguitur actio eiusdem ad dotem petendam; alias, soluto matrimonio per diuortium, semp̄ maritus ageret seruata dispositione l. si pro te pater, necnon d. S. *Lucius*; nām, viuente viro, vel dos per illum exacta est, & tenetur eam reddere vxori, vel non est exacta, & debet cedere actiones, quas, illo adhuc vivente, eius vxor non habet. Vnde concludendum, decisionem relatam à *Vinc. de Franch.* admittendā tantum, cū soluitur matrimonium per diuortium. Ceterum sentiendum cum *Sanfelicio*, qui suis temporibus secundū per se scripta obseruatum testatur.

Aliū sensum dat præfatus Dō. de Philippis ad d. S. *Lucius*, explicans, ly, actiones, ut sonet, operationes, quod nimis eruditè exornat, nec eins subtilitatem improbo; ne autem videatur sensus hic diuinariuus, idcirco alium adaptavi sensum. *Barbat.* autem tract. de assentia *Gloss.* 12. num. 21. alium partiter præstat sensum, quem vide. Cetera videnda sunt apud *Arias de Mesa* variar. resol. lib. 2. cap. 11. aliosque, quos *Reg. de Martin.* loc. cit. & resol. quotid. cap. 139. lib. 2. adducit.

S V M M A R I V M :

- 1 Mulier, petens assecurationem in bonis viri, impedit venditionem rerum ad instantiam creditorum ordinatam, quamvis inopia probata non fuerit.
- 2 Mulier nequit assecurationem petere, si fideiūsorem habeat à viro datum, sed vide n. 9.
- 3 Mulieri datur eleſtio, vel scilicet petendi dotem, vel fideiūsorem.
- 4 Mulier quandoque poterit assecurationem petere, licet fideiūsorem à viro datum habeat.
- 5 Mulier an possit impedire venditionem rerū viri, si resistit moraliter indivisibilis, & quomodo procedendum, latè discutitur.
- 6 Mulier ex quibus causis nequeat impedire venditionem rerum sui viri ad instantiam Creditorum eiusdem, & in quibus casibus possit illam impedire.
- 7 Mulier, licet ad impediendam venditionem bonorum viri non teneatur in promptu probare illius vergentiam ad inopiam, tenebitur tamē illam probare in termino.

S f

Mulier

- 8 Mulier quandoque potest assecrationem petere, quamvis vir ad inopiam non vergat.
 9 Assecratio locum habet, quoties intereſt mulieris, cias dotem in tuto collocari.

DILVICIDATIO DECIS. CXXXI.

Refert Sanfelicius, seruari in M.C. mulierem petentem assecrationem in bonis viri impedire venditionem rerum ad instantiam creditorum eiusdem viri, quamvis probata non fuerit inopia.

Fundatur Sanfelicins pro hac obseruancia, quia alias vxor laederetur per venditionem, dum priuaretur ea huiusmodi beneficio, ne creditores habeant ius offerendi, de quo Vinc.de Francb. decis. 5. 4. ubi Amend. & Ricc. latè, & nouissimè Dominus de Luca.

- Hæc autem obseruancia à multis limitatur primò, quoties vir dederit fideiſſorem
 2 de dote reddenda, quia tunc mulier nequit assecrationem petere, vt apud Amend. ad d. decis. Vinc. de Francb. num. 7. Quod idem aduertit Dom. Io: Leonard. Rodoerius ad Reg. de Marinis cap. 20. num. 7. reddens rationem,
 3 quia mulieri datur electio, an velit dotem, an fideiſſorem; vnde, si fideiſſorem accepit, nequibit deinde assecrationem petere.

4 Hanc autem limitationem, salua omniū pace, non tutam dicerem, siquidem mulier, non ideo fideiſſorem accepit, ne maritum haberet obligatum, eiusque bona cum illo, sed quia tutior erat, si plures habuissent obligatos, cum ad id, vulgatis iuribus, fideiſſio statuta sit. Quinimò in cap. per vestras de donationibus inter virum, & uxorem, allegatum ad id à Dom. Rodoer. nil aliud habemus, nisi virum pro dote agentem non excludi, eo quod ad inopiam vergat, sed dotem assignari sub cautione. Verum ex hoc non arguitur, dari mulieri electionem taxatiuam, ita vt, electo fideiſſore, non possit redire ad bona viri, cum, vt ex textu apparet, fideiſſio detur vxori ad maiorem cauſam, cum alias certum sit, satius esse, vt mulier ad rem incumbat, quam ad fideiſſores, ad quos tantum in rei defectum incumbeat.

Non negauerim tamen, limitationem prefatam locum sibi vindicare tantum, cum mulier fideiſſorem conuenisset; tunc enim, quia satius duxit fideiſſorē habere, quam rem, non habet recursum ad rem, sive restitutio cessabit.

Limitatur etiam secundò à multis hæc obseruantia, quoties res est moraliter indiuisibilis, puta, si sit domus magna, que commodam non patiatur diuisionem, & in bonis mariti nil aliud sit, præter domum, quæ darem excedat; tunc namque putarunt isti,

procedi posse ad venditionem, adeoque locum non habere assecrationem super illa, sed tantum super pretio satisfactionem. Ita Faber in suo Codice lib. 5. tit. 7. de iure dotum definit. 27.

Hanc pariter limitationem tutam non existimo, cum possit alio modo subuenire Creditoribus, absque eo, quod ad venditioni procedatur, dum satis erit, vt fiat estimatio per appretiatores absque subhastatione, & confert decisio Sacri Consilij relata à de Ponte cons. 126. vol. 2. adducto à Riggio ad d. decis. Vinc. de Francb. afferente, dictum in causa Comitisq Montellæ esse faciendum appretium, non autem procedendum ad subhastationem; vnde, vel res commoda tunc patietur diuisionem, &, quod superest, applicandum est creditoribus viri ex doctrina Bartoli ab omnibus recepta in l. si constante in 7. quæst. ff. soluto matrim. quam multis alijs Doctoribus comprobatur, & sequitur Capyc. latr. consult. 54. nū. 43. vel nullam commoda recipit diuisionem, & mulier citius ius offerendi habebit, quam creditores, illique danda erit assecratio potius, quam deueniendum ad dotis venditionem, quæ in tuto reponenda est, ne limitationem iuribus assecrationem concedentibus nostro tantum marte demus. Et licet Barbatuſ de aſſiſtentia Glosſ. 2. videatur ſequi Fabrum; ipſe tamè deinde num. 5. illatio ne 5. inquit, ſi valor rei, ſuper qua assecrationem petiit mulier, excederet quantitatem crediti ipsius mulieris, poſſe tantummodo eam partem auocari, quæ quantitatem crediti mulieris excedit, cum inſtrā creditum nequeat, citans Alexandrum cons. 142. nū. 7. alioſque. Vnde verè nobiscum ſentit, dum non inquit, procedendum eſe ad illius rei venditionem, & ratio eſt maniſta, quia per Doctores omnes assecratio non eſt vera dotis reſtitutio, ſed collocaſio in tuto, vt ex fructibus ipsius poſſint ali mulier, vir, & liberi, vt ait Barbat. loc. cit. nū. 14. quare celabat venditio, & ius offerendi etiam in re moraliter indiuisibili.

Hæc tamè limitatione fuit annis elapsis deducta in iudicio, & propriè in Regia Camera Summaria intè Magnificos Gubernatores Arrendamenti Olei, & Saponis, & Theresiam de Leone uxorem Petri de Farina; hæc enim, decocto eius viro, qui fuerat officialis præfati Arrendamenti, ordinariaque creditorum graduatione, comparuit, petens eius dotum, & antefati assecrationem ſuper domo, ex regula textus in l. si constante: ff. ſolut. matrim. & l. ubi adhuc C. de iure dotum.

Verum Dominus Hieronymus Valdarius optimus in nostris Tribunalibus Advocatus

In Decisiones Reg. Sanfelicij : 323

uocatus, neconon perspicacissimus Iureconsultus, summa virtute, summa doctrina, summis moribus prædictus, nec impari nobilitate perspicuus, meritaque dignitatum, quas plerique habent, procùl dubio possidens, multa allegauit pro Magnificis Gubernatoribus, quæ hic breuissimè perstringam, videlicet, sèpiùs fuisse inter Doctores disputatum, utrum ceteris mariti creditoribus liceat offerre vxori quātitatem dotium, & antefati ex pretio perueniendo à venditione bonorum viri, si bona maioris valoris sint, quam dotes, & ex exuberanti pretio possint creditores satisfieri, & pro utraque opinione multos adduci à Roland. à Valle conf. 9. num. 38. & 39. vol. 1. Cardin. Mantic. de tacit. tom. 1. lib. 11. tit. 30. num. 15. ita ut adhuc indecisa dicatur per Mart. mot. 36. n. 11. & contrà creditores habeamus decis. de Fräch. 54. & Affl. 199. Quod dissidium ortum habuit, quia nullo iure expresso cautum reperitur de tali priuilegio dotium contrà creditores offerentes creditum dotale in pecunia, prout doctè obseruat Fachin. dictam legem, ubi adhuc dispungendo in lib. 3. controu. cap. 100. & tantum vulgo receptam dicit eleganter Antonius Faber in tit. de Iure dotium defin. 27. in princip. nec ullum in hoc esse dotis priuilegium demonstrant Riminald. iun. conf. 3. num. 12. & 13. tom. 1. argumēto textus in cap. ex literis, extr. de pignor. Marta cit. vot. 36. num. 11. multos citando DD. datur enim actio prædicta nullo aliquo speciali priuilegio, sed ut bona dotium, viro vergente ad inopiam, sint in tuto, ad se, filiosque alendum, ut ex dictis l. si constante, & l. ubi adhuc, comprehenditur, prout etiam omnes creditores conditionales, vel in diena etiam ante solutionis diei euentum, detecta debitoris inopia, & concurrentibus alijs creditoribus nulla conditione alligatis, actionem habent pro assecuratione bonorum, & eorum futura cautela, ut ex latè adductis per Salgad. in labyrinth. ceditor. par. 1. cap. 8. num. 29. & 30. omnes tamè DD. contradicentes concurrunt, ut debeat assecurari vxor supèr mariti bonis, quæ sint iuxta dotium valorem, vel si commodè iuxta ipsatum dotium metam bona assignari possint, ut, sic declarando, probant citatus Fachineus in alio cap. 14. lib. 11. Fab. de Ann. conf. 63. nu. 3. Osafus decis. 135. nu. final. Magon. decis. Lutens. 5. in add. lit. B. Reg. Galeot. contr. 63. nu. 20. & 30. tom. 2. ne alias vxor, quæ agit de iure captando, respuendo dotes in numerata pecunia, præferatur creditoribus agentibus de damno vitando, quod nec dotis favore concedere æquum esset, prout in puncto distinguendo probat d. Mantica cit. lib. 11. tit. 30. nu. 24. & 25. & multos citat Giurz.

ba decision. 16. numer. 17.

Nec obitare dicebat decis. 54. Vinc. de Franchis, apud quem vxor petijt assecurari se supèr domo, cuius fructus nec sufficiebat pro alimentis, ut ibi obseruatur num. 4. circa fin. Quod secùs est, cum bona, supèr quibus petitur assecuratio, non commoda patiuntur diuisionem, & excedunt creditum dotium, & antefati, prout, discuslo articulo, fuisse decisum per S. C. testatur Reg. Capyc. latr. decis. 42. num. 11. vsque ad fin. & sic pariter decisum refert Thor. tom. 1. voto 68. n. 33. idemq; in Regio Collaterali Consilio scripsit decisum Reuerter. decis. 240. de qua re est elegans decisio Antonij Fabri in eius Cod. tom. 5. cit. 7. cit. defin. 27. quo loco bis ineius Senatu decisum habemus.

Quarè, referente Domino Regente Gaeta locumtenente dignissimo Regiæ Cameræ, de cuius virtutibus in Superioribus dilucidationibus nonnulla scripsimus, fuit die 6. Octobris 1678. decreto ordinatum, quod procedatur ad venditionem domus, non obstante petita assecuratione, & retentione, per dictam Theresiam, quæ audiatur in pretio, ut fol. 66. penes Boctonum Actuarium. Verùm ab hoc decreto pendet reclamatio; & licet causa reddi posset dubia ex articuli difficultate, videtur tuta pro creditoribus ex pacto speciali apposito in capitulis, & instrumento dotali, in quo dictus Petrus Farina, & Theresia coniux recipientes præfatas dotes voluerunt, ut redderentur etiàm in casu assecurationis in pecunia numerata, vel in corporibus ad electionem eiusdem viri, vnde per Iudicem, qui dicti Petri factum repræsentat, cum Iudicis factum partis factum dicatur, ex regula l. si ob causam C. de euiction. exercendo iura electionis dicti viri, decerni debet, ut, vendita domo, ex pretio fiat assecuratio, conuertendo in tutam emptionem, quæ iam reperitur. Hæc causa reclamationis adhuc sub iudice est.

6 Limitatur tertio apud Barbat. loc. cit. quādo mulier, vel bona, supèr quibus assecurationem obtinuit, alienaret, vel quando ageatur, soluto matrimonio, vel quando velle assecurari in pecunia, vel quando egisset hypothecaria, petens, adiudicari sibi sui viri bona; his enim casibus procedi potest ad venditionem, & competit creditoribus ius offerendi. Quos casus sic limitatos libenter admitto, cum, vel importent dotis restitutionem, vel eius naturam sapiant, dum non est inera collocatio dotis in tuto.

Limitatur tandem per eundem Barbatum num. 40. ex Muscatell. de appell. part. 3. Gloff. adiudicantur num. 97. alijsque, quando viri bona essent merces, mobilia, animalia, aut nomina debitorum, ex quibus vxor nequi-

ret fructus percipere pro alimentis, ni in pecunia redigerentur. Hanc igitur limitationem non admittes, si ex omnibus debitoris, & animalibus fructus perciperentur, quiā tunc consultum esset alimentis vxoris, viri, & liberorum. Quoad merces verò dico, limitationem hanc recipiendam tantum in casu, quo ageretur de mobilibus illis, quæ reperiebantur penè virum tempore, quo mulier egit, vel fuerant alienata post vergentiam viri ad inopiam, secùs verò de distractis, antequam vir male cœpisset ut sua substantia, vt *Muscatell.* ipse loc. cit. num. 9 explicat, ex *Salicet.* *Bald.* & alijs.

Hactenū de limitationibus huius obseruantia. Nonnulli autem obseruantiam hanc non admittunt, quiā viri inopia probata non fuit, vndē videtur prorsū cessare assecuratio dotis. Ità voluerunt multi apud *Barbat.* loc. cit. qui omnes refert opiniones; nihilominus tamē ipse adharet opinioni, quam obseruari ait *Reg. Sanfelic.* tanquam pluribus decisionibus comprobata; vnum tamē aduerte, licet in promptu nonteneatur mulier hoc casu probare vergentiam vi- ri ad inopiam; teneri nihilominus illam probare in termino, cum venditionis super- sessio non requirat probationem in promptu tantum, vt videtur annuere int̄ ceteros *Vrsill.* ad decif. *Afl.* 199.

Et quamvis vrgeri possit, hoc casu non cessare assecurationem; adhuc, si procedatur ad venditionem, cum consulatur mulieri sup̄ pretio, quod indē percipitur, dum potest illud in tutam emptionem conuerti, respondetur, fristrā articulum hunc esse, admittendum, cum alijs, vel in promptu emptio non reperiatur, vel non sit tua, & mulier velit citius assecurari sup̄ bonis, quæ actualiter habet eius vir, quam aliena perquirere, vitijs, quæ ignorat, obnoxia. Et tandem modus hic totaliter creditoribus ius offerendi traderet, & cautelam mulieri statutam denegaret, dum illi pretiū, & emptionem offerrent, quæ qualis esset, nemo forte dignosceret, cum quotidie periclitemur, vitiosas temporis decursu præferre, emptiones, quæ anteā nullo laborare vicio videbantur.

8 Hic tamē aduertas velim, posse etiam dari casum, quo mulier valeat assecurationem petere, quamvis vir ad inopiam non vergat, puta, si vir lāsā Maiestatis reus efficiatur, vel si ob aliquod forte crimen deportetur, vel bannitus, vel vagabundus euadat. Quos omnes casus recenset *Reg. de Martinis* in obseruat. ad *Reuert.* decif. 292. & ratio est evidens, quiā quoties interest man- lieris, dotem collocari in tuto, toties peti debet assecuratio; his enim omnibus casi-

bus sua interest, in tuto collocari dotem, cum bona viri, vel ob patrata crimina, vel infirmum eius statum dilabantur.

Alia ad materiam videnda sunt apud ci- catos, & præcipue, vt cum *Barbato* sentiani, apud *Fabrum* in dicitur de iure dotium per omnes definitiones, quæ valde ad materiam cō- ferunt, & consule *Capyc.* pro hac dilucidatio- ne in decisione 42. queni refert *Sanfelicius* ipse in additionibus.

S V M M A R I V M .

- 1 *Sententia assecurationis dotium, viro ad inopiam vergente, exequutioni demandatur, non obstante appellatione, & quarē.*
- 2 *Alimenta non retardantur concessione induciarum.*
- 3 *Sententia assecurationis dotium an impediri possit per oppositionem nullitatum.*
- 4 *Creditores posteriores viri non habent ius offerendi sup̄ bonis, quibus uxori assecura- ta est.*
- 5 *Appellatio à decretis, quod exfractent tur- bantes studia, an suspendat eorum exequi- tionem.*

DILVCIDATIO DECIS. CXXXII.

- S**Acrum Consilium hīc arbitratum est:
- 1 *Sententiam assecurationis dotis, marito ad inopiam vergente, esse exequutioni demandandam, non obstante appellatione, cum fructus deseruiāt ad mulierem, virum, filiosque substantandos. Vndē, cum hāc causa alimentorum verē dicatur, exequi- tationi demandabitur, quacunque appella- tione non obstante.*
 - 2 *Hinc collige primò, alimenta adeò esse, priuilegiata, vt retardari nequeant conce- ssione induciarum, pro vt ex *Bald.* in l. post paciū. C. de dilationibus, infert *Dom. D. Franc.* Verē ad *Gallup.* in part. 2. cap. 4. quem vide, dum multa ait de alimentis.*
 - 3 *Secundò, posse sententiam assecurationis impediri per oppositionem nullitatum op- positarum per modum exceptionis cum de- posito, seruata forma *Regiae Pragm.* Verū in circā alimenta, quæ officio Iudicis dantur, vix puto dari posse remedium ad illa impe- dienda, ni vxor habeat, vndē se, suosque li- beros alat; quarē hoc casu Iudex, suspensa assecurationis causa, poterit decernere, vt aliqua quantitas liberetur in causam decla- randam; sicque aduerte, Iudicem debere, alimentis tantum consulere; causæ verò principalis ordinem non deserere. Alia- sup̄ hoc puncto vide apud *Sanfelic.* in ad- dit. ad banc decis. & in praxi Iudiciar. sect. 60. à num. 29. vsque ad 33. Hic autem aduerten- dum,*

In Decisiones Reg. Sanfelicij : 325

4 dum ; creditoribus posterioribus viri non concedi ius offerendi , nec agi posse de venditione rei , super qua uxor assecurata est , ad se , filiosque alendos , ut ex *Cyn. & Bartolo in l. cum sibi C. qui potior. in pignor. alijsq; scripsit Reuter. decis. 240.* apud quem vide limitationem , nec deserteras ibi *Reg. de Marvin.* dum varia necit de dotium assecuratione .

5 Respectu verò alterius puncti , scilicet , non dandam appellationem ad retardandam exequitionem à decreto , quod exfractent turbantes studia scholarium , vide eundem *Sanfelic. in d. seft. nu. 29.* adducentem *Gramm. decis. 5. 8. nu. 25.* & ea , qua superius diximus nos in *decis. 1. 27.* & in nostris dilucidationibus quæst. 7. Quamvis nostris tempestatibus cōtrario quasi iure vtamur ; sunt namque edita , vt exfractent studentes à locis honestis , nec tamè ab huiusmodi edictis datur utilis appellatio : vndè ijs fugiendum est ad lupanaria , vt maxima animæ corporis , & cōsanguineorum , quinimò totius Reip. iactura , vitijs imbuantur , non scientijs , & virtutibus .

S V M M A R I V M :

- 1 Error nonnullorum recentiorum in scribendo qualis sit , fūsē ostenditur .
- 2 Mulier an possit cum iuramento renunciare Velleiano .
- 3 Rei debendi in solidum obligati quomodo cōueniri valeant .
- 4 Mulier in solidum obligata cum viro an iuuetur Velleiano , fūsē examinatur .
- 5 Mulier principaliter obligata non iuuatur Velleiano .
- 6 Solutio præsumitur facta in causam utiliorē , soluenti .
- 7 Solutio in dubio censetur facta potius nomine proprio , quam alieno .
- 8 Mulier in solidum obligata cum viro an quādoque iuuetur Velleiano .

DILVICIDATIO DECIS. CXXXIII:

Hic videmur principaliter edoceri , an & quando mulier pro alio intercedens , iuuetur Velleiani exceptione . Pro qua decisione vide ea , qua diximus in nostris dilucidationibus quæst. 12.

Quoniam verò ea nouissimè impugnatur ab *Illusterrimo Domino D. Hieronymo Borgia Episcopo Tropæ* ad id munus suis electo virtutibus , quibus prædictus est , id circò veritatis intuitu quid dicendum , videamus .

I Sed aduertet lector , me dixisse , *veritatis intuitu* , cū alias me impugnari non zgro fe-

rā animo , sed gestiā ; & quidem semp̄ im-pugnari vellem , vt & veritas innotesceret , measque inspicere in opinione disceptatas , quæ non modica auctoris gloria est . Quād euidenter igitur ij decipientur , quibus im-pugnari displiceat , sapientis est indagare ; nec credo *Diuum Thomam, Scotum, Suarez, Vasquez* sexcentosque alios , potuisse vnquā indoctos appellari , quià s̄pē fuerunt im-pugnati , quià s̄pissimè vnius opinio alterius sententię aduersabatur , quinimò ex hu-iusmodi impugnationibus non modica ar-guenda est doctrina , nec crastus estimandus est intellectus , nec ingenij supponenda he-betudo , qua omnia is tantum ostendet , qui alienis pascitur , nec sua ponit .

Hinc commendare non profectò valeo , qui recentiores citare , vel erubescunt , vel dēdignantur , putantes , indecorum vtique esse , eorum scriptis eos necesse , quibus se su-periores esse , vel fingunt , vel somniant , vel iure censem , sed eos , non modò sciolos , ast vndequaque ignaros appellare non hæreo , cum putent , vt superbiam alant , occultare veritatem , dum ea , qua recenter dicta sunt ab alijs , silentio committunt , eos tantum referentes , qui Astræ tenent lances , ceteros verò , si forte præterire non valent , vel non absque derisu citant , vel non absque inurbanitate impugnant ,

Vt ergo ad rem meam reuertar , *Illusterrimo Borgia* grates , quas valeo , plurimas , calamo reddo , animo refero , dum hæc mihi aduertendi occasionem prætitit , qua ipsi met , quibus poterunt fortè non placere , for-tè proderunt . Interim hoc ij aduertant , vi-tium scilicet , & maximum certè esse , in scri-bendo animi motibus duci ; etenim , si scri-benti id non malè gestum videri poterit , se-cùs lectori videbitur ijs carenti motibus . Quarè urbanitatem , veritatemque consulat , necesse est . Hæc scripsi , non ut detrahem , sed ut bonos monerem , dum , ex *Seneca lib. 3. de ira. cap. 37.* admoneri bonus gaudet , pes-simus quisque correptorem asperrimè pa-titur , & cordi semp̄ tenenda eiusdem sen-tentia est in lib. 1. de tranquillit. animi , quo lo-ci hæc scripsit . Puto multos potuisse ad sa-pientiam peruenire , nisi putassent , se peruenisse , nisi quedam in se dissimulasset , quedam apertis oculis transiluisset ; non enim est , quod nos magis aliena iudices adulazione perire , quam nostra . Si hæc ponamus ob oculos , inurbanitatem arcebimus , veritatem am-plectemur . Sed ad nostrum propositum , à quo opportunè discessimus , reuertamur .

In mea quæst. 12. post triginta casus ibi enumeratos , quibus mulier Velleiano non iuuatur , hec dixi ad maiorem lectoris re-scribenda commoditatem .

Adu-

Advenit postremò Regis Pragmatica prima in ordine sub tit. de Senat. cons. Velleian. vbi cautum reperitur, non posse mulieres etiā cum iuramento renunciare beneficio Velleiani ex eo, quia, sicuti facilimē persuasibibus intercedere coguntur, ita quoque & renunciare. Quæ ratio ingeniosissimè exponitur à Pref. de Franch. in decis. 223. n. 26.

Vnde indubitatum videtur, non correctos esse casus à iure communī exceptos, prætèr unum tantummodo, eūm scilicet mulier, prævio iuramento, renunciaret. Prætèr hos ergo casus quæstio nostra est, an mulier in solidum obligata cum viro in eodem instrumento, non ex causa decoris, non excarcerationis, nec denique ex quacunque alia simili, hoc beneficio iuuetur, ita, ut marito nihil in bonis habente, possit vxor cogi ad totius debiti solutionem?

Et ratio dubitandi ea profectò est, quia, cum vniuersisq; ex reis debendi in solidum obligatus possit pro toto debito conueniri l. 3. §. vbi duo, ff. de duobus reis. vbi Gloss. & ita, vt per vnius exceptionem non liberetur alter, l. fin. ff. eod. apertè colligitur ex hac ratione, mulierem teneri ad totius debiti solutionem, si fortassis eius vir nihil in bonis habens reperiatur. Cumque constet, quemlibet in solidum obligatum principaliter esse obligatum, in dubium non videtur reuocandum, quin mulier non possit iuuari Velleiano, quod cessat, quotiescumque illa principaliè obligatur l. sed si ego l. si mulier, ff. ad Velleian. l. si funebris cum concordantibus C. eod. E cōtrà verò videtur locum habere Velleianum, dum in nostro casu, nisi in contrarium adhuc probatio, præsumitur vxor intercessisse pro viro, non autem vir pro uxore. Auth. si qua mulier C. ad Sen. cons. Vell. Vnde, cum mulier non sit principaliter obligata pro re sua, clarum, indubitatumq; est, illam ex Baldi doctrina Velleiano iuuari.

Iam vidistis opinor, ubi nām vertatur cardo difficultatis: supereft modò, ut, quid dicendum, videamus. Et quidem quæstio hæc ingeniosissimè proponitur à tribus iuriis Coriphæis, Dominis scilicet Regentibus Merlino, de Marinis, & Domino Consiliario Staibano iuniore famam defatigatibus, quorum primus illam examinat in cent. I. contr. forens. cap. 55. Secundus in lib. 2. resol. quotid. cap. 236. Tertius denique in cent. I. resol. forens. resol. 42.

Vt autem æquo pugnemus marte, & certa ab incertis segregemus, supponendum arbitror, in huiusmodi obligatione nullam volitare conjecturam, qua probari queat, vel virum non intercessisse pro uxore, sed uxorem pro viro, vel debitum conuersum esse in yiri, non mulieris commodum. Etc-

nim, si qua harum adesset, nulli dubium, quin mulier Velleiano iuuaretur. Quæstio igitur sit, cùm nulla conjectura, nec pro viro, nec pro muliere, nec in utrumlibet viger. Quidquid sit, si dicatur, vigere saltèm præsumptionem contrariam in virum pro muliere, de qua infra. Hoc supposito.

Dico contrà communem Doctorum opinionem, mulierem in solidum obligantem cum viro, quotiescumque nulla appetet intercessionis conjectura, Velleiano non iuuari, sed posse pro toto debito conueniri. Nec mirermini velim, me ferè contrà omnes arbitrari, cum sic videam iura edocere.

Quod si superè hac quæstione Reg. Merlin. loc. cit. num. 25. cuiusdam opinionem improbat, quia is non subtiliter germanum iuriū sensum erat perscrutatus, ne mea quoque sententia talem sortiatur notam, ea similitè subtili, quo potero, medio, perscrutari conabor. Locus ergo superciliosus sit, si communi parentando sententię aliter sentiam.

Iuuabit igitur aduersantium fundamenta referre, quæ sunt, colorem quasiutum in huiusmodi obligatione præsumi, cùm videlicet mulier se vna cum viro in solidum obligauerit; potius namque videtur uxor fideiussisse, vir autem se principaliter obligasse. Auth. si qua mulier C. ad Velleian. Quod militare aiunt, quotiescumque non probatur, pecuniam esse in mulieris commodum conuersam. Neque posse, inquit, sustineri contractum pro niedietate, ut potè qui vnicus, & indiuisibilis est. l. si mulier la terza §. fin. ff. ad Velleian. ergo totus contractus corrueit, & consequenter mulier Velleiano non gaudebit.

Vt autem ad hæc respondeamus, multa sunt breuitè ponderanda. Et primò, mulierem pro se principaliter obligatam, quāvis non probetur, pecuniam esse in suam utilitatem conuersam, Velleiano non iuuari, expreſſè cautum reperitur in l. si mulier. ff. ad Velleian. Ibi. Si mulier tanquam in suos usus pecuniam acceperit alijs creditura, non est locus Senatus consilio; alioquin nemo cum feminis contraheret, quia ignorari potest, quid actura sint. Concordant l. sed si ego, ff. eod. & l. si funebris C. eod. Secundò incertum nec est, duos in solidum obligatos posse in totam summam conueniri, vel pro rata. In totam summam, si Titius, & Meuius sint obligati pro centū in solidum, & ego à Titio tantum non quinquaginta, sed centum petam; hæc enim ab illo repeto tanquam principaliter obligato, quod si quinquaginta tantummodo querā, non ago contra illum ut principalem, sed ut Meuij fideiussorem; duo enim in solidum obligati sunt ad inuicem fideiussores ita, vt acto-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

327

actori detur actio contrà istos ; & vt principales, & vt fideiussores. Non est meum figmentum, sed dispositio tex. in l. reos promittendi ff. de duob. reis promitt. & stipul. ibi. Reos promittendi vice mutua fideiussores non inutiliter accipi conuenit. Itaque reus stipulandi actionem suam diuidere si velit (neque enim diuidere cogendus est) poterit eundem ut principalem reum, item eum, qui fideiussor pro altero extiterit, in partes conuenire, non secus ac, si duos promittendi reos diuisis actionibus conueniret. His ità suppositis, nulli dubium esse arbitror, quin uxor in solidum obligata Velleiano non iuuetur, non obstantibus ijs, quæ ab aduersariis opponuntur. Quoniam autem tota vis consistit in Auth. si qua mulier. vbi. Si qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam, aut se ipsam obligatam faciat, iubemus, hoc nullatenus valere, siue semel, siue multoties huiusmodi aliquid pro eadem refiat, siue priuatim, siue publicum sit debitum, sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset, nisi manifestè probetur, quod pecunia in propriam ipsius mulieris utilitatem expensæ sint. Ideò verba hæc sunt dilucidanda. Et quidem quod textus non loquatur, cum mulier se principaliter obligat, nemo est, qui non videat, ni nolit; etenim, cum legum correctiones sint euitandæ l. præcipimus, C. de appellat. si lex ista non corrigit expresse textum in d.l. si mulier superius relatum, ubi necesse non est, ut probetur, pecuniam esse versam in ipsius mulieris commodum, cum ea principaliter obligaretur, curſdicendum est, textum hunc loqui, cum mulier se principaliter obligaret, ita, ut tunc probandum estet, pecuniam esse in eius utilitatem conuersam, si sic loquendo iura hæc vt inter se contraria pugnarent, & unum alterum corrigeret? Firmum igitur, indubitateumque sit d. Auth. loqui, cum mulier pro marito intercedit. Quod expresse voluit Glossa. cum dixit. In viro se obligante uxor consensit, aut pro eo fideiussit, vel etiam res suas pignori, hypothecæ supposuit, queritur, an sibi praindicauerit? ubi notandum est, diversum esse consentire obliganti, & se principaliter obligare. Et paulo inferius. Quod quidem verum est, nisi pecunia, proprie quod uxor fideiusserat, in eius utilitatem expensa probetur. Constat igitur, Glossam explicare, quod consentire obliganti, idem sit, ac fideiubere. Color ergo quæsitus, quem aduersarii ingeniosissime opponebant, nondum visus est in d. auth. Quare Thesaur. in decis. 323. in princ. cœnet d. auth. loqui, cum mulier pro marito intercedit, quamvis ipse illam extendat quoque, cum mulier se principaliter obligat, & vir fideiubet; sed hoc, nec

ille, nec alij uero iure comprobant, His ità refutatis, sic liceat arguere. Ex d.l. si mulier, cum uxor principaliter obligatur, quamvis non probetur, pecuniam esse in eius commodum conuersam, modò in contrarium coniecura non wigeat, Velleiano non iuuatur; sed, cum obligatur in solidum cum marito, principaliter obligatur, ut supra probauimus, ergo, cum in solidum obligatur, non iuuatur Velleiano, quamvis non probetur, pecuniam esse conuersam in eius utilitatem, modò coniecura aliqua non obserbit. Nec iuuat asserere, Velleianum utpote fauorable extendendum; etenim non sic extendendum est, ut iuribus contradicat, præcipue, cum ex vulgari regula sempèr statum sit pro contractus subsistentia.

Præterea (ut colorem quæsitus penitus enueremus) cum maior iactura censeatur solutio, quam obligatio, ex eo, quia plus est soluere, quam se obligare, si quis soluendo 6 presumitur soluisse in illam causam, quæ sibi utilior erat, ex doctrina Bartoli in l. gerit C. de acq. bæred. Menoch. conf. 121. num. 45. & conf. 265. num. 33. Alex. conf. 15. col. 2. lib. 5. Tiraq. de retract. consanguin. §. 3. Gloss. 1. num. 32. quis dubitet, an quisque, se obligando, obligatus censeatur in eam causam, quæ sibi erat utilior? Idque à fortiori. Etenim, quod pluris est, tanti est l. cum fur ff. de in lie. iur. igitur, quamvis non probetur, sempèr presumitur, in mulierem versam esse pecuniam, quia se obligauit ob causam, quæ sibi erat utilior. Nam verò utilius erat, ut pecunia versa esset in suam, quam viri utilitatem. Neque dicas, utilius esse mulieri, eam iuuari Velleiano, quam non; nam sic mulier non vere obligaretur ob causam sibi utiliorem, dum nulla esset obligatio, ut consideranti patet, & consequenter, nullo modo eam obligari, citius esset dicendum.

Secundò in eadem paritate insistendo, si in dubio solutio censetur facta potius nomine proprio, quam alieno l. & magis, ff. de solut. l. Titium, & Menium §. professus, ff. de administr. tutor. Menoch. conf. 46. num. 1. & 4. certum est, obligationem in dubio cœseri factam nomine proprio, & principaliter, igitur à fortiori, cum quis expresse principaliter se obligaret. Ergo, vt concludamus, si mulier principaliter, & in solidum cum marito obligatur, non censetur pro marito fideiubere, nec eius pecuniam in viri commadum conuerti; & consequenter non est locus presumptionis & coloris quæsito, propter hucusque prætendebatur. Quare mulier sic obligata Velleiani exceptione non iuuabitur.

8 Non negauerim tamèn, quandòque mulierem, etiam in solidum obligatam cum vi-

ro,

ro, iuuari posse Velleiano, puta, si à credito-
re, tanquam fideiussor, nec vt principaliter
obligata, conuenirecur; tamq; enim locum
haberet exceptio Senatus consulti, qui à co-
ueniretur vt intercedens pro marito. Quard
cautus debet esse creditor in illa conuenien-
da. Hæc sunt, quæ iuri consona inueni. Ce-
serum non dubito, quin contraria opinio,
utpote à multis comprobata, tutior redda-
tur in praxi; nihilominus hæc ego sentio.

Contrà hæc urbanissimè, squalè, ac do-
cissimè scripsit praefatus *Illustrissimus Bor-
gia* in libro 18. *Inuestigat. iur. ciuit. in Fa-
brum* hæc ad lectorum commoditatem re-
scribenda.

Et vide casus ferè omnes exclusionis col-
ligentem doctè certè *Ioannem Baptistam*,
Mucci in suis quæst. forensibus quæst. 12. ubi
tamèn quod ait mulierem obligatam in so-
lidum cum viro, nulla ex permitta cauta-
non iuuari Senatus beneficio, vix inspecta
vera iuris ratione, admitti poterit; nám, aut
in ea in solidum obligacione mulier parti-
ceps lucri fuit, aut non fuit; si particeps,
qui à talis, non qui à in solidum cum viro
obligata, excludetur; si non particeps, tunc
qui à, ut aliás in superioribus diximus, ex
insolidum obligatis, is, qui non participa-
uit, fideiussor est, non debet mulier, quæ ta-
lis remanet, beneficio Senatus priuari. Quod
si neutrum cōstet, an scilicet participauerit,
nec ne, in quibus terminis proponere se
quæstionem *Mucci* ait num. 3. & tunc dicam,
assentendum viris doctissimis, qui scrip-
funt, præsumendum contractum, aut nego-
tiuni in virti utilitatem cessisse, mulierem ve-
rò colore quæsto adhibitam, & ita fanè vo-
luit *Iustin.* in *Nouella sua* 134. vt nulli iudi-
cum licet habere loci servatorem, &c. in cap.
8. (à quo epitomata *Athens.* si qua mulier
G. ad *Velleianum*) dum exquirendo ut ma-
nifestè probetur, quod pecunia in propriæ
ipsius mulieris utilitatem expensæ sunt, firmat
Regulam, quæ stet in contrarium, faciatq;
præsumere, nequaquam eas in propriam
utilitatem à muliere expensas.

Nec effugit *Mucci* dicendo sub num. 15.,
quod textus non loquatur, cum mulier se
principaliter obligat; nám occurritur ostē-
dendo, & de hac quoque specie *Iustinianus*
loquitum, qui omnes complecti voluit; di-
xit namque primò si qua similiter crediti in-
strumento consentias proprio viro, & in his
verbis perstrinxit fideiussionem à muliere
in beneficium viri factam; dixit secundò, aut
scribas, & propriam substantiam, & perstrin-
xit casum, quando mulier bona propria sup-
ponit hypothecæ pro viri debito; & deniq;
tertiò dixit Aut seipsum obligatam faciat &
his verbis distingue de obligatione in solidum

tractauit, alioquin idem hic tertius casus
cum antecedentibus, & frustra particula-
aut segregatus ab illis fuisset; ceterum quod
Accursius, & *Glossa* dixerunt, *Iustinianum* de
muliere fideiubente loqui, vel quæstionem
(dicam) sola authoritas, non dirimit, vel
(dicam) verum quidem esse, sed in prima,
& secunda clausula, cum in tertia de obliga-
ta in solidum agi apertum sit. Porrò suavis
Mucci cit. supponens, quod negamus perpe-
tuò, text. in l. si mulier D. ad *Velleian.* loqui
de muliere in solidum cum viro, aut alio
obligata, quando non de ea, quæ se cum
alio obligauit, sed ea, quæ sola, & de ea, quæ
pecunia acceperit, licet alteri creditura, tex-
tus agat, quod longè aliud est, nám certum
sibi mulierem pecuniam accepisse, nec lo-
cus præsumptioni: hæc incertum, & præsump-
tioni locus; & suavis quoq; , quod esto in d.l.
si mulier de obligata in solidum tractaretur.
allato vulgari Brocardico, quod correccio
legum sit vitanda, nolit *Iustiniano* credendū
esse, qui in citata *Nouella* 134. cap. 8. à quo
sumpta *Authentica*, apertis verbis præfatur
se iura vetera corrigeret, dum ait, Et illud
vtere præuidimus pro subiectoru utilitate cor-
rigere. Rursus nec bene ad rem adducit
Mucci textum in l. res promittendi D. de duobus
reis, nám primò non omnes, qui in soli-
dum rei obligantur, vice mutua fideiussores
sunt, sed qui sub hac lege accipiuntur, ut
aliás diximus, & I.C. indicat, dum illos, qui
vice mutua fideiussores accepti, posse con-
ueniri eo modo, quo illi qui duo rei promit-
tendi, idest duo insolidum obligati, conclu-
dit secundò, nám text. in d.l. *Reus* supponit,
certas, & exploratas esse partes ad unum-
quemque ex Correis peruentas, idèque fa-
cultatem dat Creditori, ut quemlibet possit
in partes conuenire.

Denique Regula, quod semper quis præ-
sumatur, ut soluere, ita & se obligare in ea
causa, quæ sibi utilior sit, vera quidem est,
sed non ad rem applicabilis, nám fragilitas
sexus, & facilitas illa, ob quam fraudibus
mulieres expositor, facit, ut potius in ren-
alterius delusæ, & deceptæ, quam in pro-
priam censeantur se obligare.

Ex his, & alijs videat lector, an *Mucci* as-
sentendum (quod utique vellem; nám di-
gnus, cui assentiatur, si, salua Iurisprudentia
Iustiniane, posset) an potius *Thefauro* decis.
223. in principio *Merlino* cent. I. cap. 55. de
Martin. lib. 2. cap. 236. & *Staibano* resol. I. re-
sol. 42.

Hæc ego, hæc *Dominus Borgia*; nunc, quæ
magis arrident, lector sequatur, cum tantæ
ranti Aduersarij urbanitas ad trutinam me-
cogat relinquendam, & pauciissima hæc ad
veritatem à lectorē eruendam seribenda.

Tota

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 329

Tota ergo difficultas (nām cātera ex se ipsis plana sunt) stat in videndo, an Auth. si qua mulier, loquatur de muliere se principaliter obligante.

Supèr qua re probauimus nos, ibi esse sermonem de muliere intercedente; quoniam verò Dominus Borgia in vers. Nec effugit Mucci, scripsit, ibi Iustinianum verbis ijs, Aut se ipsam obligatam faciat, voluisse exprimere obligationem in solidum, ac proinde mulierem principaliter obligatam, id circò posset responderi, cùm dicitur in d. Auth. Si qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, aut propriam substantiam, aut seipsam obligatam faciat, semper intelligi verbum illud, propria viro, & consequenter huiusmodi obligationem esse meram intercessionem; nām verbis ijs, Aut seipsam obligatam faciat proprio viro, non differunt quoad substantiam intercessionis ab ijs verbis, consentiat proprio viro, sed tantum quoad modum obligationis, qui, vt consideranti patet, materialiter se habet quoad intercessionem, quæ semper talis præsumitur, quoties aliqua est coniectura, ut supra diximus.

Quod si dicatur, non intelligi repetitum ly, proprio viro, respondeo, frustrà dixisse Iustinianum, Iubemus, hoc nullatenus valere; cum tunc obligatio illa, non facta pro proprio viro, subsisteret, tanquam principaliter facta, ad textum in l. mulier ff. ad Velleian. Moc apud me certum est; nunc, si magis aridet ingeniosa Domini Borgia interpretatio, illam sequere.

S V M M A R I V M:

- 1 Minor an, & quando fori privilegium competat.
- 2 Pupilli, & miserabiles personæ habent fori electionem.
- 3 Pupillus quis dicatur.
- 4 Gratia Principis non est extendenda.
- 5 Doctores potestatem habent textus interpretandi, sed regulatè.
- 6 Privilegia concessa pupillis an extendenda sint ad eos, qui per rectores gubernantur.
- 7 Minores etiā quandoque ad privilegio fori fruendum dici possunt miserabiles.
- 8 Miserabiles personæ quamam sint, iudicis arbitrio remittitur.
- 9 Minor quand oque nequit appellari miserabilis persona.
- 10 Minor, qui pupillarem etatem compleueris de iure Regni an gaudeat fori privilegio.
- 11 Privilegium fori cur datum sit pupillis, non autem indistincte minoribus.
- 12 Tempus factæ electionis attenditur pro argu quoad fori privilegium.

- 13 Papillus, quamvis diues, an gaudeat fori priuilegio.
- 14 Miserabilem non estimat vulgus, qui Dives est.
- 15 Minor, quamvis diues, si aliundē miserabilis sit, gaudet fori priuilegio.
- 16 Iudicis ecclesiastici brachiū an imploreat pauper, attento iure canonico?
- 17 Papillus, & vidua, quamvis dinites, gaudent fori priuilegio secundū ius canonicum.
- 18 Persona priuilegiata trahunt suos administratores.
- 19 Administratores conueniendi sunt in loco administrationis, ni agatur cum priuilegiatis.
- 20 Discussio computorum fit etiā quandoque in loco administrationis, quamvis decisio causa trahatur ad locum electum à pupillo, vel minore.
- 21 Pupillo non inducitur praividicium ob electionem fori factam, quamvis computa discussienda sint in alio foro, dummodò decisio causa fiat in foro electo.
- 22 Administrantium calliditas quandoque deducitur in procurando redditionem computorum discussiendano extra forum electum.
- 23 Avaritia nostris tempestibus altas iecit radices.
- 24 Probes viros quosnam existimet vulgus.

DILVICIDATIO DECIS. CXXXIV.

Decimum hic reperimus per S.C. minori puberi, qui in potestate definit esse, vel morte, vel emancipatione, competere, tam attento iure communi, quam Regni, priuilegium eligendi forum.

Vt autem materiam hanc breuissime de more dilucidemus, quidnam prius de iure communi dispositum sit, videndum est. Deinde verò, quid de iure Regni.

De iure communi est dispositio Constantini Imperatoris in l. unica §. fin. C. quando Imp. int̄r pupill. & vid. vbi h̄c. Quod se pupilli, vel vidua, aliquae fortuna iniuria miserabiles iudicium nostra serenitatis oraverint, præsertim, cùm alicuius potentiam perborescunt, cogantur eorum aduersarū examini nostro sui copia m facere.

Itaque priuilegium hoc eligendi forum conceditur pupillis, viduis, aliquaque personis miserabilibus. Relictis igitur viduis ad casum nostrum non pertinentibus, videndū supereft, quis dicatur pupillus. Supèr qua re cæteros deseramus, & credamus Pomponio in l. pupillus 239. ff. de verb. significat. sic illum describenti. Pupillus est, qui, cùm im-pubes est, definit in patris potestate esse, aut morte, aut mancipazione. Quarè, vt aliquis dicatur pupillus, duo requiruntur, vt scilicet in patris potestate esse definit, & vt impu-

bes sit. Impubes verò, si masculus sit, dicitur infra decimum quartum annum; si autem fœmina, decimum secundum, ex l. quæ atate 5. ff. de testam. Igitur ex vi dicta legis unica, completa huiusmodi atate, non amplius ijs electio fori competit.

Ex his patet, veriorem esse opinionem Vifcont. in addit. ad decis. 100. Vinc. de Franch. num. 17. quam Couarr. pract. quest. cap. 6. nu. 2. putantis, priuilegia pupillorum extendi ad alios quascunque minores. Nam, si res sic se haberet, Principum gratiam nostro arbitrio extenderemus. Et quamvis non negem, esic datam Doctoribus potestatem interpretandi textus, non tamē illis data est potestas eos suis modis extendendi. Sed verè Couarr. loquutus est, attenta lege Regia, 14. tit. 2. lib. 3. l. 1. tit. 1. eod. lib. ord. l. 20. tit. 23. l. 41. tit. 18. & l. 5. part. 3. quæ, ipso teste, Qzphano simplicitè tribuit hoc priuilegium, non distinguens eius atatem; quicquid sit, si deinde omnes Doctores sequuti Couarr. id ipsum dixerint in terminis d.l. unica, allegates Glos. in l. 2. C. de curator. furios. vel prodig. 6. quæ secundum eos dixit, omnia priuilegia pupillis concessa censeris concessa omnibus alijs, qui per adiunctorum reguntur. Quā Glosam ego reperire non potui. Voluit quidē ibi Imperator, vt res furiosi alienari nequivent, que inadmodum dispositum erat in rebus pupilli; vndē, si volueret, vt omnia priuilegia pupillis concessa, ceteris concessa essent, dixisset utique, cum ergo non dixerit, non debemus perperam priuilegia nostro marte extendere.

Hinc Paschal. de patr. potest. part. 2. cap. 1. num. 92. videns, opinionem contrariam non esse tutam, scripsit, opinionem Couarr. posse sustineri, non autem esse veriorem, vndē illā varijs exornauit doctrinis, quibus non concinxit, nos posse extendere priuilegia, quibus Princeps non concessit, cum vere calus, quos æquiparare voluit Cæsar, expresserit, vt apud ipsum videre est.

Vt autem ad proximam receptam accedamus, de qua inter ceteros testatur Rouit. decis. 27. vbi latè pro minoribus scripsit, aduentuū est, Imperatores in d.l. unica priuilegium eligendi forum concessisse etiā alijs fortunæ iniuria miserabilibus; siveque sub hac acceptione venire quandōque poterit, qui atatem pupillarem excesserit,

Dixi, quandōque, cum, quinā sint fortunæ iniuria vexati, iudicis arbitrio remittendum sit secundum Cyn. Alber. Bart. & DD. in d.l. unica, aliosque & Couarr. relatos loc. cit. num. 3. in fine. Euenjet enim forte, vt moriatur aliquis, reliquo filio, qui pupillarem atatem compleuerit, quique Diues sit, optimis munitus rectoribus, quiq; denique

nullam aliam à fortuna iniuriam acceperit ob patris mortem, quam ipsam morten amoris ergo ipsi luctuosam; hunc profectò nescirem, quo titulo frui deberet priuilegio miserabilibus concessio, si miserabilem noui esse, omnibus pateret. Iudex igitur, communī iure attento, in electionem fori minoribus quibuscumque, qui decimum quartum atatis annum compleuerint, concedendo, huc omnia aduertat, ne priuilegia pietatis studio pupillis concessa ab Imperatoribus, impietatem erga ceteros sapere videantur: sic arbitror, conciliari posse Doctorum opiniones inter se certantium circa fori electionem, ceteraque inde contrarias exortas decisiones, vt patet in hac relata à Sanfelicio, & in contraria relata à Thor. comp. decis. verb. minor. annor. alijsque, quæ apud citatos Doctores occurserunt.

Hacque explicazione adhibita, puto, me vacillationem sustulisse ab animo Domini Consiliarij Petri ad Ritum M.C.V. 230. qui, postquam nu. 28. autores pro vtraque parte stantes reculit, scripsit num. 30. eius animū vacillare in eo, quod, si pupillus dici nequit, qui atatem statuam excesserit, potest dici orphanus, adeoque miserabilis, ac proinde comprehensus in d.l. unica. Non enim semper patre spoliatus, vt supradiximus, miserabilis vocandus est. Hacque satis, attento iure communī,

Quid autem in terminis legum nostri Regni Néap. dicendum sit, superest, vt videamus. Habemus ergo Constitutionem incipientem, Statutum ut Magna. Ibi. Nec non & miserabilium personarum, quarum est priuilegium forum eligere, corporali prestito Sacramento, quod aduersariorum suorum forte potentiam perhorrescunt, causas audiatis, iustitia mediante decidat, & Ritum M.C.V. secundum ordinem Caravita 230. Ibi. Item, quod si quæ mulier vidua, seu pupillus citatus de mandato dictæ Curie, pro aliquo criminali voluerit declinare forum ipsius Curie ad alium iudicem competentem &c. Ex quibus colligimus, nec correctum, nec limitatum ius commune: quare, attento iure Regni nostri, eodem modo discurrendum est. Cur autem Imperator priuilegium hoc dederit pupillis, non autem minoribus, pulchra est indagatio, ne dicamus stetisse, pro ratione voluntatem. Verum rationem hanç examinabibus in dilucidatione decisionis 274. quæ similis est huic, quam nunc dilucidamus. Cetera vide apud Reg. de Marin. lib. 2. ref. 47. Dō. Altimar. d. decis. 27. Rouiti, Dom. de Luca ad decis. 100. Vinc. de Franch. aliosque relatos per Dom. Petr. loc. cit. & Scialoyam de for. competenti cap. 16. num. 3.

Nec deseras Dominum D. Hieronymum Calà,

In Decisiones Reg. Sanfelicij : 331

Calà, de cuius virtutibus aliàs diximus ; hic enīm in suo doctissimo tractatu de restituzione in integrum minoribus deneganda, quæst. 42. per totam articulum hunc fusissimè examinavit contrà Reg. Sanfelicium, & Ronitum in decis. 27. sed mirabili modestia, & urbanitate, probans, pupillum verè, & propriè dici im- puberem, solutum patria potestate per emā- cipationem, aut parentis obitum, impropriè verò eum, qui sub patre manet; sed in elec- tione fori pupillum esse eum tantùm acci- piendum, qui patre caret, & tandem, ad quæstionem deueniens, concludit, minorem annis decem & octo parentibus carentem, quamvis intè miserabiles personas nume- rari valeat, non potiri electione fori, cū hoc priuilegium non extendatur ad ætatem post tempus à iure præfinitum.

Hæc autèm opinio reducenda etiàm est ad concordiam secundùm à nobis exposita, dum, nec ætatem extendimus, nec priuile- gia, sed tantùm secundùm Imperatoris men- tem in d.l. unica, illa concedenda sustinemus alijs fortunæ iniuria miserabilibus, ac pro- inde, quoties minor non erit fortunæ iniu- ria miserabilis, nō gaudebit huiusmodi pri- uilegio, quo sanè gaudebit, si miserabilis; hacque conciliatione tutior erit iudex in- praxi.

12 Collige primò ex hac explicatione, sem- pèr attendi diem factæ electionis; vndè, si post electionem factam pars aduersa exci- piat, illi huiusmodi electionem non compe- tere, & supèr hac exceptione interloquendū sit per Iudicem, qua proptèr medio hoc té- pore minor efficiatur maior, adhuc proce- detur cum iudice per minorem electo; sat enīm est, si tempore electionis fori eligēs fue- rit minor, sive pupillus secundùm à nobis posita, vt sentit in simili Thesaur. decis. 177. num. 4. quem sequitur Scialoya loc. cit.

Quid autèm dicendum, cū lis cœpta est corām alio Iudice, de quo fuse Thesaur. d. decis. num. 6. cū agitur in criminalibus, & pater fuerit negligens in accusando, de qua Ronit. decis. 49. & Scial. d. cap. 16. num. 12. & Dom. Altim. ad d. Roniti decis. videbitus in d. decis. 274.

13 Collige secundò, minorem, si miserabilis aliundè sit ratione Rectorum, vel aliarum circumstantiarum, quæ, vt diximus, iudicis arbitrio substant, quamvis diuitem, gaude- re adhuc priuilegio fori, quocunque iure, attento. Quam conclusionem, licet veram existiment Doctores superiùs relati, vt vide- te est apud Dom. Petr. loc. cit. num. 12. qui va- rios refert, in vidua & pupillo, eo quod Im- perator illos admittat ad tale priuilegium qua pupillum, & qua viduam, absque alia paupertatis qualitate; dubiam tamè pos-

ser estimare aliquis in minore, qui secun- dūm nos veniret, tanquam persona misera- bilis, non tanquam minor, cui Imperator tale priuilegium non concessit; vndè, cum 14 miserabilis non sit, qui diues est, posset obiici, hanc conclusionem non locum sibi vendicare; quoniā verò avarus omnes in pecunia reponit felicitates, & ruinæ verò in paupertate, difficillimè hoc argumētum soluet. Nos autèm, qui minorum infelicitates, cæterasque erunmas, in varijs, diximus, qualitatibus reperiri posse; idcirco con- 15 clusionem hanc etiàm in minore aliundè miserabili locum haberd, verè sentimus.

Dixi suprà, attento quocunque iure; quo- niām præaudi, posse obiici cap. significantibus 38. de off. & potestate Iud. delegat. quarè de ea conclusione dubitari poterat, attento iure canonico, in Regionibus, & locis, in qui- bus ius canonicum seruatur. Ibi sic. Cum predicta Iuliana, quæ nobilis est, & diues, pauperem se dixisse in eis. Sed aduertendum est, ibi Julianam fundatae preces, suamque intētionem nō in priuilegio electionis fori, 16 quod tanquam vidua habebat, sed in pau- pertate, cuius ratione prætendebat laicum trahere ad Iudicem Ecclesiasticum, quod ne erat quidèm ei permisum, nisi quoad defensionem, & protectionem, vel in pos- sessorio ad implorandum Ecclesiaz iudicij, vt ibi Gloss. vers. pauperem se dixisse: de qua re Abb. qui nullo prorsù modo loquitur de fori elect. in d. cap. per totum, vbi num. 6. pul- cherimam reperies miserabilium persona- rum acceptiōnem à nobis, Deo dante, in di- lucida. d. decis. 274. explicandam. Cūmer- 17 go sermo est de electione fori, nullū ius ca- nonicum reperimus contrarium iuri ciuili.

18 Collige tertio, posse huiusmodi personas priuilegiatas trahere per viā electionis fori suos administratores, qui aliàs conue- niendi essent in loco administrationis, ser- uata dispositione l. prime, & secunde C. vbi de ratiocin. & c. sicque videmus decisum hic apud Sanfelicium in S. C. quod; consuetam sequens æquitatem, mandauit, ad verita- tem indagandam fieri discussionem compu- torum in partibus; verū decisionem du- biorum fieri in S. C. & ratio est manifesta; 19 nām, licet Administratores ratione mini- sterij facti nequeant cogi in alio foro, quam vbi administrarunt, rationem reddere; id tamè intelligendum est, cūm adest quæ- stio intè non priuilegiatos. Cæterum, si personæ miserabiles gaudent fori electione, cessabit regula prædicta, quemadmodum cessat illa alia, vt actor forum rei sequatur.

Præterea in iuribus superiùs allatis nulla fit mentio priuilegiatorum; vndè non video, qua ratione ex generali huiusmodi disposi- tione

tione derogandum sive ipsa serabilitum priuilegio illis villa absque limitatione concessio.
 Nec facienda vis est in verbis d.l. 1. vbi videmus, etiam in loco tutelæ administratæ reddendam esse rationem; nam redditio administrationis tutelæ sit finita tutela, sicq; cum maior factus est priuilegiatus, adeòq; cum amplius priuilegio vti non potest; non enim dubitandum est, casum ibi esse de redactione facienda, finita tutela, ut ibi Gloss. Non est igitur adhærendum opinioni Eſconbar. de ratio in cap. 7. n. 56. Gratian. in add. ad eius decisiones inclusas in primo tomo discep. forens. decis. 180. num. 6. Consiliarij Rocci tom. 4. respons. not. 100. de Societ. mercator. ceterorumque relatorum à Domino Petr. d. ritu numer. 32. sed potius decisioni relatæ à Sanfelicio, tanquam maiori auctoritate fulcitur.
 20 Ceterum, discussionem computorum fieri in partibus, summa fuit decretum prudenter, fuitq; decisio fundata in d.l. 3. vbi. Oportet iudicio respondere, in quo & instructio sufficiens, & nota testimonio, & verissima posse sunt documenta praestari. Hoc enim aequitas ipsa suadet, cum nullum inferatur prætenditum pupilla quoad causæ decisionem, quamvis etiam aliter respondendum putarent, si verissima documenta praestari possent in loco factæ electionis, quià tunc ceflaret ratio textus, & S.C. qua mox fuit ad discussionem computorum in partibus committendam. Hocque præ ceteris ob oculos ponendum est, scilicet Administratiuum calliditas, qui in loco administrationis contræ pupillos, testes, & documenta suspecta producerent; & facilimè testes reperirent, qui falsa depopererent, dum pupillus ex ætate imperfecta illos redargueret. Hæc omnia aduertat Iudex, distractis præcipue tempestatibus, quibus avaritia altissimas iecit radices, & quod mirum, inspicimus, quamplurimos liberis parentes, & sepes adeo pecunia seruire, ut alterius vite immemores, vel infideles dixeris,
 23 vel, quod certius, stultos; & tamè apud plurimos, & sapientes haberi, & pios, eo quod vel impotentia, vel avaritia nullo eos impuræ libidinis virtio coquinatos reddat; quam Veneris tantum aſſeclæ aeterno efficit igne concremandi.

S V M M A R I Y M .

1. Fiscus super allodialibus nullam habet prælationem.
2. Fiscus in rebus feudalibus habet prælationem.
3. Fiscus in rebus allodialibus habet ius superioritatis.
4. Fiscus in dubio semper vitetur jure priuatis.

5. Aqua orta in solo priuato priuata est.
6. Aqua priuata poterit à Domino cuicunque concedi, nec Fiscus uti potest prælatione.
7. Legati, qui ad Regiam Majestatem mittuntur, possunt esse religiosi.
8. Electi bnius ciuitatis non possunt esse Religiosi, & quarè.
9. Electi bnius Ciuitatis an exercere valeant iurisdictionem criminalem in ijs, quæ ad annonam spectant,
10. Rex noster Catholicus nullum alium aptiorum Domino D. Carolo Calà Duce Dian habuit in suis iuribus tuendis.
11. Legati electi ad duplex munus, quorum alter iurisdictionem babeat annexam, redundunt nullæ electiones, si fuerint religiosi, quoad id, quod iurisdictionem babeat annexam, secus quoad alterum.
12. Ciuitas Neapolitana ad turbulentias enitandas debet apud nostrum Regem procuratorem habere.
13. Legati ad Principem de iure communis mittendi non sunt absque auctoritate superioris, & quarè.
14. Legati, attento iure communii, an possint ad Principem profici, petita venia superioris, sed non obtenta.
15. Venia an petenda sit à Prorege, cum agitur de scribendo Regi pro necessitatibus.
16. Venia non est Proregi petenda ad proponendas contræ illum Regi querelas.
17. Venia petenda est pro mittendo legatum ad Regem.
18. Venia non est Proregi petenda pro mittendo legatum Regi ad querelas contræ Proregem proponendas, sed prius certiorandus est Rex.
19. Neapolitani nequeunt congregari ad Regi scribendum contræ conclusionem factam in placeis.
20. Principum armenie quot sine.
21. Congregationes placearum non dicuntur cōuenticula.
22. Bona Neapolitanorum, siue ciuium eius calamum, publicari nequeunt, nec q̄ torqueri possunt ex processu informativo.
23. Casalia dicuntur pars corporis ciuitatis.
24. Priuilegia concessa ciuitatibus intelliguntur concessa eorum casalibus.
25. Priuilegium concessum ob seruitia praestata dicitur irrevocabile.
26. Donatio remuneratoria est ad instar permutationis.
27. Princeps an possit priuilegia renoscere, si fit tertio ius quossum.
28. Princeps ab quandoque possit absque causa priuilegia renoscere, fusissime agitur.
29. Princeps, an possit renoscere absque causa priuilegia concessa gratis, antequam ijs concessorius usus sit.
30. Gratia, postquam facta est, de iniustia est;

- ut suum sortiatur effectum.
- 31 Principi indecentia concedenda non est.
- 32 Princeps dicitur supra legem.
- 33 Principis proprium est constantem habere voluntatem.
- 34 Gratia concessa, res non dicuntur integra.
- 35 Priuilegia in Regno nostro revocari non possunt.
- 36 Princeps an teneatur stare priuilegiis concessis ab antecessoribus, si Regnum obtinuit vi armorum.
- 37 Priuilegia concessa à Ferdinando I. & II. Alphōso II. & Federico Regibus Aragoneis, & Regina Ioanna II. an obseruanda sint à Rege nostro, ni fuerint confirmata ab Alphōso I. vel Rege Catholico, vel Carolo V. vel alijs successoribus, ubi multa fusissimè.
- 38 Ferdinandus I. & II. Alphonsus II. Federicus, & Ioanna II. fuerunt legitimi Regni successores, stante legitimatione Ferdinandi I.
- 39 Pontifex potest absoluta potestate revocare quacunque concessionem, & dignitatem praestitam collere, causa non perfecta, nec expressa. Quod centum argumentis per totam dilucidationem centum numeris distinctis probatur ad Sanctæ Romanae Sedis Apostolice gloriam.
- 40 Papa est supra ius, extra ius, & contraria ius, sed quomodo.
- 41 Papa dicitur esse omnia, & super omnia.
- 42 Papa potest errare, prater quam in rebus fidei.
- 43 Papa omnia prudenter gerit.
- 44 Papa mandata, quacunque sint, seruanda, dummodo peccatum non contineant.
- 45 Auctoritas Papæ omnem suspicionem fraudis tollit.
- 46 Causa semper presumitur in Principe.
- 47 Index presumitur semper recte operari.
- 48 Principis placitum iustificatur ex quacunque occasione.
- 49 Principis mens talis presumitur, qualis est mens legis.
- 50 Superfluitas in iure evitanda.
- 51 Papa appellatur Fidei firmamentum.
- 52 Papa assimilatur Moysi.
- 53 Papa potest facere, ut sententia nulla non sit nulla.
- 54 Papa omnia habet in scrinio pectoris.
- 55 Papa factum an reputetur tanquam factum Dei.
- 56 Papa an possit dominium Ecclesie acquisitum absque causa auferre.
- 57 Papa cur dicatur Summus Pastor.
- 58 Excommunicatio cur, quamvis iniusta, timenda sit.
- 59 Regimen Ecclesie est Monarchicum.
- 60 Appellatio an admittatur à sententia Papæ; sed vide in 74. argumento.
- 61 Papa neminem odio habet.
- 62 Papa loquitur voce Dei.
- 63 Papa recipit sanctitatem à Cathedra.
- 64 Papa auctoritas deseruit pro ratione.
- 65 Papa voluntas, quamvis dura, seruanda.
- 66 Papa potest esse Index in sua causa.
- 67 Papa solus potest res fidei definire.
- 68 Papa potest à Deo est.
- 69 Papa appellatur fons viuis iustitiae.
- 70 Papa potest exquirere consilium Cardinalium, & deinde quæsum non sequi.

DILVICIDATIO DECIS. CXXXV.

MVta hic sustinet Reg. Sanfelicius. Primum, nequire Fiscum cogere Dominum feudi, in quo aqua oritur, ad illam sibi vendendam, cum possit eam cuicunque vendere. Secundum, non esse nullam legati electionem, quamvis in personam militis Ierosolymitani. Tertium, sat esse, si à Prorege petatur licentia legatum mittendi, quamvis rescriptum non obtineatur, ad hoc, ut legatus impunè mihi valeat ad Catholicam maiestatem. Quartum, conuenticula tunc puniri, cum malo fiunt proposito. Quintum, Bona Neapolitanorum ex priuilegio ciuitati concessio publicari non posse propter quodcumque facinus, exceptis crimini bus heresis, & lese Maiestatis in primo capite, nec pro poena contumaciæ, id est pro terria parte mobilium, & consequenter neque pro poena spreti mandati. Sextum, Principem non posse revocare priuilegia Ciuitatis concessa propter seruitia, & donationes Principi factas. De his ergo omnibus aliquando breuissimè de more prælibabo.

- 1 Quoad primum certum est, Fisco nullam competere super rebus allodialibus prælationem; hæc enim, ut alias diximus, vel competit ratione vicinitatis, vel sanguinis, vel directi dominij; vnde, cum in rebus feudalibus tantum habeat Rex directum dominium, in ijs tantum prælationem habebit; & licet in cæteris bonis ius superioritatis habeat, ad cap. 1. de allodijs, hoc tamè ius nullo prorsus modo prælationem inducit, cum, prater illos casus, nunquam prælatio competit, nec alias Fiscus dicatur priuilegiatus, nisi in expressis; vnde in dubio semper vitetur iure priuati, & consequenter communii, ex lisdem ff. de compensati. l. cum vitiis ff. de pignor. l. de contractu C. de rescind. vendit. l. iustas C. de Iure Fisci & l. fin. C. de usur. Fiscal. lib. 10. cum concordantibus adductis à Peregrin. de Iure Fisci lib. 6. tit. 1. num. 1. Cù igitur aqua, quæ in solo priuato oritur, priuata sit, in eiusque dominio, ut latè fundat Montan. de Regal. Rubr. Flumina nauigabilia num. 4. poterit ille cuique eam concedere; vnde

6 vnde merito Decius conf. 373. num. 1. adductus à Montan. loc. cit. voluit. vt dominium aquæ priuatae sit, donec solum perduret, Alios verò casus, præter citatos à Sanfelicio, vide apud Montan. loc. cit. & ad materiam consule Reg. de Marin. c. 16. lib. 1. resol. quod vid. aliosque adductos ab Amend. ad decis. 183. Vincent de Franch.

Quoad secundum non possum profecto non mirari de decisione S. C. cum enim Pragm. sub. tit. de ecclesiastic. personis, loquatur tantum de administratoribus, non est extendenda ad aliquos, qui non eliguntur ad administrationem faciendam, sed ut Regi exponant vassallorum egestates; hos namque dupli ex capite religiosos esse iuuat, primò, quia maiori libertate publicas propounding ærumnas, tunc non periclitandi post redditum penas eorum libertati fortè non debitas. Secundò, quia in tali dignitate constituti in maiori habentur veneratione. Merito igitur, reuocato decreto per supremum Italiz Confilium, negotio discussso, fuit admissus legatus, vt refert T apia decis. suprem. Senat. Ital. 10. num. 11. qui plurima, & similia adducit exempla omnino videnda.

8 Qua quidem limitarem in elec. huius Civitatis, qui, tanquam habentes distinctum Tribunal ad annonam statutum, nequeunt eligi contraria formam Pragmatica; hi enim administrationem exercent, & consequenter Pragmaticæ substant, licet dubium sit, an iurisdictionem criminali exercere valeant in ijs, quæ ad annonam spectant; nam pro Fisco scriptit Dom. D. Carolus Calà Dux 10. Diaz Regens Regie Cancellaria, cuius calamus tam benè pro nostro Catholicò Rege sempè scriptit, vt quisque fateri debeat, ad id speciali quadam summi rerum omnium Reparatoris prouidentia destinatum. Pro ciuitate verò vide, quæ scriptit Reg. de Marin. alleg. 149.

Ceterum, vt ad propositum reuertamur, cum ad Catholicam Maiestatem mittantur huiusmodi legati absque ullo administrationis onere, possunt esse Religiosi; verū, si quam minimam annexam habent administrationem, eligi nequeunt contraria dispositionem prefata Pragm. Non negauerim tamè, si ad utrumque munus elegantur tales religiosi, eorum electionem validam esse respectu legationis, respectu verò administrationis invalidam, cum non versemur in materia individua, sed omnino dividuatione diversorum munerum.

12 Quoad tertium incipio ijs, quibus discursum terminat Reg. de Ponte, quem citat hic Sanfelic. intit. de abundant. ciuitat. 6. 7. nn. 18. Nam ad omnes effugientas turbulencias permittendum est Ciuitati tenere pro

ipsa, totoque Regno Neap. in curia procuratorem, sive agentem generalem, qui Regiam Maiestatem assiduis precibus certioreret de ijs, quæ ad suum Regnum necessaria sunt. Quod perutile esse nemio profecto est, qui non videat; expedit enī Regi, apud se continuò habere, qui ipsi suorum vassallorum egestates proponat, de ijsque, quæ in dies eueniunt, certum reddat, nec ullo colore ea, quæ accidunt, dissimulet; quoniā verò temporibus Regentis de Ponte, ni fallor, non videamus Regi preces villas hac superre porrectas, nec huiusmodi gratiam, (si forte petita fuit, quod non credo) obtentam, fuit tandem concessa anno 1648. vt in Prag. 5. de abolitionibus cap. 7. Quarè ad legatos accedamus. Et quidem, ut Reg. de Ponte bene discurrit in principio d. s. 2. Cæsares ipsi statuerunt in l. fin. C. de legas. lib. 10. ne legatio mitteretur ad Principem, nisi de voluntate Cœsilij, & auctoritate Superioris. Quod summa prudentia factum; interest enim Principis de accessu alicuius ad curiam certiorari, etiam ab eo, qui loco sui præst, ut remedia congrua proponat, & ut Princeps ipse videat, an legatus, aut quicunque aliis ad ipsum recurrens, recursum ante habuerit ad suū locuteneat; auzēm seculis, impetraturus quicquid à Principe sperat absq; Principis molestia. Quod perbellè docuit Iustinianus in s. sit tibi quoque autb. de mandatis Principior. Ibi. Scito namque, quid, si quis venias, & adiutorum nobis faciat, & à nobis interrogatus, si prius te adiut, deinde se dicat adiisse, & quod iustum est, non impetrasse, & hoc verum inueniamus, in te indignationem conuertemus. Si verò, cum te non adierit, venire ad banc Regiam præsumperit Ciuitatem, & remittens eum cum omni correcione, & responsum non dabimus.

Quod idem statuit Constantin. in l. si quis decurio 16. C. de decurion. lib. 10. Ibi. Si quis decurio, vel propria rei causa, vel Reip. cogatur nostrum adire comitatum; is non ante discedat, quam insinuato Iudici desiderio proficisciendi licentiam consequatur. Quod si persona audacia parui aliquis banc fecerit iufforem, indignationem competenter fortiarur.

Ex quibus iuribus cum de Ponte loc. cit. praxim deducamus, debere discelirum ad curiam petere à Prorege, quod à Rege petiturus esset, coque id denegante, veniam ab illo petere discedendi. Quæ omnia, attento iure communi, nullam patiuntur controvërsiam.

14 Id igitur, quod hic controvërtitur, est, accentu etiam hoc iure, (nam quid dicendum, attentis literis Regis, videbimus infra) an, non obtenta venia discedendi, licet petita, possit legatus nihilominis discedere.

Et

In Decisiones Reg. Sanfelicij: 335

Et apud me non est dubium, quin legatus discedere valeat, cum alias accessus ad Principem dependet a voluntate alterius locutientis, vel Iudicis inferioris, quod ferendum non est; & sat esse censeo, si quoad se licentiam petierit. Et licet Imp. in d.l.s quis decurio, disponat, ut is non anted discedat, quam intimato Iudici desiderio proficiendi licentiam consequatur; subdit tamen, tunc illum aliter facientem sortiri indignationem, cum pro sua audacia contrarium fecerit. Ibi. Quod si pro sua audacia parui aliquis banc fecerit iussionem &c. quare, cum aliquis licentiam petens, nec eam obtinens, pro sua audacia non dicatur parui facere iussionem, si tali venia non obtenta, discedat, indignatione competentem non fortietur; quod enim venia requiritur studio reuerentia, ea petita, & non obtenta, habetur tanquam concessa, ad textum quem citat hic Sanfelice in clem. vna s. volumus: de for. competent. Ibi. Volumus insuper, ut anted omnia a diacefanis locorum, in quibus moram traxerint, petant licentiam in præmissis, quam si obtinere nequiverint, procedans nibilominus &c. & facit text. in tab. eo de appellat. in 6.

Hæc omnia dicta sunt, attento communione; nunc autem quid dicendum, attentis rescriptis Catholicæ Maiestatis, videamus. Et meo iudicio tria videnda sunt. Primum de modo scribendi S.M. Secundum de modo mittendi legatum ad necessitates Regni propalandas. Tertium de modo mittendi legatum ad detegendas contrâ Proreges querelas.

15 Quoad primum, vel agitur de scribendo pro necessitatibus occurribus; & tunc, antequam huiusmodi literæ mittantur, petenda est venia, quani ni concedat Prorex, poterit ciuitas illas mittere, prout statutum est in rescripto Catholicæ Maiestatis adducto à Sanfelice hic num. 38. in fine. Ibi, y se la concediendo, que la Ciudad la pueda haber libremente, por ser esto lo que mas conviene a mi servicio. Et licet hæc verba comprehendant etiam casum, quo contrâ Proregem scribendum est; tamen, cum inde contrarium rescriptum pro dicto casu aduenierit, vt mox dicemus, firma remansit dispositio pro primo hoc casu, cum scilicet scribitur pro bono publico. Vel agitur de proponendo querelas contrâ Proreges, & tunc nulla requiritur venia, quæ ex prioribus rescriptis requirebatur; patet hoc in rescripto emanato die 10. Septembbris 1617. adducto ab eod. Sanfelic. num. 40. Ibi. Peroque en caso, que quisiese escriuirmee sobre quezas, o agravios de mis Virreyes, lo pueda haber libremente, sin tener obligacion de piderle licentia, ni darle cuenta de ellas.

17 Cum autem agitur de mittendo legatum ad necessitates, & bonum publicum, certiorandus est Prorex, veniaque petenda, ut ex rescripto adducto à Sanfelicio num. 39. Ibi. Aduertiendo, que quando fuere sobre cosas tocantes al beneficio deesse Reyno, o de esa Ciudad dea tambien primero cuenta della al Virrey, para que se le viere, que es cosa, que con communicacion del consejo, escuse a la Ciudad, y Reyno el gasto de cambiar persona a su costa, mas que si fuera, que paresta convenir representarnos la con persona propria, que asi mismo en tal caso el Virrey se consentira. quare, attento hoc rescripto, non solùm debet peti venia, sed obtineri.

18 Denique, si agatur de mittendo legatum ad proponendas Catholicæ Maiestati querelas contrâ Proregem, non solùm obtinenda non est venia, sed neque Proregi petenda: at prius scribendum est sua Maiestati super legato mittendo, ab eaque expectanda venia illum mittendi; neque ad sic scribendum villa obtinenda est venia per Ciuitatem à Prorege; ut in d. rescripto adducto à Sanfelicio hic num. 40. prouisum est.

Hinc collige, licet ad mittendum legatum ad bonum publicum requiratur Proregis licentia, eaque expectanda sit ex d. rescripto; tamen, si denegata fuerit, & visum sit ciuitati, iniuste, & aliquo colorato pretestu fuisse denegatum, non posse ciuitatem mittere huiusmodi legatum, sicuti poterit, attenta iure communii, quo nullum aliud tribuitur remedium, sed debebit vti alio remedio praesito à Catholicæ Maiestate; valebit namque absque Proregis licentia scribere Regi, illaque querelas contra Proregem denegantem consensum super accessu delegati exponere, & tandem responsum à Rege ipso expectare, an legatum mittere debeat, an ne, seruato in omnibus rescripto præfato emanato pro forma scribendi, & mittendi legatum contra Proregem. Quod nota, cum si alias mitteretur contra Proregis voluntatem legatus, non tute procederet, varieque insurgerent turbulentæ ciuitati imputande.

Quoad quartum punctum à nobis propositum aduertendum, conuenticula adeò esse exosa, vt Rex Catholicus mandarit, non posse Neapolitanos congregari, nec clam, nec palam ad illi scribendum contrâ conclusionem, factam in plateis, nec posse personas ad id mitti, dans cuique liberam scribendi facultatem absque huiusmodi conuenticulis, ut patet in Prag. 4. de consumacibus, ex qua collige, licet, cum ciuitas vult Regi scribere, indiget venia Proregis, non indigere tamen ceteros ciues, cum non sit determinatio aliqua publica legitimè facta, sed certioratio quædam eorum, quæ eueniunt,

Regi

Regi narrata ea libertate , veritatemque, quæ suorum auctorum digna est.

30 Hinc quot , quantisque erumis Principes subditi reddantur,nemo est, qui non videat.Leges cōdunt, rescripta mittunt,vt, veritate certiorati, vasallorum consulant egestatisbus, & tamē veritas ipsa mendacem habitum induit , fortè ne nuda corā Regibus incedat . Sic vestita subditorum celat seditiones, Iudicūm tegit iniustias, Ministerum alit rapinas, ab aula querelas arcet, clamores remouet, luctus exterminat, ea tantum propalat, quæ auribus grata videantur: sic hilares, non prouidos expostulat Principes, quibus tunc tantum se nudam præbet , cūm nullus consilio locus , nullus remedio aditus, nulla infortunijs fuga ; tuncque verē miseri se credunt deceptos, cūm nimis credu-
litas pœnam subeunt.Vt autē ad propositum reuertamur , collige , congregatio-nes platearum non dici conuenticula , cūm permis̄ sunt; secūs verō,cūm prohibitæ, vt in Regno nostro , prout refert Conf. Roccus tract. de off. sit. de off. Platear. §.3. in princ. probans, plateas Neapolitanas posse absque
ylla venia congregari , & referens Regia rescripta posita à Sanfelicio in praxi secl. 15. num. 7. quibus statuitur, vt nullum impe-dimentum detur huiusmodi plateis , quæ possint liberè congregari, licet in ijs videatur excipi casus, quo ratio status aliter sua-deret, vt ipse Roccus aduertit .

32 Quoad quintum aduertendum est, non modō bona Neapolitanorum non sub-iacere huiusmodi pœnis, sed neque bona ciuium ex casalibus eiusdem ciuitatis, quæ admodū neque isti torqueri possunt ex processu informativo , vt ex Merlin. de Francb. alijsque, concludit Scialoya in praxi torquendi reos cap. 6. num. 79. si que rationem studemus persequi, ea est, quam alijs addu-ximus, quia casalia pars corporis ciuitatis dicuntur, ex l. cum in partibus §. & n. ff. de verb. signif. & l. nulli §. quod si in vico C. de episc. & cler. cum concordant: elegantēr alio propo-posito adductis à Reg. Capyc. Galeosa lib. 2. contr. 20. num. 8. & 16. vnde Laganarius in add. ad Ruit. supér Pragm. 4. de militibus colligit, priuilegia Vniuersitatibus cōcessa intelligi quo-que eorum membris data, prout sunt casalia , quod longo suader sermone ; meritā igitur hoc quoque priuilegium , ne scilicet eorum bona publicentur, intelligi debet cō-cessum ciuibus casalium fidelissimæ huius Ciuitatis . Alia de pœna contumaciae vide apud Montan. de Regal. num. 18. pag. 104.

Quoad sextum nulli prorsis dubium, quin priuilegium concessum ob seruitia , & pecuniam prækitam , dicatur irreuocabile tanquam trausius in contractum onero-

sum, vt, post citatos per Sanfelicium, scripsit Reg. Capyc. Galeot. lib. 2. contr. 55. num. 5. 4. & 55. & resp. fiscalis 23. num. 19. & nouissimè in sua Tbalia iuris perita mox typis tradenda Dominus Blasius Cusanus in Academia Neapolitana lector nemini secundus , multis præditus scientijs , multis ornatus virtutibus , qui sustinet ibi , donationem renninerato-
riam esse adinstar permutationis, mutui, & venditionis . Nos fusissimè in 2. part. nostræ Ariadnae feudalis ad tit. 3. §. laici verò quest. 4. per totam innumeris id probauimus argu-mentis .

Verū hīc opportunè ad lectorum , Tyr-ronumque omnium commoditatē nonnulla dicere debemus de reuocatione priuile-giorum à Principe non facienda, præcipue in Regno nostro,in quo statuitur tempus ad illa præsentanda, & tandem dicemus, an, & quando Princeps Regnum obtinens vi ar-morum teneatur stare Priuilegijs ab ante-cessoribus concessis , vbi aliqua de priuile-gijs concessis à Ferdinando I. & II. Alphon-so II. & Federico Regibus Aragoneis , & Regina Ioanna II.

37 Quoad primū ergo , Principe non posse reuocare priuilegiū concessum , si sit ius quæsitum de iure gentium, illudq; in contra-ctum transferit, scripsere Laudē: de primil. & rescript. qu. 34. Paris conf. 2. n. 127. alijq; si cō-tineat translationem dominij directi, vel vti-lis, ex Socin. conf. 25. n. 16. vol. 1. & conf. 77. n. 13. vol. 3. si conuentionem , vel pactum , ex Bald. in l. qui se partis C. vnde liberi. Si inter-venerit recompensatio perpetua , ex Iafone conf. 36. vol. 1. & Decio conf. 29. 2. num. 7. vol. 2. si priuilegium fuerit concessum non sub-dito, ex cap. 1. de constit. in 6. si fuerit conces-sum per remunerationem , ex Felin. in cap. nouit. de indic.

Meritò igitur (vt ad iocum reuocemus di-
ga Borrelli adduci à Dom. Petra ad Ritum. M.C.V. in proœmio num. 25.) voluit ille Do-
ctor , vt possent reuocari priuilegia quoad id, quod excederent meritorum quātitatem; nām arbitratus fortè est, posse Principem intentare remedium l. 2. C. de rescind. vendit. constituendo in meritis pondus , & mensu-ram, vel Principem voluit Tabernarium, priuilegia vendentem, quanti valent merita. Quod vtrumque risum sapit . Verū ad rem vide Ill. Episcop. Affl. controvers. Iur. re-sol. cap. 23. per totum, dum multa scitu digna-
neat, & quidēm sua, quare scribens, vel il-lum sequi , vel impugnare tenetur, dum re-latoris officio non fungitur , vt verē multi funguntur, timentes fortè, ne impugnentur: & tamē absque pugna nulla victoria , & tamē marcat sine aduersario virtus .

Omnibus ergo his casibus voluerem pru-dem-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 337

dentissimè Doctores, quos sparsim vbiq[ue] videbis, non posse Principem priuilegia cōcessa reuocare: nec ab re, quandoquidem, cum illa aslunant naturam contractus, Princeps habetur tanquam priuatus, vt Doctores omnes fatentur, ac proindè reuocari non poterunt, nisi ijs casibus, in quibus contractus redditur reuocabilis.

28 Sed maior difficultas fuit, an, præter illos casus, possit Princeps priuilegia, quæ eius prædecessor, vel ipse concederat, absque causa reuocare. Et Lancellott. Conradus in templo oxoniū Iudicū lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. octauo, post multos relatos, affirmatiuē respondet, allegans pro regula cap. in nostra, cū similibus de iniur. Sic quoque respondet P[ro]regr. de iure Fisci cum multis, quos citat lib. 1. tit. 3. num. 19. quamvis asserat, non licere Princi[pi], quod fecerat, reuocare: Mouetur hic ex eo, quod priuilegium est lex priuata in derogationem iuris communis, Princeps verò suprà legem est. l. Princeps ff. de legib[us] quare lege sua, vel sui prædecessoris non ligatur, ex Gloss. & communiter Doctoribus ipsi cap. decet. de reg. iur. in 6. In alijisque in d. cap. in nostra extr. de iniur. idque ex nulla causa ultrà eius voluntatem. Bart. in l. hostes in 1. columna ff. de captiuis, Bald. conf. 3 28. num. 3. lib. 1. Alex. conf. 3 56. num. 16. lib. 2. Ang. in l. Antbiocēsum ff. de pri. cred. vbi pro causa sufficere dicit, quia ipse concessit. Hos sequitur Rouit. in rubr. Pragm. 1. de reuocat. & suspens. gratiar. num. 1. qui subtilissimè inquit, reuocationem priuilegij non esse permisam Princi[pi], re non integra, puta, quando iam sortitum est suum effectum, quamvis fuerit gratuitò concessum, nec in vim contractus, quod fusissimè probat.

29 Maxima verò difficultas, quam proposimus, est, an Princeps possit reuocare absque causa priuilegium, quod concederat ipse, vel eius prædecessor gratuitò, antequam illo concessionarius usus fuerit, sed statim post illius concessionem. Hæcque difficultas est omnino dissoluenda, dum quæstio utilis est, tam de iure communis, quam Regni nostri Neapolitanī, quo cauetur, vt Priuilegia Regis nostri infra annum in hoc Regno præsentari debeant sub pœna nullitatis concessorum, ex Pragm. 1. de priu. infra annum exhib. Vnde, si Rex concedat alicui priuilegium, dubitari potest, an, antequam presentetur in Regno, & consequētè antequam suum sortiatur effectum, possit ab ipso Rege reuocari.

Dicimus ergo, priuilegium, postquam concessum est, non posse absque causa reuocari à Princeps, quicquid sit, an ille teneatur causam exprimere, an non, cum recurrendum esset ad ea, quæ dicimus inferiis de-

Summo Pontifice. Probatur primò nostra conclusio ex ijs, quæ dixit Rota decis. 33. m.

37. tit. da præbend. in antiqui. cuius dictis utitur Rouit. videlicet, licet gratiani fieri à gratia procedat; tamè, postquam gracia facta est, de iustitia esse, vt suum consequatur effectum: ergo faceret iniustitiam Princeps, qui impedit effectum gratiae.

31 Secundò, quia indecentia in Principe non est admittenda; sed decet, concessum à Principe beneficium esse mansurum, ex cap. decet 16. de reg. iur. in 6. ergo indecentia est ei[us] reuocatio; igitur, ne indecentiam adiutamus, dicendum est, illi non licere reuocare, quod dederat. Et licet non valeat argumentum, non decet aliquid fieri, ergo fieri non potest: hic tamè sermo non est de potentia physica, sed de morali, cum Princeps nequeat operari contrà mores; vnde, si contra mores est, auferri priuilegia absque causa, moraliter nequib[us] Princeps id agere,

Tertio, quia, prout dicemus de Summo Pontifice, ideo dicitur in Principe stare pro ratione voluntatem, quia ea est in defensionem rationis: iam verò, si beneficia tolleret absque causa, non staret pro ratione voluntas, sed citius contrà rationem.

Quartò, quia, vt ibi quoque dicemus, Princeps dicitur lex animata. Atqui ratio legis est anima legis: vnde ille, beneficia tollens absque ratione, diceretur esse lex sine anima. Quod absurdum est in Principe.

32 Quinto, quia, licet Princeps sit suprà legem, ex l. Princeps ff. de leg. quare non ligatur legibus, ligatur tamè ratione; alioquin illum irrationaliter vellemus operante, non ergo poterit recedere à gestis, vel à se, vel ab eius prædecessoribus absque ratione, & causa.

33 Sexto, quia, cum proprium sit Principis constantem habere voluntatem, vt benè interf. Rouit. loc. cit. num. 9. si absque causa licet ei, quod dederat, reuocare, frustrè illi constantiam daremus in proprietatem.

Septimò ex s. 1. auth. de referendar. Sacri Palatij, vbi Iustinianus hæc Hermogeni scribens. Non, vt quæ sunt, auferamus eis concessa, nec enim hoc Imperialis est. Maiestatis proprium.

Octauò ex s. illud Auth. constit. quæ dignitatibus, vbi hæc. Ut nihil horum, quæ ab Imperio conferuntur, eis deesse videatur, quoniam omne bonum, sive à Deo acquiratur ab hominibus, sive ab Imperio sequente Deum, decet esse mansurum.

Nonò, quia Princeps sempè cum causa operatur, vt Iustinianus idem explicit scribens Archiepiscopo Constantiopolitano in Auth. de mensura ordinandor. clericorū ijs verbis

Bonę, & Deo amabilis imponitur causa mensura, igitur absque causa nequit, quod dererat, tollere, quinimò temp̄ beneficiū confirmare debet, vt Zeno rescritbit in l. inbemus 17.C. de aduocat; diuers. iud. Ibi. Cuncta sane priuilegia, quae magnifica per Orientem praefectura aduocatis ex diuinis retrō Principum, seu inclita recordationis Leonis, vel nostris sanctiōnibus inducta sunt, tu& quoque gloriōsissima Sedis caſticiis absque ulla diſcretione competere per hanc in aeternum valitutram legem sancimus,

34 Decimo, quia statim ac gratia, siue priuilegium aliquod concessum est, res non dicitur integra, sed ius tertio acquisitum est, igitur sine causa huiusmodi ius auferri nequit; hicque omittendum non est, materialiū esse differentiam illam, quam tradunt nonnulli Doctores apud Rouitam, scilicet, gratiam renocari non posse, quoties ea suum sortita est effectum; secūs verò, re integra; nām corrigenda est imaginatio, cum effectus gratiæ dependeat tantum à conſeſſione; siquidēm, vix ea conſeſſa, effectum sortita est; alter verò effectus, qui ab eadē pendet, secundarius est, & materialis: poterit nāmque conſeſſionarius ea non vti, non proindē hic yſus conſtituet eius integratē, sed potius dicetur actus primus, scilicet potētia ad yrendū; & hēc potentia dependet tantum à conſeſſione: igitur, quod Titius illa utatur, vel non, materialiter fe habebit respectu Principis, à quo ea emanauit, & conſequenter absque cauſa reuocari non poterit,

35 Ex his collige, id in Regno nostro nullum meo iudicio pati difficultatem; siquidēta, cum in Pragm. 1. de priuileg. iſſiſtā annū exhibendis disponatur, vt infrā annum debeat priuilegia præſentari corām Prorege, quo termino elapſo, nullius ſint ioboris, clarū nobis præſefert, pendēte hoc termino, ea ſubſiſtere: vnde non poterunt reuocari; aliās ad quid deferruiſſet terminus ſtatutus, & præfixus, ſi potuifſet Princeps illa reuocare quādūcunq; Melius enī dixiſſet, hūiſmodi priuilegia nullum ius tribuere, ni fuerint præſentata, quæ duo diuersa ſunt, contrā ea, quæ in d. Prag. aduertit Reg. Rouit, putans, nullum ius tribuere hēc priuilegia autē præſentationem, quod falſum puto, quia, quemadmodū contractus ab initio ius contrahētibus ſuper re feudalī præſtitit, quāmū ſtatiū obtentus non ſit alſensuſ, dum reuocari non potest, pendente termino à Regni Cōſtitutionibus præfixo, ita etiā priuilegiū ius tribuit conſeſſionarijs, pendente termino d. Pragm. ſtatuto, quāmū ſtatiū præſentatum non fuerit. Pro qua refaciunt ea, quæ ſcripſimus in qu. 21. noſtray.

dilacitationum. Alia vide apud Reg. de Marin. in obſeruat. ad decis. 48. Reuertoſy, qui int̄ cetera refert verba gratiæ, qua Proreribus conceditur facultas præfate Pragmaticæ dispensandi.

36 Quoad ſecundum negatiū respondet Reuertoſy, decis. 33. num. 1. ex Alber. in l. 1. ff. de off. procur. Caſar. & in l. digna vox C. de leg. Bald. & Iason. in l. 1. ff. de Conſt. Princip. Hinc deducit, Regiam Cameram nunquam rationem habuisse de priuilegijs confeſſis per Reges Aragoneos, exceptis ijs Regis Alphonſi I. cui ſuccedit Catholica Maiestas, ni fuerint à Rege Catholico, vel Carolo V. Imperatore conſirmata, ſunt eius penē verba, Quod idem ſcripſere Reg. Moles decis. 10. art. 9. tit. de inre deuolut. Loffred. conf. 4. n. 18. & conf. 21. num. 12. Camill. de Med. conf. 50. num. 13. Reg. de Marin. lib. 2. resol. cap. 173. & in obſeruat. ad d. decis. Reuertoſy. & in obſeruat. ad eiusdem decis. 286. qui in d. cap. 173. ſuſtinet, teneri Reges Aūſtriacos rata habere priuilegiā confeſſa per Reginam Ioannam II. de quib; omnibus mox jerit ſermo;

Interim, vt ex ordine ad principale quæſitum repondeamus, diſtinguendum eſt; aut euim Rex armorum vi Regnum obtinet adiutus à Baronib; ceterisque eiusdem Regni personis, quod eueniſe poſſet, puta; ſi Regnum ipsum anteā Rex tenuiſſet, quo deperditio, illud iterum obtineret conſilio, & ope eorumdem vassallorum; & tunc procul dubio dicendum, Regem, quāmū armorum vi Regnum obtinentem, teneri ſtare priuilegijs, & inueſtituris faciis iſdem, à quibus ope recepit belli tempore; hoc nāmque naturalis ipſa ratio ſuadet, cum par sit, vt p̄cemia conſequantur ijs, à quibus Rex tantum obtinuit benefiū. Quod idem dicendum, vt alterum adducam exēplum, cum Rex nouum Regnum à ſe nuquam poſſeſſum obtineret, licet armorum vi, adiutus tamēn à vassallis primi poſſeſſoris, cum eadem prorsū ratio sit; vel tandem, ſi illud obtineret absque armotum vi, ſed plena eorumdem vassallorum acclamaſſione. Aut verò Rex Regnum obtinet, nulla ope vassallorum, ſed, vel electione, vel vi armorum, contradicentibus vassallis primi poſſeſſoris, vel, ni contradicentibus, ſe ſaltem habentibus præciſiū, & nullum præſtantibus auxiliū, & tunc dicendum, Regem non teneri ſtare inueſtituris, vel benefiциjs quibuscumque confeſſis ab anteceſſoribus, ni tantū ea velit ex mera munificenſia coſtiruare ad nōnulos vassallos alliendi os; hēc pars non indiget probatione, cū ſat ſit, ſi dicatur, Regē hoc caſu nō eſſe h̄eredē, neq; ſucessorem primi poſſeſſoris, adeoque non tene-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

339

teneri ratum habere quicquid ille fecit.

Quod si Regnum ad pristinum Dominiū rediret, non teneretur ille ad obseruantiam concessionum factarum, quamvis nulla intercessisset vassallorum culpa, dummodo ij primo Domino opem non praestitif-
fent, vt diximus, quod patet, quia, licet is sic
ille idem, qui concessiones fecit; tamē hoc
operatur vis armorum, vt dicatur nouus suc-
cessor, cum anteā per Regni amissionem
fuerit omnibus solitus obligationibus: vnde,
cum vassalli nullam opem præstiterint,
nullam ipse remunerationem tenetur ostendere,
quicquid sit, si in antiqui amoris testi-
monium velit, quod prius fecerat, confirmare,
quo casu à vassallis poterit expensas belli
factas exigere.

¶ 7 Vt autem ad minus principale quæ situm
deueniamus, non contemnendum, dum ab
hoc quāmmaximè penderit validitas pluri-
morum priuilegiorum, breuissimè recolen-
da sunt ea, quæ de Alphonso I. eiusque suc-
cessoribus diximus in prima parte Ariadnæ.
Nam Ioanna II. contrà Ludouicum III.
opem petijt ab Alphōso I. Rege Aragonense,
quem adoptauit in filium, & ad Regni suc-
cessionem vocauit; quoniam verò deinde in-
ter Reginā, & Alphonsum dissidia quædam
orta fuere, Regina successorem declarauit
Ludouicum III. sed, hoc defuncto, instituit
eius fratrem, qui vocabatur Renatus Dux
Lorenz.

Obiit Ioanna II. eiusque obitus varios
excitauit competitores. Tandem multa post
bella vicit Alphonsus I. qui à Pontifice fuit
coronatus Rex Siciliæ, habitato Ferdinandu-
lo I. eius unico filio naturali ad Regni suc-
cessionem. Mortuo Alphonso I. Ferdinandus
I. eius filius naturalis ex dispensatione Eu-
genij IV. confirmata à Nicolao V. præfuit
Regno Neapolitano, & Ioannes frater Al-
phonsi I. Regno Aragoniæ, & Siciliæ.

Pro maiori ergo facilitate videamus pri-
mò successionē Ferdinandi I. & posteā Ioā-
nis. Mortuo Ferdinandu-
lo I. Alphonsus II. cuius
filius fuit ab Alexandro VI. coronatus. Al-
phōso II. successit Ferdinandus II. eius filius,
qui absque filijs ultimum clausit diem, insti-
tuens Federicum eius patruum, qui Re-
gnū dedit Ludouico Gallorum Regi. Hac
tempestate regnabat simul cum Ludouico
in Regno utriusque Siciliæ Ferdinandus Rex
Catholicus filius Ioannis, qui, vt diximus,
fuit filius Alphōsi I. sed, orta lite inter utrumque,
iustis rationibus transiit Regnum to-
tum in Regis Catholici dominium. Iustis,
iniquis, rationibus, licet armis associatis;
nam filius naturalis Alphonsi I. non potuit
legitimari in præiudicium fratris, vt ex
Alex. conf. 2. lib. 1. arguit Reg. Moles loc. cit.

omnino videndus, dum ibi iura Regis Ca-
tholici breuissimè, sed satis doctè patefacit.

His ita enarratis, clarè liquet, ni fallor,
Regem nostrum non teneri obseruare pri-
uilegia Reginæ Ioannæ, ni fuerint confirmata
ab Alphōso I. vel Rege Catholico, seu Ca-
rolo V. & alijs successoribus, contrà Reg. de
Marin. qui d. cap. 172. inquit, non dubitan-
dum, quin Rex noster teneatur obseruare
priuilegia Ioannæ II. quamvis ab antecesso-
ribus Regis nostri non confirmata. Hoc
probatur; nā, licet Alphonsus I. potuisse Re-
gnū prætendere tanquam filius adoptivus
Ioannæ; hæc tamē postea ex inimicitia
inita cū præfatō Alphonso vocauit sibi suc-
cessorem Ludouicum, eoque defuncto, Re-
natum fratrem, vt diximus, quos vocare ne-
quibat in præiudicium Alphōsi: quarè opus
fuit, vt Alphonsus bella gereret: vnde Regnū
iusta armorum vi obtinuit; sicque, sicuti Al-
phonsus debuisse obseruare quæcunque
priuilegia Ioannæ II. si hæc alium non vo-
caser ad Regnum, ita non tenebatur ea ob-
seruare, dum alium vocauit: qua propter bel-
lo vti coactus non poterat Ioannam di-
gnoscere fautricem: indèque legimus, Al-
phonsum, post tot bella gesta, victorem ex-
titisse tandem, & à Pontifice coronatum;
vnde, prætèr prætensionem adoptionis, con-
currebant etiā victoria obtenta, merita
ipsa Alphōsi, & pecunia Regni Aragoniæ,
qua Regnum hoc erat quæsitus.

Et quamvis Reg. de Marin. referat deci-
sionem. S.C. 207. penes Vinc. de Franch. vbi ap-
paret, non fuisse discussum, an priuilegium
illud cōcessum à Ioanna II. fuisse validum:
respondeatur, potuisse illud reperiri confir-
matum à Rege Catholico, prætèr quā quod,
vt appareat in d. decis. prætèr priuilegium Ré-
gine Ioannæ, adducebatur decretum M. C.
quod transitum fecerat in rem iudicatam,
dūm comprobauerat huiusmodi priuilegiū,
& tandem, si oppositio hæc non fuit facta
in S.C. arguitur, non fuisse iudicatum supèr
hoc articulo; etenim ex non oppositione,
non poterat dici articulus discussum, si non
discussum, neque indicatus: quarè *decisio Vincen-
tij de Franchis* non comprobat opinio-
nem Reg. de Marin.

Verum colligè, licet Rex noster non te-
neatur obseruare priuilegia concessa à Io-
anna II. Ferdinandu-
lo I. & II. Alphonso II. &
Federico, nisi fuerint confirmata per Regem
Catholicū, sive alios eius successores, nihil
ominis tamē, præfatos Reges fuisse legit-
imos Regni successores, stante legitimatio-
ne Ferdinandi I. & inuestitura Pontificum,
que illos interim legitimos Reges reddidit,
vt optimè *Loffred. cons. 3. num. 18.* quicquid
sit, si huiusmodi legitimatio non potuit fie-

Vv 2 ri in

ri in priudicium fratribus; id nāmque non refundit iniusticiam potentia regnatiꝫ.

39 Huc quoque reuocanda est famosa illa quæstio, an Summus Pontifex possit absolute potestate reuocare iurisstitutā promissam, vel quocunque feudum, beneficium, aut dignitatē præstitam, causa non patefacta, nec expressa, quam examinauimus in eadem nostra Ariadna part. 2. ad tit. 3. de Feud. §. sed ille quæst. 2. vbi centum numero argumentis ad maiorem Dei, & Sanctæ Romanae Ecclesiæ gloriā affirmatiuam tenuimus sententiā, quæ hīc non repeatam, sed solūmodo in lectoris gratiā, qualia sint, indicabo. Sequentibus igitur argumentis sententiam hanc probauimus.

Primum, si Pontifex teneretur reddere causam, multa patefaceret, quæ in Ecclesiæ vilipendium redundarent.

40 II. Cum Pontifex sit suprà ius, non tenetur ostendere, quo iure aliquid agat.

III. Cum Pontifex sit extrà ius, non tenetur tradere rationem, ex Spec. tit. de legato §. nunc contendendum.

IV. Cum Pontifex sit contrà ius, non tenetur reddere rationem, vt videatur, an iure aliquid egerit, ex Bald. in cap. super: de causa posseſſ. & propriet.

41 V. Papa dicitur esse omnia, & supèr omnia, igitur non requiritur causæ traditio, vt videatur, an aliquid agere valuerit.

VI. Papæ omnes tenentur obedire, igitur non tenetur reddere causam, cum obedientia fundetur in decreto, non causa decreti.

42 VII. Licet Papa possit errare, præterquam in rebus fidel, error hic non præsumitur associatus actu prauo voluntatis: vndè non tenetur causam exprimere, vt videatur errorem excludere.

43 VIII. Papa omnia prudenter gerit, ex cap. Apostolicae 35. qn. 9. Vndè nullus præsumendus error in eius decretis absque causæ expressione emanatis.

IX. Cum talis præsumatur causa, qualis dignoscitur effectus, Papa aliquem dignitate priuans, recte agit, quiā rectum est eius consilium: vndè non tenetur causam reddere ad dignoscendum, an benè, an male egerit.

X. Papa sempèr iustum facere consuevit: quare, cum solitum sit optimum argumentum, sempèr præsumitur, Papam iustum egisse, adeoque expressio causæ nec deseruit ad dignoscendum, an Papa iuste aliquid gesserit.

44 XI. Si, scandalo non obstante, dummodo hoc non contineat peccatum, Papæ mandata seruanda sunt, vt declarat Dec. in cap. cum teneamus: de præbend. in 6. parum refert,

Papam non expressisse causam: quare scandalum aliquod sequi valeat, cum hoc materialiter se habeat, dum non expressio causa præsumptionem peccati non continet.

45 XII. Expressio causa necessaria non est ad fraudem euitandam, cum Papæ auctoritas omnem fraudis suspicionem tollat, vt bene Faber in Codice lib. 1. tit. de sacrosanct. Eccles. def. 3. num. 6.

46 XIII. Causæ expressio necessaria non est, vt videatur, an Pontifex cum causa aliquid fecerit; nam causa semper præsumitur in Principe, ex gl. in l. relegati vers. ex aliqua causa C. de pæn. igitur à fortiori in Pontifice.

47 XIV. Si præsumptio est sempèr pro Iudice, quem præsumitur, agere recte, quicquid agit, fortius id est dicendum de Summo Pontifice.

XV. Si cuilibet superiori non recognoscendi dici nequit, cur ita aliquid agat. ex Bart. in d.l. Relegati, & Alex. conf. 15. vol. 5. idem dicendum est de Summo Pontifice.

XVI. Præsumitur, Principem recte fecisse aliquid absque causæ expressione; etiā cùm actum facere non potuit, vt scripsit Jason. conf. 227. lib. 2. & conf. 236. igitur, cùm Papa omnia potuit, absque causæ expressione, recte operatum esse, dicendum est, sicut nulla requiretur causæ expressio.

48 XVII. Ad iustificandum Principis placitum sufficit quæcumque occasio, ex Bald. in cap. Ecclesia Sanctæ Marie vt lit. non contest. vndè, cùm præsumendum sit, in Pontifice, sempèr occasionem præcessisse, hæc præsumptio sufficit ad eius placitum iustificandum absque causæ expressione.

XVIII. Non præsumendum est, Pontifici aliquid placuisse, quod illicitum sit, ad tradita per Marc. Mant. sing. 21. num. 6. sicutque absque alia causæ expressione hæc præsumptio sat erit.

49 XIX. Si Principis mens talis præsumitur, qualis est mens legis, & rationis naturalis, vt voluerunt omnes ii, quos refert Cæcher. decis. 90. num. 18. expressio decreti habetur, tanquam expressio causæ.

XX. Princeps præsumitur velle, quod voluerint iura: vndè absque causæ expressione iuste præsumitur pronunciasse, Quod fortius militat in Summo Pontifice.

XXI. Quævis operatio Pontificis, quamvis prima facie appareat illicita, ex qualitate, & honestate personæ licita præsumenda est. cap. nisi essent: de præbend. & dignitat. sicutque expressio causæ non requiritur, vt videatur licite egisse.

XXII. Causæ expressio non requiritur in testimonium rectarum Pontificis operationum; nām respondebit Greg. Papa in cap. inter verba 11. quæst. 2. Gloria nostra hæc est testi-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 341

sefionum conscientiae nostra.

XXIII. Sique causæ expressionem velimus, ne vulgus male loquatur, respondebit idem Gregor. *ibid. dimittamus sculos foris loqui, quod volunt.*

XXIV. Quod si velis expressionem causæ ad euitanda scandalum, idem Gregor. respondet *finite illos, cæci sunt, & duces cœorum & cæci rationem non vident, sicque illis ea assignanda non est.*

XXV. Si tandem velis causæ expressionem ad euitandam inimicitiam, quæ poterit irrueire inter Pontificem, & dignitatem priuatum, idem Gregor. *ibid. satisfaciet, dum post multa ad rem, ut in nostra Ariadna scripsimus, hæc ait, si nos in mente charitatem erga odientes feruare cupimus, & si illi nobiscum potestatem non habent, nos tamè cum illis sine dubio habemus.*

XXVI. Superfluitas in iure euitanda est, ex l. si quando, ubi Bar. ff. de legat. I. cap. si Papa de priuilegio 6. vnde, cum, ut diximus, causæ assignatio ad nihil deseruat, arceda est.

XXVII. Cum nullum existat ius Diuinum causæ assignationem iubens, Pontifex arcedans non est.

XXVIII. Papa appellatur fidei firmamentum cap. fidelior. 50. dist. quare, si fidem sectamur, abiq; rationis traditione illi obediemus, tanquam fidei firmamento.

XXIX. Papa omnia potest, dummodo ea non sint contrà fidem, igitur, si causam non assignari von est contrà fidem, poterit Papa id agere, hæcque est demonstratio.

XXX. Quamvis lex esset, iubens causæ traditionem, posset Papa illam non feruare, ad tradita per Spec. lib. I. par. I. iur. de legato S. nunc ostendendum num. 4. ergo, si, non obstante carentia legis, vellemus Papam teneri rationem tradere suarum operationum, plus operaretur legis carentia, quam lex ipsa, quod ridiculum est.

XXXI. Papæ data est plena potestas, & absoluta ab omnibus vinculis, & ab omni regula arctaria, igitur non potest arctari ad tradendam rationem.

XXXII. Frustrè diceremus, Papam habere potestatis plenitudinem, ex cap. decreto 2. quæst. 6. si illum causam teneri reddere, faceremus.

XXXIII. Ideò Papa in beneficialibus liberam habet potestatem, cap. 2. de præbend. in 6. quia ea non coarctatur à causæ redditione.

XXXIV. Non dicendum, teneri Pontificem rationem tradere, cum agitur de tertij præiudicio; scilicet verò, cum nullum adest tertij præiudicium, quia, quemadmodum Pontifica potestas non est restringenda, ita

nec distinguenda, ex cap. solita: de maior. & obedient.

XXXV. Standum est assertioni Pontificis afferentis, se ex iustis causis, & certa scientia, aliquem priuasse, igitur nulla requiritur causæ expressio. Hoc argumentum longo calamo in nostra Ariadna expusimus.

XXXVI. Nec arguendum est à citatione ad causæ expressionem; illa enim, quicquid sit, an dicatur originem traxisse à iure Diuino, deseruiet ad Dei defensiones, verum causæ traditio secùs est.

XXXVII. Sufficit, causam esse cognitam à Pontifice, ut fusè diximus in dicta nostra Ariadna.

52 XXXVIII. Pontifex assimilatur Moysi, qui ore altissimi loquebatur, ex Dno Bernardo ad Eugen: vnde nulla causæ expressio ne coarctatur.

XXXIX. In his, quæ sunt Iuris positivi, stat pro ratione voluntas.

53 XL. Pontifex potest facere, ut sententia, quæ nulla est, nulla non sit, 3. q. 6. ergo à fortiori poterit rationem non reddere.

XLI. Pontifex de iniustitia potest facere iustitiam, ex Bver. consil. 20. num. 20. igitur frustrè requiremus causæ expressionem.

XLII. Voluerunt DD., ut, cum status Ecclesiæ turbatur, teneatur Pontifex causam tradere, ut apud unoc in cap. præterea: de dilation, & Olrad. cors. 287. igitur argumento è contrario sensu, cum non turbatur Ecclesiæ status, nulla requiritur causæ expressio.

54 XLIII. Papa omnia habet in scrinio pectoris, igitur nil tenetur patefacere.

XLIV. Causa explicatur, ut videatur res illa fieri absque errore, sed Pontifex errare non existimatur, secundum cap. non nos 40. dist.

55 XLV. Factum a Papa reputatur factū à Deo. cap. quanto: de translat. Prælat. igitur suo modo non tenetur rationem tradere.

56 XLVI. Papa potest dominium Ecclesiæ acquisitum absque causa auferre, ex Paul. do Castr. consil. 280. aijsque, ergo à fortiori absque causæ expressione.

XLVII. Et quamvis secundum aliquos, quos in d. Ariadna retulimus, nequeat Pontifex id agere absque causa; poterit tamè absque causæ expressione, cum non præsumatur ius alteri culpabilitè tollere.

XLVIII. Quod si quandoque accidit, ut seculares Principes impia politica duci aliquem absque causa priuent dignitate; Papa non est huius generis Principum, ex Carer de potest. Papa lib. 2. cap. 8.

XLIX. Quinimò, si Pontifex teneretur causam reddere, præstatetur occasio quamplu-

342 Io: Baptista Mucci Lib. I.

plurimis illani examinandi secundum proprios affectus, contrà cap. ipsi sunt, cum seq. 9. quest. 3.

L. Potest Papa in beneficialibus, cui velit, præiudicium inferre, ius quæsumum illi auferendo absque citatione, ut ex multis Decius in cap. cum venissent de iudicij, num. 15. igitur, si poterit remouere citationem, à fortiori poterit remouere causæ expressio nem.

LI. Hinc idem Dec. in cap. sua nobis de confirm. utit. vel inutil. à num. 28, sustinet, posse à Papa de potentia absoluta deponi Episcopum absque causa: quare collimus, posse saltēm absque causæ expressione.

LII. Et quamvis reperiri possit Pontifex, qui mala ductus conscientia culpabiliter operetur; non indè tamē causam operationum dixeris teneri ostendere, cum eius malitiam nostris peccatis tribuere debeamus, vt Iob. 34. Dominus sāpē facit regnare hypocritas propter peccata populi, Osee 13. cap. Dabo vobis Regem in furore meo. quæ dicta latè in d. nostra Ariadna exornauimus.

LIII. Plus est, Ecclesiæ bona dissipari, quād dignitates tolli, atqui in huiusmodi dissipatione nequit iudicari, vt infert Poggius in solutione decimi quarti argumenti, ergo neque in ablatione dignitatis, ac proinde nequit cogi ad causam tradendam, vt iudicetur, an benè, an malè egerit.

LIV. Ideò Papa iudicari potest in hæresis crimen, quia illo actu definit esse Papa, vt benè idem Poggius in respons. ad decimum nonum argumentum, igitur, si Papa teneretur semper causam reddere, vt iudicaretur saltēm extrajudicialiter, an benè, an malè egerit, se Pontificem illo actu non fateretur, dum hominum iudicij se suppone ret.

57 LV. Idcirco Papa dicitur Summus Pastor, iuxta illud, Pasce oves meas, vt ostendatur, Pastorem ad nihil aliud teneri, quād ad oves pascendas, quæ non vindicabunt à Pastore causas operationum illius.

LVI. Quod naturali ratione comprobatur, cuhi omnes sint subditi Pontifici, & de ratione subditi est à Superiore causas non exposcere, sed eius dictis obtinerare tantum.

58 LVII. Hacq; causa excommunicatio, quamvis iniusta, est timenda, vt contrà Bar chlaium fusi simè probat Cardin. Bellarm. de potestate Sum. Pontif. in temporalib. cap. 4. quia non debemus excommunicationis causam efflagitare, sicque id à fortiori militabit in beneficijs, si militat in pœnis.

59 LVIII. Regimen Ecclesiæ est monarchicum ex DD. omnibus, quod expressione causæ non coarctatur.

60 LIX. Et notandum, quod sit Poggius concl. 26. à sententia Papæ non posse ad Christum appellari: quarè colligamus, an sui iudicij causam teneatur exprimere.

LX. Cum autem causa expressio deseruit ad Iudicis excusationem, non ad rei substantiam, vt scripsit Tiraquel in prefat. tract. de pœnis, num. 70. Papa non tenetar le excusare, sicque nec causam exprimere.

61 LXI. Et cum Papa neminem odio habeat, vt infert gl. in cap. 1. dist. 95. non priuat nullum dignitatem ex odio, ac proinde, vt videatur, id odio non agere, nō tenebitur causam exprimere.

62 LXII. Pontifex ex cap. si omnes dist. 19. loquitur voce Dei, vnde causam non tene tur exprimere.

63 LXIII. Papa recipit sanctitatē à Cathedra, ad quid ergo causæ expressio in operationibus?

64 LXIV. Papæ auctoritas deseruit pro ratione, cap. in memoriam dist. 19.

LXV. Princeps quicunque dicitur solitus legibus, etiam quoad vim coactuam, verum, si Papa teneretur operationum causam reddere, cogeretur à iuribus. Quod ferendum non est.

LXVI. Papa ex cap. 1. quest. 2. iuncta gl. in vers. oportere, ex honestate tantum tene tur custodire, quod statuit; sin autem causam exprimere teneretur, non posset demoliri, quod statuerat, sed id ex necessitate custodi dire deberet.

LXVII. Hacque causa per cap. Prince pes 25. quest. 5. statuitur, vt Principes Deo reddant rationem, qui illam non tenentur reddere hominibus.

LXVIII. Papa, si rationem teneretur reddere, sibi manus ligaret, plenam deferens potestatem, contrà dispositionem cap. dubium, & cap. quamvis de præbend. in 6. vt benè Stafil. de lit. gratios. tit. de vi, & effect. clau Jul. 5. in literis num. 20.

LXIX. Papa, si causam non exprimeret, eo quod dignitatem sustulit absque causa, peccaret tantum in legem Dei, non in legem humanam, quemadmodum peccat vendendo beneficium, ex Durand. lib. 4. dist. 25. quest. 5. num. 6.

LXX. Hacque ratione legimus in epist. 1. Diu Petri cap. 2. subditi estote dominis vestris etiam discolis, vt scilicet obediamus, rationem non curantes, quamvis precipientes discoli sint.

LXXI. Papa beneficia conferens non tenetur assignare causam collationis, ergo neque illa auferens.

LXXII. Hacque causa clement. 1. de probat. ait, Papæ narranti fidem præstandam, ne scilicet ille cogatur rationem reddere, pro-

In Decisiones Reg. Sanfelicij.

343

prout in nostra Ariadna dictam Clemen. explicauiimus.

LXXIII. Suprema Tribunalia in eorum sententijs quandoque dicunt, ex causis in aula discussis, nec eas exprimunt, ergo à fortiori nequibit Papa cogi illas exprimere.

LXXIV. A gestis per Pontificem non admittitur appellatio. cap. ipsi sunt 9. quest. 3. quinimò declaratum est per Bullam Pij II. Pontificis, in hæresim incidere appellantem à Papa ad concilium, igitur nullam tenetur Papa causam tradere, quod latè probauimus in nostra Ariadna.

65 LXXV. Papæ voluntas, quamvis dura, seruanda est: cap. in memoriam dist. 11. igitur absque causæ expressione.

66 LXXVI. Papa in causa sua potest esse Iudex. vt ex ea p. cum venissent, de iudicijs arguit gl. ibi, igitur cui reddet rationem, si se ipsum iudicat?

LXXVII. Et quamvis sui ipsius Iudex non esset, erit ille supremus omnium Iudex; vndè sub nullius iudicio suas operationes ponet, & consequenter nec causas exprimet ab alio dijudicandas, quam à Deo.

LXXVIII. Quod ipsum ostenditur in cap. si Papa: dist. 4. vbi à nemine dijudicatur, ni à fide deuius sit, igitur nemini reddet rationem:

LXXIX. Et suadetur hoc in cap. nunc autem dist. 21. vbi edocemur, S. Marcellinum Martyrem insignem non fuisse ab alijs depositum, dum Marcellini causam ad Marcellinum eundem remiserunt. Videat ergo quisquis sit, an teneatur Pontifex operationum suarum causam reddere.

67 LXXX. Papa solus potest res fidei definire ex D. Thom. in quest. de potest. quest. 10. art. 4. in resp. ad 13. ergo à fortiori poterit quamcunque dignitatem auferre absque causæ expressione, cum, si res fidei solus definire potest, certum sit, illi in alijs rebus minoris momenti fidem præstandam, absque causæ expressione.

LXXXI. Nec absque fundamento Canones Papæ causas soli Dei iudicio supposuere; fas enim erat, vt omnia alia iudicia reiijcerent, illaque occultatione causæ evitaret.

68 LXXXII. Si Papæ potestas à Deo est. cap. quamvis 21. dist. soli Deo causam reddet; tunc autem redderet hominibus, cùm ab illis potestatem dignoscerent.

LXXXIII. Nec curiosi esse debemus in inuestigando, quo iure Vicarius Dei aliquid agat, dum arcanorum Dei ratio imperficiabilis redditur, vt multis idem docuit Felin. in cap. si quando: de rescript.

LXXXIV. Et quemadmodum non,

omnium, quæ à Maioribus nostris tradita sunt, rationem reddere possumus, sed eorum dictis standum, nec illos redarguere possumus, ex J. non omnium ff. de leg. ita nec redarguere possumus Papam, cur rationem non exprimat, sed firmiter eius gestis standū est.

LXXXV. Pontifices quandoque se Conciliis subiecerunt, non ex necessitate, sed quadam honestate, eorum vitæ rationem reddentes, igitur eadem honestate à fortiori eorum operationum causam, & rationem reddent, non necessitate coacti. Quid argumentum in d. Ariadna latè proposuimus.

LXXXVI. Causam non tenetur exprimere ille, qui non præsumitur agere, quod ei non conceditur, vt benè fundat Alban. par. 2. num. 1 f. 5.

69 LXXXVII. Potissimum, quia Pontifex fons viuus iustitiae appellatur, secundum Socin. conf. 164. vol. 1. vnde, si illum vellemus rationem operationum reddentem, dubitaremus de eius iustitia.

LXXXVIII. Papa ex temporis necessitate potest sententiam facere iuri non consonam; hoc profecto euenire dicas, quia non coartatur ab exequitione causæ, aliqui scandala indicaret. De qua re scripsit Lelius de Zancbis de priuileiis ecclesiæ priuileiis. 61. num. 15.

70 LXXXIX. Papa potest exquirere Consilium Cardinalium, & deinde quæstum non sequi, vt volueret omnes ij, quos refert Censalius in l. unica: si quis Imper. maledix. s. 1. num. 23. ergo à fortiori tenetur demonstrare independentiam hanc, non exprimendo causam, à qua forte mouetur ad aliquid agendum.

XC. Volueret omnes DD. quos retulimus in nostra Ariadna, si difficultas sit in rebus per Papam definitis, eundem esse consulendum; iam verò, si causam exprimeret, frustra illum consulueremus, dum causam haberemus, qua motus fuit. Hocque, si militat in rebus fidei, tantò magis locum sibi vendicabit in alijs eius operationibus.

XCI. Princeps beneficium, quod alij dedit, poterit abique causam revocare, vt varijs fundat Reg. de Marin. ad decis. 183. Reverterij num. 2. ergo à fortiori poterit Pontifex absque causæ expressione,

XCII. Sique verum est, Principem posse mandare, vt priuilegiati torqueantur secundum suam conscientiam, vt volueret Andr. & Gl. in constit. Regni, Prosequentes, quos sequitur Reg. de Ponte de potest. Pro reg. tit. de priuileiis. fol. §. 2. num. 6. Itam hoc importat maximum tertij præiudicium, à fortiori Papa poterit absque expressione causam, sed inera sua conscientia operari.

XCIII. Ratio legis est anima legis, sed Princ-

Pri^{nc}eps est lex animata, ergo est ipsa ratio, & consequenter solummodo suum placitum tenetur exprimere. Quod exornauimus in eadem nostra Ariadna.

XCV. Quod si verum est id, quod voluntate nonnulli apud Censal. d.l. vni^ca §. 21. n^o. 27. & seqq. volentem, sic praxi receptum, videlicet, pacto, & iuramento Cardinalium, non ligari Papam iurantem, & vouchingem, non stringetur Papa expressione causa, dum non stringitur iuramento, quod est fortius causa expressione.

XCV. Quinimodo, si Papam vellemus reddentem rationem de plenitudine potestatis, potestas non diceretur plena, dum manca esset, adeoque illam amitteret, cum ea non vteretur, ad tex. in cap. priuilegium 21, quast. 3.

XCVI. Probatur pariter h^ec sententia ex communi Doctorum sensu volentium, apud M^{as}card. de probat. concl. 275. non admittendam in contrarium probationem.

XCVII. Nec non ex Lud. Montalt. de reprob. sentent. Pilat. art. 3. num. 34. volente, vni esse capit^s contrarium sentientem.

XCVIII. Et ex omnibus Doctoribus apud Vaf^g. contr. Illu^fr. lib. 1. cap. 25. num. 17, id admittentibus in quocunque Principe. Quar^e absque controversia idem adnuntiendum in Summo Pontifice.

XCIX. Hecque opinio eò magis tenenda, quia Pontificem non arctat ad expressionem causa: vnde plenam verè reddit Papa potentiam, nec beneficiarijs derogat, quandoquidem non concedimus, illos priuados beneficijs absque causa.

C. Et tandem tenenda est, quia beneficiarios reddit erga Pontificem obseruantiores. Hacq; tetigisse sat^s ad Sancte Sedis Apostolicę gloriā, que vberiora habebis, longoque discussa calamo in mea Ariadna.

S V M M A R I V M .

- 1 Immunitas concessa Ecclesijs non extenditur ad domos coniunctas, pertinentes ad laicorum usum.
- 2 Loca, quae gaudent ecclesiastica immunitate, non sunt tam stricte accipienda.
- 3 Locus principaliter ad usum Ecclesie destinatus, licet accessoriè ad usum secularium, gaudet immunitate.
- 4 Locus, si principaliter destinatus sit ad usum Ecclesie, gaudet immunitate, quamvis habeat ostium in via publica segregatum ab Ecclesia.
- 5 Domus destinata in Ecclesia pro securitate delinquentium non dicitur destinata ad usum laicorum.
- 6 Domus clericorum, si intra porticum Ecclesie fuerint, gaudent immunitate;

- 7 Locus principaliter ad usum secularium destinatus, quantumvis accessoriè Ecclesie deseruiat, non gaudet immunitate, si extra Ecclesiam sit.
- 8 Ecclesie taberna, an, & quando gaudet immunitate,

DILVCIDATIO DECIS. CXXXVI.

- 1 **H**abet decisio hæc, immunitatem Ecclesie concessam non extendi ad domos coniunctas pertinentes ad laicorum usum, si illæ ostium habeant in via publica; quoniā verò de materia hac egimus in dilucidatione decision. 16. & 19. idcirco letores ad illas mittimus. Vnum tamen pro ecclesiastica aduertimus immunitate, videlicet loca, quæ immunitate gaude-re debent, non esse accipienda ea, quæ in stricta significatione Ecclesiam integrant. cum huiusmodi loca deseruant tantum, ut Gregorianam dispositionem ingrediantur, adeoque ut iij tantum immunitatem perdant, qui homicidia patrant in Ecclesijs, siue cemeterijs strictè sumptis. Ceterum etiā alia loca, licet non tam strictè sumpta, gaude-re debent immunitate. Quod probatur, quandoquidem, si pro immunitate Gregorius Pontifex loca ampliavit, pauca coarctando, videlicet Ecclesiæ stricta significatione sumptus, & cemeteria, pro eadem seruanda non sunt à nobis coarctanda loca, sed extendenda, adeoque dicendum, ea omnia gaudere, quæ sunt exposita in decis. 56. quam vide; hancque rationem depronipatam dixeris ex Merlin. contra forens: cent. 2. cap. 5. num. 29.

- 2 Pro hac decisione verò notandum, quod agit Sanfelic. nu. 7. & 8. videlicet, quia locus ille erat principaliter destinatus ad usum laicorum, tanquam taberna, nequivissem immunitatem seruare, dum ex ostio, quod aderat in publica platea, deducebatur, locum illum non posse ad ecclesiasticum usum deseruire. Quod secūs dicendum fuisse, si ostium habuisset in atrio Ecclesie: vnde generalem ex his habeas regulam, locum principaliter ad usum Ecclesie destinatum, licet accessoriè usui secularium deseruiat, gaudere immunitate, & parum referre, si ostium in publica platea habeat; sat enim est, si ingressum habeat ad atrium, & principaliter ad usum ecclesiasticum deseruiat. Exemplum tradam pro maiori facilitate. Notum est, Religiosorum loca cellulas quādam, & mansiones habere, in quibus seculares fugientes permanere solent; quinimodo aliquani pecuniarum quantitatē (quod nefas videtur) soluunt per

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 345

per modum locationis. Iстis duplex est via, altera ad atrium, ad plateam altera, ex qua ceteri negotiorum gestores egrediuntur. Haec mansiones utique immunitate gaudent, quia Ecclesiae partes dicuntur, ac proinde nequeunt dinofero iure censeri, quo ipsa Ecclesia censetur, ad text. in l.iam hoc iure ff. de vulg. sed nobis utendum est regula Iureconsulti in l. que religiosi de rei vendic. Et quamvis destinatae sint ad vsum laicorum; tamen destinatae non dicuntur ad talem vsum principaliter, cum non ad fugientes recipiendos statuta sint, sed per accidens. Quarē faciunt dicta Ambros. de immunit. cap. 19. num. 8. & Peregr. cap. 4. num. 67. cum alijs ab ipso relatis, volentibus, ut domus clericorum, si intrā porticum Ecclesiae fuerint, gaudeant immunitate: unde à fortiori id dicendum est, si loca haec sint ipsius Ecclesiae.

Ex qua regula aliam pariter adhibeas; quatenus locum ad secularium vsum principaliter destinatum, quamvis Ecclesiae deseruit, non gaudere immunitate. Exemplum erit, quod adducit hic Sanfelic. de taberna, quæ ostium publica in platea habebat, ut ostenderetur, locum illum non deseruire ad ecclesiasticum vsum, sed secularis principaliter: merito igitur ab immunitate exclusus fuit. Contrarium forte dicere, si ostium non haberet in via publica huiusmodi taberna; nam tunc præsumeretur noluisse eos religiosos, ut illa ad vsum secularium deseruaret, quamvis vinum venderetur (quod, an liceat, non est huius loci) sed ad vsum ecclesiasticum, nec sola vini venditio efficit, ut locus ad secularem vsum dicatur destinatus, ni ex segregatione facta per ianuam ostendat, locum illum ad aliud deseruire, præter ecclesiasticum vsum. Hic auctores non retulimus, qui eos cupit, consulat, quos in citatis dilucidationibus adduximus; ibi enim propriam tractauimus materiam, hic summatum egimus, ne decisionem redderemus insulsam. Cetera dicemus in dilucidatione decisionis 330. tom. 3. Interim vide casus omnes, quos ibi refert Seuerinus, quosque, ipso teste, adduxit in beneficium parentium copia librorum. Ibi ergo nonnulla dicemus curiosa, & forte utiliora.

S V M M A R I V M .

- 1 Immunitate Ecclesiae gaudet, qui exonerandi corpus causa extra Ecclesiam repertur.
- 2 Indicia saltē ad torturam requiruntur, ut in casibus exceptis possit aliquis Ecclesia immunitate priuari.
- 3 Testes deponentes de visu circa comitiam

armatorum in campaneis an faciante indi- cium ad torturam, sed vide num. 12. ubi latē.

- 4 Latro publicus an dicatur, qui semel in via publica furatus est.
- 5 Immunitas Ecclesiastica frangitur, etiam quandoque nulla concurrente violentia.
- 6 Extractus ab Ecclesia blandis verbis an gaudet Ecclesiastica immunitate.
- 7 Ecclesiasticae immunitatis violatio consideratur in omni violentiae genere.
- 8 Ecclesiastica immunitate gaudet, qui, indigens medicamentis, ab Ecclesia egredetur, ut illa sumeret, stante prohibitione Iudicis, ut nemo illuc ea ferret.
- 9 Ecclesiastica immunitate an gaudet, qui repertus est extra Ecclesiam exonerandi causa corpus, cum in illa commodus aderat locus.
- 10 Immunitatis Ecclesiasticae in dubio melior est causa.
- 11 Indicijs ad torturam, quibus Reus pro criminis excepto fuit extractus ab Ecclesia, non plenè evacuatis, an damnandus sit pena extraordinaria, an autem in Ecclesiam reponendus, non probato tali criminis.
- 12 Comitium armatorum in campanea cum exilibus, quamvis delicta non patrentur, puniuntur pena mortis naturalis, quod latē probatur, attentis nostris Pragmaticis.
- 13 Latrones publici habent in Civitatibus socios exploratores.
- 14 Foriudicari nemo potest, nisi pro criminis, quod penam mortis naturalis meretur.
- 15 Praefatio legis, an, & quando vim legi praesertim latē examinatur.

DILVCIDATIO DECIS. CXXXVII.

- 1 **Q** uatuor capita habet haec decisio. Primum, gaudere Ecclesiastica immunitate eum, qui exonerandi causa corpus extra Ecclesiam repertus fuit. Secundū, in delictis, in quibus nequit quis gaudere Ecclesiastica immunitate, requiri saltē indicia ad torturam, ad hoc, ut ex talibus indicijs indiciatus immunitatem amittat. Tertium, testes deponentes de visu circa incessum cum alijs armatis more exulum in locis, in quibus furta fuere patrata, facere indicia ad torturam contrā furantem. Quartum, dici 4 publicum latronem in Regno eum, qui publice semel furatus est.

Quoad primum notandum, quandoque etiam, nulla vi concurrente, frangi Ecclesiastica immunitatem, ut huiusmodi casus videri poterunt apud Gomez variar. resol. lib. 3. cap. 12. & Mastrill. dec. 169. inter quos 6 iij sunt, cum quis blandis verbis extrahetur, vel sub iudicis secularis verbo sponte

ab Ecclesia exiret, vel cum illi a Iudice aliena-
menta denegarentur. Quos omnes habes
apud Reg. de Marin. resol. quot. lib. 1. cap. 178.
Alia ad materiam vide apud eundem lib. 3.
alleg. 77. & seq.

7 Quarè concludas, vim respectu violatio-
nis immunitatis Ecclesiasticæ nō consistere
tantum in externa illa violentia, sed in omni
actu, tam positivo, quam negativo, per
quem reus inducit Ecclesiam deserere.

Ex quo principio quoscunque resolues
casus. Vnde, si quo miorbo Reus afficeretur,
& Iudex prohiberet, ne quis in Eccle-
siam medicamenta ferret, posset ille Eccle-
siam deserere, & medicamenta extra Eccle-
siam sumere, qui, si medio hoc tempore ca-
peretur, esset procùl dubio ad Ecclesiam re-
ponendus.

8 Sed quid, si in Ecclesia esset commodus
locus corpus exonerandi, & nihilominus
extra Ecclesiam reperiatur reus, corpus
exonerans, an posset impunè capi. Pro vtra-
que opinione dubitari potest.

Nam pro affirmatiua, quia eatenus cor-
poris euacuatio extra Ecclesiam permis-
ta est, quatenus non sit locus aptus intrà Ec-
clesiam, quam proinde nemo deturpare po-
test; at verò, cum absque eius deturpatione
commodus est intùs Ecclesiam locus, vide-
tur ille ecclesiastica abuti imunitate; vnde
illa gaudere non debet.

Pro negatiua, quia actus ille exoneratio-
nis non recipit loci limitationem; vnde,
existente loco commodo, non proinde, si
alibi quis extra Ecclesiam reperiatur, per-
det ecclesiastica imunitatem. Quamnam
ergo dices veriorem? consule.

Quoad secundum nihil est, quod addam,
ni vnum tantum, videlicet in dubio standu-
lo pro ecclesiastica imunitate, nec aliquem
illa fore priuandum; ni vera adsint indicia,
ex quibus argui possit, esse commissum cri-
men à Bulla Pontificia exceptum.

Quarè, si ex indicijs ad torturam suffi-
cientibus fuerit reus ob suspicionem com-
missi criminis excepti à Bulla extractus ab
Ecclesia, & deinde tortus negauerit; verum
indicia talia fuerint, vt elisa non sint
per torturam, adeoque ille plectendus sit
pena extraordinaria, vt voluerunt Claro-
s. fin. quest. 64. vers. illata reo, alijque innu-
meri relati à Scialoya in praxi torquendi reos
cap. 4. num. 25. & 26. tunc dubius sum, an
inquisitus sit in Ecclesiam reponendus,
quandoquidem, non probata qualitate de-
lictii, non videtur ille spoliandus immuni-
tate, qua gaudebat, & licet potuerit capi,
solis indicijs extantibus, tamè nescio, an
delicto non probato, indicia illa sint suffi-
cientia ad declarandum reum imunitate

indignum, cum diuersum videatur, reum
capi ex indicijs, & declarari ex illis indi-
gnum imunitate, quia forsitan ideo capi
possit ex indicijs, vt videatur, an delictum
verè cōmiserit: vnde, illo non constito, vi-
detur capture non intulisse præiudicium
innocentie, siue imunitati. Quid verè
sentiam, non est locus hic explicandi. Alia
verò practicabilia pro extractione inquisiti
ab Ecclesia vide apud Genuens. in praxi Are-
chiep. cap. 17.

Quoad tertium maior insurgit difficultas,
stantibus Pragmaticis 21. §. 5. & 22.
§. 6. sub r. i. de exilib. vt autem in quo consi-
stat difficultas, videamus; supponendum est,
si quatuor incedant ad instar exulum armis
prohibitis armati, modò delicta perpatrent,
mortis naturalis pena esse puniēdos: adeò-
que contrà eos procedi posse ad modum
belli, ex dispositione Pragm. 10. de off. Iudic.
ubi hæc inter cetera, l'armare per la cam-
pagna con arme prohibite à modo di forasciti
in comititia, e numero di quattro persone al-
meno, quando però con d. armare committeran-
no delitto, ancorche per prima non si trouas-
sero inquisiti d'altro delitto, etiam che non sia-
no pigliati infraganti colte d. arme, così se-
armeranno dentro, come fuora di strada.

Quoniā verò natura ad malum procli-
vis est, Dux Medina tunc temporis Regni
huius Prorex sic dispositus in anno 1643.

Quinto, perchè molti, senza che habbiano fatto
delitto alcuno, e perciò praticando per tutto
liberamente, alle volte poi si uniscono di co-
mititia con detti banniti, armendo per la cam-
pagna con essi, facendo delitti, doppo, quando li
piace, ritornano nelle loro terre, confidati, che
non si sappia, essendo andati in comititia con d.
banniti; e da questo ne sono nate le grosse squa-
dre di essi, e conueniente rimediare, ordiniamo,
e comandamo, che ogni volta, che costi legi-
timamente, che alcuna persona sia stata vista
armata con arme di fuoco con comititia di ban-
niti, delinquenti, scorritori di campagna al nu-
mero di quattro, incorra ipso facto alla pena
di morte naturale, e si li possa abbreviare la
fuorgiudica fra quattro giorni; e ritrouandosi
in comititia con detti banniti al numero di
quattro, si possa uccidere impune, ancorche
nō fosse stato dichiarato fuorgiudicato per sen-
tenza; e della testa di esso si ne possa indultare
vn' altro bannito, e delinqeente.

Hujusmodi dispositio occasionem pra-
stabit disceptandi, an, ad hoc, vt locum sibi
vendicet Regia hac Pragm. sufficiat, vt pro-
betur tantum, socium visum esse, armatum
incedere cum quatuor exilibus, an etiam
requiratur, vt probetur, illum cum ijs de-
liquisse? Et Angelus Scialoya criminalista
opimus in sua praxi forinicatoria cap. 3.
post

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 347

post num. 3 2. vtrumque requirit.

Ego verò aliter sentio. Quod probo primò ratione politica, quæ dictat, vñiones hæc exterminandas, vt potè quæ varias in-ducant pernicies; hi enim ut plurimum vñbes ingrediuntur, ut exulum sint exploratores, & quæ in eos ab officialibus patrantur, referant.

Probo secundò rationibus iuridicis; etenim nulli dubium, quin tunc quis foriudi-
cari possit, cùm delictum mortis naturalis tantum pœnam meretur; sicque vñs non re-
ceptum cap. Regni incip. siue quis, cùm age-
retur de pœna mortis ciuilis, siue quacun-
que alia, latè concludunt Gizzarel. dec. 13.
Affl. in Constat. Regni, Pœnam eorum, ceterique
relati per Scialo. d. cap. 3. in princ. Valet igitur genus hoc arguendi. Hic meretur pœ-
nam mortis naturalis, ergo foriudicandus,
& è contra. Est foriudicandus, ergo mere-
tur pœnam mortis naturalis: igitur, ut no-
stra sententia in iure firma appareret, sat ef-
fet, ut in Regia Sanctione alterutra ex his
pœnis contineretur, scilicet, vel foriudica-
tionis, vel mortis naturalis. Sed vtraque
contineatur ibi. Comandamo, che ogni volta,
che costerà legitimamente, che alcuna persona
sia stata vista armata con arme di fuoco in
comitiva di banniti, delinquenti, scorritori di
campagna al numero di quattro, incorra ipso
facto nella pena di morte naturale, e si li possa
abbruciare la fuorgiudica fra quattro giorni,
igitur nostra opinio firmissima in iure est.

Hoc argumētū arbitror dēmōstratiuum.
Sed Scialoya insurgit ratione prima facie
évidenti; inquit enim, cum illud, quod ex
legis præfatione colligitur, dicatur expres-
sè actum, etiam si in dispositione deficiat,
prout scripsit Andreas Georg. alleg. 3 1. n. 49.
ex eo, quià præfatio quamcumque aufert
ineptitudinem, totique legi præbet intelle-
ctum, ut elegantissimè docuit Doctor Mol-
lin. de Hispan. primog. cap. 5. num. 2. quem re-
fert, & sequitur Gutierrez præf. quæst. lib. I.
quæst. 89. varios adducens autores; illudq;
attendendum sit, quod in præfatione dicitur;
ex qua mens, & causa finalis ipsius le-
gis colligitur, idque apud omnes DD. indu-
bitatum sit, si in procēsio nostra Pragmati-
ca enarratur, huiusmodi homines, qui ar-
mati cum quatuor delinquentibus incedit,
assolere ut plurimum delinquere. Ibi. Arma-
do per la campagna con essi, facendo delitti,
indubitate pariter esse, ad hoc, ut pœna
mortis naturalis puniantur, probandum
esse, eos non solum armatos incessisse, ve-
rū etiam delicta perpatrasse, quamvis in
dispositione Regiæ Sanctionis nulla fiat
mentio.

Sed dicta hec facilimè redarguuntur,

quandoquidem non nego, quamcumque
dispositionem regulari à procēsio, ab eoq;
vñm sumere, vt Doctores omnes pleno ore
facentur, nihilominus tamè axioma hoc
locum non sibi vendicat, quotiescumque
deinde disponitur alicet, ac in procēsio
fuerat enarratum. Etratio est, quià quan-
doque legislator ob delicti enormitatem,
non solum delictum prohibet, verū etiam
proximam delinquendi occasionem. Ad
maiorem verò facilitatem rem exemplo ex-
plicemus. Si qua in via ingens auri summa
iaceret publico inuamini destinata, illamq;
furanti mortis pœna esset imposta; polte
verò latrunculus aliquis paucam summam
illius quantitatem surripuisse; quarè legis-
lator, ut quamcumq; furādi arceret occasio-
ne in, postquam euentum in legis procēsio
enarrasset, disponeret, ut nemo per viam il-
lam incederet sub mortis naturalis pœna; si
Titius illac transiret, essetne probandum,
ad hoc, ut mortis pœna plecti posset, illum
non modò transisse, sed surripuisse pecu-
niā? Non ità quidem. Et ratio utique
est, quià in secunda hac lege legislator oc-
casione furandi proximam intendit pro-
hibere, non furtum, quod antea prohibue-
rat. Hoc breuitè supposito.

Deueniamus ad casum nostræ quæstio-
nis. Erat iam dispositum, vt ijs, qui armis
igneis armati incedebant, modò delicta
perpatrarent, si huiusmodi incessus ex qua-
tuor armatis constaret, mortis pœnam subi-
rent, nec non contè eos ad modum belli
procedi posset, ut initio nostre quæstionis
diximus; adeòque circà hoc nulla alia re-
quirebatur dispositio in posterum facienda.
Quonià verò nonnulli, qui prius non de-
liquierant, cum exilibus incedebant, & post
crimina cum ijs perpatrata, impunes reuer-
tebantur, putantes fortè, eorum scelera de-
tegi non posse; idcirco per aliam Pragma-
ticam, quam nos hic dilucidamus, prohi-
betur quoque occasio sic delinquendi sub
eadem pœna, qua delinquentes ex ante-
cedenti dispositione plectuntur, dum alioquin
hæc superflua reddereur. Si igitur hic non
prohibetur delictum, quod fit ab exilibus,
quodque antea prohibitum iam erat, sed
tantummodo incessus armandi cum ijs;
adeòque proxima delinquendi occasio ea-
dem pœna, quæ ipsum delictum, non opus
est, ad hoc, ut incedentes armati mortis
pœnam subeant, ut probetur, eos armatos
deluisse, sed tantummodo cum exilibus
incessisse armatos.

Nostra isthac sententia suadetur pariter
discursu à posteriori; nam alijs stultum af-
sereremus oportet legislatorem, cùm di-
xit. Comandamo, che ogni volta, che costerà
legi-

legitimately, che alcuna persona sia stata vista armata con arme di fuoco in comitium di banniti, delinquenti, scorritori di campagna al numero di quattro, si voluisse, ut etiam delictum requireretur, dum sic debuisse disponere. Comandamo, che ogni volta, che colerà legitimately, che alcuna persona sia stata vista armata con arme di fuoco, e delinquente in comitium &c. cum maior ratio non sit, cur vnum tantum requisitum apponere debebat, nec alterutrum, ergo, dum vnum solum apposuit, illud tantummodo requisivit. Quod si foriudicatus solummodo occidi impune potest, nulli dubium, quin, ad hoc, ut huiusmodi socij mortis poena puniantur, sat sit, ut probetur, eos fuisse visos armatos, dum Regia Pragmatica paulò post sic disponit. E ritrouandosi in comitium con detti banniti al numero di quattro, si possa uccidere impune.

Verum, ut aduersarios argumento ad hominem stringamus, attendantur sane verba procerum, & videbit quisquis sit, legislatoris animum fuisse delictorum occasionem prohibendi ibi: Doppo, quando li piace, ritornano nelle loro terre confidati, che non si sappia, esserno andati in comitium con detti banniti; igitur, si legislatoris animus fuisse delicta tantum puniendi poena mortis, dixisset, Doppo, quando li piace, ritornano nelle loro terre confidati, che non si sappia esserno andati in comitium con delli banniti cō far delitti. igitur, si à præfatione colligitur dispositio, nostra sententia veriorem præferat, potissimum, cū iisdem verbis Regia isthac Sanctio conformatur per aliam 22. in ordine, tit. eod.

Et ex his patet, falsum esse, quod idem Scialoya subdidit loco cit. nimis, si quis ad sui defensam incedat cum quatuor alijs armatus armis igneis, ne ab hostibus interficiatur, modo cum eis non delinquat, illum mortis poena non puniendum, ductus, ut annuit in cap. 18. num. 20. doctrina Reg. Roniti ad pragm. 3. num. 7. de receptat. malefact. Sed non arbitror, Ronitum contrà nos scripsisse, ilium quæsò audite. Item limitasi quis receptare bannitos tempore inimicis pro tutela sui corporis, ut per Decianum. conf. 140. vol. 5. & plura pro alijs excusationibus ab hac pena vide apud Bursat. conf. 351. vol. 3. Simon de pret. conf. 50. & 82. & iterum Bursat. conf. 274. 318. & Decian. d. conf. 140. Florian. in l. in omnibus ff. de noxal. action. Bart. in l. 1. §. quod autem ff. de seru. corrupt. ubi ait, quid dare escam, & potum bannito, non est receptare. Quod intelligas de iure communi; nam (notate) de iure Regni etiam hoc est expressè prohibitum per hanc Pragmaticam. Si igitur non militat doctrina Bartoli, vigente Regia Sanctione, quo-

modò militabit doctrina Roniti, dum non adhuc erat edita Regia Pragmatica, quam nos huc usque dilucidauimus? Firmum ergo remaneat, Regiam hanc Sanctionem, locum sibi vendicare in socio, qui nullo modo deliquit, modò armis igneis armatus cum quatuor exilibus incelerit; adeòq; huiusmodi incessum non facere indicium ad torturam, prolixi temporibus Sanfelici faciebat, sed inquisitum pœna ordinaria plectendum,

Quoad quartum vide ea, quæ diximus in dilucidatione decis. 40. de eo, qui scilicet in via publica furatus est,

S V M M A R I V M .

- 1 Reus, absolutus à Iudice domicili, vel originis, potest puniri à Iudice loci patrati criminis, quando iurisdictiones sunt penitus separatae.
- 2 Reus absolutus ab uno crimine, an possit iterum damnari, si probetur post ab solutione qualitas aggrauans delictum, vel pœnam.
- 3 Iudex domicili, & originis, an sit competens in criminibus puniendis, latè discutitur.
- 4 Iudex, qui non sit competens nec ratione domicili, nec originis, nec loci commissi sceleris, an, & quando possit procedere contr. inquisitum, latè dilucidatur.
- 5 Reus, qui reperitur in loco, in quo Princeps nullo modo offensus est, nec ratione domicili, nec originis, nec criminis commissi, tutus est.
- 6 Pactum initum inter Ecclesiasticos, & Regios pro malefactoribus arcendis.
- 7 Reus, si reperiatur in loco sui domicili, vel originis, & Iudices borum locorum non sint sub eodem Principe commissi sceleris, puniri non potest à Iudicibus domicili, vel originis. Quod latè probatur.
- 8 Praenuntio potest dari inter Iudices eiusdem iurisdictionis, secundus diversæ.
- 9 Vagabundus ubi plectendus sit.
- 10 Exceptio litis pendientia procedit, quamvis Tribunalia sint sub diversis iurisdictionibus.
- 11 Reus poterit iterum puniri pro eodem delicto, si Index cum illo colluserit circa pœnam, & quomodo.
- 12 Reus an pro criminibus communis fori possit bis puniri.
- 13 Absolutus à Principe per tolerantiam, & silentium, an iterum de eadem re inquire possit, fusissime agitur.
- 14 Peculator crimen quale sit.
- 15 Princeps, an, & quando presumatur uti plenitudo potestatis.
- 16 Princeps ctim silentio imperat, & quomodo, fusca agatur.
- 17 Pecunia publica quando presumatur applicata

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 349

ta iussu Principis.

- 18 Princeps cur quandoque patiatur, ut procedatur contrà aliquem, quem ipse iudicat innocentem.
- 19 Princeps quomodo consulendus.
- 20 Principi prohibenti propagationem alicuius rei obediendum, tanquam Domino, & quomodo.

DILVICIDATIO DECIS. CXXXVIII.

- D**uo principaliter habemus hic ex Sanfelicio. Primum, absolutum à delicto à Iudice domicilij, vel originis, posse puniri à Iudice loci patrati criminis, quando iurisdictiones sunt distinctæ, & penitus separatae, adeoque, absolutionem latam in una iurisdictione non parere exceptionem rei iudicatae.
- 2 Alterum, absolutum à delicto per Iudicem, posse iterum de eodem crimen inquire, si probetur in hac secunda iurisdictione qualitas aliqua primum delictum diuersificans, secùs, si qualitas pœnam tantum, & condemnationem diuersificaret, & alteraret.

Quoad primum nulla meo iudicio vrges difficultas, nám, quando penitus sunt distinctæ iurisdictiones, iudex loci patrati sceleris attendere non debet absolucionem sententiam, vel condemnationem iudicis domicilij, aut originis.

Quod vt ab ovo ostendam, lectorem prius monitum volo, vt patienter, quæ breviter dicturus sum, attendat, dum materia nimis profecto arduam aggredior.

3 Antiqua igitur fuit Doctorum controversia, an in criminibus Iudex domicilij, & originis sit competens; an autem attendi debeat iudex loci patrati sceleris. Pleriq; enim affirmarunt de Iudice domicilij, & originis, vt videre est apud Fochin. controv. iur. lib. 9. cap. 20. ea ratione, quia interest Reip. & illius Rectoris, prouinciam suam malis hominibus expurgari, eiusque ciues, & originarios etiam ob sclera alibi commissa puniri, ne in maiora ex impunitate prolabantur.

Alij verò negarunt, eo quod inquisitio ad publicam pertineat vindictam, quæ non videtur competere iudici domicilij, & originis, cum nulla illi Reip. iniuria illata sit, sed ei tantum, intrâ cuius fines crimen patratum est.

Fochineus verò loc. cit. affirmatiuam sequitur sententiam ducus à l. 1. C. vbi de crim. agi oport. vbi hzc. Questiones eorum, criminum, quæ legibus, aut extrâ ordinem cohercentur, vbi commissa, vel incobata sunt, vel vbi (notare) reperiuntur, qui rei esse pro-

hibentur criminis, perfici debere, satis notum est. Hanque opinionem sequutum est S. C. apud Vinc. de Franch. decis. 66. qui plurimos citat, vbi Amend. varios adducens, & Ricc. ibid. nec non Capibl. in Pragm. 8. de Baron. par. 2. & Reg. Merlin. contr. forens. cent. 1. cap. 95. num. 1. & 2. quicquid, si antè condemnationem, petente Iudice loci commissi delicti, reum ad se remitti, concedi debeat huiusmodi remissio, cum criminis punienda sint, vbi patrata fuere, ad tex. in l. capitulum 5. famosos: ff. de pœnis. Quod latè exornat Scialoya de foro compet. cap. 38. nn. 2. & ad ornatum vide Regias Sanctiones nostri Regni sub tit. vbi de delicto &c.

Rursus illud utique certum est, admissa 4 hac sententia, si reus reperiatur in loco, cuius Iudex non sit competens, nec ratione originis, nec domicilij, nec criminis commissi, quamvis sit sub eodem Principe, sub quo sunt Iudicis isti, non posse contrà reum procedere; verum, petita ab ipsis remissione, teneri ad petentem remittere regum, ut idem Fochin. loc. cit. controv. pract. quest. cap. 11. num. 6. alijque apud ipsos fatentur. Unde ad eorundem Iudicium requisitionem, implorato brachio, etiam carceratur ab eodem Iudice, in cuius iurisdictionis loco reus reperiatur, quamvis locis ille non sit nec domicilij, nec originis, nec patrati sceleris; sed enim est, si omnes ipsi Iudices sint sub uno tantum Principe, & ratio à priori est, quia, cum unus sit Princeps horum Iudicium, quilibet tenetur offendam Principis iurisdictioni factam vindicare; sicque, licet unus Iudex sit incompetens ratione domicilij, originis, & loci commissi delicti, erit competens ratione offendæ iurisdictionis; adeoque reus nullibi erit tutus, ni totam illius Principis iurisdictionem effugiat: non negaverim tamè, non posse de crimen cognoscere, qui iudex non sit domicilij, vel originis, vel loci patrati criminis; non verò ex hoc argui, non posse reum remittere, illumque modis alijs coercere, qui causæ cognitione non importent: quarè videmus quotidie, gratia exempli, foriudicatum Regis Audientia Hydruntinæ non esse tutum in partibus alijs nostro Potentissimo Regi subditis, ni extrâ eius iurisdictionem effugiat, cum, transmissis foriudicationis actis, queat ille ibi carcerari, & ad Iudicem inde competentem remittendus sit.

Dixi, competentem; nám, vt superius dixi, licet quilibet Iudex competens sit in carceratione Rei, incompetens erit profecto in cognitione criminis, dummodo non sit vel originis, vel domicilij, vel loci patrati criminis.

5 Diversimode autem discurrendum est, cum

390 Io: Baptista Mucci Lib. I.

cum reus reperitur in loco, cuius Princeps nullo prorsus modo offensus est, nec alias locus ille est sui domicilij, vel originis; tunc namq; Index illius loci non tenetur reu[m] mittere ad pertinentem, nec illum modo aliquo coercere; puta, si quis in Regno deliquerit, deinde vero extrâ Regnum petat, & extra eius iurisdictionem; quis enim dixerit, teneri Iudicem illius loci ad Iudicem patrati criminis reum mittere, dum eius iurisdictionis offensa non est, Ibi ergo tutus erit, sicut; decisum legimus per Collaterale Consilium apud Merlin. loc. cit. num. 15. qui plura afferat ad huiusmodi decisionis confirmationem, licet ipse num. 5. conetur varijs Doctorum dictis probare, inter Principes cœderatos solere locum habere remissionem delinquentium. Quod ego s[ecundu]m vidi in delictis atrocibus. Ad ornatum verò vide Scialoyam de for. comp. cap. 38. nu. 30. & seq. & percipue nu. 48. nec non Pragm. 7. de exlib. vbi pactum habes inter Summum Pontificem, & nostri Regis ministros ad malefactorum persecutionem initum, & Dom. Altimar. ad cons. 22. Rouiti tom. 2.

Sed, vt ad nostram accedamus materiam, dubium maximum est, cum reus reperitur in loco sui domicilij, vel originis, Iudices verò horum locorum non sint sub eodem Principe loci commissi sceleris, an hoc casu de crimine alibi commisso possint puniri, vel à Iudice domicilij, vel à Iudice originis, vbi desinque[n]s post patratum alibi crimen reperiatur.

Qua supèr re, vt meum sensum aperiam, negatiuē respondeo cum Conar. d. cap. 11. nu. 10. Boff. de for. comp. num. 52. & seq. Merlin. loc. cit. n. 4. ea innixus ratione, quia iurisdictionis tantum loci commissi criminis dicitur offensa: vnde, cum diuersi sint Principes, non omnes dicuntur offensi; sique non ad omnes spectabit vindicta; & quamvis supra dixerim, spectare ad Remp. & illius Rectorem, prouinciam suam malis hominibus expurgari, & ciues, ac originarios etiā ob seclera alibi commissa sunt sub iurisdictione Principis, sub quo est reus, vel ratione domicilij, vel originis: meritò igitur à quo-cūque ex istis Iudicibus poterit puniri reus, dum omnibus his commissa est cura recte gubernandi loca suæ iurisdictioni subdita; vnde, cum offensa sit facta lux iurisdictioni in uno loco, poterunt à quocunque Iudice, qui sit sub iurisdictione Principis illius, puniri, dummodo sit domicilij, vel originis,

At verò, cum locus commissi criminis non est sub iurisdictione Principis loci originis, vel domicilij, Reus non poterit à Iudice domicilij, vel originis puniri, cum

Princeps locorum iurisdictionum offensi non sit, dum crimen patratum non est sub illorum iurisdictione. Ceterum hoc in casu aptari nequit, quod suprà diximus, spectare nempe ad Iudicem domicilij, suam Provinciam malis hominibus expurgari, dum nequibunt tales Iudices diuersorum Principum Provincias expurgare, penas reo ob commissa alibi crima infligendo, dum verè nequibunt punire offensam, qua facta non est, sed prouinciam expurgabunt, illos ab ea expellendo, ne crima in posterum eueniant. Quarè, si hoc easu Iudex domicilij, vel originis reum absolverit, vel aliqua pena damnauerit, non inde tutus erit reus, ad locum patrati sceleris accedens, cum offensa facta Principi huius loci consultum non sit pena, qua illum puniuit Iudex domicilij, vel originis.

Quod patet præterea, cum nemo ignoret, mitiorem penam imponendam à Iudice domicilij, vel originis, quâ à Iudice loci criminis commissi, quando huiusmodi Iudices stant sub diuersis Principibus. Vnde quilibet, vt maiorem effugiat penam, plecti sinet ab illis citius, quam ab isto, adeòq; crima nunquam condignam expectarent penam, sicut; ad hæc, & similia effugienda absurdâ, qua ex simulatis, affectatisq; penis oriri valerent, corrígenda est prorsus imaginatio, & dicendum, nullo modo offendit Principem domicilij, vel originis Rei, nisi locus, in quo crimen patratum est, illi subditus sit, cum ei nulla cura esse debet ciuium alibi, quam in sua iurisdictione peccantium, quinim positiuē arguatur, nullo modo eius personam offensam, dum reus alibi extrâ iurisdictionem duxit crimen patrare: meritò igitur in casu per Sanfelicium exposito fuit concessus Fisco recursus.

Vnde collige, non solum hoc casu Iudicem domicilij non teneri remittere reum ad locum patrati sceleris, vt communis est opinio apud omnes, quos citat Scialoya loc. cit. num. 24. sed neque posse illum punire propter delictu alibi patratum extrâ iurisdictionem sui Principis. Quod in dies obseruari videmus.

Ex quibus inspicimus, diuersimodè discutendum de separatis iurisdictionibus sub uno Princeps, prout sunt iurisdictiones Baronum in Regno, ex Affl. in proem. constit. quas. 24. in fine num. 4. & de diuersis iurisdictionibus sub diuersis Principibus, cum inter primas possit esse qualitudo de præventione omnium competentium in delictis puniendis, quia omnes sub uno sunt Princeps, qui dominium directum habeat, vt ex Viuio communium opin. opin. 420. num. 9. de quibus loquutus est Sanfelic. dec.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 351

68. secūs verò int̄ secundas, ut potè quē diuersos dignoscant Principes.

Nec obstant ea, quā ait *Clarus in sua praxi lib. 5. s. fin. quest. 57. vers. sed quid si.* De eius enim dictis scribam mox in secundo punto, cum ibi loquatur de criminibus communis fori.

9 Interim ex his patet, vbinām plectendus sit vagabundus: de qua re *Couar. loc. cit. Clar. d. 5. fin. quest. 39. Fachin. lib. 9. cap. 24:* alijque paſſim; etenim distinguendum est; nām vel locus, vbi crimen commisit, est sub Principe eius originis, & poterit ab vtroq; Iudice puniri, originis scilicet, vel loci commissi criminis; aut secūs; & ab hoc secundo Iudice puniendus est. Ceterum, si quæras, an possit à Iudice domiciliū puniri, consideratio dices, cum vagabundus nullum habeat domiciliū; vndē non ab omnibus, sed à nemine puniri potest ratione domiciliū. Mōveor contrā *Clarum in d. quest. 39.* aliosque per ipsum relatos ex iſdem, quā ait ibi *Clarus vers. sed hic querō,* vbi scripsit, vagabundum appellari illum, qui per mundum vagatur, ex *Bart. in l. 4. s. proptor ait: num. 24. ff. de damn. infest.* estque communis opinio: quarē non dicetur habere, domiciliū, sicque ratione domiciliū à nemine puniri poterit. Et in hanc nostram opinionem videtur inclinare *Couar. pract. quest. d. cap. 1. n. 7.* qui, licet in prima interpretatione tex. in *d. l. 1. C. vbi de crim. agi opere* non multū se constantē plectat; in altera verò inquit, *text. in d. l. 1. intelligendum* quoad locum, vbi vagabundus crimen commiserit. Illum quālo attentē perlegas. Tūtum ergo dicas vagabundum à pena infligenda per Iudicem domiciliū, quod non habet, dūm non entis nullæ sunt partes; nec in dē sequi, criminis impunita remanere, cū possit puniri vagabundus à Iudice loci commissi delicti, vel originis, quem verè dicitur habere, vt contrā nonnullos contrariū sentientes scripsit *Clar. d. quest. 39. vers. sed hic querō in fine.*

10 Hinc autē aduertas velim, in ciuilibus rem alīcēt se habere, cum pendentiē litis exceptio procedat, quamvis Tribunalia sint sub diuersis Principiis, vt optimē *Carfus in specul. peregrin. quest. lib. 1. quest. 29.* reddens rationem disparitatis *num. 11. ex Carleual.* qui à scilicet in ciuilibus non adest interesse publicum, sed solum actoris, & rei, secūs autē in criminalibus: quā dicta multis exornat. Alia vide *in nostra dilucidatione 68.*

Quoad alterum punctum, de quo loquitur *Reg. Sanfelic. aduerte*, non solum posse,

11 Reum iterum puniri pro delicto, pro quo alijs punitus est, si probatur qualitas deli-

ctum diuersificans, sed etiā posse puniri pro eodem prorsū delicto, nulla alia probata qualitate diuersificantē, dummodū Iudex minorem pro delicto poenam imposuerit, colludendo cum Reo, sicq; iudicatum refert *Clar. loc. cit. vers. dictum est.* Hec autē dicta, vt cum vulgo loquar, intelligenda sunt cum grano salis; vt scilicet militēt, cūm poena imposita reo ab uno iudice admodū leuior erat, ita, vt aperte videatur collusio. Ceterum, si poena imposta non nimis leuis sit, nequibet reus pro eo criminē iterū puniri. Ratio vtriusque dicti mea iudicio est, quia Iudex per impositionem leuioris poenę non satisfecit publicę vindictę adēquate: undē, si Resp. grauitēt iesa est, non debebit reus leui poena plecti; si autē poena non admodū leuis fuit, dicetur quidē publicę vindictę non satisfactum adēquate, sed quia minimus gradus requirebatur ad illam cōquādām, lex nostra de minimis non curans, reum iterum ad iudicium non vocat.

12 Hinc collige primō, pro eodem delicto posse etiā aliquem bis puniri, puta, si versemur in criminibus communis fori; nām, si quis accusatus fuerit corām Iudice ecclesiastico, ab eoque punitus, vel absolutus, poterit postmodū pro eodem criminē communis fori à Iudice laico plecti, vt bene varijs aduerterit *Clar. d. quest. 57. vers. sed hic occurrit, & vers. sed querō.* Quā supē re, licet *Gomez. cap. 1. delictor. post nu. 40. dicat.* reūm punitum à Iudice laico non posse postmodū puniri ab ecclesiastico, non video, qua ratione id fundetur, dūm satiā est, si delictum sit misti fori, ad hoc, vt possit ille ab vroque Iudice puniri, nec attendi debet, an à Iudice laico reus punitus sit antea, nec ne, siue, an maiori poena, an mitiori ea, quā imponi poterat per ecclesiasticum. Hac nāmque omnia materialiter se habere arbitror respectu iurisdictionum.

13 Collige secundō, absolutum à Principe per silentium, taciturnitatemque, non posse amplius pro eodem criminē, pro quo toleratus fuit, puniri. Quoniā verò hēc est famosa quāstio rationibus ad Statum potius pertinentibus, quām Iuribus Cæsareis comprobanda, idcirco ea, qua possumus, breuitate, dilucidanda est.

Et quidē, vt rem exempli declaremus, euēnit quandōque, vt ab aliqua Vniuersitate eligantur ciues, qui, vel res ad annonam, spectantes administrent, vel de ēre publico ad necessitates destinato disponat; Princeps verò tunc temporis aliqua pecuniarum quātitate indigeat, vel ad suām, vel, quod sēpius euēnit, ad publicam ipsius Vniuersitatis reparandam necessitatē; ne autē subditos

tes grauet, arte illo publico vtatur secundum eam quantitatem, quæ ad necessitates reparandas deseruiat, paratus ad eam, cum primum poterit, restituendam. Hi vero ciues, ut rem gratam suo Principi faciant, egestatem hanc uoc publicant, nec palam compatiuntur: quarè tempore syndicatus, quo eorum administrationis reddituri sunt rationem, deficientem pecuniam coloratis fingunt consumptam expensis, & consequenter publicè inquiruntur de peculatu, *ad tex. in l. 4. in fine ff. ad l. Iul. pecul. cui aduersari videtur celebre Papiniani responsum in l. ob pecuniam: ff. de furtis, ad quam antinomiam conciliandam nimis insudarunt Doctores ex Ant. Augustin. in emendat. lib. 1. cap. 3. Alciat. lib. 1. discep. c. 111. Jacob. Reward. variar. lib. 2. cap. 19.* alijisque. Formata tandem inquisitione, vel syndicatores abstinent, vel ea longo claudit silentio, vel conciues ipsi publicè declarant, rectè se gesuisse administratores. Quoniā vero Vniuersitates vulgari illo remedio, quod vocant, restitutionem in integrum, sempè ius habere vindentur nouas propalandi querelas, vel antiquas prosequendi, hocque velo ciues dissidia fouent, animique detegunt motus, denuò antiqua Administratorum crimina in iudicium deducunt. Hoc igitur casu queritur, an iij censeantur absoluti, ita ut contrà illos nulla alia formanda sit inquisitio noua, nec antiqua excitanda.

Volui inter multa exempla hoc tantum apponere, cum contineat casum ceteris alijs fortiorum, qui secundum hunc resolui facilimè poterunt.

Si ergo cum Iurisconsultis esset respondentium secundum iuris rigorem, non utique questionis veritatem preferremus, cum vulgare hoc remedium restitutionis in integrum in omnium ore adeò reperiatur, ut sempè Vniuersitati illud esse proficuum, omnes afferant. Quiā vero nullo modo iuris rigor est his casibus ponendus oculos, idcirco ad alia recurrentum.

Profectò nulli dubium, quin Princeps non solum gratiam alicui facere, nec facere presumatur in tertij præiudicium, ut apud Doctores omnes notum est, & nos alijs scripsimus, sed quoties publica vrget necessitas, nullum tertij præiudicium consideratur; sic enim inspicimus, ut unum tantum scribamus casum, Principem absque partis remissione delicta remittere ex seruicio præstito, propter quod gaudebit indultu, de qua re *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de promis. fieri solit. s. 3. à nobis etiā alijs circa nonnulla impugnatus.* Ita pariter, licet nequeat Vniuersitati ius auferri suos Administratores querelandi, contrà eosque procedendi, cum

tamen publica vrget necessitas, poterit utique ius hoc auferri: & publica certè necessitas est, & consideratur, cum Princeps, siue in sui beneficium egestatis tempore, siue in eiusdem Vniuersitatis utilitatem publica consumi bona patitur: vnde, si querelis annueret, non solum, publica necessitate posthabita, Princeps diceretur deceptor, quod nefas est, sed administratoribus detraheret, eorumque famæ irreparabile gigneret præiudicium.

16 Nec satisfacit responsio, quæ à multis affertur, nempe, si Princeps hoc casu voluisse Vniuersitati præiudicium inferre, eiusque bona, vel in sui beneficium, vel ad Vniuersitatis ipsius necessitates reparandas applicare, id expressè potuisse iubere: quarè, cum expressè non iusterit, non presumendum est, id ex mente Principis evenisse; non, inquam, responsio hæc satisfacit, quandoquidem non debemus esse curiosi in indaganda Principis mente: quarè scilicet nonnulla expressè iubeat, nonnulla tacite, cum non versemur in materia forensi, sed in re ad Statutum pertinente: sat enim est, si quoquo modo Principis mens appareat, ut omnes teneantur obedire; & sat est, si appareat, Principis iussu Administratores applicasse publicam pecuniam, ut querelæ cessent. Unde, licet regulariter Princeps non videatur vti plenitudine potestatis, nisi id expressè dicat, ex *l. quanquam C. de testam. milit. Abb. in cap. Innotuit col. fin. de elect. Bald. in l. testamentum C. de testam. & in l. precibus col. 10. opos. 9. C. de Impub. & ali. subst. Ang. in l. bene à Zenone C. de quadr. prescript. alijisque;* tamen, quando facit actum, qui nequit valere absque plenitudine potestatis, tunc absque expressione, & in dubio, presumitur vti plenitudine potestatis, ex singulari dicto *Pauli de Castro in consil. 414. incip. in facto presenti non intendo &c. col. penult. vers. nec obstat. vol. 1. Alex. in d. l. quanquam vers. iuxta prædicta. Felin. in cap. 1. col. 10. vers. & hinc est, quod textus de constit. Jacob. de Sancto Georg. in l. bonorum, in fin. C. qui admitti, ceterisque apud ipsos.* Cum ergo in casu proposito Princeps, vtedo bonis Vniuersitatis, inscia Vniuersitate ipsa ex iustis causis, non videatur vti potestate ordinaria, ut cōsideranti patet, dicetur vtiq; vti plenitudine potestatis.

Quarè fallax est vniuersalis illa regula, quam Pragmatici nonnulli fingunt, scilicet, ut Princeps sempè teneatur exprimere, scilicet in aliquo actu vti plenitudine potestatis, cū quandoque, non solum id non teneatur exprimere, sed ne debeat quidem, puta, si actus ille, vel seditiones pararet, vel discordiam, ceterosque effectus, qui subditorum animos turbarent; tunc enim quis dicens diceret, tene-

tenet Principem exprimere , se id de plenitudine potestatis gerere , se velle bona Vniuersitatis ad suam reparandam necessitatem ? Datur igitur modus in rebus , in quibus nulla constituenda est generalis regula respectu Principis , qui regulas dat , non recipit à subditis .

37 Tota ergo difficultas in eo residet , quoniam dignoscatur , & appareat , pecuniam ex consensu Principis in aliquos vslus consumptam ab Vniverstatis Administratoribus , qui , non modò id non audent asserere , sed propalant , eam alijs applicatam expensis .

Hoc autem , non Iurisconsultorum responsa , sed prudentum exposcit consilia ; etenim , vt initio diximus in casus figuratione , formata Inquisitione , vel Syndicatores abstinent , vel ea longo iacet præscripta silentio , vel concives ipsi , siue ex ijs plerique , declarant , re nata , recte se gessisse Administratores , vel post formatam inquisitionem . Administratores ipsi ab eadem Vniverstitate ad alia eliguntur onera , vel à Principe ad alias vehuntur dignitates : cum igitur nonnulla ex his eueniunt , siue similia , stultus profecto esset , qui assereret , pecuniam ab Administratoribus illicite ad proprios vslus consumptam , dum ex his , similibusque coniecturis quisque poterit in veritatis eueniire cognitionem . Hęc ergo præsumpti delicti tolerantia excusat delinquentes , eosque innocentes declarat , cum , vt alias diximus , Principis mens semper sit secundum legem , & naturalem rationem , & talis esse præluminatur , quælis esse debet : de qua *Decis. cons. 97. in princip. adeoque credendum non est , Principem voluisse tolerare delicta , quæ lex ipsa punit , si Administratores vidisset noxios : vnde , si toleravit , censemur ab inquisitione illa absoluti , ac proinde nequibusc postea temporis tractu , vel denuo , de eodem crimine inquire , vel antiqua inquisitione iterum cruciari .*

38 Non negauerim tamèn , his inconsideratis , sàpè , sàpiusque eueniire , vt ad nouum examen antiqua reducatur inquisitio ; & quamvis huiusmodi inquisiti excipient , & iure , fuisse alias de eo se crimine accusatos , procedi tamèn contrà eosdem ad vltiora : sed non indè dicas , expectandam cōtra hos , vel à Iudicibus , vel à Principe sententiam , quæ certè , vel ridicula esset , vel contrà rationem . Ridicula quidem , quia noxios propalaret , quos innoxios esse anteà Principi constituit : contrà rationem , quia contrà innocentes ferretur . Ad vltiora ergo procedetur , & quandoque etiam ad definitiuam sententiam , sed pro reis , adeoque absolute

riam , vt videant subditi , nunquam à Principe toleratos noxios , sed innocentes , quos tales sempèr fuisse , sententia tandem demonstrauit , quoisque pari poterant prudentia Vniverstates ipse antiqui silentij continua- tione demonstrare . Quod aduertant Iudices , ad quos huiusmodi spectant negotia .

19 Et ex his edoceri quisque debet , simili- bus in causis Principem ipsum consulendū moderatione quadam , quæ sempèr ob ocu- los ponenda est ; non enī possumus à Principe aliqua extorquere , aliqua verò expre- se referre , sed plurima debemus , tanquam ab oraculo , precari , plurima à nutibus di- gnoscere , omnia denique à coniecturis deducere , quæ poterunt verius verum Principis animum ostendere , quam externe illæ operationes , aptæ tantum ad subditorum precibus annuendum , non ad eius mentem patefaciendam ; nam dicat profectò subdi- tus suo Principi , esse plurimos in aliqua Vniverstitate delinquentes , quos vere illi constet non esse , ac proinde petat audacter , plectendos ; credemus nos , Principem , iubendo , vt plectantur , capta prius informa- tione , verè sentire , adesse iam in illa Vni- verstitate delinquentes non vtique : & tamèn contrà eos procedi iussit , eosque repertos , plecti , mandauit . Non ergo Princeps quæcunque mandat , sentit eo modo , quo pro- fert , sed eo modo , quo debet , ac proinde irridendos iam colligimus eos , qui huiusmodi responsa à Principe se referunt acce- pisse , & iactant , ac si pro se Principem ha- berent , quem pro veritate tantum stare tandem inspicient .

20 Reliquum est modò ad huius corollarij complementum , vt satisfaciamus dicenti- bus , Administratores hos à Principe requisi- tos pro applicatione publicæ pecunia ad necessitates Principi vias reparandas , de- bere certioratam reddere Vniverstatem , ad hoc , ne in posterum , tanquam fures , inqui- rantur . Hoc sanè consilium crassam ostendit dementiam , dum vult , vt Administratores ea patefiant , quæ Princeps iustis ex causis occultat , & vt hic nequeat propa- lationem prohibere , cum suorum subditorum Dominus sit , vt perbellè explicat etiam Constitutio nostri Regni , incip . Quià fre- quenter , & aduertit de Ponte de potest . Pro- reg . tit . de Regal . impositionibus . & propriè nu- 5 . Quod arctius attenditur à ceteris Pinci- pibus , vt ex historijs edocemur , & arctissime ab Imperatore Turcarum , vt videre est apud Ricard . in historia illius Imperij per totam .

Hinc Andreas in cap . quāto : de Iure iurando scripsit , Principem , necessitate urgente , si aliud non habeat , posse bona subditorum capere , quod idem firmauit in Rubr . quæ sint .

X y Rega-

Regalia num. i 3. eumque sequuti sunt omnes Doctores, qui nihilominus dixerunt, teneri eum, cum primū potest, illa reddere. Quare colligat quisquis sit, an possit minora prohibere. Concludamus ergo, non impunitandum Administratoribus, si Principis ius suu publica pecunia consumpta sit, ea ratione, quia Principis factum est, sive hic interrogandus non est, cur id iussit, neque illi reprehendendi sunt, quia eius præcepta fuerint exequuti. Vnde, si excusabilis quidem fuit Vniuersitas, quæ, inscia, mentem Principis ignorauit, cum primò contrà Administratores processit, inexcusabilis erit, cum deinde ex coniecturis superius adductis certiorata sequitur cœpta. Hæc; sati, cætera relinquentes prudentibus, qui, cum casus euenerit, tempora considerabunt, & circumstantias. Alia supèr hac re dicimus opportunè in secundo tomo, cum agemus de peculatu.

S V M M A R I V M .

- 1 *Homicida degradatus, & Curiæ seculari traditus, quomodo à Iudice seculari sit puniendus.*
- 2 *Degradatus an tradatur Iudici seculari condemnatus, an condemnatus.*
- 3 *Clericus incorrigibilis traditur à Iudice ecclesiastico coercendus seculari, cum non eodem modo discurrendum de degradato.*
- 4 *Iudex ecclesiasticus an possit iterum reum degradatum, à seculari absolutum, plebtere.*
- 5 *Clericus quandoque degradatur; non tamè seculari iudici traditur.*
- 6 *Clericus Regium sigillum falsificans quomodo puniatur à Sacris Canonibus.*
- 7 *Degradatio quid sit.*
- 8 *Degradatus tenetur votum castitatis servare, & horas recitare, si fuerit in sacris constitutus, nec pœna impedit horas recitare.*
- 9 *Deposito verbalis quid sit.*
- 10 *Sacerdos degradatus validè consecrat, licet peccet.*
- 11 *Episcopus degradatus. veros ordines dicitur conferre.*
- 12 *Iudex laicus, an. & quando sit merus exequitor circa degradatum. Remissio ad alia dilucidationem.*

DILVICIDATIO DECIS. CXXXIX.

Homicidam degradatum, & Curiæ seculari traditum, puniendum habens hic ex ijsdem actis absqueulla alia restitutum repetitione coram Iudice seculari, qui, cum non sit merus exequitor, pronunciabit, causa cognita, & recipiet defensiones, defensusque in processu supplebit; & tamè pœ-

na, quæ illi congrua videbitur, reum plebet.

Hanc eandem sententiam tenet, siveque decisum pariter refert *Reg. de Marin. lib. 2. resol. quotidian. cap. 82. Rationem vero, cur Iudex laicus causa cognita procedat, eam allegat esse deductam à §. si vero crimen: Auth. de Sanctis Episcopis*, quia scilicet Reus mittitur ad Iudicem secularem condemnandus, non autem condemnatus, ut ex dicto §. habetur. Ibi. *Iudex hunc comprehendat, & secundum leges item examinans, causæ finem imponat.* Hæc autem opinio, licet valde sit controversa inter DD. præualet; hacque eadem ratione inquit *Reg. de Marin.* absque novo processu illum plectendum, dum ex eodem §. constat, nil aliud peragendum, nisi causæ finem imponere.

Verum Dominus *Io: Leonard. Rodot. ad Reg. de Marin. ad comprobandum, reummitti condemnandum, addit text. in cap. cum non ab homine 10. extrâ de indic. ex ijs verbis in fine. Per secularem comprimentus est potestatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur.* De quo textu valde dubito, cum ibi Pontifex loquatur de clero incorrigibili, qui, tanquam talis, post plura ecclesiastica remedia, comprimentus traditur seculari Iudici. Ceterum, cum sermo est de degradatione, nescio, an ille textus proberet.

Sed quid, si Iudex secularis, nolens nullam declarare degradationem, reum absoluat, an iterum possit Iudex ecclesiasticus contrâ illum instruere processum, & patratum crimini concludenter probare. Dubitationem hanc alijs soluendam trado, dum difficile mihi est aperire, quod sentio.

Hic tamè collige primò ad materiam, quandoque clericum degradari, non inde verò tradi iudici seculari, puta, cum Regiu sigillum falsificauerit, ex expresso *tex. in cap. 6 ad audientiam: de crim. falsi*, vbi Pontifex exili pœnam statuit, impressio priùs extrâ faciem charactere. Quod aduertit *Nicolius lib. 5. Canon. tit. 37. de pœn. vbi alijs sunt vindicti casus, & præcipue forma degradationis, & quando quis verbalem, vel realem inveniat degradationem.*

Collige secundò, cum degradatione sit priuatio exequutionis officiorum, & beneficiorum simpliciter, & in toto, & absque spē restitutiois facta cum certa solemnitate, & priuatione priuilegij clericalis, tam canonis, quam fori, ita vt seculari curiæ subdatur, vt colligit *Buzembauum lib. 3. de censur. cap. 3. de depos. & degrad. dub. 3. aperte infertur ex eod. auctore*, ordinem non posse tolli, ac proinde teneri ad votum castitatis, & ad horas reeitandas, si fuerit in sacris constitu-

tus,

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 355

tus, dummodo pena id non impedit; respe-
ctu vero depositionis verbalis aliter dicen-
dum, cum fiat absque solemnitate, relichto
privilegio canonis, & fori, ex eod. ibid.

10 Collige tertio, Sacerdotem degradatum,
licet is peccet; vere tamèn consecrare, quod
aduertit etiam de Marin. loc. cit. & Episcopū,

11 quamvis degradatum, veros ordines con-
ferre, vt varijs probat Sayrus de censuris lib.
3. cap. 22. num. 25. videndus per totum, & in
cap. 20. dum multa nequit scitu digna quoad
degradationem, que tanquam extranea ma-
teria nostra decisionis, libenter pretereo.

Quoniām vero aliam habemus apud Sā-
felic. decisionem 239. supèr hac degradationis
materia, ideo videas ea, quæ dicimus in
12 eiusdem dilucidatione, vbi fuse agimus, an, &
quando Iudex laicus sit supèr hac re merus
exequitor, latèque expendimus s. si verdi
Auth. de Sanctiss. Episcopis cuius dispositio-
nem illibatam stare, evidentè demonstra-
mus contrà relatos à Domino de Luca in
obseruat ad decis. Vinc. de Franch. 571. num. 5.

S V M M A R I V M .

1 Consiliarij status præcedunt Regentes Regiam
Cancellariam, cùm agitur de rebus belli, se-
cùs, cùm de rebus Iustitia.

2 Regentes Regiam Cancellariam præcedunt,
cùm agitur de rebus Iustitia, quamvis adhuc
alij consiliarij status antiquiores.

3 Antiquior officialis præcedit, id est, qui prior
dignitatem adeptus est, cùm lis est intèr
officiales eiusdem officij.

4 Iudex M.C.V. antiquior præcedere debet, nul-
la habita distinctione intèr ciuilis, & cri-
minales.

5 Iudices criminales, non eo quod ingrediantur
primo in domum Proregis, deinde vero ci-
viles, præcedunt.

6 Iudices criminales, cur prius quam civiles, in-
grediuntur Proregis domum.

7 Collegium virorum sub uno capite omnes di-
gnoscit aequales.

8 Iudices M.C.V. siue ciuilis, siue criminales,
non differunt in genere iudicandi.

9 Index grandiores iudicans causas dignior
alij non appellatur.

10 Indices criminales se habentes tanquam so-
cios eorum capitum, quod est Regens M.C.V.
preferuntur in illo actu ciuilibus; secùs in
alij.

11 Officialis ille præcedit, ad cuius officium res
illa, de qua agitur, spectat, si lis sit intèr eos.

12 Ars militaris aequalis est legibus.

13 Condicio disparatorum officiorum est, ut unu
alij locum non sedat.

14 Miles præferendus est Doctoribus in rebus
militaribus, secùs in legalibus.

15 Consiliarij status titulati præferuntur non ti-
tulatis; & quare.

16 Dignitas titularis non sempèr attenditur in
præcedentij, sed quomodo.

17 Consiliarij status nullam habent iurisdictionem.

18 Consiliarij status tanquam milites interne-
nunt.

19 Barones dicuntur milites:

20 Consiliarij status, quia tanquam militeq; inter-
veniunt, si sint titulati, præferuntur non ti-
tulatis, idque, quia titulus confert militiq;.

21 Titulati dicuntur, qui in baroniae titulum
feuda possident.

22 Barones differunt à Feudatarijs.

23 Consiliarij status non titulati, quamvis milites
sint, non fruuntur primis gradibus militie.

24 Cardinales præcedunt secundum antiquita-
tem.

25 Cardinalis Presbyter in functionibus ecclæ-
saisticis primum obtinent locum, deinde Dia-
conus, & Subdiaconus &c.

26 Officialis maiorem, habens iurisdictionem
prefertur alijs habenti minorem, si agatur de
lite dirimenda.

27 Fiscus Regalis patrimonij præfertur Fisco
M.C.V. & quare.

28 Praesidentes Regiae Camerae preferuntur Iu-
dicibus M.C.V.

29 Iudices M.C.V. præferuntur ob iurisdictionem
quam habent, Fisco Regalis patrimo-
nij.

30 Fiscus Regalis patrimonij, incedens cum toto
Tribunali, præfertur Iudicibus M.C.V.

31 Praesidentes Regiae Camerae, & Consiliarij
Santæ Clara aequales sunt in dignitate.

32 Consiliarij Santæ Clara sapè creantur post-
modum Praesidentes Regiae Camerae, raro autē
Praesidentes creantur deinde Consiliarij.

33 Antiquior debet præcedere intèr Praisen-
tes, & Consiliarios.

34 Officialis maiorem habens dignitatem præfer-
tur alijs habenti minorem, si concurrant ad
publicas functiones.

35 Iurisdictio impertinenter se habet respectu
publicarum functionum.

36 Doctor de collegio in alium Doctorem crea-
do antiquior præfertur.

37 Titulati præcedunt non titulatos in funktio-
nibus coram Prorege, & quare.

38 Lis orta in Collaterali Consilio intèr Regiam
Cancellariam Regentes, & Consiliarios à
latere, Marchionem D. Antonium Joannem
de Centellas Regie Camerae Locumtenen-
& Franciscum Ortiz Cortes, quem
fuerit.

39 Consiliarius à latere honorarius sempèr re-
tinet honoris prærogatiuam.

40 Officialis, transiens ab uno officio ad aliud, re-
tinet prærogatiuas illius, etiam in præudi-

Y Y 2 cium

ciam alterius, sive decisum rescripto Catholice Maiestatis.

- 41 *Doctrina, mores, natalia, & cetera huiuscmodi, non attenduntur in materia præcedentia, sicuti nec librorum compositiones.*
- 42 *Doctrina, mores, natalia, & cetera id genus, apta sunt ad dignitatem comparandam, qua acquista, fortis sunt effectum suum, nec ad præcedentiam faciunt.*

DILVICIDATIO DECIS. CXXXX.

A Gens hic *Sanfelicius de præcedentia*, intè Regentes Regiam Cancellariā, & Consiliarios status, inquit, huiusmodi consiliarios, cùm agitur de rebus belli, præcedere, secūs vero, cùm de rebus iustitiae, in quibus ijs non interueniunt, quo casu Regentes præcedunt, non obstante, quod adfint alij consiliarij status antiquiores, siveq; decisum in causa intè Regentem Rouituin, & D. Alonsum de Cardenas.

Hæc decisio mihi occasionem præstitit præcedentia materiam in quibusunque officijs certis principijs statuere: quarè illum breuissima aggredior methodo, ductus eisdem *Sanfelicij* motiuis.

Quoniā autē intè multos considerari potest præcedentia; idcirco varios puto distinguendos casus; nām, aut agitur intè personas eiusdem officij, aut intè personas diuersi officij, sed circa rem spectantem ad officium alterutrius, aut intè personas diuersi etiā officij, sed circa rem indiferentem ab utriusque officio independentem.

Quoad primum, dubium non est, quin antiquior præcedere debeat, eumque dicas antiquorem, qui prior adeptus sit dignitatem, ad textum in l. 1. *De albo scribendo*, & l. 1. *C. de consul.lib.* i. 2. sic in nostris Tribunali bus inspicimus, antiquorem præcedere, tam in Collaterali Consilio, quam in Sacro Consilio, Regia Camera, & M. C. V. in quibus semp̄ antiquior præcedit. De qua re nulli dubium.

Id, quod tantum controverti solet quoad hoc primum caput, est, cum M. C. constet iudicibus criminalibus, & ciuilibus, qui nam ex istis præcedant. Quam questionem late examinavimus in prima parte nostra *Ariadne Feudalis ad tit. primum de feudis* s. & quia vidimus: quast. 17. num. 261. & seqq. hic autē aliqua r̄scribam, cum cetera videri possint apud *Consiliarium Roccum*, tract. de offic. *Rubr.* 4. s. 6. vbi fusissimè sustinet, illum præcedere, qui prior dignitatem adeptus sit, cui sententiæ me libenter subscribo, cum vnica sit Magna Curia, sub qua omnes iudices stare dicuntur, quam etiā sententiæ, re vberimè discussa, doct̄ & re-

nuit Dom. D. Carolus Petra tom. 3. ad Rit. M.C.V. 265. à num. 111. varia scitu digna nētens, & potissimum num. 121. rescriptum, *Excellentissimi Domini Marchionis de los Velez Proregis vigilantissimi.*

Ast, quiā in materia præcedentia consuetudo est optima magistra, id circa ab hac sententia ne te moueat obleratio nonnullorum arguentium prælationem ab ingressu in domum Proregis; nām Iudices criminales post Regentem Vicarię primi ingrediuntur, postmodum verò Iudices ciuiles. Sed hoc accidit, quiā cum Regens, vel Proregens sit totius Vicarię caput, & in Rota criminali resideat, in qua urgentiora tractantur negotia, dum agitur de hominum vita, iure optimo ingrediens Principis domum debet primo ingredi cum ijs, qui semp̄ cū eo com-morantur.

Quare corrigendam puto imaginatiō-nem; etenim sciendum est, in quocunque collegio virorum, qui sub uno stant capite, omnes esse in eodem genere & quales: vnde, si omnes Iudices Vicarię sub uno stant capite, diffire nequeunt in genere iudicandi, & nihil refert, si alij dicantur ciuiles, alij criminales, cum id euenerit ratione materię, quæ apta non est dignitates minuere, vel augere; alioquin dignorem appellabimus Iudicem grandiores habentem causas illo, qui humiliores habet. Illum ergo dicas præferendum, quem in officio antiquorem vides, quoad contentos in hoc primo capite.

10 Hinc collige primò, quoties Iudices se habent tanquam socios eorum capitū, vt diximus, iu ingressu ad domum Principis, criminales præferendos semp̄ ciuilibus, tam in associando, quam eadem ratione in sedendo. Qui si tanquam socij non habeantur, sed absque eorum capite incedant, illum fore præferendum, qui antiquior sit in dignitate illa.

Collige secundò, quandoque etiā Iudices criminales incedentes absque eorum capite posse præferri ciuilibus, si nempe per accidens absque illo incederent, quiā forte vel agrotaret, vel alijs occupatus negotijs abesset; tunc enim, quiā per accidens soli incedunt, criminales tanquam primi eorū capitū socij præcedent. Hęcque pauca pro primo capite sat̄. Cetera alibi, occasione occurrente.

11 Quoad secundum caput; cùm nempe agitur intè personas diuersi officij, sed circa rem spectantem ad officium alterutrius, est aliqua difficultas non contemnenda. Ego tamē teneo, illum præcedere, ad cuius officiū tes illa spectat. Vnde legimus hic apud *Sanfelicium* in principio decisionis,

Con-

Consiliarios Status præferri Regentibus in rebus belli, in Iudicando vero Regentes Regiam Cancellariam. Quod latè multis Doctoribus cōprobauit idem Roccus ibid. S.1.& decism, re bene discussa, reperimus apud eundem *Sanfelicium decis. 223.* & *Roc. uitum decis. 77.* vnde, cum ars militaris æqualis sit legibus, ille præferendus est, qui propriè venit pro re ad officium suum spectante, cum hæc sit disparatorum officiorum conditio, vt vnum ab alio independens alij locum non cedat. Hocque voluit *Imperator in l. unica C. de Iustinian: Cod. confirm.* cùm dixit, & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsa leges armorum præsidio seruata sunt. Quarè resolutam dixerini illam quæstionem, an miles doctori præferendus sit, quandoquidem in rebus militaribus illum præferendum censem, secùs in rebus legalibus, illa fretus ratione, quia scilicet semper is præferendus est, qui venit ad rem discutiendam, quæ ad proprium spectat officium.

Quoniām vero *Sanfelicius hic ait*, Regentes titulo decoratos, cùm agitur de rebus belli, sedere cum alijs Consiliarijs Status in parte dextera, adeoque deducitur, intèr consiliarios status attendi titulatos, vt scilicet iij præferantur non titulatis, prout dixerat *Reg. de Ponte tit. de assensib. Reg. 9.6.num.4.* & fusè comprobauit idem *Rocc. d.s.1. nu.16.* & seqq. Idcirkò hæc consuetudo videtur prima facie destruere primum illud nostrum caput, in quo diximus, præferendum antiquiorem; siquidem hic titulatum prædere inspicimus, non solùm respectu plurimorum circà idem officium, prout sunt Consiliarij status, sed plurimorum diversi officij ad rem alterutrius spectantem venientium, prout sunt Consiliarij status vniuersitatis Regentibus, qui omnes veniunt ad rem belli decidendam, & intèr quos obseruantur tituli, non autem dignitatum antiquitates.

Nihilominus tamèn hæc obseruatio non elidit nostra principia; etenim non semper in præcedentijs atteinitur alia titularis dignitas, nec locum sibi vindicat, quod ait *Roc. loc. cit. num. 18.* scilicet duo vincula magis ligare, quam vnum, cum videamus in nostro Sacro Consilio, quiu imò in Collaterali Consilio præcedere digniores tempore, non dignitate, cum plurimi titulati primum locum non teneant; nam, vt de Collaterali Consilio loquamur, adiunt ibi Dominus D. Carolus Calà Dux Dianii &c. cuius virtutes alijs scripsimus in hoc primo tomo, necnon Dominus D. Didacus de Soria Marchio Crispani, cuius pariter virtutes, re nata, scribeimus in secundo tomo, qui ambo consequenter titulari dignitate decorati

sunt; quia tamèn antiquiores non sunt, iij præcedit, tanquam antiquior, quamvis huiusmodi careat titulis, Dominus D. Stephanus Carrillo de Salzedo, cuius similitè virtutes scripti in epistola ad librum meatum quæstionum forensium illi à me flore iuuentutis gaudente dicatum, & in alia epistola ad libellum alium de Iudicibus propugnatibus elapsis iam eidem dicatum annis; ne autem, primo videar amori parentare, neue à primo desistere obsequio, par est, vt lectors ad citatas mittam epistolas, eosque hic moneam, virum tam eximium, non nomine tantum, sed re, vt alias dixi, adeo se carum Catholicæ reddidisse Coronæ, vt hæc nullum vñquam fuerit periclitata cariorem, nec id fortunæ tribendum, sed fidelitati, qua semper suo Regi seruit, integratæ, qua semper suo munere functus est, politicæ, qua semper in peragendis usus est negotijs, doctrinæ, quam, non modò in priuatarum causarum decisionibus, sed in rerum ad publicum spectantium interesse, & quidem non exigui ponderis, demonstravit; & tandem, vt alia deseram, habilitati in consilijs, quibus & caruit nunquam, & omnibus consuluit semper. Ne ergo mirerum quæso, si omnes nostri Regi Moderatores ab eius voluerint pendere ore, eiusdemque duci consilijs, omniaque ab ipso gesta comprobare. Hæc omnia, innumeraque, quæ, ne eius offendam modestiam, deserо, iam tanto patuere tēpore, vt, tanquam ob omnium oculos prescripta, tanti viri virtutes, non modò posteris, sed immortaliati seruent illibatas; adeoque vera reinauent nostra principia.

Id, quod autem euenit in Consiliarijs status, est ex speciali ratione; nam ibi attenditur etiā antiquitas temporis, cum non titulati præcedant intèr se, habito respectu ad tempus antiquius; & licet, existentibus titulatis, postponantur, id euenit, vt dixi, speciali ratione, quia scilicet huiusmodi dignitas consularis non datur, vt lites ciuiles, vel criminales dirimantur, dum nullani iij habent iurisdictionem, vt optimè *Reg. de Ponte loc. cit.* quem deinde sequuntur sunt *Reg. Sanfelici*, hic, ceterique Doctores communiter, sed vt rebus bellicis consulatur: vnde tanquam milites interueniunt; sive, cum Barones dicantur milites, vt fusè in nostra Ariadna Fendali in quæstionibus pro-mialibus declarauimus, merito interuenire debent secundum dignitatum prærogatiuam, adeoque titulati, quales sunt iij, qui in baronij titulum feuda possident, quique à vulgo confunduntur in meritò cum feudatarijs, prout sunt Duces, Marchiones, ceterique titulis insigniti, quique milites dicuntur.

dicuntur, præferentur in rebus militaribus
 23 cæteris consiliarijs status, qui, licet milites
 etiā dicantur, non tamē primis militis
 gradibus fruuntur, prout titulati, quicquid
 sit, si inter eos non importet præcedentiam
 maioritas titulorum, ut oculatè scripsit idē
 de Ponte loc.cit.vers. est bene verum, circ. fin.

Hoc ipsum obseruari inspicimus in di-
 gnitatibus ecclesiasticis; nām, cum Cardi-
 24 nales inter se præcedere deberent secun-
 dum antiquitatem, quia tamē hēc est di-
 gnitas ecclesiastica, hinc est, vt in functio-
 25 nibus ecclesiasticis Presbyter primum locū
 obtineat, deinde verò Diaconus, & Subdia-
 conus, seruato ordine graduum longo ser-
 mone euangeliorum in cap.cleros. 21. dist.

Quoad tertium caput maior est difficul-
 tas, inter eos scilicet, qui diuersum exerceut
 officium, & ad rem ab eorum officio inde-
 pendentem concurrunt. Quare cum distin-
 26 tione procedendum; nām, vel hi concur-
 runt ad item aliquam dirimendam, & at-
 tendenda est pro præcedentia maior iuris-
 dictio, postposita quacunque alia dignita-
 te; vel concurrunt ad alias functiones pu-
 blicas, & attenditur maior dignitas.

Prima pars distinctionis non indiget lo-
 ga discussione, cum videamus, statuta Iun-
 cta à Prorege, in qua interueniunt Regens
 Cancellarij, Cōsiliarij, & Iudices M.C.V.
 præcedere habentem maiorem dignitatem
 iurisdictionalē, adeoque primo loco Regē-
 tem, deinde consiliarios; postmodum Iudi-
 ces M.C.V.

27 Hinc, orta quæstione int̄ Patronum
 Fisci in Regia Camera, & illum in M.C.V.
 quoad præcedentiam, obtinuit Patronus
 Fisci Regalis patrimonij, vt refert Rocc. ibid.
 6.7. num. 25. qui Doctorum opinione circā
 hoc punctum uberrimè refert, sed, meo iudi-
 cio, relictis cæterorum rationibus, eam ar-
 bitror esse, quia Aduocatus rerum patrimo-
 nialium residet in Tribunalī maioris iuris-
 dictio, quam sit Tribunal M.C.V. vt pa-

28 tet: vnde, si Præsidentes Regiæ Cameræ
 præferentur Iudicibus M. C. V. præferetur
 etiā Aduocatus rerum patrimonialium
 Aduocato Fisci in M. C. V. licet aliter di-
 scurrendum sit int̄ Aduocatum rerum pa-
 trimonialium, & Iudices M. C. V. qui illi
 29 præferentur ratione iurisdictionis, quam
 habent, vt ex Reg. de Ponte, alijsque conclu-
 30 dit idem Rocc. 5.5. nu. 7. & seqq. dummodò
 Fisci patronus nō incedat cum toto Tribu-
 nali.

Sed quānā dicemus maiorem digni-
 tatem, illamne Consiliarij Sancte Claræ, an
 Præsidentis Regiæ Cameræ? Rocc. loc.cit. s.4.
 conatur probare, maiorem esse illam consi-
 liarij, varijsque rationibus, & casibus deci-

31 sis probat. Ego verò æqualem esse sentio
 dignitatem, imò nostris tempestatibus in-
 spicimus, multos Cōsiliarios creari postmo-
 32 dūm Præsidentes, non autēm Præsidentes
 creari Consiliarios. Quānā autēm sit ra-
 tio, omnibus nota est. Interim, dum æqua-
 lem dicimus esse dignitatem, antiquiorem
 33 debere præcedere fatemur, prout exemplū
 nobis præstat idem Consil.Rocc. qui num. 27.
 præcessisse testatur consiliarium Gamboam
 tanquam antiquiorem ministrum. Et verè
 sic sēpē vsu receptum vidi, præferri scilicet
 antiquiorem, adeoque hucusque de maiori
 dignitate item esse sub Iudice, & consequé-
 tēr ex huiusmodi litis pendentiā æquales
 censi in dignitate Consiliarios, & Præsi-
 dentes Regiæ Cameræ. Alia, quæ circā
 hos fuerunt seruata, vide apud Cafarum in
 spec. question. peregr. quest. 1. 2. & Dom. Petr.
 aliosque, quos refert, in d. Ritu num. 118.

34 Altera pars distinctionis, vt promissæ
 breuitati studeamus, ex eo suadetur, quia, si
 concurrentes ad alias publicas functiones
 præferentur ob exercitium iurisdictionis,
 35 quæ ad huiusmodi functiones impertinen-
 ter se habet, iam Iudices inferiores quo-
 cunque titulatos non iudices præcederet,
 quod falsissimū est: vnde iam dignitatem,
 quam iurisdictionalem, præferendam dices;
 eamque propriè, quæ ad formalitatem
 illius functionis requiritur; sive ad redi-
 36 dendum aliquem Doctoratus priuilegio in-
 signitum, ille præferetur & præcedet, qui
 prior Doctor repeteretur, postposito quo-
 cunque alio Doctore posteriori in quo-
 cunque dignitatis genere reposito. Quod palān-
 est. Idemque dixeris in functionibus pu-
 37 blicis corām Prorege, in quibus titulati
 præcedunt non titulatos, cum, qui vicibus
 Principis fungitur, digniores propè se mi-
 lites debeat tenere, seruata graduum præ-
 rogatiua.

38 Hinc, orta lite int̄ Regiam Cancellarij
 Regentes, & Consiliarios à laterē,
 Marchionem D. Antonium Ioannem de
 Centellas Regiæ Cameræ locumtenentem,
 & Franciscum Ortiz Cortes, viros pari do-
 ctrina, & integritate ornatos, supèr præ-
 dentia, prætendebat hic postremus illum
 præcedere tanquam mēte honorarium,
 dum verè fungebatur officio locumtenentis
 Regiæ Cameræ, variaque ad id scripsit, di-
 gna quidēm, vt aeternitati tradantur, nec ea
 transcribo, vt breuitati consylam: forte in
 secunda parte mearum dilucidationum & pro-
 priè in dilucidatione 223. E cōtrà verò Mar-
 chio animo suo more generoso præcedere
 prætendebat Ortiz, multaque scripsit im-
 mortalitati quoque tradenda, quæ pariter
 in d. dilucidationem, Deo dante transferam,
 quæ-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 359

quæque nunc ad compendium redacta reperies apud Rocc. *ibid.* Rubr. 7. quibus omnibus in Collaterali Consilio discussis, pronunciatum fuit, ut manuteneretur D. Antonius Iuan de Centellas in possessione honoris, & 39 prærogatiæ, prætèr quæm in Collaterali Consilio, vbi propriam sedem habet Reg. D. Franciscus Ortiz, prout tale decretum refert Rocc. *ibid.* num. 41. Quia decisione Collaterale Consilium duxit fortè, à Marchione debere præcedi Regentem Ortiz in publicis functionibus extra Collaterale Consilium, tanquam titulis insignito, cæterisque prærogatiis, quæ attenduntur, vt diximus, cùm non agitur de litibus decidendis, & à Regente Ortiz præcedi debere Marchionem in Collaterali Consilio, in quo Regens Ortiz propriam iurisdictionem exercebat.

Quoniā verò Marchio Regiam Cancelariam Regentis munere fuerat funditus in Regno Valentia eo tempore, quo Regens Ortiz non dum ad Regentis dignitatem euæctus fuerat, duxit noster Rex Philippus IV. non debere ob promotionem ad aliud munus locum tenentis Regis Cameræ summatiæ hic Neapolii prærogatiwas illas etiā iurisdictionales præfatum Marchionem amittere, cum ita verè de iure esse funder idem Rocc. *locis citatis*, adeoque rescriptis, iussisque, vt Marchio præcederet etiā in Collaterali Consilio, vt ipsemet Roccus Catholicæ Maiestatis literas transcribit.

Vnum tamè pro coronide aduertamus velim, in materia præcedentia non atten- 41 dendum doctrinam, mores, natalia, libro- rum compositiones, officiorum exercitia, & cætera huiuscmodi, quæ apta fortè fue- 42 runt ad dignitatem aliquam comparandæ, qua acquisita, non faciunt ad præcedentia obtainendam, sed ad propriam tantum estimationem plus præcedentia procurandam. Hæcque pauca in materia præcedentia certis principijs dilucidata satis. Cætera dice- mus, si tempora largiantur, in dicta dilucida- tionē 223. Interim vide Rocc. *locis citatis*, Capyc. latr. d. consult. 43. cæterosque relatos à Dom. Altimar. ad Rouiti decis. 65 eiusdemque consilium 102. tom. 2. nec deseras allegat. 12. & 30. adductas à Reg. de Marin. tom. 3. & Dom. Petr. ad d. Ritum; aliosque apud ipsum.

S V M M A R I V. M.

- 1 Citatio verbalis in Ecclesia an sit licita.
- 2 Citatio pro causa criminali vix dici potest verbalis.
- 3 Mandatum in Ecclesia an fieri possit.
- 4 Citatio realis in Ecclesia non potest fieri.
- 5 Citatio realis ea verè dicitur, quæ arctas personam quoniam modo ad personaliter comparandum.
- 6 Citatio verbalis non arctat personam ad personaliter comparendum, sed ad comparandum per Procuratorem.
- 7 Citatio realis cur dicatur fieri per capturam persona.
- 8 Citatio semper dicitur realis, si mandatum fiat alicui, vt domum teneat loco carceris, vel ut personaliter compareat, vel ut se ad locum aliquem conferat.
- 9 Mandatum an possit fieri in Ecclesia alicui, qui continuò ibi habitat.
- 10 Citatio verbalis adhibenda contrà commorantem continuò in Ecclesia; & quomodo ea facienda sit.
- 11 Sententia lata à Judice seculari in Ecclesia est nulla, & quare.
- 12 Iudices stringentes reos vinculis in Ecclesia male operantur.
- 13 Immunitas ecclesiastica leditur à prohiben- tibus, ne in Ecclesiam introducatur clavis pro reis.
- 14 Collegia non facienda sunt ab Aduocatis in Ecclesijs Deo dicatis.
- 15 Citatio realis nulla est, si facta sit in aliena iurisdictionis territorio.
- 16 Citatio, biceps expedita à loco iudicij die non feriata, & facta in loco, in quo die illa festiuitas celebratur, nulla est.
- 17 Citatio quæcumque expedita die feriata, est nulla, regulariter loquendo.
- 18 Citatio, atteato iure nostri Regni, non potest expediti die feriata, quod fusissime probatur, reiecta recentiorum sententia.
- 19 Tempora citationum quænam sint.
- 20 Prouisiones, quæcumque sint, regulariter lo- quendo, nequeunt expediti die feriata.
- 21 Ferie repentina sunt quodammodo exequata ceteris ferijs respectu Iudicij.
- 22 Auctorum verisutia in scribendo quænam sint.
- 23 Citatio expediti potest die feriata, urgente necessitate, quod per totam dilucidationem exemplificatur.
- 24 Citatio expediti potest die feriata, si res per- ritura sit.
- 25 Alimenta, aliaque similia, non respiciant fe- rias.
- 26 Feriae non seruantur in Iudicia, cùm agitur de suspicione rei seruandæ.
- 27 Citari quisque potest die feriata ad exhiben- da testamento.
- 28 Citatio circà alimenta praestanda, an, & quædo expediri possit die feriata.
- 29 Nundina non considerant ferias.
- 30 Militaria negotia tractari possunt diebus fe- riatis.
- 31 Causæ publicæ, & Fiscales in quibusnam ferijs tractari possint.
- 32 Causæ pistoria tractari possunt die feriata, & quare.
- 33 Causæ manumissionis, & emancipationis trax

- tractantur etiā die feriata .
 34 Citatio testium an quandoque fieri possit die feriata .
 35 Causa , in quibus damnum futurum veremur , discuti possunt die feriata .
 36 Causa syndicatum an discuti valeant diebus feriatis .
 37 Princeps validè citat quemlibet etiā die feriata .
 38 Citatio contrà turbantes publicam quietem expediri potest etiā die feriata , & quare .
 39 Causa decimarum expediri valent die feriata .
 40 Causa circà usurariam prauitatem an expediri possint die feriata .
 41 Causa contrà publicos latrones an expediri possint diebus feriatis .
 42 Suspectus de fuga citari , & capi potest die feriata .
 43 Episcopus potest assignare terminum ad exhibendum testamentum die feriata .
 44 Causa excommunicationis , & censurarum , possunt expediri die feriata .
 45 Causa rusticorum an valeant expediri diebus feriatis .
 46 Causa spoliationum , an expediri valeant die feriata .
 47 Revocatio decreti facti die feriata potest etiā die feriata fieri .
 48 Causa captinorum expediri possunt diebus feriatis .
 49 Banniri an possit aliquis die feriato .
 50 Retraetus an pet: possit die feriato .
 51 Causa respicientes publicam utilitatem expediri possunt die feriata .
 52 Causa ecclesiastica , an valeant expediri diebus feriatis .
 53 Causa aduenarum , an , & quando expediri possint diebus feriatis .
 54 Pericula , & interitus admittunt citationem die feriata .
 55 Iudei an citari possint diebus feriatis .

DILVICIDATIO DECIS. CXLI.

A It hic Sanfelicius , fuisse obseruatum , citationem in Ecclesia contrà prouocantem ad duellum , licitam esse , dummodo ea fuerit verbalis , nullaque sanguinis pœna fuerit punitus citatus .

Ego , vt verum fatear , arbitror periculosa esse sempèr citationem in Ecclesia pro causa criminali , cum vix vnuquām dici queat verbalis , quæ qualis est , habes apud Doctores in l.2. ff.de iurisdict. omnium iudicium , vt , post ceteros , aduertit Dominus Verde ad Gallupp. part. 2. cap. 2. num. 47. qui notat causum notabilem relatum à Reg. de Marin. resol. iur. lib. 1. cap. 44. de quodam equite , cui in

- 3 Ecclesia fuit factum mandatum , vt domum teneret loco carceris sub pœna aureorum mille: quare voluit de Marin. vt ob spretum mandatum non inciderit in pœnam , cum huiusmodi mandatum fuerit reale , quod in Ecclesia fieri nequit . Stante igitur communi conclusione ab omnibus recepta , scilicet in Ecclesia non posse fieri citationem realem , posse verò verbalem , videndum superest , quanquam sit citatio merè realis ; quæ merè verbalis . Et licet hæc differentia sit satis , supèrque à Doctoribus explicata , indiget tamen in subiecta materia aliquali dilucidatione .
 5 Quarè sciendum est , citationem illam esse merè realem , quæ quovis modo arctat personam ad personaliter comparendum ; verbalem vero eam dici , quæ non arctat personam ad personaliter comparendum , sed per Procuratorem , siue ideo fit , vt citatus se defendat non personaliter necessario comparendo . Et hoc voluit Paulus de Castro in l. qui iurisdictio : ff. de iurisdict. omn. iud. nū. 5. 7 cum dixit , citationem realem fieri per capturam personæ ; quam explicationem fusissimè prosequutus est Sanfelicius in praxi iudicaria sect. 27. illam varijs exemplificando per totam sectionem , & in sect. sequenti explanando citationem verbalem . Igitur siue fiat mandatum alicui , vt domum suam teneat loco carceris , siue , vt personaliter compareat , siue vt se ad aliquem locum conferat , sempèr dicetur citatio realis ad differentiam verbalis .
 9 Sed quid dicendum , si quis in Ecclesia habitaret , an hoc casu in illa posset fieri citationem realis ? Imperator , ex Gloss. in l. si presenti s. sed siquidem C. de his , qui ad eccles. cōfugiunt , determinant , faciendam esse citationem verbalem , tradendo in modum , quo ea facienda sit . Quod aduertit Gallupp. d. par. 2. cap. 2. num. 18. Nec refert , Ecclesiam illam esse locum suæ habitationis : siquidem , non eo , quod ibi sit eius habitatio , illa definiat Ecclesia .
 11 Hinc collige primò ex Scacc. de sentent. & re iudic. Glos. 7. quæst. 4. sententiam latam in Ecclesia à Iudice seculari nullam esse , cum in ea exerceri non valeant actus profani .
 Secundò ex Ciarlinio cap. 10. & 15. lib. 1. male operari Iudices illos , qui ex quocunq; delicto in Ecclesiam reos vinculis obstrin- gunt , ne fugiant , cum huiusmodi actus videantur lèdere immunicatem ecclesiasticā , quemadmodum illam lèdunt , qui prohibent , ne illis victus præstetur vt aliás diximus , & explicat Imper. in d. l. si presenti . Ibi . Nec in ipsis Ecclesijs reuerdis ita quemq; nam detineri , atque constringi , vt ei aliquid victuum rerum , aut vestis negetur , aut requies- pro

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 361

- pro qua re vide ea, quæ diximus in diluciat. 137.
- 14 Tertiò, nec bene agere aduocatos illos, quis, ne affectate eorum gravitati derogent, vtque proprias effugiant domos, locum eli- gunt Deo dicatum ad collegium supèr aliquacausa efformandum, non aduertentes, domum illam esse domum orationis; non negauerim tamèn, adiri posse claustra reli- giosa, sed non Ecclesiam ipsam ad oratio- nem, precesque Deo fundendas destinatā; nefas enim est, vt in ea res profanæ agan- tur; nec profectò male operaretur, si is, ad quem Ecclesiæ custodia spectat, scandalis hisce consuleret.
- 15 Quartò, citationem realem nullam esse, si ea facta sit in alienæ iurisdictionis territo- rio, vt intèr alios videndos Gallupp. & Foller. loc. cit. necnon Staiban. lib. 1. refol. forens. resol. 27. in princip.

Quoniàm vero hìc fit mentio de citatio- ne facta die feriata, quæ consequenter est nulla, aduertendum est, huiusmodi citatio- ne, licet expeditam à loco Iudicij die no- feriata, factam tamèn in loco, ubi die illa festum celebratur, esse nullam, ex Caraui- ta Ritu 166. num. 3. & Thor. in compend. de- cisi. vers. citatio expedita, sicque, post multa relata, testatur decilsum per M.C. & confir- matum per S.C. de Angelis ad Foller Rubr. vel eos verbaliter citari faciat num. 46. quem vide.

Multi verò sunt casus, in quibus citatio- etiàm die feriata fieri potest, quorum non- nullos hìc in lectorum gratiam referemus, sed anteà supponendum, regulam esse gene- ralem in praxi iam receptam, vt quæcunq; 17 citatio, vel expedita, vel facta die feriata, sit nulla, ex text. in l. fin. C. de ferijs: de qua re DD. passim, intèr quos videndi post Bart. Innocēt. Abb. Modest. & Specul. aliosque apùd Affl. in Rubr. de exord. præparatorum iudicio- rum, post num. 5. Guid. Pap. cons. 36. num. 6. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 5. num. 95. Vant. de Nullitat. tit. ex defect. Iurisdict. ordin. Troysius in Ritu 116. num. 3. Foller. in praxi crim. in vers. vel eos verbaliter citari faciat num. 34. & 45. De Angelis ad eundem in tit. Notatos ca- piat. num. 26. Rouit. in Rubr. de ferijs. Calà de ferijs, quæst. 4. nouissimè Dom. Altim. tom. 2. de nullitatibus publicato hoc eodem tempore, quo dilucidatio bac decisionis 141. imprimi- tur, Rubr. 12. quæst. 36. aliquæ apùd citatos, quicquid sit, attento iure canonico, quo plu- rimi Doctores apùd Affl. & Dom. Altim. lo- cis citatis, validam voluerem citationem die feriata expeditam, prout non defuere, qui etiàm, inspecto jure Cesareo, idem asserue- riunt, vt infra.

Hanc autèm communem sententiam li-

mitarunt, attento iure nostri Regni, ex Ritu M. C. V. 117. omnes ferè Doctores, intèr quos Muscatell. in praxi part. 2. Glos. intima- to: num. 21. Carauit. in d. Ritu. Scialoya de for- iudicat: cap. 5. num. 20. Calà loc. cit. & Dom. Altim. in d. quæst. 36. quo iure omnes citati voluerem, vt citatio expediri queat die feriata, licet postea reus citandus omnino sit die non feriata.

18 Hac autèm limitatio nostris temporibus falsa est: vndè in corundem lectorum gra- tiam dilucidanda. Et quidèm in citatione tria consideranda sunt tempora, scilicet tempus decreti, tempus prouisionum expe- ditarum virtute decreti, quæ intimari de- bent, & tempus intimationis, seu citationis.

19 Primum tempus, certum est, non posse esse feriatum, cum sit actus iudicij, qui die feriata fieri nequit, ex Bald. in d. fin. C. de ferijs, alijsque apùd citatos. Quod adeò in Regno nostro receptum est, vt plerique Iu- dices, qui tempore feriato decreta firmarint, fuerint apùd Visitatores accusati, quemad- modum etiàm receptum est, vt citatio fa- cienda sit die non feriata, quod est tertium tempus superius consideratum, estque in nostro Regno aperta dispositio Ritus 116. his verbis. Item ferias dicta Curia, quod cita- tio debet fieri die non feriato, vt compareat die non feriato, licet de iure communi dubium id dixerit Rouit. in d. Rubr. ad Pragm. de ferijs num. 9. ex Flor. cons. 20. & D.D. in cap. conque- stus: de ferijs.

Tota igitur difficultas stat in secundo tempore, scilicet prouisionum expeditarum virtute decreti, quæ ab actuarijs expediun- tur, ad hoc, vt illæ intimentur, inserta for- ma decreti, quæque etiàm à Iudicibus fir- mantur, & in calce illarum actuarij ponunt diem expeditionis diuersum à die decreti: de quo tempore verè loquitur Ritus 117. his pariter verbis. Item pralibata Curia solet fermare hanc practicam, quod data com- missionis cuiuslibet, vel data citationis cuius- cunque, potest fieri sub quocunque die, etiàm feriato, die etiàm Paschali &c.

Vndè, antequam ad ulteriora progredia- mur, aduertendum est, verè Ritu hunc lo- qui de secundo tempore à nobis conside- rato, & nullo modo de primo, nempè de die decreti. Quod patet, quia hic idem Ritus vult, vt decretum debeat fieri die no- feriato, siue decretum contineat citationem, siue quicquid aliud.

Vt autèm innoteſeat, Ritu hunc velle, vt decretum huiusmodi debeat fieri die non feriato, supponendum est, in ciuitate, eiusq; pertinentijs intimari decreta curiæ, quæ in ea ciuitate regitur, non clausa prouisioni- bus sigillo munitis, verùm extrà ciuitatem,

eiusque pertinentias intimari prouisiones sigillo munatas, inserta forma decreti. Cùm igitur intimantur decreta in ciuitate, eiusq; pertinentijs, vult *Ritus* hic in postrema oratione, vt data decreti non possit expeditri die non feriata, secùs verò, cùm intimantur prouisiones, inserta forma decreti, quia tunc data prouisionum poterit expediti secundùm hunc *Ritum* die feriata, adeòque certum est, illum non loqui de primo tempore à nobis exposito, sed de secundo. Hæc sunt verba *Ritus*. Quando tamèn committuntur citationes aperte, sicut, quando quis debet citari, qui sit in loco, ubi curia regitur, & eius loci pertinentijs: tunc (notare) dies datae talis citationis debet esse iuridicus, secundùm consuetudinem dictæ Curia in ipsa curia diuinus obseruatam. Huiusmodi verò citationes dicuntur apertæ, quatenus non clausæ sigillo, nec literis prouisionalibus: vndè cùm *Carauta* in d. *Ritus* inquit indistincte, non seruari *Ritus*, eo quod prouisiones clausæ, & aperte in loco iudicij, & extra, quo cumque die expediuntur, etiam feriato ad honorem Dei, salua eius pace, si vim *Ritus* intellexit, eum non explicuit, dum nunquam auditum est, posse in Regno decreta die feriata firmari, intèr quæ, vt suprà explicuimus, numerantur citationes apertæ, de quibus loquitur *Ritus* ille.

Igitur de secundo tempore à nobis exposito loquens *Ritus*, vult, vt etiàm die feriata possint expediti citationes clausæ, adeòque nō attèdēdum sit, an data illarū sit facta die feriata, an non. Et sanè rationabilitè: nam data, quæ sit Actuarij, Scribis, &c. non est actus iuridicus, prout est dies decreti, sed est quidem actus ceremonialis, vt sic loquar, qui verè ad aliud non deseruit, quam ad ostendendum tempus, quo Actuarius, siue scriba literas illas, seu prouisiones scriptis. Pro qua nostra conclusione adduci potest, quod ait *Calà d. quæst. 4.n. 16.* Loquens de actu commissionis de citando, qui iuridicus non est.

Quoniàm verò, vel hic actus quandoque iuridicus esse potest, cum sèpè Actuarij ip-si, nullo prauio decreto, huiusmodi literas seu prouisiones expadiant, vel multæ alii possunt oriri fraudes, idcirco obseruantia huius *Ritus* recessit ab aula, & citationes, & prouisiones quæcumque expediuntur die non feriata, etiàm ab Actuarij, adeòque, licet obseruantia relata ab *Afl. in d. Rubr. ny. 6.* volente, vt data citationis facienda sit die feriata, improbata fuerit à *Calà*, & *Dom. Altim. mar.* post alios, quos ipsi citant in locis citatis, verè nostris tempestatibus adest, teneat *Dom. D. Carolo Petr. ad d. Rit. 117. num. 3.* & iam quotidie inspicimus, omnes datas

prouisionum fieri diebus nō feriatis, nonmodò datas decretorum. Sicque nulla habitatione concludendū, citationes in Regno neque expediri, neque fieri posse die feriata; & consequentè limitationes, quas modò trademus, erunt vlla absque distinctione, tam habitu respectu ad expeditiones citationum, quam ad ipsos citandi actus; quoniàm verò nōnulli distinguunt intèr ferias ad honorem Dei, & alias ad hominum utilitates indicias, nos cum communiori eas non distinguentes, æquabimus, pricipue, cum nostri *Ritus* nullam adhibeant distinctionem, quæ ratio adducitur à *Muscarello* in *d. Glos. intitato num. 22*, sicque ille obseruari testatur, cumque sequitur *Calà d. quæst. 4. num. 12.* aliam adducens rationem, quia 21 feriæ repetitæ exequatur, & comparatæ sunt ferijs introductis in Dei honorem secundum adducta per *Alex. in l. ne quis: num. 14. ff. de ferijs. Ang. in Sappellantur: num. 34. Inflit. de exceptione. Bald. in l. quoniam, num. 1. ff. de ferijs. Oliu. in Rit. 19. Archiep. Neap. num. 4. Vat. de nullitat. tit. ex defect. Iurisdict. ordin. num. 129. Alex. in l. 1. §. 1. num. 4. ff. de ferijs, & Marant. in Specul. part. 6. membr. 1. tit. & recte cōcipiatur citatio, num. 119. Vndè audiendi non sunt, non modò, qui differentiam constituunt intèr dies Dominicos, & alios dies feriatis ad honorem Dei, prout sunt *Gloss. Dyn. Albert.* aliquæ apud *Tiraquell.* de retract. consanguin. sed nec, quid differentiam constituunt intèr ferias ad honorem Dei, & hominum utilitates, siue ad Principum decrem indicias, intèr quos *Bart. in l. 1. s. renunciatio, ff. de noui oper. nunciat.* aliquæ apud *Dom. Altim. d. quæst. 36.* qui eos impugnat.*

Nunc igitur deueniendum ad casus, in quibus etiàm die feriata potest procedi ad citationem, & ad decreta citationum, alia que omnia iudicaria, qui utique reperiri possent apud duos, vel tres audores; ast, quoniàm, si sic agerem, modum hunc improbarent nonnulli lectores, qui oculos alunt innumeris auctoritatibus, operè premium arbitror, sequi in hoc nonnullorum Auctorum 22 versutias, qui in libris Typis tradendis infinitos propemodum adducunt Doctores ad casus, siue conclusiones probandas, quos certè nunquam viderunt, sed eorum nomina ab uno, aut altero rescripsierunt auctore; sicque postmodum eam consequuntur laudem à nonnullis sciolis, vel nimium simplicibus Lectoribus, Aduocatisque, quam ab alijs sensatis, hancque versutiam edocetis, non referunt, ni tantum eam, quam labiosis rescriptoribus darent. Hæc volui simplicium id genus hominum edocere, ni in posterum decipiatur, neuè irridenda mirentur.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 363

- 23 Primus igitur casus sit, cum vrget necessitas, cum multa fieri permittantur, quæ absque necessitate non permetterentur. *pro* iuxta exornat *Anell. de Bottis in addit. ad Bart.* in *l. pto s. predium. vers. necessitatis ff. de legat. 2. & ad id multa adducit C. d. q. st. 4. num. 60. & seqq.* Quando autem vrgere dicatur necessitas, Iudicis arbitrio relinquantur.
- 24 Secundus, cum res peritura est, puta, si agatur de messibus, & vindemijs. Ita *Vlpian. in l. 1. s. sed excipiuntur, ff. de ferijs, & dilationibus*, circà quæ vide multa ad eruditioinem apud *Bald. in d. s.*
- 25 Tertius, cum expedit, ut tutores, aut curatores dentur, ut officia admoneantur, cessantes excusationes allegentur, alimenta consiliuantur, etates probentur, ventris nomine in possessionem mittantur. Verba sunt *Vlpiani in l. 2. ff. eod.* Quod autem de alimentis dicitur, *Paul. de Castro in d. s. excipiuntur*, intelligit procedere, quando ea petuntur Iudicis officio, ex *Gugl. de Cu. secus*, quando iure actionis, puta, si fuissent legata.
- 26 Quartus, cum agitur rei seruanda causa, vel legatorum, vel fideicommissorum, vel danni infecti, ex eod. *Vlpian. in d. l. 2. & hoc reuocatur*, cum de quocunq; attentato praedium agitur, quod sepius fit in moliendo, vel demoliendo. Circà causam autem rei seruandæ *Bart. in d. l. 2. ex Gloss.* id intelligi ait, quando persona esset suspecta, idque menti tenendum.
- 27 Quintus, cum agitur de testamentis exhibendis, ut curator decur bonorum eius, cui, an hæres extiturus sit, incertum est, ex *odem Vlpian. ibid.*
- 28 Sextus, cum agitur de alendis liberis, parentibus, patronis, aut de adeunda suspecta hereditate, aut, ut aspectu atrox iniuria estimetur, vel fideicommissaria libertas praestanda. *d. l. 2. & Bart hic, & in l. const. Digestorum, inquit, id, quod dicitur, quod ex aspectu atrox iniuria estimetur, faciendum per ipsu[m] Iudicem, vel per medicos, vel per alios expertos.* Verum *Paul. de Castro in d. s. excipiuntur*, aliter exemplificando, quam *Gloss. ait, quod si aliquis est vulneratus, & dubium est, an ex vulnere sit remansura cicatrix, qua statutum imponit maiorem pœnam, & sic sic necesse adhibere medicos, & peritos, id fieri posse die feriato.*
- 29 Septimus, cum agitur de rebus ad nundinas spectantibus, ex *d. l. 3. s. fin.* quæ, licet loquatur secundum *Glos. de eo*, qui à vicini pecuniam accepit, ut suum frumentum non portaret, ut alij carius venderet; tamèn, cum etiàm generaliter loqui videatur ijs verbis, qui quid nundinarum nomine aduersus communem utilitatem accepit, dicendum est, eam comprehendere quicquid nundinas respicit, præcipue, cum nundinæ moram non patientur: vndè apud omnes ad id Iudices particulares constituantur.
- 30 Octauus est in negotijs militaribus, ex *l. Diuus Traianus, ff. eod.* Et quanvis *Bartolus ibi* dicat, ferias esse inducias solummodo in actionibus Iudicialibus, non in alijs; non inde tamèn dicas, si in negotijs militaribus actiones occurrant Iudiciales, quæ moram non patientur, quæque multæ esse possunt, non posse eas die feriato proponi, neque de citatione agi, cum contrarium sanè dicendum sit.
- 31 Nonus, in causis publicis, & Fiscalibus, quæ tamèn non omnibus diebus feriatis agi possunt, sed tantum in ferijs, quæ statutis mensibus dantur, quasque nos astiuas vocamus, ut patet in *l. publicas, iuncta l. omnes C. de ferijs.* quod idem obseruandum ait ibi *Bald.* in causis Vniuersitatum, tanquam publicis.
- 32 Decimus in causis pistorijs, ex *d. l. publicas*, cum scilicet videndum est, an iij artifices bonum panem construant; redditque *Gloss. rationem*, quia omni tempore pane egemus: vndè omni tempore iij citari possunt. Hic tamèn aduerte, licet casus hic in *eadem l. publicas enuncietur*, in qua causæ etiàm publicæ, & fiscales enunciantur; non ita tamèn considerandum esse, ut ad instar earum causæ ad panem spectantes non possint in quibusunque ferijs tractari, si res adeò necessaria sit, ut moram non patientur; tunc enim, & causa, & citationes quibusunque feriatis diebus expediri poterunt eadem ratione à *Gloss. assignata*, quia scilicet omni tempore pane egemus, & faciunt dicta à *Paul. de Castro in d. l. omnes C. de ferijs.*
- 33 Undecimus in causis manumissionis, & emancipationis, ex *l. actus 8. C. eod.* vndè, si occurruunt citationes ad id facienda, poterunt quibusunque feriatis diebus fieri. Ibi, & super his acta non prohibeantur. Quis enim dubitat, inter acta venire citationes? quod ex eo patet, quod ait ibi *Paul. de Castro*, scilicet, quod de manumissione, & emancipatione perficiuntur acta coram Iudice.
- 34 Duodecimus in examinandis testibus, cum periculum est in mora, ut seruatum refert etiàm in Hebdomada Sancta *Thesaurus decif. 95. in fine.* Quare, stante hac opinione, si occurrat citatio facienda ad eorū iuramenta videnda, fieri poterit etiàm die feriata.
- 35 Decimus tertius in causis, in quibus damnum futurum vereinur, puta, si domus vicini casu ruinam minaretur domui alterius vicini; tunc enim posset citari vicinus.

- pro remedio dando etiā die feriata , cum huiusmodi causæ sint de damno infecto ; nām ex Caio in l. 2. ff. de damno infecto habemus , quod *damnum infectum est damnum* non dum factum, quod futurum veremur: quare , cum ex celeritatem desiderent ex l. 1. ff. eod. possunt utique expediri die feriato l. 2. ff. de fer. adeoque ex dictis à fortiori poterunt citationes super ijs expediri .
- 36 Decimus quartus in causis syndicatum, quæ secundum Par. de Puteo in tract. de synd: in cap. Ferie in causa syndicatus nu. 2. tractari possunt diebus feriatis: vnde, urgente necessitate, possunt super hac re ijsdem diebus feriatis fieri citationes .
- 37 Decimus quintus in Principe, qui validè citare potest quemlibet quovis die feriato , ex Bart. in l. 2. §. item si: num. 8. ff. si quis in ins vocmō icrit. Specul. tit. de ferijs in §. 1. n. 6.
- 38 Decimus sextus in impedientibus eorum exercitijs publica studia, vel publicam quietem ; hi enim citari queunt die feriata , ad notata per Roman. in d. l. §. sed excipiuntur: num. 1. vers. sed pone: ff. de ferijs. Abb. in cap. significauerunt: num. 24. de Iudic. & Bart. in l. unica C. de stud. liberal. Vrb. Rom. lib. 10. nu. 1. & 2. & precipue num. 3. & ratio est evidens, quia eodem die, quo impediunt & turbant quietem , possunt citari , vt ab eorum exercitio desistant .
- 39 Decimus septimus in causis decimatum, quæ, quoniam expediti possunt die feriata , per ea, quæ notauerūt Bertach. tract. de Episc. lib. 1. num. 19. & Alberic. in Rubr. C. de ferijs num. 1. admittere debent etiā citationem ijsdem diebus feriatis .
- 40 Decimus octauus in causis, in quibus agitur de usuraria prauitate , ex eadem ratione, qua supra, & faciunt Auctores relati per eundem Bertach. & Alberic. locis citatis .
- 41 Decimus nonus in causis, in quibus proceditur contrà publicos viarum crassatores, secundum plures relatios à Cal. à d. tract. de ferijs: quæst. 4. limit. 14. nām eadem ratione possunt etiā diebus feriatis expediti citationes contrà eosdem .
- 42 Vigesimus in causis suspectorum de fuga, qui, si capi possunt diebus feriatis, ex Paul. Castren. in l. dies festos, num. 5. C. de fer. alijsq; relatios ab eod. Cal. à d. quæst. 4. limit. 16. quanto fortius citari possunt ?
- 43 Vigesimus primus in assignatione termini facienda ab Episcopo exequotori testamentario , quæ die feriato fieri potest , adeoque etiā citatio , ad notata per eundem Cal. à loc. cit. limit. 21.
- 44 Vigesimus secundus in causis excommunicationum, & censurarum , quæ, si fieri valent die feriata , ex Guid. Papa decis. 215. num. 2. vers. similiter excommunicatio. Rom. in

in d. l. 1. §. sed excipiuntur, num. 12. ff. de ferijs . Federic. de Sen. cons. 11. Specul. tit. de fer. §. 2. vers. porr̄ ea, aliisque , admittunt etiā die feriato citationes, monitionesque .

- 45 Vigesimus tertius in causis rusticorum , quæ secundum variarum Regionum more expediuntur à nonnullis Iudicibus die feriata. De quibus Navarr. in 2. part. decret. cap. 13. De tertio præcept. Decalogi. num. 13. vers. satisque. Caetan. in Gloss. 2. 2. quæst. 122. à num. 4. & Armill. in summ. verb. Festum num. 16. vnde pari ratione citationes super illis fieri valent ijsdem diebus .
- 46 Vigesimus quartus in causis spoliationū, quæ , dum discuti possunt die feriata secundum Specul. in tit. de petit. possess. & spoliat. nu. 2. admittunt pariter citationes eodem die .
- 47 Vigesimus quintus in causis continentibus renouationem alicuius acti facti die feriata, qui etiā die feriato reuocari possunt, ex Bart. in l. de quibus num. 13. ff. de leg. & Bald. tract. de carceribus cap. 1. n. 7. alijsq; tunc enim etiā citatio super huiusmodi reuocatione fieri potest die feriata, quemadmodum dicimus de citatione die feriata facta , quæ reuocari potest eodem die feriata, ex Affl. in Const. Regni . Si quis in postrem num. 48.
- 48 Vigesimus sextus in causis captiuorum, ex l. penult. ibique Alex. C. de ferijs, ea quippe ratione , quia omni tempore carceratis danda est defensio , ex l. custodias ff. de publ. iudic.
- 49 Vigesimus septimus , cùm agitur de aliquo banniendo , qui ex Bald. in l. fin. nu. 4. vers. quarto nota , ff. de fer. diebus feriatis banniri potest , quicquid senserit Foller. in praxi part. 1. part. 2. verb. Banniantur num. 8.
- 50 Vigesimus octauus in oblatione retractus , quæ potest fieri , & notificari die feriato, secundum Tiraquell. de retract. consanguin., in §. finis num. 77. ea ratione , quia est actus iudicarius in mero facto consistens.
- 51 Vigesimus nonus in causis respicientibus publicam utilitatem, quæ secundum Roman. in d. s. excipiuntur nu. 11. vers. in Gloss. & in l. solet ff. de ferijs exerceri possunt die feriato à Judice .
- 52 Trigesimus in causis Ecclesiasticis , in quibus proceditur diebus feriatis , ex Abb. in cap. significauerunt, num. 19. de Iudicij .
- 53 Trigesimus primus in causis adueniarum è longinquis pareibus venientium , quæ intellige secundum notata per Abb. in d. cap. significauerunt: num. 18.
- Trigesimus secundus in causis pijs , ex Tiraquell. de priuilegiis cause, in priuileg. 157. & Alberic. in l. Publicas , ff. de ferijs: num. 3. vers. & quod dixi .

Tri.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 365

54 Trigesimus tertius in causis, in quibus petuntur animalia, quæ ratione periculi, & interitus admittunt citationem die feriata, ad noctata per Angel. in l. solet: ff. de ferijs, per sotum ex l. illud ff. de perit. hered. l. si verberatum, cum seqq. ff. de Rei vindicat. & ex l. si ex legati causa: ff. de verbos. oblig.

55 Trigesimus quartus in citatione facta Iudæis in festis Christianæ Veritatis, ut notat Afl. in d. Conf. si quis in posterum, num. 48. Hæcque satis quoad citationes. Cæteros verò casus, quibus feriæ non polluantur, vide apud Calà quæst. ultima: qui casus nonaginta sex referunt videndos, re nata.

Circà duellum, cuius Reg. Sanfelicius mentionem in calce decisionis, agam alibi, vbi nonnulla recentiorum politicorum dicta examinabo, præcipue cum ad manus meas peruererit tractatus quidam de duello compositus miro sane ingenio à Ianuario Stanton. Alia vide in sequenti dilucidatione.

S V M M A R I V M .

- 1 Duellantibus quomodo fiat mandatum.
- 2 Cautio de non offendendo à duellantibus quomodo præstetur.
- 3 Mandato facto principalibus duellantibus, substituuntur sèpè alijs ad duellum perficiendum.
- 4 Mandatum solet fieri omnibus duellantium proximioribus, sed inutiliter.
- 5 Duellantium regulæ ad euitandum mandatum, quæ sint.
- 6 Cautio de non offendendo à duellantibus pro quibusnam præstanta sit.
- 7 Pater præstans cautionem pro filijs de non offendendo non tenebitur, factis ijs sui iuris.
- 8 Cautio de non offendendo an intelligatur præstata pro omnibus, si tota familia offensa non sit. Latè probatur.
- 9 Occisus an in dubio præsumatur aliquis cauientis intuitu.
- 10 Cautionis pñam sèpè fugere putat aliquis rixam inducendo.
- 11 Cautio præstanda est ab omnibus familia Capitibus, si tota familia offensa fuit.
- 12 Familia quando dicatur offensa, ad hoc, vt cautio præstanda sit à totius familia Capitibus.
- 13 Cautio de non offendendo præstanda est, quamvis alteruter illam nolit.
- 14 Cautio de non offendendo non præstatur à nobilibus, sed ij obligantur sub verbo Regio.
- 15 Magnatum differentias componuntur, & quomodo.
- 16 Duellantium cause cuius generis sint, & quomodo ijs consultatur.
- 17 Duellantibus nullum consilium.
- 18 Meretrix quedam amantes varijs mutuo

- amore absque duelli suspicione diu tenuit.
- 19 Magnates Reipublicæ utiles non tenentur duella acceptare, etiam attentis regulis duellantium. Quod principium ab ipsis receptum est.
- 20 Duella acceptantes censentur Reipublicæ inutiles. Quod probatur principijs à duellantibus receptis.
- 21 Equites Neapolitani non deberent duellis uti, ne inutiles censi valerent.

DILVCIDATIO DECIS. CXLI.

- 1 **D**uo hic potissimum habemus. Primum, solere nobilibus ad duellum prouocantibus fieri mandatum de persona, ne sub certa pœna discedant è domo, iisque non repertis, affigi citationem domi, ni reperiatur illi de familia, qua occasione rescribit Sanfelicius citationis formam. Verum subdit, elapso termino statuto in citatione, non procedi ad pœnæ exequitionem, ni, accusatis contumacijs, ex Ritu M.C.V. 118.
- 2 Alterum est, compelli hoc casu ad præstandam cautionem de non offendendo, non solum principalem pro se ipso, sed etiam pro filijs, familiaribus, consanguineis, & affinibus. Qua etiam occasione adducit rescriptum pro pace intèr magnates.
- 3 Quoad primum nihil est, quod vterius dicamus, ni, quod diabolica calliditas operuenit, vt voluerit, recepto à principibus mandato, teneri illos substituere alios, qui eorum vices in duello suppleant, cum, qui per alium facit, per se ipsum facere videatur, vt fusè probat Stantonus in antecedenti dilucidatione citatus, tract. de duell. non typis demandato, lib. 1. c. 1. 2. vnde, dum impia hec politica fundata est in ea regula, qui per alium &c. dicerem, ex eadem regula frangi mandatum, si ab alijs suppleatur duellum. Quoniām vero semper culpa mitiorem experitur pœnam; hinc fit, vt ad hoc euitandum, mandatum fieri soleat omnibus duellantium proximioribus. Sed certè, si quis prædictum opusculum legerit, reperiet, nullo alio modo posse fraudibus huiusmodi consuli; ni iniungendo mandato, quod principalibus sit, sub eadem pœna, ne per alios duellum prosequantur. Cæterum Principalis mandato obediet; non indè tamè opportuna præstabuntur remedia. Quod an verum sit, videamus ex paucis, quæ hic rescribo, dictis super bac re à Stanton lib. 3. cap. 4. Ibi hæc. Oggi alcuni Giouani poco esperti volentieri, quando devono sodisfare, sono richiesti del campione, sogliono, e malemente operano, rispondere, di non hauer personz da cacciare in loro vece, & all' hora senza scrupolo alcuno si può à tali rimedi procedere. Per ordi-

ordinario, come che, succeduta la rissa, succedono i mandati, ordinaria scusa è di dire, che non devono uscire, se prima non vengono affucinati dal valsenze della pena, che incorreranno nel rompere il mandato. Circa ciò io dico, che i Cavalieri antichi non si seruiano penitus di tal discalpa, come n'accerta il Mutilo di sopra allegato nel lib. 2. cap. 21. del duello. Oggi i moderni l'hanno per causa legitima. Verum sogliono mantenersi tre, o quattro giorni liberi, & in caso, che fra questo spatio l'aggravato non lo richiede, ubbediscono a Superiori, venendo costretti a carcerarsi in casa, & all' hora certo è, ch'è legitima la causa di non uscire di persona, ma non di ricusare di dare il campione, quando l'aggravato allega legitima causa di non hauerlo potuto richiedere frà questo tanto spatio di tempo, e lo richiede del campione.

5 A figli famigli, a clericis, & altri esenti dal foro laicale non ha luogo questa causa del mandato. Così quel buon Cavaliero del Duca di Ielzi fe' uscire il figlio a duello, con tutto che ritirato si fosse a casa col mandato &c. Hec pauca legant Iudices, & remedia prestant.

6 Quoad alterum, vt in hac decisione inspicimus, Doctores diuersimodè loquuntur, cum nonnulli velint, vt cautio exigi possit pro ijs tantum, qui sunt in offensi potestate; nonnulli autem pro omnibus. Idcirco certa a nobis regula constituenda erit ad pacem conseruandam.

Quidem fateor, voluisse nonnullos, praetita cautione de non offendendo ab aliquo tam pro se, quam pro consanguineis, & affinibus usq; ad tertium gradum secundum ius canonicum computandum, si frater sponsus cauentis offensus sit ab altero fratre alterius cauetis de non offendendo, non intelligi comprehensos prefatos fratres; siccum; practicatum refert Baldaxar de Angelis ad Foller. tit. pénis debitibus feriantur n. 26. Idemque in M.C. decisum refert Riccius ad decis. 359. Vincentij de Franchis: nonnullos verò voluisse, vt pro ijs tantum possit peti cautio, qui cauenti subditi sunt, siccum verò pro aliis, vt ex scriptis hic a Sanfelice post re-scriptum intè Magnates.

Sed, salua quorumcunq; pace, si limitationes has statuemus, offensa non arcebitur, nec cautio exigetur, quandoquidem nostris tempestatibus videmus, quoscunque consanguineos remoto in gradu existentes, quinimò affines, & amicos meri nominis facili animo vlciscendi curam sibi tribuere, & sepiùs proximiores filere, remotiores verò bonis carentes arma capere pro consanguineo, vel affine offenso; amicos autem pro amicis ad animam fundendam iactare se paratos. Præstet igitur offensus

cautionem pro se, consanguineis, & affinibus, qui non indè offendori parcat, dum tot paratos ad iniuriam vlciscendam habet amicos. Imò caueat pater, tam pro se, quam pro filijs, qui, quando filii sui iuris facti sunt, non tenebitur pro illis. 1. filius familias ubi Bald. ff. de tut. & rat. dict. Card. in clem. 1. quæst. 9. de censib. Farinac. de carc. & carcer. quæst. 34. num. 37. & 38. alijque pluri-mi.

Igitur, vt, quoad possumus, ad pacem statuendam cooperemur, duos puto distinguendos casus; nam, aut loquimur de offensa, quæ non totam respicit familiam, vel 8 quæ totam respicit. Si in primo casu versemur, certum arbitror, præstata cautione de non offendendo, absque eo, quod aliquis promittat pro se, amicis, consanguineis, ceterisque affinibus, intelligi prouisam pro omnibus; adeoque, offendente, quolibet personam offendoris, vel eius affinium, consanguineorum, ceterorumque & è contra, posse puniri non modò offendorem, sed cauentem: & ratio est manifesta secundum politicam duellantum superius relatam, qui, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur: vnde parum refert, offendam factam esse ab amico, siue à quo-cunque alio affine, si cauentis intuitu facta sit. Itaque hoc casu cauens dicetur offendere, licet utatur alio tanquam ministro offendaz, eodem prorsus modo, ac si seruo suo imponeret, vt Titum interficeret nec ultra adest differentia, ni merè materialis. Quod genus assassinij est.

Et quamvis vrgeri possit, esse probandum, consanguineum cauentis intuitu ipsius cauentis offendisse aliquem, arceamus quæsò obiectiōnēm hanc, cum in materia tam periculosa non requirantur probationes aliae, nisi ex, quas exitus demonstrat; imò ad cauentem dicas spectare probationes; hic namque probare tenetur, ab eius consanguineo imperfectum Titum alia causa, quam concludenter probabit: ceterum in dubio prælendum est, imperfectum cauentis intuitu. Quarè ego hoc casu sentirem, cum Mars; conf. 9. relato a Foller. tit. pénis debitibus feriantur num. 23. cauentem, non solum posse puniri pena fideiūssionis ruptæ, sed etiam corporali.

Hic autem pro primo casu obiter collige, cauentes ad pénam fideiūssionis effungiendam valde operari, vt intè eius consanguineum, partemque aduersam affectata quedam lis, & rixa oriatut: non indè tamè dicas, non teneri cauentem; plus enim valet, quod agitur, quam quod simulatè concipitur. Vel veramur in secundo casu, ac proinde, cum iniuria totam afficit familiā, & tunc

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 367

& tunc ab omnibus familiz capitibus cau-
tio præstanda, & quisque intelligetur præ-
stare pro ijs, qui à se dependent; sive, illa-
ta postmodum offensa, iste tenetur, à quo
dependet offensor, & ratio patet ex dictis,
quia quisque præsumitur facere intuitu, nō
omnium cauentium, sed cauentis, à quo ip-
se dependet; plus enim adhærentibus te-
nemur, quam extraneis.

12 Quando autem iniuria dicetur afficere,
totam familiam, facilis est indagatio, quod,
vt verum fatur, raro evenit, vt familiæ to-
cius honor deturpetur; nam non eo, quod
Titius interfactus est, alapam accepit, vel
verbena, deturpata dicetur tota Titij fami-
lia, si familiam appellamus eam, quæ à va-
riis dependet capitibus. Hoc vero Iudicis
remitetur arbitrio, sicuti poena fideiussio-
nis ruptæ inuicem date, ex *Farinacc. de car-
& carcer. quæst. 29. num. 14. & 16.*

His sic explanatis, & dilucidatis, nonnulla
aduertenda, & colligenda sunt. Et primò,
13 licet alterutra pars renuat cauere de non-
offendendo, vel sibi caueri nolit, nihilomi-
nius tamèn ad instantiam alterius teneri
cautionem præstare, quamvis nolit sibi cau-
eri, adeoque, ne vtrique ad imparia iudi-
centur, debere Iudicem alteram partem etiā
cogere ad cautionem præstandam, vt mu-
tua sit cautio, & mutua quoque sit poena
in casu ruptæ cautionis; quamvis enim ex
ijs, quæ referunt *Riccius, ubi suprà*, aliquæ
Doctores communiter, si ab uno præstata
fuerit cautio; alterè vero illam præstare no-
luerit, laceretur fideiussio, hoc intelligendu-
m, utraque parte renuente; secùs vero, si
alterutra cautionem requirat, quia tunc
vicissim cautio præstanda est, & Iudicis
officium supplebit, quod pars non petit,
idque ratione publicæ utilitatis. Et faciūt
dicta *Vinc. de Franch. decis. 356. num. 1. & 2.*
vbi Dom. de Luca. Alia vero ad materiam
vide apud *Amend. Ricc.* aliosque ab ipsis re-
latos ad d. *decis. Vincentij de Franchis.*

14 Secundò, hanc cautionem intèr nobiles
nostris temporibus non esse vsu receptam,
sed hos assolere sub verbo Regio obligari,
prævio Proregis mandato coram magnifico
Secretario Regni de non offendendo;
adeoque huiusmodi obligationem stare lo-
co fideiussionis. De qua praxi testatur
*Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis-
fieri solit. num. 17. & ego vidi, orta rixa intèr
nobilem, aliumque plebeium, plebeium si-
deiussionem præstitisse, nobilem vero se-
obligasse sub verbo Regio, nec voluisse M.C.
ut vtrique verbo regio se stringerent.*

Tertiò, ut obseruamus hic in rescripto po-
sto à *Sanfelicio num. 14.* res Magnatum, co-
rumque lites componi. Quam praxim idem

Stantionus ponit d. *tratt. lib. ultimo cap. 10.*
inquiens, Iudicem committere nonnullis, vt
corum videant differentias, pacemque sta-
uant: vnde huiusmodi commissarij videre
16 debent, quænam fuerit duelli causa; nam, si
ea fuerit legitima ex causa priuati interesse
orti à ludis, ceterisque id genus, adhibita
extrajudiciale informatione de vtriusque
partis rationibus, ipsis curandum est, vt sa-
tisfactio interueniat, & alterutra renuente
parte, Iudex audeundus est, vt ad carcera-
tionem, aliaque procedat remedia: quod
si causa in iudicium fuerit deducta, ni cō-
poni possit, statuendum est, vt, remota ini-
micitia, ulterius in dicta causa proceda-
tur. Hi igitur commissarij Principem, seu
iudicem informabunt, qui poste ad re-
scripti promulgationem procedent, vt vi-
demus hic apud *Sanfelic.* Vnum tamèn
aduertit *Stantionus loc. cit.* vt plurimū due-
lla prouenire ex causa illegitima, puta ex
Zelotypia erga meretrices, quo calu com-
positores studere debent, vt neutra pars ad
illas accedat. Et quidem negare non pos-
sumus, duella ex huiusmodi illicitis causis
17 oriri. Prohibeant duellum Concilia, Sacri
Caunes, Cæsarum edicta, responsa Pru-
dentum: in illud inuochant concionatores,
omnia tamèn iuuensis ardor contemnet,
omnibusque posthabitis, pro sua Venerè li-
benter animam funder. Vna tantum nostris
18 tempestatibus hac nostra in ciuitate Nea-
poli venefica canendi arte meretrix potuit,
non modò amantium arcere duella, sed il-
los sui præsentia ita capere, vt roboris, pu-
dorisque oblii gauderent socios amoris ha-
bere, quinimò ita illos valuit contemnere,
vt iubere visa sit, vt alterum non prouo-
caret alter ad duellum, sed ad amorem.
Quod si plebeios fuisse dixeris amantes,
falleris, dum prima nostri Regni capita-
florida, decorata nobilitate, innotaque asso-
ciata robore tantæ Veneri se se vtero dica-
runt, maxima prudentum admiratione, vt
mira scribendi arte super eius vita cecinis
celeberrimus quidam Vates hic non pate-
faciendus, ne infandum impudicæ Veneris
facinus reddatur immortale. Ast, quonià
fama est, eam esse iam vita functam extræ
floridissimam hanc ciuitatem, nostro etià
pereat calamo, & ad nostrum propositum
revertamur, hortantes Neapolitanos equi-
tees, vt duella effugiant, vnico, vt cætera de-
setam, argumento apud me insolubili; nam,
vt longo sermone aduertit sepiùs citatus
Stantionus lib. 1. cap. 12. Magnates Reipubli-
19 cæ viles nequeunt ad duellum prouocari,
nec illud acceptare. Sic, vt narrat *Plutarch.*
in vita *Marci Antonij*, hic pluriès ad duel-
lum vocauit Cæsarem Augustum, qui sem-
per

pèr respondit , satis multas ad interitum vias Antonio patere . Sic Scipio Africanus reprehensus , qui à duellum non acceptaret , respondit , *Imperatorem me mater , non pugnare genitus* . Sic Marius prouocatus respondit , *si cupidus mortis esset , posset cum laqueo vitam finire* . Cætera autem desero videnda apud *Statuum loc. cit.* Igitur ex hac politica intèr duellantes statuta , ab ijsque admisla , colligimus , si Magnates tanquam Reip. viles non tenentur duella acceptare , 20. alios illa acceptantes esse Reipublicæ inutiles . Nunc ergo iuuenium dementiam di- gnoscamus non curantium duellorum usu inutiles haberi . Quod indecorum est , & fugiendum à Neapolitanis equitibus , qui omnes , & ciuitati , & Regno , & Regi succurrere se paratos , habilesque iure optima dignoscunt .

S V M M A R I V N .

- 1 *Testes nominantes aliquem clericum an probent clericatum .*
- 2 *Status hominum nequit dependere à simplici testium denominatione .*
- 3 *Veritas non dependet ab alterius assertione circa hominum statum .*
- 4 *Clericus absque requisitis S.C.T. perdit priuilegium fori , non canonis .*
- 5 *Nominatio non tribuit titulum , sed supponit .*
- 6 *Titulus in beneficialibus an probetur per depositionem testium .*
- 7 *Contumacia dicitur facta confessio , quæ non semper reluat .*
- 8 *Nominatio facta ab aliquo , de cuius interesse agitur , est vera probatio .*
- 9 *Filiatio probatur per nominationem factam in testamento .*
- 10 *Nominatio facta animo alliciendi non probat .*
- 11 *Filiatio dicitur probata per nominationem factam in actu , qui magis filio , quam extraneo competit .*

DILVICIDATIO DECIS. CXLIII.

- 1 *E Docemur hinc , testes deponentes de criminis , & nominantes reum clericum , non probare eius clericatum , nisi versemur in facto notorio . Quoniā verò materia hæc nimis odiosa est , idcirco aliqua dicimus neutram turbantia Iurisdictionem .*
- 2 *Et quidem status hominum nequit in denominatione simplici testium / & per accidens facta dependere ; quemadmodum enim clero præiudicium non infertur , si testes illum titulo seculari nominent , ita nec illi proderit , si titulo clericali : quare me-*

ritò requiritur probatio ; veritas nāmque non dependet ab alterius assertione , ex ele- gati Papiniani responso à nemine ad id addu- to in l. Imperator 8. vbi Glos. ff. de statu ho- minum .

Præterea in materia , de qua loquimur , sola nominatio non sufficit ad probandum clericatum , seruata forma Sacri Concilij Tridentini , cum non eo quod Titius nomi- netur clericus , probentur seruitia , & cæte- ra per Sacrum Concilium Tridentinum 4 statuta , cum sine illis nequeat clericus fo- ri priuilegio frui , vt in Sacra Congrega- tione decisum refert *Nicolius in flosculis vers. clericus num. 26. pag. 143.* licet retineat priuilegium canonis , ex eiusdem Sacrae Cō- gregationis rescripto , adducto ab eodem *Nicolio loc. cit. num. 27.* & nos alibi diximus .

5 Huc collige primò , solam nominationem non posse tribuere titulum , sed illum sup- ponit tantum ex illa , cap. 1. de reg. iur. in 6. vnde titulus alio modo , quām per nomi- nationem , erit probandus .

6 Secundò , titulum non probari , præsertim in beneficialibus , eo tantum , quod testes deponant , ipsos eam videlicet scripturam , vbi titulus enunciabatur , nisi exhibeat scriptura , vt videri possit , an titulus sit validus , an bonus nec posse iuuari allegantem à fi- 7 gta aduersarij confessione per contumaciā , cum ne vera quidem iuuari valeat , vt do- cissimè suo more discurrit *Faber in Codice lib. 4. tit. 11. de probat. & præsumpt. defin. 29.* assignans rationem , qui à confessio neque nocet , neque prodest in his , quæ non pen- dent à voluntate confitentis . l. confessionibus 13. & l. sequenti §. vlt. de interr. in iur. fac. quare clariū edocemur , clericatum non probari per confessionem aliorum , cum ab ijs non dependeat clericatus .

8 Hic autem , re nata , aduertere , nominationem factam ab aliquo , de cuius interesse agitur , haberi tanquam veram probationem : sic videmus , nominationem factam per pa- trem de filio prodest ad filij legitimationem , ex Bart. in §. ad hoc auth. vt licet matri , 9 & aucta . Sic quoque , filiationem probari per nominationem factam in testamento , ex Anna conf. 88. num. 38. qui alios adducit , nec filiationem tantum , sed quamcunque affinitatem secundum Nati. conf. 59.

Et quanius contrarium edocere studeat Consil. Hodierna , in add. ad decis. 146. ad Surd. ex Mascard. de probat. concl. 790. quoties no- minatio facta est studio aliquem alliciendi , 10 puta , cùm dicitur , *fili veni huc* ; tamē ipse fatetur , probari filiationem per nomi- 11 nationem , quoties nominatio facta est in actu , qui magis filio , quam extraneo con-ueniat , veluti , cùm talis nominaretur in- testa-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 369

testamento, in quo potius filius, quam extraneus instituitur, vel in exheredatione, quæ filio vere competit ex causis, quod multis probat num. 4. & seqq. illum vide.

S V M M A R I V M .

- 1 *Beneficia deneganda non sunt, etiam causa introducta.*
- 2 *Instantia perempta, perimunt omnes iudicij effectus.*
- 3 *Alienata post peremptam instantiam, valide alienata censenda sunt.*
- 4 *Reus, perempta instantia, factus alterius fori, conueniens est in ultimo foro.*
- 5 *Attentata in iudicio ratione contemptus trahunt secum vitium litigiosi, etiam perempta instantia.*
- 6 *Alienata ante peremptam instantiam, licet deinde instantia perimat, trahunt secum vitium litigiosi.*
- 7 *Peremptio instantie opponi potest, tam auctore, quam a reo, & quarè.*
- 8 *Restitutionis in integrum series demonstratur.*
- 9 *Terminus beneficiorum quantus sit, & quando currere incipiat.*
- 10 *Beneficia concedenda sunt auctori, & Reo.*
- 11 *Priuilegiati an cogi possint ad beneficia petenda, si ea petere differant.*
- 12 *Terminus petendi beneficia an currat curatori dato hereditati iacteti, late examinatur, revocata ad scrutinam decis. 41. Rouiti, & contrarium illi decisioni statuitur.*

DILVICIDATIO DECIS. CXLIV.

- 1 *D*ecisum hic reperimus, beneficia denganda non esse, etiam introducta causa, cuius occasione proponitur, perempta instantia, terminum ad illa petendum currere à die spiritus insufflati. Antequam autem ad beneficia deueniamus, sistendum nobis brevissime est super spiritus insufflatione, & peremptione instantie. Instantie igitur peremptio, propter quam spiritus insuffratio conceditur, operatur, ut perimat iudicium, & cum illo perimant etiam certi eius effectus. Unde, si res in iudicium deducta, & affecta vicio litigiosi, erat redditia inalienabilis, perempta instantia, efficitur alienabilis, ut optimè Rouit. de instant. cause non restaur. num. 12. Sic pariter, si quis conuentus in M.C. in illa litem contestauerit, postea verò, perempta instantia, fiat alterius fori, si deinde restauretur instantia, per insufflationem spiritus, conueniens erit in suo foro, ut idem Rouit. num. 13.
- 5 *Secundum autem dicendum est de attentatis in iudicio, quia tunc ratione contemptus attentata trahunt secum vitium, etiam pe-*

rempta instantia, veluti, cum quis, lite pendente, alienauerit rem litigiosam, vel eam, quæ specificè prohibita fuit alienari à Judice; tunc enim, licet deinde instantia perimat, non perimit litigiosi vitium, ut optimè idem Rouit. loc. cit. & Montan. controv. 49. nu. 4. & seqq. quæ opinio, quamvis controversa, neque hic examinanda, verior est, ut patet ex Doctoribus à citatis ad ductis.

Vnum tamè hinc collige, quod oculatè aduertit Reg. de Marin. resol. quotid. cap. 54. num. 1. in fine, scilicet, peremptionem instantie, reo instantie, non posse ab auctore opponi: quod falsum puto, siquidè reus etiam est in culpa, volens sequi iudicium super instantia auctoris iam perempta, quod poterat sequi, antequam illa periret. Unde, si tanto tempore siluit, sibi imputet, nec auctor redarguendus, dum per silentium poterat renunciare instantie, illius peremptionem, permittendo, cum forte alio modo non potuerit ob ius parti acquisitum: quod nota. Nunc ad beneficia accedamus.

Vt autem restitutionis in integrum series innoteat, sciendum est, nonnullos, nescio an callidos, an autem cautos appellemus causarum patronos, & procuratores, solitos suis huiusmodi beneficiorum petitiones differre: quarè sapienter euene poterat, ut causa introduceretur, scilicet inciperet in aula referri, ut bene explicat Dom. Verde ad Gallupp. part. 2. cap. 3 1. num. 23. lit. D. idcirco prouisum fuit per S. C. per modum legis condendæ, & statutum est, ut nequirent huiusmodi beneficia peti, nec scripturæ presentari, nisi infrà terminum viginti quatuor horarum decurrentiarum ab affixatione listæ causarum, quæ expediebantur, hocque decretum est rescriptum in Prag. 52. de officio S. R. C. Sed, si dubitabis, an huiusmodi decretum fuerit obseruatum, recurrendum tibi erit ad Rouitum ad Prag. 11. de ordine iudic. in vlt. impressione num. 39. vers. sed nuper, quamvis afferat, ipsum inuenisse decretum latum tempore Antonij Capicij, quo fuere concessa beneficia, etiam post intimatum mandatum de parendo: inquit tamè, id euene ante decretum S. C. superius relatrum.

Posthac lucem vidit Pragm. 16. de ordine Iudic. terminum dierum triginta statuens ad primum beneficium petendum decurrentium à die factæ publicationis, vel conclusiōnis, ni probationes factæ sint, & triginta aliorum dierum ad petendum secundum, qui currunt à die publicationis factæ in primo beneficio, ut practicasse testatur Gallup. in d. part. 2. cap. 3 1. num. 28. & ego arbitrarer, currere immediatè post triginta dies

A a a ad

ad petendum primum beneficium , si illud petitum non esset: cæterum obseruandam fore praxim à Galluppo relatam .

10 Hæc autem beneficia , non solum actori concedenda sunt , sed etiam reo , si ambo sint priuilegiati , adeòq; cuilibet ex propria persona competent : quare in una causa possent dari quatuor beneficia , & ita in simili casu testatur decisum Reg. Capyc. latr. decis. 79. ubi Gizzius , excusans Thorum in compend. decis. part. 3. verb. beneficium primū , aliter sentientem , eo quod processum non vidisset , dicit , cauendum ab eius dictis .

Terminus verò statutus per Regiam Sanctionem currit , cām in damnum actoris , quam Rei , cum actor , & reus non valeant ad imparia iudicari , sicque decisum testatur Capyc. latr. decis. 91. non obstante decisione relata per Thorum , quam ipse varijs ex capitibus improbat .

11 Hinc aduertas , quamvis Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. 156. Reuerter. dicat , posse cogi priuilegiatos ad petenda beneficia , si intrā tempus à Regijs ordinationibus præscriptum illa petere dilatent , multos referens ; id tamè intelligendum esse , circumscripta Regia Sanctione 16. de ordine Iudic. superius citata , omniaque decreta , quorum meminit , emanarunt antè Pragmaticæ promulgationem: & miror profecto , illum de Sanctione hac ne verbum quidem fecisse .

Demonstrata igitur hac serie , nil mirum , si , introducta causa , adhuc competant beneficia ; sat enim est , attenta ultima hac Sanctione , si terminus per illam statutus elapsus non sit .

Quibus autem huiusmodi beneficia competant , plenè habes apud Reg. de Marin. ubi suprà , quem omnino vide : nec ad materiā deferas Dom. Altim. ad Rouit. decis. 41.

12 Sed hic opportunè queritur , an tempora petedi beneficia statuta à prefata Pragm. comprehendant hæreditatem iacentem , ita ut curator , elapso tempore statuto , nequeat ea petere .

Supèr qua quæstionē habemus punctualem decisionem S. C. relatam à Rouit. decis. 41. ubi fuit concessum beneficium curatori hæreditatis iacentis , elapso termino , ea ratione , quia tempus petendi restitutionem in integrum non currit , nisi à die aditæ hæreditatis , ex textu expresso in l. ea , que: s. fin. C. de tempor. in integr. rest. per quem Doctores relati à Rouit. ibi num. 3. communiter dixerunt , iacente hæreditate , non currere tempus petendi restitutionis , eamque subdit Rouitus num. 4. esse communis huius opinionis rationem , quia hoc beneficium nequit petere , nisi hæres: vnde , hæreditate iacente , nemō dicitur esse in mora , & confe-

quentè , donec hæreditas iaceat , non currit tempus . Quod militare ait , existente curatore , cum talis curator non possit adire . Et quamvis solus Baldus loquatur expresse in hæreditate iacente habente curatorem , cum tamè cæteri illum non impugnent , censemur eum approbare . Sequuntur Capyc. latr. decis. 175. num. 9. lib. 2. Staibani resol. 140. num. 13. & resol. 176. num. 28. Dom. Rodor. ad Reg. de Marin. resol. cap. 164. num. 7. Dom. Petr. ad Rit. M. C. V. 71. num. 8. quos refert , & sequitur Dom. Altim. ad d. decis. Rouit.

Ego verò non possum tanti Senatus venerari decisionem , sed nequeo ea , quæ seratio , non patefacere , tantamque exemplarem decisionem , ni in dubium , saltē ad trutinam renovare brevissime .

Non ergo negandum , non currere tempus ad restitutionem in integrum petēdam , nisi à die aditæ hæreditatis ; adeòque , hæreditate iacente , non currere huiusmodi tempus ex d. l. ea quæ , omniumque eorum Doctorum sensu , quos Rouit. ibi citat . Hinc , si hæreditas diu iaceat , quan postea minor aeat , tempus curret minori à die aditæ hæreditatis , qua interim iacente , nullus currat terminus .

Sed difficultas stat , si datus sit curator ; hoc enim opus , hic labor est ; nām , licet curator non aeat hæreditatem , non inde poterit petere beneficia , elapso tempore statuto , cum verè in mora esse dicatur ; si quidem , quod hæreditas iacens non dicatur in mora , non obest , si datus sit curator , qui , potens beneficia petere , non petijt ; hęc que vera mora esse dicitur : vnde corrigenda prorsùs est imaginatio , cum verum non sit , moram committi tantum ab hæredem , sed à quoconque ad actum aliquem legitimè destinato ; sicque , quemadmodum curator datus hereditati iacenti potest primū , & secundum beneficium petere , ita in illis petendis seruare debet statuta tempora , ni maius priuilegium minore habeat . Cæterum Doctores relati à Rouito , non loquuntur , ipso teste , cūm datus est curator hæreditati iacenti , nec verè tali casu eodem modo loqui poterant . Poterit autem dari casus , quo , dato curatore hæreditati iacenti , nec terminus currat ad beneficia petenda , nō habito respectu ad curatorem nō petentem , sed futurum hæredem ; puta , si curator datus hæreditati iacenti non petat huiusmodi beneficia temporibus statutis , postmodum verò minor hæreditatem aeat , quo casu , licet elapsa sint tempora ad beneficia petenda quoad curatorem , poterit ea petere minor , respectu cuius tempora non curreyunt , quia hæreditas non fuit tunc temporis ab illo adita : qui non est casus

Rouit.

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 371

Rouiti, qui loquitur de curatore, qui, clapo tempore statuto, beneficia petet, ad ea que fuit admissus: *Baldus* vero à nemine impugnatus intelligendus est secundum primum casum, secundum quem vere loquutus est; nam, postquam hæc dixerat. Sed quid, si esset datus curator hæreditati iacenti secundum formam l. si quis institutus: ff. de hæreditate. an curreret istud tempus hæreditati iacenti? dubium est, quia iste curator habet facultatem experiundi: ego tamè credo, quod non currerit interim per istum textum, quia (notare) iste cursus non incipit ab hæreditate, sed ab herede. Statim subdit, sed quid, si heres fraudulentè differt adire? Respondeo, quod currat sibi tempus, quid mora adisionis operatur id, quod aditio, &c. En quomodo aperte loquitur de tempore respectu futuri heredis, cui, si fraudulentè in mora sit, currat tempus, quod alias suprà non currere scriplerat; nunquam autem loquutus est de tempore respectu curatoris, cui non petenti beneficia non currere tempus, nullo iure, nulla ratione, nullaque auctoritate probari potest, ni decisione relata à *Rouito*, in cuius gratiam hæc sub tanti sempèr Senatus, cuius est leges non dum explicare, sed etiàm condere, correctione, breuissimè adnotauimus.

S V M M A R I V M

- 1 Instantia perempta in processu compilato cum Majoribus, possunt minores heredes petere decudè beneficia.
- 2 Minoribus competunt beneficia, si ipsis minoribus fuerit datus ante terminus.
- 3 Minores heredes maiorum non possunt petere beneficia, si prius instantia perempta non sit.
- 4 Minoribus non competunt beneficia, si veniant tanquam heredes maiorum, & deinde, perempta instantia, insuffletur spiritus ad eorum instantiam, secùs verò, si insuffletur ad instantiam maiorum, & quare.
- 5 Probationes non perimunt, perempta instantia.
- 6 Beneficia non competunt maiori heredi minoris.
- 7 Priuilegium etatis non transit in successores.

DILVICIDATIO DECIS. CXLV.

- 1 At hic *Sanfelicius*, compilato processu cum maioribus, & perempta postmodum instantia, insufflato vitæ spiritu per minores, posse hos beneficia petere, sicque decisum.

Huic decisioni ex diametro opponitur decisione relata ab *Affl.* in decis. 212. ea ratione, quia Minor non vicitur iure suo, quando

succedit defuncto, cui non competitbat restitutio in integrum propter aliquam probationem reliquam: sequitur *Vrsill.* ad d. decisum alijs relatis per *Gallupp.* in praxi par. 2. cap. 31. num. 10. Et *Dom. de Luca* ad decis. 647. *Vincent. de Franch.* necnon *Dom. Hieronym.* Calè doctissimè suo more in tract. de restit. in integr. minor. denegand. qnaest. 33. n. 32.

Et licet idem *Affl.* eadem in decis. dicat, multoties fuisse decisum, competere minoribus beneficia, quando fuisset datus terminus cum ipsis minoribus, ex doctrina *Bartholi* in l. cum filius s. in hac ff. de verborum obligat. in casu tamè relato à *Sanfelic.* terminus erat datus cum maioribus. Quid ergo dicendum?

Fundatas in iure dicimus utrasque decisiones; nam, aut nulla est perempta instantia, 3. & dicas, locum sibi vendicare decisionem, relatam ab *Afflito*, aut est perempta instantia, & insufflatio spiritus sit ad instantiam minoris, & ita dicas, aut sit ad instantiam maioris, & locum sibi vendicabit decisio relata à *Reg. Sanfelic.* Et ratio est, quia, cum spiritus vita sit gratia, conceditur absque tertij praividicio, ex *Angelo* in l. tempora C. de tempor. appellat. alijisque adductis per *Regentem* hic: vnde nequit praividium inferre minoribus, qui possunt obijcere, instantiam dici nouam; & licet antiquæ probationes non perimant, non tamè inde sit, vt instantia non dicatur noua: de qua re, post alios, egregie *Dom. D. Hieronym.* Calè tract. de restit. in integr. qnaest. 28. à num. 32. ad 40. ubi etiàm habes, quid de iure canonico dicendum, quo instantia perpetua est, ex cap. penul. de *Iudicijs*. Vnde, si noua est, nouiter afficit reos, qui audiendi sunt secundum eorum priuilegia.

Disparitas autem intèr casum, quo spiritus vita insufflatur ad instantiam maioris, & minoris, ea est, quia, cum insufflatur ad instantiam minoris, ipse est, qui agit: quare nequit allegare peremptionem instantia, quæ imputanda est maiori, cuius heres est, & quem nequit impugnare; at verò, cum excipit, potest allegare peremptionem instantia, adeòque petet, le tanquam priuilegium restituendum, tanquam de novo affectum in eo iudicio.

Dices, ex his sequi, posse reum petere etiàm nouum terminum cum insufflatur spiritus vita ad actoris instantiam. Respondeo verò, falsam esse sequelam, cum peremptione instantia efficiat, vt reus petere possit, ea quæ non petit, & quæ data non fuerunt; hoc enim importat, probationes non perire. Quod si terminus datus non esset, vtique posset reus illum petere. In casu autem nostro beneficia non fuerunt

Aaa 2 con-

concessa; siveque nil aliud opponi poterit, quam lapsus temporis, qui, ut diximus, non officit minori, cum excipit.

- 6 Sed, an huiusmodi beneficia competant maiori heredi minoris, *Affl. negatiue respondet decis. 211.* qui à priuilegium etatis non transit in successorem (& quo ad hoc priuilegium etatis videnda sunt, quæ longo scriptum calamo in nostra Ariadna feudali ad cap. 1. de feudis) affirmatiue vero, si agatur per viam lesionis, pro qua lesionem consule *Gallupp. boc cit. tit. num. 11. & Dominum Calà d. quæst. 33.* Alia vide apud *Capyc. latr. decis. 79.*

S V M M A R I V M .

- 1 *Terminus ad concomitandum datur etiam post conclusum in causa.*
- 2 *Terminus datur etiam ad concomitandum scripturas priuatas aliqualem fidem facientes.*
- 3 *Terminus ad concomitandum dandus est, si presentetur scriptura priuata non animo iudicij differendi.*
- 4 *Terminus ad concomitandum concedendus est, si presentetur scriptura priuata simul cum publicis.*
- 5 *Terminus ad concomitandum non est concedendus, cum presentantur scripturas priuatas ad iudicium dilatandum.*
- 6 *Terminus ad concomitandum concedendus est, quamvis in libello fuerit enunciatum contentum in scriptura absque relatione ad illam. Quod late probatur.*
- 7 *Enunciatio absolute diuersos parit effectus ab effectibus enunciationis relativæ ad aliquam scripturam.*
- 8 *Terminus ad impugnandum scripturas enunciatas in libello ab auctore non datur reo, quamvis post conclusum in causa fuerint presentatae, & quare.*

DILVCIDATIO DECIS. CXLVI.

DE duobus hic præcipue dubitatur. Primum est, an post conclusionem datur terminus ad concomitandum. Alterum, an possit dari huiusmodi terminus respectu scripturarum priuatarum aliqualem fidem facientium.

- 1 Primum est expeditum, cum certum sit, etiam post conclusum in causa dari huiusmodi terminum: sic dictum refert *Affl. decis. 271. & de Franchis decis. 631.* quod idem scripsit *Consiliarius Hodier. ad Surd. decis. 59.* varijsque decisionibus comprobat *Consiliarius Franc. Maria Pratus ad Muscatel. part. 7. Glos. presentatas num. 25.* qui sequitur *Muscatel.* inquit, id procedere, quamvis causa esset in expeditione.

- 2 Alterum videtur etiam expeditum ex decisione relata à Sanfelicio de apoca, quæ licet trino teste fuerit fulcita, adhuc priuata dicenda est, dum indiget recognitione: unde videmus, non militare dicta *Vincentij de Franchis decis. 631. num. 2.* Ego vero idem obtinui; nam, cum præsentata fuisse fides quædam priuata inter ceteras, fuit ad relationem *Consiliari. Io: Baptista Hodierne* in causa Aloysij Enricij cum Ferdinando Piccolomini in 9. Iulij 1663. datus terminus ad concomitandum scripturas in actis præsentatas. Acta sunt in bâca Andreæ de Martino.

Vt autem solidiorem demus opinionem, tres sunt distinguendi casus. Primus est, cum præsentatur scriptura priuata non animo dilatandi iudicium, puta, si fuerit præsentata per auctorem, vel per reum, tanquam nouiter reperta, quia is, vel erat heres, vel probabilitè præsumitur, illum nouiter eam reperiisse; tunc enim etiam post conclusum in causa debebit dari terminus ad illam concomitandam, & hoc modo locum sibi vendicabit decisio relata per Sanfelicium.

- 3 Secundus est, si præsentetur scriptura priuata cum publicis; tunc namque pro omnibus dandus est terminus ad concomitandum. Paret hoc, quia non dilatatur iudicium; nam terminus datus pro concomitanda una scriptura non erit minor illo, qui dabatur pro concomitandis mille; sicque parum refert, eas esse priuatas, si misce sint publicis: nec audienda erit pars aduersa, cum præcludenda non sit via probationibus ad veritatem eruendam. Hicque casus roboretur dictis *Vincent. de Franch.* qui in præfata decis. 631. num. 2. inquit, se vidisse processum in quo erant scripturæ priuatas publicis associatae: unde nil mirum, ait, si S.C. terminum ibi ad concomitandum dederit.

Et vere in causa, quam superius retuli, fuit, me patrocinante, concessus terminus ad concomitandum, vt ab uno ex Dominis accepi, quia cum scriptura priuata aderat etiam alia publica:

- 4 Tertius casus erit, cum scriptura priuata malitiosa præsentatur ad iudicium dilatandum, & tunc nullo modo dandus est terminus ad illam concomitandam: quare militabunt dicta per *Vinc. de Franch. d. decis.*
- 5 Sed maius dubium est, an, si auctor in articulis, seu in libello, contentum in scriptura, quam deinde concomitari petat, enunciauerit, debeat dari terminus ad illam concomitandam. Et prima facie videtur negatiue respondendum ex dictis per *Annam in singulari 502.* vbi, si quod enunciatur in scriptura præsentata postmodum per auctorem,

rem, fuit anteā per eundem enunciatum in libello: quare reus potuit se defendere, non poterit deinde terminum petere ad illam impugnandam: & ratio est manifesta, quia poterat se anteā defendere: igitur idē videtur dicendum contrā eundem actorem, qui enuncians in libello cōtentum in scriptura, dēbebat illam p̄äsentare: quare non iuuabitur termino ad concomitandum, eodem prorsū modo, quo reus non iuuabitur termino ad impugnandum, cum actore, & reus non sūt ad imparia iudicandi; & ita videtur hīc Sanfelic. afferere, referens se ad Annam loc.cit.

Hoc aduersarius contrā me obiecit in illa causa, quo non obstante, fuit datus terminus ad concomitandum. Ad obiectio- nem verò Anna respondi, & equiuocationem stare respectu Rei, qui ideō non iuuabitur termino ad impugnandum, quia potuit se defendere aduersus factum illud, nec se defendit: vnde per non exceptionem videtur illud comprobare. Nec potest esse ratio, quia scripturam non impugnauit; nām quomodo illam impugnare poterat, si eam per actorem p̄äsentata non erat? Hoc autē non poterit militare respectu actoris, qui, enunciando factum in scriptura contentū, non sibi p̄iudicium insert, quin nequeat in posterum illam p̄äsentare, sicut sibi p̄iudicium intulit reus in non defendendo se ab enunciatis in primo libello; meritò igitur reo denegatur hoc casu terminus ad impugnandum, de quo clariū infrā; concedetur verò actori terminus ad concomitandum; sicque explicanda sunt dicta per Ior. Vincen. de Ann. qui, si voluisset discurrere, eodem modo de termino ad concomitandum, quo dixerat de termino ad impugnandum, non concessisset illum simpliciter in singulari sequenti, ubi nulla adhibita distinctione, illum admittit.

Nec obstant dicta Sanfelicij hīc afferētis, non dari terminum ad concomitandum scripturas in libello enunciatas, quod vltro concedo, quia tunc scripturæ videntur p̄äsentatæ ad iudicium dilatandum (si dari potest casus, quo actore aliquo sine illud dilatet) nām, si actore enunciauit scripturas, illas tenebatur p̄äsentare, quia igitur eas non p̄äsentauit, sibi imputet. At casus nosfer est, quando p̄äsentatur scriptura, cuius contentum erat enunciatum in libello; differt enim enunciatio scripturæ ab enunciatione rei contentæ in scriptura. Primum patet actori p̄iudicium, secūs verò alterū, cum possit fieri probatio pluribus modis. Vnde, non quia enunciauit rem contentam, non poterit deinde scripturam afferre, in qua talis res contineatur, ut considerantipatet.

Vnde pro vberiori intelligentia aduertēdum, cūm Sanfelicij vult, bīl. n.6. vt terminus ad concomitandum non detur, si sunt enunciata in libello contenta in scripturis, intellectissime illum de contentis relatiū ad illam scripturam, quæ consequenter enunciata est; sicque terminus ex dictis denegabitur, quemadmodū denegatum fuisse dixerat num.3. terminum ad impugnandum scripturas enunciatas in libello ab actore. Ceterum, si agatur de contentis in scripturis enunciatis in libello absque relatione ad illas; puta, si dictum sit, non teneri Titium relaxare fundum emptum à Sempronio, & deinde p̄äsentetur contractus venditionis, qui indigeat concomitacione, vtique terminus ad concomitandum dabitur, quamvis in libello fuerit enunciata venditio absolute absque nominatione contractus; secūs autē, si in libello dictum sit, non teneri Titium relaxare fundum emptum à Sempronio, vt pateat ex contractu venditionis celebrato; tunc namque, quia enunciatur venditio relativa ad contractum, adeoqne quicquid continetur in scriptura, quæ enunciatur in libello; non est dandus nouus terminus ad concomitandum, cum ratio ipsa suadeat, enunciantem debuisse illam p̄äsentare in termino, in quo eam poterat firmam reddere. Quod est oculatē aduertendum.

Recedendum est igitur in hoc à Domino de Līea indistinctè afferente in observatione ad decisionem 63 l. Vinc. de Franch. num. 6. terminum ad concomitandum denegandum esse, quando contenta in scriptura fuerunt enunciata in libello.

8. Quoniam verò, vt diximus, Sanfelic. bīl. num. 5. vult, vt non detur terminus ad impugnandum scripturas in libello enunciatas ab actore, & p̄äsentatas post conclusionem, idque, quamvis à reo petita fuisse editio carum scripturarum, prout etiā dixerat alij relati à Dom. Petra ad Rīum M. C. V. 238. num. 17. Quod nimis displaceat. Domin. Petra, eo quod Reus, sciens simplicem enunciationem factam scripturarum ab actore, sibi non nocere, prudenter illas non impugnauit, quas deinde poterit impugnare, cum p̄äsentatas viderit.

Idcirco, p̄ascindendo à rationibus superiū traditis, sciendum est, idē reo non concedendum hoc casu terminum ad impugnandum, quia hoc eodem casu actori non datur terminus ad concomitandum: vnde non debent actore & reus ad imparia iudicari: nec obstat ratio tradita à Dom. Confil. Petra, quæ prima facie videtur plausibilis; nām actore ad nihil aliud tenetur, quām ad clarum reddendum libellum in illo omnia enunciando,

do; quarè, si non modò contenta in scripturis, sed etiàm scripturas enunciauit, non debet reus adeò negligens esse, vt nullam probationem aduersùs eas enúciatas faciès, dependeat tantum à facto actoris: & rationis ea videtur esse, quià scripturæ enúciatas, vel impugnari postunt testibus, vel alijs scripturis: atqui in termino potuit reus testibus impugnare, tam contenta in scripturis, quam scripturas enúciatas: vnde, ni id fecit, sibi imputet, scripturas verò poterit usque ad sententiam producere. Igitur, prout de actore discurrendum est, de reo discurramus, adeòque, dum decisionem habemus relatum à Sanfelicio hic num. 3. aliosque Doctores relatos à Dom. Petre, ab hac decisione discedendum nobis non est.

Non negauerim tamèn, differre, circa terminum ad impugnandum scripturas, dicta Sanfelicij à dictis Anne; nam Anna inquit, denegari terminum ad impugnandum scripturas presentatas ab actore, si contentum in scriptura enúciatum fuerit in primo libello: Sanfelicius verò vult hic n. 3. vt denegetur terminus ad impugnandum scripturas enúciatas ab actore. Quare secundùm Annam sufficit, vt fuerit enúciatum contentum in scriptura, ad hoc, vt terminus ad impugnandum denegetur: verùm secundùm Sanfelicium videtur requiri enúciatio scripturæ, si Sanfelicij verba attendere velimus. Itaque responsio data oblationi Dom. Petre est, attentis verbis Sanfelicij, qui requirit enunciationem scripturæ, quo casu neque deinde actori competit terminus ad concomitandum. Ceterum secundùm Anne dicta responsio hęc non est applicabilis, sed ea tantum, quam suprà edidimus verbo hoc aduersarius contrā me obiecit. Vnde, admiso, tanquam vero, casu Anne, priuilegio maiori videntur gaudere actores, quam rei, ex diuersa ratione, vt ibi, quod oculatè nota.

Hęcque dicta sunt ad regulandum iudicis arbitrium in denegando, vel concedendo termino ad concomitandum, & ad impugnandum, pro quo consule Doctores huc usque citatos.

S V M M A R I V M .

- 1 *Bona turpi lucro quæsita ab uxore non sunt obnoxia creditoribus viri.*
- 2 *Vxor non tenetur præstare viro operas industiales.*
- 3 *Socius non tenetur conferre bona ex illicitis causis quæsita.*
- 4 *Filius non tenetur conferre bona illicite quæsita.*

- 5 *Virtacens, cùm audit, eius uxorem turpi lucro bona quæsiisse, an sit plectendus, tanquam leno.*
- 6 *Vir retinens uxorem deprehensam in adulterio presumitur leno.*
- 7 *Vir quando excusat ex presumpto lenocinio.*
- 8 *Matres fâme laborantes duxere quandoque proprias filias ad lupanaria.*
- 9 *Mulierum vanitates, necnon earum decessatio Typis demandata ordine Innocentij XI. Pontificis Maximi.*
- 10 *Meretrix an licite accipiat sue turpitudinis quantum.*
- 11 *Creditores an actionem habeant super bonis turpi lucro quæsitis.*
- 12 *Creditores meretricis an licite habeant actionem super omnibus bonis illius, etiàm super acquisitis.*
- 13 *Amor, & concupiscentia non faciunt inuoluntarium.*
- 14 *Meretricis verba quanam sint.*
- 15 *Meretrices an restituere debeant, que blandis verbis ultra stipendum acceperunt.*
- 16 *Meretrices non solunt decimam de lucris.*

DILVCIDATIO DECIS. CXLVII.

- 1 *A It hic Reg. Sanfelic. fuisse redditia uxori bona turpi lucro quæsita, exequanta pro viri debitis, idque duplice ex ratione. Prima scilicet, quià, licet vxor tenetur præstare viro operas obsequiales, non tenetur tamèn præstare industrielas, siveque intelligendum textum, & Gloss. in l. sicut ff. de oper. liber. pro qua re adducit Barbosam, in l. si ab hostibus s. fin. ff. solut. matrim. num. 70. vers. similiter & ea, qua confiterit, aliosque. Altera, quià, quemadmodum bona ex illicitis caulis quæsita nec socius tenetur conferre, ex l. si fratres s. socium verò, & l. seq. ff. pro socio, quam dispositionem, notandum est, à Bald. in d. l. pro socio extendi etiā ad societas, sive licitas, sive illicitas, nec non, quemadmodum filius non tenetur conferre eadem bona illicite quæsita, ex Bart. in l. quod seruus ff. de acquir. possit. ita nec vxor.*
- 2 *Quoad primam rationem nihil est, quod addam, cum communis opinio sit, non teneri uxorem præstare viro operas industrielas, vt, præter adductos à Sanfelicio, videre est apud Bald. cons. 299. Alex. cons. 133. lib. 4. Ripam resp. 124. nu. 4. Gerard. de Petr. San. sing. 99. Alciat. de præsump. 26. num. 10. & 12. Virgill. ad Affl. decif. 44. num. 28. qui adducit Lup. in repetit. Rubr. cap. per vestras s. 45. & improbat dicta Grammatici cons. ciuil. 87. volentis indistincte, vt, quicquid acquirit vxor, acquirat viro. Gabrie. commun. con-*

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 375

conclus. i 5. num. i 2. aliosque passim, quamvis unus, aut alter scriperit, habendam rationem temporis subtracti à seruitijs, quæ præstare tenebatur viro, quod sanè dictum non vniuersaliter verum censeo, nisi in casu, quo temporis subtractione esset valde præjudicialis, cum cæterum vir ex amore, quo vxorem prosequitur, multa libenter patiatur. Id autem iudicis non arbitrio tantum, sed prudentia relinquamus.

Quoad alteram rationem certa pariter ea apud omnes videtur, cum si vxor præstare viro non tenetur operas industriaes licitas, à fortiori non teneatur præstare illicitas, ac proinde bona turpi lucro quæsita sua sibi conscientia retineat.

Et pretèr hanc rationem, quam tradit *Sanfelicius*, illa alia facit, quia aliás vir leno diceretur vxoris suę, dum permitteret, vt bona ab ea turpi lucro quæsita ad sui beneficium deseruissent.

Sed ex hac decisione statim pullulat dubitatio, an scilicet, excipiente vxore, bona illa exequuta fuisse per eam turpi lucro quæsita, quarè vendita non sint, vir deinde tacens, nec vxorē puniri secundūm iura permittens, præsumatur leno, sicque puniendus sit poenit. ijs, quas annuit ex varijs Doctoribus *Baldaxar de Angelis* in addit. ad *Foller. tit. Item quod fuit leno eiusdem ad num. 26.*

Ad dubitationem hanc vlla absque hæficatione affirmatiè responderem ex *Peregr. decis. i 5. num. 18. & seq.* siquidem, si vir, retinens vxorem deprehensam in adulterio, præsumendum est leno, secundūm *Foller.* quātò fortius id in nostro casu dicendum erit? Nec poterit vir excipere, vxorem sic asservisse, vt bona ab exequitione liberaret, cum hæc exceptio illum reddat etiā lenonem, dum ad reddēdum elusorium iudicium passus est, vt tali nota eius vxor afficeretur.

Tutior igitur exceptio erit, si vir dicat, eius vxorem adulterium patrasse, paupertate ductam; etenim paupertas illum tūc à lenocino excusaret. Ita *Vinius decis. 45. 4. cum aliás legamus apud Affictum in const. marit.*

proprias filias à Genitoribus fame elaborantibus ductas ad lupanaria. Verūm nota, licet à lenocino excusarentur huiusmodi personæ; nihilominus tamèn eas gravièr peccare. Cætera vide apud citatos.

Interim, vt aliquod proficuum aduertamus, imponunt Iureconsulti poenas lenonibus; & tamèn non omnibus ex infliguntur; non enim scio, an lenones dici valeant, qui eorum foeminas adeò volunt ornatas, vt aliorum oculis placeant, qui adeò eas coloribus pingi sinunt, vt ad amorem prouocent, qui tandem præcipuas earundem corporis partes, nec tegi, nec celari vestibus curant, vt

omnes ad appetitum prouocent. Si gesta hæc lenocinia non sunt, qualenām verum esset lenocinium, ignorarem. Hinc Innocentius XI. Pontifex maximus summa curauit vigilancia, vt ad similia euitanda scanda-la liber Typis daretur mulierum detestans vanitatem ab omnibus vtique accurate legendus.

10 An autem Meretrix licet accipiat suę turpitudinis quæltum, vide Cons. Franc. Mariam Pratum in famigerato illo responso pro Ioanna Farace, de quo mentionem facit in addit. ad Paschal. de vir. patr. potest. part. 2. cap. 10. ad num. 39. Nec Paschalem ipsum in hac materia deseras.

Ex his generaliter collige primò, licet quæsita ex turpi lucro non conferantur à socio omnium bonorum, ex l. si fratres §. socium verò, & l. sequenti §. socio, de qua re Cap. decis. 180. num. 18. adductus à *Sanfelicio hic num. 7.* quod secundūm *Bald. in d. §. socium* verò in add. locum sibi vendicat, tam in societate licita, quam illicita, necnon, licet filius non teneatur conferre in legitimam quæsita ex turpi lucro, ex Bart. in l. quod seruus ff. de acquirend. poss. & alijs apud *Sanfelicium hic in fine*; nihilominus creditores eorum, qui res turpi lucro quæsiverūt, actionem habere supèr huiusmodi bonis, cum non eo quod ea turpi lucro quæsita sint, sua non dicantur.

Hoc autem limitandum, si ea essent obnoxia restitutio; tunc enīm dicerem, non posse creditorem licet ea exposcere, cum verè non dicantur sua, quæ, tanquam ablativa, alium dignoscunt Dominum.

*12 Collige secundò, ad huius limitationis eruditioñem, creditorem meretricis posse licet habere actionem supèr bonis omnibus illius, etiam supèr ijs, quæ ab ea ultra stipendum fuere blandis verbis acquisita, cum hæc nō subiaceant restitutio, prout contrà *Caiet. 2. 2. quest. 32. art. 7. in fine & in summa, verb. restit. post cap. 8. tit. restitutioñis casus quasi infiniti sunt versi, sunt duas radices, ibique Armilla num. 58. Metinam C. de restitut. quest. 20. antè solutionem ad 1. vers. sequitur amplius. Nau: summa tit. 119. Capuam lit. 2. decis. 121. num. 6. sentiunt Sotus lib. 4. de inst. quest. 7. art. 1. in solutioñe ad 2. vers. adiecit tamèn. Nau: summ. cap. 17. num. 16. Castro lib. 2. de lege penali, cap. 2. corollar. 3. Ledesma 2. part. 4. quest. 18. art. 5. §. sed dico igitur circa fin. Alcocer: lib. 2. cap. 21. concl. 4. in fin. Guttier. quest. canon. lib. 10. cap. 37. nu. 19. Nauarrus lib. 2. de restit. in noua editione. cap. 3. part. 4. dub. 2. num. 430. & lib. 4. cap. 2. dub. 12. num. 97. alijque, quos affert, & sequitur Sanchez 13 de matrim. tom. 1. lib. 4. disp. 11. num. 2. ea præcipue ratione, quia concupiscentia, & amor non**

non efficiunt inuoluntarium , imò augent voluntatem, ex D. Tb. 1. 2. qnæst. 6. art. 7. nihil enim , inquit Sanchez , magis voluntariè fit , quām quod amore efficitur ; hacque ratione arbitror , nudum fangi amorem , quia nempē amans omnia obiecto amato tradens , omnibus spoliatur , nec se tales esse puderet , cum idcirco cæcum illum pariter velint , ut qualis apparcat , nec videat , nec videre queat .

14 Blanda Veneris verba non suadent , sed ferriunt ; hæcque censeo esse iacula illa , quæ à Cupidinis latere pendent . Mirum sanè , amaritatem tunc se iactare felicem , cum vulnera patitur , tunc Beatum , cùm cruciatur , tunc denique frui , cum nulla gaudet quiete , cùm maximis premitur curis . Nouum quidèm fruendi genus , nunquam frui , pati sempèr . Nos verè felices , si impuro parentantes amori , ynum amabimus , qui nos ita dilexit , vt proprij Vnigeniti filij morte nobis felicissimam parat viam : sed ad nostram dilucidationem reuertamur .

15 Adeò igitur verum est , bona blandis verbis vlerà stipendum à meretrice acquisita , non esse restitutioni obnoxia , vt Pater Molina allegatus à Sanch. d. som. 1. lib. 1. dispns. 14. nu. 5. voluerit contrà Sorum , aliosque , vt , licet promissio amantium ex liberalitate processerit , exequutio tamèn non sit ex liberalitate , sed ex debito : quarè , cum in exequutione nulla sit prodigalitas , sed debiti impletio , tenetur in utroque foro integrè implere , non obstante promissione prodige , & cum peccato veniali facta . Sunt verba Sanchez , qui Molinam , aliosque sequitur , vt ibi .

16 Collige tertio , & ultimò , meretricem de suo lucro non soluere decimam , ea ratione , quia non venit communicandum , quod turpiter est quæsumum , vt benè Bald. in l. quod autem , 54. ex lectura antiqua ff. pro socio .

S Y M M A R I V M .

- 1 Contractus cum prodigo celebratus validus est , ni fuerit illi interdicta administratio , & datus curator .
- 2 Prodigalitas est causa interdictæ administrationis , non è contra .
- 3 Contractus inualidus erit , si fuerit factus cum prodigo , quem tales esse sciuerit contrahens , & à quo probanda sit scientia .
- 4 Contractus factus cum notorio prodigo nullus est , etiam ni fuerit interdicta administratio .
- 5 Prodigus notorius non redditur magis notorius à solemnitatibus , quæ sunt in declaracione prodigalitatis .
- 6 Contractus celebratus cum prodigo non firmatur iuramento .
- 7 Fideiussio non potest accedere ad obligatio nem factam à prodigo .

- 8 Prodigus potest facere omnia , quæ prodigalitatem non tangunt .
- 9 Prodigus in causa Criminali potest iurare absque curatore .
- 10 Prodigus nec naturaliter obligatur .
- 11 Prodigus an obligetur in contractu ipfi utili .

DILVCIDATIO DECIS. CXLVIII.

1 **D**ecisum hic reperimus , contractum cù prodigo celebratum validum esse , si ei interdicta non fuerit administratio , nec datus curator , quod idem decisum refert respectu legati facti per prodigum Gizzius ad Capyc. latr. obseruat. decis. 43. pro qua re videndum Consil. Rocca. to. 2. responso 78.

Verùm , lector , mecum quæso tantisper sistete , duni citò me expediam de more , & ad-

2 uerte , administrationem interdictam , & curatorem datum , omniaque hæc per preconem , siue per edictum publicata , non esse causas reddentes aliquem prodigum , sed potius prodigalitatem esse causam administrationis interdictæ , & Curatoris dati . Hinc inferas , posse aliquem excusari , se ignorasse , illum , cum quo contraxit , fuisse prodigum , non adhibitis ijs solemnitatibus , quibus adhibitis , excusari non posse , certo certius est . Sed deducas etiam , si contrahens aliunde sciuerit , illum , cum quo contrahit , prodigum esse , inualidum fore contractum , ea quidèm ratione , quam tradidimus , quia interdictio administrationis non causat prodigalitatem , sed illa fit , ne eius qualitas ignoretur . Vnde , si contrahens iam sciuit , illum esse prodigum , frustra recurret ad interdictionem administrationis non factam . Hæc autem scientia probanda est ab eo , qui contractum nullum dicit , quoties non adiungit qualitates superius expressæ , hancque decisionem , cuius meminit Sanchezius , emanare dicas contra prodigum , cuius prodigalitas non innotuit contrahenti .

4 Sed decisio hæc eadem limitanda erit , quoties agetur de prodigo notorio , & manifesto , cui ipso iure absque iudicis declaratione interdicta est administratio , vt ex Gles. notabili in l. 1. cui lego ff. qui test. facer. poss. multisque Doctoribus probat Reg. Capycius latr. consu. l. 3. 5. mgn. 7. cuius rei veritatem ad miraculum expressit Faber in suo Codice lib. 5. tit. 40. defin. 7. vbi , inquiens , contrahentem cum notorio prodigo nulliter contrahere , quamvis administratio interdicta non sit , reddit rationem his verbis . Quo casu , etiam nulla precedente interdictione , nondum cause cognitione , aquissimum est , nocere dictum suum ei , qui contraxit cum perdituro . Et paulo post subdit , neque praetextu igno-

In Decisiones Reg. Sanfelicij. 377

S V M M A R I V M.

rantia excusabitur, qui conditionem illius, cum quo contraxit, non debuit ignorare.

Et licet id probet ex l. qui cum alio ff. de reg. iur. ego nibil omnintis probo alia evidenti ratione; nam interdictio administrationis non reddit prodigum notiorem, quam reddit ipsummet esse notorium; quinimò aliquem esse notoriè talem, magis constabit ex ipsa prodigalitate nota, quam ex declaratione per iudicem facienda, quandoquidem declaratio per iudicem facta, quamvis præconizata, vel per edictum, multis incognita esse potest, nec incognitum esse potest factum ipsum notorium; igitur, si declaratio iudicis efficit, ut contractus cum prodigo celebratus nullus sit, eundem effectum parere debet evidentia prodigalitatis.

Nec te auertat assertio Sanfelicij dicentis, prodigum, quamvis notorium, indigere interdictione administrationis; nam ille virtutur hac maiestate exempli (quod nouum non est apud Iureconsultos) ad reddendam rationabilem, & solidiorem decisionem, quod ex eius lectura appetat.

6 Hinc ad materiam collige primò, contractum cum prodigo celebratum iuramento non validari, ut de communi testatur Simon tractatu de decretis lib. 3. tit. 8. inspect. 8. num. 161.

7 Secundò, ad obligationem factam per prodigum non posse accedere fideiussorein, ut ex l. is, cui bonis, cum ibi notaris per Doctores, ff. de verb. oblig. & Cald. in l. si curatores habens C. de in integr. restit. fundat Paschal. de vir. patr. potest. part. 1. cap. 6. num. 17. circa finem.

8 Tertiò, prodigum omnia ea facere posse, quæ non tangunt prodigalitatem, siveque in causa criminali absque curatore poterit ille iurare, ut videre est apud Rouitum at Pragm. 4. de instrum. liquid. num. 31. Sed ego

9 arbitror, posse etiàm præstare iuramentum in causa ciuili, quotiescumque non agatur de re, quæ prodigalitatem tangat, puta de promissione dandi bona &c.

10 Quartò, prodigum nec naturaliter obligari, ut in multis probat Gaius, qui alias refert, in tractatu de credito cap. 2. tit. 7. quæst. 7. num. 2254. & Staibanus tom. 2. resolut. forens. resol. 160. num. 15. & 16.

11 Quintò, prodigum non obligari in contractu vlero, citroque obligatorio, quamvis utilis sit sibi talis contractus: reddit rationem Staibanus centur. 2. resolut. 160. quia, ex quo per illum contractum obligatur, contractus redditur nullus ex generalitate textus in l. is, cui bonis: de qua ratione, quia verè claudicat, alibi, Deo dante.

- 1 Indigno scienter electo à maiori parte, admittitur alter electus à minori parte, absque noua electione.
- 2 Indigno ignorantē electo à maiori parte, denuntiatur ad nouam electionem, sed vide numer. 6.
- 3 Baro quomodo se gerere beat in confirmatione indigni electi à maiori parte.
- 4 Electi canonice confirmandi sunt in electione.
- 5 Electione indigno contrā ius à maiori parte, residet ius in personis aliorum, qui dignorem egerunt.
- 6 Electione indigni, facta à maiori parte ignoranter, non dicitur facta contrā ius: quarē electione facta deinde à minori parte non sustinetur.
- 7 Electione tempus attendendum est circa habilitatem electi.
- 8 Eligens personas inhabiles ad officium iustitiae qua pena digni sint.
- 9 Electione indigni ignorantē facta, an possint deuenire iterum ad nouam electionem q. quod eligendi potestatem habent, non proprio iure, sed ipsis à superioribus tributo.
- 10 Potestas eligendi intelligenda est de utili potestate.
- 11 Electione an facienda sit dignioris, fusissime agitur.
- 12 Dignus ad aliquod munus recipiendum quis dicatur.
- 13 Diues quomodo sine vitio honorari possit.
- 14 Dignior semper eligendus est ad munera temporalia.
- 15 Iudex quidam quonam modo illudebat institutionem.
- 16 Officia secularia an vendi possint, clare discutitur.
- 17 Officia spiritualia, & beneficia vendi non possunt.
- 18 Dignior quis dicatur ad officia spiritualia, Theologus, an Iurista.
- 19 Beneficiorum collatio an facienda sit in dignorem.
- 20 Digniores quomodo eligebantur à Philippe II. Hispaniarum Rege.
- 21 Beneficia rennunciari an debeant aquè digne.
- 22 Electiones regularium debent esse digniorum.
- 23 Electione digni, omisso digniori, quamvis illicita, non est inualida: sed quid, si agatur de beneficiis Parochialibus.
- 24 Eligens indignum tenetur ad omnia damna.
- 25 Eligens minus dignum an teneatur ad damna.
- 26 Indignus, electus, nequit munus acceptare.
- 27 Minus indignum electus, an, & quando teneatur abstinere, vel acceptare munus.
- 28 Electionem digniorum impeditentes an teneantur ad restitutionem.

B b b

DI

Propterum sanè est decisio hæc, loquens de electione facienda; nam, aut maior pars eligens scienter eligit aliquem indignum, & tunc admittetur alius electus à minori parte absque noua electione, aut eius defectum ignorauit, & procedetur ad nouam electionem, sive casus est, cum electus à maiori parte aliquo defectu laborabat: quare meo iudicio non sunt applicabiles termini, quibus loquitur *Rouit. ad Pragm. 2. de administr. Vniuers. nu:49.* ait enim ibi, Baronem teneri confirmare electos à maiori parte; sin autem obstat ijs aliqua legitima exceptio, posse confirmare electos à minori parte, & ita in noua impressione sempèr decisum testatur. Quare *Rouitus* non facit vim in scientia, vel ignorantia eligentium circa electorum defectus.

3 Igitur, stante decisione Sanfelicij, Baro, si sciuerit, electores ignorasse vitium electi, debet ordinare, quod procedant electores ad nouam electionem; sin autem viderit, eos sciuisse electi defectum, poterit habentem minora suffragia confirmare: *Rouitus* verò absque huiusmodi distinctione, seruatum id, quod superitis diximus, afferit. Quid ergo dicendum?

Certe, qui *Merlini dicta* percurrit in cap. 50. *contra forens. ent. 1. limitationem traditam per Reg. Sanfelicium Rouiti* dictis amplecti ordinò debet; ibi enim, post uberrimè discussum articulum, quia evidens erat, electum à maiori parte nimio defectu labore, legitimus, decisum, electionem factam per minorem partem firmam remansisse.

Ego autem, præter ea, quæ dixerunt superius citati Doctores, alijque per ipsos adducti, sic breuissimè discutrerem. Cum ad electione in aliquam proceditur, iij confirmandi sunt, qui canonicè electi dicuntur: quare attendenda sunt maiora suffragia, ad tex. in cap. *Ecclesia: de election.* & in l. *quod maior ff. ad municipal.* Cum ergo scienter maior pars indignum elegit, contra ius dicetur facta electio à maiori parte; electio enim debet esse dignioris, non indigni, & defectu aliquo laboratis; sive que ius residet in personis aliorum, qui habilem elegerunt, vt ex dictis Rotz Romanæ apud *Caualer. decis. 231. num. 2.* discutrit *Meulinus loc cit. num. 2.* Vnde sustinetur electio facta à minori parte, non tanquam facta à minori parte, sed à maiori eligente secundum iuram digniorem, sive corrigenda est imaginatio, quia illa non dicetur minor pars, dum non est comparanda cum altera diversi ordinis, scilicet contra ius eligente, quia illa pars perinde est, ac si non esset: vnde hæc dicetur maior respectu

alterius, quæ etiam secundum iura alium eligeret minora habentem suffragia. Quod est aduertendum. Quoniam verò eueniens potest, vt maior pars indignum eligat, eius indignitatem ignorans, hinc fit, vt, illo remoto, non sustineatur altera electio per minorē partem facta, & ratio est euidēs, quia electio à minori parte facta non fuit contra ius, sed secundum ius, dum ignorantia operata est, vt canonice fuerit facta electio, quæ alijs subsistere non poterat ex defectu electoribus non nota. Vnde, si removendus est electus ab illis, ad nouam electionem procedendum, vt electio dicatur facta dignioris ab omnibus, qui eligendum dignoscant digniorem. Quod secūs est in primo casu, quo fuit cognitus dignior, & nihilominus plerique in indignum agnatum tanquam indignum inclinarunt. Hocposito, nil mirum erit, si in cap. *dudum: de elect.* disponatur vt, si repertus fuerit indignus electus scienter à maiori parte, confirmaretur electus à minori, ijs verbis. Si notorium esset, vel per ea, quæ iam dicta erant, constaret, quod *Præpositus Sancti Georgij electionis tempore pateretur, vel in ordinibus, vel in scientia, vel in etate defectum.* Scientia enim operatur, vt eligens indignum interueniat in electione dignioris, à qua ipse discrepat: meritò igitur ad nouam electionem non procedetur. Aliter verò discurrendum, data ignorantia, quia tunc electio persone dignæ facta diceretur à minori parte, quæ esset comparata ad alteram partem maiorem eiusdem ordinis. Vnde nullo modo valeret, ex cap. *auditisi: eod. tit. de elect.* Hacque regula firmè statuta, quo scunque superabis scopulos.

7 Hinc tria deserenda non sunt, & primò, idem dicendum secundum allatam distinctionem, si electus erat habilis, sed suspectus, cum attendendum sit tempus electionis, vt egregie, post alios, *Merlin. loc. cit. num. 22.*

8 Secundò, eligentes, seu nominantes Principi ad officium iustitiae exercendum personas inhabiles, prauæque conditionis, pena æternæ damnationis teneri, vt ex *Reg. de Poite calamo non breui scripsit Reg. de Marin. ad Reuter. decis. 114. num. 2.* omnino videntur, super qua re nil scribo, sed calamunt iustis ex causis retraho.

9 Tertiò, ad decisionem Sanfelicij, cum à maiori parte eligitur indignus ignoranter, esse quidem deuenientum ad nouam electionem, seruata decisione per Sanfelicium relata, ab ijsdem, qui primam electionem inutili fecere; hoc autem intelligas, si eligentes hanc habuerint eligendi potestatem iure proprio, secūs verò, si ex potestate ipsis per Superiorum tributa, vt ex cap. *si compromis-*

missarius: de elect. in 6. ex multis DD. scrp. sit idem Merlin. ibidem num. 15. de qua re alibi fusiūs disputabo, dum hęc distincțio aliquali indiget limitatione, & recipienda tantum in casu, quo à forma ipsis præscripta electores dicesserint: ceterum, si præscriptam seruauerint formam, totiès arbitror, posse procedere ad electionem, quotiès inutiliter factae fuerint electiones, cum potestas 10 eligendi data intelligatur de utili. Vnde sat est, si forma ijs præscripta non deseratur; sed de hac re alibi.

11 Hęc autem dilucidatio necessariò quæstionem illam expostulat, an ad dignitates, ceteraque munera eligendus sit sempèr dignior, an autem eligi queat dignus, omisso digniori. Quæ sane quæstio curiosa est, sed utilior Principibus, & subditis, præcipue nostris hisce tempestatibus, quibus vndique nonnullorum audimus querelas Principes accusantium, eo quod ad eas, quas appetunt, dignates, electi non sint, cum alias se ceteris digneantur digniores. Vnde, quoad possimus, studebimus quæstionem hanc apud Theologos, & Iurisconsultos celebrem, clara, & iucunda methodo, examinare, & tandem, quid dicendum sit, conuincitibus demonstrare argumentis, nonnulla examinantes de officiorum ventionibus.

12 Sed, vt omnia reddantur clariora, illud utique explicandum videtur, quomodo scilicet possit quis dici dignus, & quomodo dignior altero ad aliquod munus, dignitatem consequendam; non enim desunt, qui se dignos putent, quia docti, nec, qui se digniores, quia doctiores ceteris: sic & alij se putabunt etiam dignos, eo quod diuites sint, nobiles, Principum familiares, & denique, vt alios penè inumeros deseram, qui Maiorum meritis, Magnatumq; commendationibus abundantes, se ceteris præferri poterint.

Ad tantas lites dirimendas illum dicimus ad rem illam, de qua agitur, consequendam dignum, qui qualitates habeat à re illa requisitas: sic, si duo sint, qui ad Iudicatus concurrent officium, quorum alter Theologus sit eximius, alter verò, licet non eximius, tamè non ignarus Iurisconsultus, nulli dubium, quin hic Theologo sit præferendus, cum Iudicum munus Iureconsulti sit, non Theologi. Vnde ex his deducitur, si duo sint Iureconsulti, qui concurrent, illum dici dignorem, qui doctior sit, ceteris paribus, quæ omnia cuicunque alteri dignitati sunt applicanda.

Dixi, ceteris paribus; nam, si ex istis doctior aliquo alio labore vitio, quo suspectus reddatur ad recte administrandum,

tunc certum est, doctorem non esse dignior, sed illi alterum minus doctum præponendum, cum hoc casu plus noceat vitium, quam prospicit doctrina. Quarè constantē teneo, non esse promouendum ad dignitates, quæcunquæ ex sint, qui bonis carentes moribus propriam estimationem cordi non habeant; vrget enim generalius propria estimationis, quam nonnullæ aliquorum peccatorum qualitates, quoniam, vt benè Kasq. opusc. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 12. num. 95. cum Soto, & alijs monet, in promotionibus attendendum est ad peccati qualitatem, an scilicet illud contrarium sit muneri, ad quod aliquis promouetur: quarè de Lugo de Iust. & iure tom. 2. disp. 3. 4. sett. 2. num. 12. interfert, parum referre ad electionem Ducis, quod superbus esset, & duellum oblatum non recusaret; ad officia tamè politica Reipublicæ pacificæ non parum nocere, ministrum publicum timore Dei carere, & vitio aliquo mortali redditum esse. Quæ si vera sunt, verum pariter erit, quamvis ad electionem Ducis parum referret, quod superbus esset, & duellum oblatum non recusaret, qui actus peccaminosi sunt, multum nihilominus referre, si Dux ille propriam paruipenderet estimationem; hoc enim casu eligendus ille non esset, cum multa contra suum Principem posset moliri, quæ alter, cui propria esset cordi estimationis, non patraret; adeoque eundem conuincitur, in quacunque dignitate, & electione examinandum, an eligendus propria gaudeat estimatione, an ne, nonnullis posthabitibus criminibus, quæ ad dignitatem illam facere non videntur: ex quibus colligimus, generalius attendi in promotionibus naturales proprias virtutes, quam accidentiales quædam, quæ eo modo, quo acquisitæ sunt, deperdi facillimè poterunt.

Quemadmodum igitur propriam paruipendens estimationem, tanquam suspectus, ad nullam nequit promoueri dignitatem, ita à pari quilibet alijs ex aliquo vitio suspectus ad illam dignitatem, cui vitium illud opponitur, promouendus non est, & consequenter illo munere dignus non dicitur, & alter præponendus, licet non tam eximius.

Præterea, vt explicationem eorum verborum, ceteris paribus, quæ supra exposuimus, prosequamur, erunt quandoque duo ad dignitatem aliquam concurrentes, quæ doctrinam expostulent non absolutam, sed ad alias alias virtutes correlatiuam, inter quas est dignitas Iudicandi, quorum alter sit altero doctior, sed doctior hic plebeius fortè erit, vel pauper, vel nullo prorsus modo Principis familiaris, vel nulla Maiorum merita representans, vel com-

mendaribus carens, è contrà verò minùs doctus, vel nobilis erit, vel diues, vel Principis amicus, vel Maiorum abundans meritis, vèl commendatoribus; quemnàm ex istis putabis dignorem? Ego certè minùs doctum putarem, dummodò propriam estimationem parupendere non dignoscatur (quæ qualitas sempè requiritur, vt diximus) Nec nimis ad assumptum hoc probandum insudabo, si supponamus, quod intrà dicemus, nempè, huiusmodi officia, & dignitates, non esse institutas, ut pramia, sed in commoditatem, & utilitatem Reipublicæ, ut benè gubernetur, ita, ut si sine ijs magistratibus, & officialibus posset bene gubernari, nulla esset obligatio eos eligendi, ut merita pramiarētur. Verba sunt Cardinalis de Lugo d. sect. 2. num. 19.

Hoc igitùr supposito, rectius credam reddi Iudicium sub Iudice nobili, quām plebeio, cum nobilis, ne suam denigret nobilitatem, erubescat actum iniustitiae patrare, plus saltēm, quām plebeius; rectius sub diuite, quām paupere, cum difficultius diues reddat venalem iustitiam, quām pauper; rectius sub Principis familiarī, qui, ne eius Principem inçōrōre afficiat, neue eius familiaritate priuetur, oculatior in iudicando incedet, quām is, qui Principi ignotus suo fungi munere tñdet; rectius sub eo, qui Maiorum merita repræsentans, non solum ea non amittere curat, sed illos imitari, ut merita meritis augeat, quām sub eo, qui Maiorum carens meritis, exemplo caret; rectius tandem, ut cæteras qualitates re nata considerandas deseramus, sub eo, qui commendatoribus abundat, tanquām extra iudicialibus fideiustoribus coram Principe, quorum personas illum pudet offendere, quām sub eo, qui, nullos habens commendatores, se ipsum tantū suarum actionum præstat fideiustorem; siue res quandoque aliter se habeat, malique reperiantur, qui supponebantur boni, non inde malam, dices electionem, cum præuideri non semper possint, quæ præter naturę ordinem eueniunt: hæc autem omnia cuni grano salis, ut sic loquar, intelligenda sunt, ut inferius ad ubiorem explicationem dicimus.

Quæ, si, animi motibus semotis, vera sunt, ne queso sit, qui sapè ad officia promotum inspiciens minùs doctum, vel Principem accuset, vel tata, cum nequeamus in statu priuato ea intropicere, quæ quandoque, nisi semper, ad publicam à Principe utilitatem patrantur: vnde arbitrari non debemus personarum acceptiōnem, quæ prudens electio censenda est.

Sin autem quandoque fiat electio nobilis cuiusdam, familiaris, &c. non ad publicam,

vt suprà considerauimus, utilitatem, sed ex aliquo priuato, proprioque intereste, tunc certè erit acceptio personarum, quæ illicita est, ex ijs, quæ congerit de Lugo d. sect. 1. à num. 8.

13. Quamuis ergo non parum laborent Lef-sus lib. 2. cap. 3. 2. dub. 2. num. 9. & Turrian. disp. 24. dub. 1. num. 10. & 12. in explicando, quomodo possit diues sine vicio honorari; nemo tamē laborabit, si nostræ adhærebit explicationi. Quinimò, si Cardinalis de Lugo d. sect. 1. post num. 7. fatetur, diuitias ipsas aliquid (sunt eius verba) conferre ad honorem licite conciliandum, quatenus opes ipse instrumenta sunt ad multas humanas actiones exercendas, potentiam augent, & viam parant ad dignitatem, & superioritatem: quare, sicut maiores vires honorem conciliant, multoque magis diuitie id facient, quæ ex se vires tribuunt ad plura, & meliora opera facienda, procùl dubio dicendum est, diuites ex ratione superiùs tradita esse cæteris digniores. Quod autem de diuitibus dicimus, de ceteris etiā dicendum erit superiùs enumeratis.

Hinc obitè videant, an benè agant, qui adeò literis dant operam, ut diuitias parupendere gestiant, & à superiorum familiaritate abhorrentes, nil aliud exceptandum putent, quām libros perlegere, quām cum mortuis habere sermonem, ac si cum viuebūs esset ipsis vel pugnandum, vel hostiliter agendum.

Hi ergo, qui, posthabito in rebus modo, omnia contemnunt, & omnes, ab omnibus adeò contemptos inspicimus, ut & omnia, & omnes ijs desint indigentibus, nec à paginis illis, quibus tamē benè seruierunt, aliud obtineant, quām infirmitates, & æruinas, & utinam verè saperent, cum viuire ignorant, cum crassam edocti philosophiam, miserijs premi non curant, dummodo philosophi vocentur, sed verè insipientes sunt, nec sibi ipsis Reipublicæ viles.

His sic breuitè prælibatis, videamus modò pro nostra questione proposita, an sempè dignior eligendus sit, tam in ordine ad munera temporalia, quām in ordine ad beneficia, & officia spiritualia.

14. Ut autem primò faciamus verba de munibus temporalibus, dico, sempè eligendum esse dignorem, secundum communem opinionem apud Sanch. lib. 2. confil. cap. 1. dub. 35. n. 9. Lef. cap. 3. 2. dub. 3. n. 17. Turrian. disp. 23. dub. 1. num. 6. Valenz. Veg. & bell. Malder. Reginald. Bann. Bouadill. Villadieg. quos refert, & sequitur Dian. 1. part. 2. trac. 1. miscell. resol. 66. & tom. 3. tract. 4. miscell. resol. 172. & ut alios omittam apud citatos videndos, de Lugo d. sect. 2. num. 21. & seq.

Et licet nonnulli voluerint, posse eligi dignum,

gnum, omisso dignori, int̄er quos Burgos de Paz. proem. in l. T. auri n. 175. Caietan. verb. electio officialis. V. asq. opusc. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 13. num. 97. Mofesins, & Homobon. quos refert Diana resol. 66. nihilominus tamē quoad proxim aduertit de Lugo d. seſt. 2. num. 17. & 21. parum esse int̄er utramque sententiam differunt, cum secundūm omnium opinionem elector obligetur prouidere Républicam ministris aptis ad finem politicū illius Vniuersitatis. Quo posic, si duo sint, quorum alter sit dignus, alter verò dignior, eligendus erit dignior, ne forte incidatur in indignos; nam, si quandoque quārens digniores fraudatur, quanto fortius fraudari potest quārens dignos, & digniores relinquens?

Præterea, cum etiā in omnium sententia elector debeat attendere, ne ex electione ministrorum graue Républicæ detrimentum sequatur, graue Républicæ sequeretur detrimentum, si communiter omittentur digniores. Quodnam autem sit huiusmodi detrimentum, accipiamus à Lugo d. seſt. 2. post num. 21. vbi hæc. Languent enim studia, quæ præmiorum expectatione aluntur, dum subditi vident, non attendi ad maiora merita, sed ad gratiam, & alios priuatatos affectus in distributione munierum: torpent ingenia, fouetur ambitione, nec ullus curat promereri sibi Rempublicam obsequijs, & facinoribus egregijs (quæ verba utique probant, attendendas quoque alias qualitates superiùs relatas) & alias innama rūa virtua sensim succrescent, quod non potest esse sine grauissimo communitatis detimento. Cum ergo, qui Rempublicam administrat, ita debet eius bonum in suis actionibus procurare, ut imminentia mala auertat, non fatisfacit muneri suo, si digniores communiter omittat, cum necesse omnino sit terrore supplicij, & expectatione præmij virtutis impedire, & fouere virtutes; sine his enim tota Républicæ facies breui in deteriore, ac miserum statum fac illimè mutatur.

Quoniā verò obiecti possit, secundūm à nobis superiùs posita sequi. etiā graue Républicæ detrimentum, dum digniores appellauimus diuites, nobiles, Principis familiares, ceterosque huiusmodi, qui præferri deberent alijs, qui his qualitatibus non gauderent, idcirco explicemus necesse est, quod suprà promittentes, diximus, esse cum grano salis intelligendum.

Et quidem, licet, vt diximus, si ad iudicandi munus quo concurrant, quorum alter sit altero doctior; hic autem doctior sit plebeius, pauper &c. alter verò minus doctus nobiles, diues &c. eligendas sit minus doctus, qui ex ijs qualitatibus, quæ in doctiori non reperiuntur, non reddet venalem iustitiam,

vt vidimus; nihilominus tamē non inde fit, ut quandoque doctior, quamvis plebeius, pauper, omnibus alijs carens qualitatibus, quibus gaudet minus doctus, non preferendus sit minus docto; etenim, si doctior hic propriæ estimationis signa demonstrauerit, adeò vt prudenter estimari queat, sub illo tutas posse stare iustitia lances, non dubito, quin præferri debeat minus docto, qui consequenter minus dignus dicendus erit, tanquam minori prædictus doctrina, nec alijs possit, tanquam nobilis, diues, &c. prælationem prætendere, dum huiusmodi qualitates eatenus constituunt dignorem hominem, quatenus ab eo omnē suspicionem arceant, saltē prudentem, malū administrationis. Iam verò, si hæc eadem suspicio arcetur à bona doctioris fama, parum refert, aliquem esse nobilem, diuitem &c. cum hæc omnes qualitates secundūm se consideratæ materialiter se habeant ad reddendum hominem dignorem in ordine ad Iudicandi munus; sicque, vt concludamus, secundūm nostram opinionem nō languent studia, quæ præmiorum expectatione aluntur, imò perficiuntur homines, qui inspiciētes, considerari doctrinam à Principe vna cum ceteris qualitatibus, quæ reddunt hominem dignum ad iudicandi munus, non solū studijs vacant, sed bonis (quod plurimum inspicitur) moribus; sicque maiori utique gloria dignus erit, qui, licet plebeius, pauper, propria tamē virtute nobiles, propriaque estimatione diues videri curat, eo, qui aliorum meritis, fortunæque donis appetet personatus.

Quod si vrgebis, assolere sapientem huiusmodi genus hominum bona apparere famæ, quo usque dignitatem aſsequantur optatam, qua obtenta, indigna non erubescant patrare; respondebo, non posse Principem hæc omnia præuidere, cum hæc eadem reperiuntur in quolibet hominum genere; ideoque pœnæ statutæ sunt, quibus plebuntur, & muneribus priuantur, cum præter intentiō nem eligentis indigni tractu temporis reperiuntur.

Et, re nata, breuissimè referam historiam non iniucundam, mihi mensibus elapsis à viro fide digno relatam, quæ nonnullis fabula citius videbitur; & tamē, qui eam retulit, se processum inspexisse affirmauit.

15 Erat extrā nostræ Italiz fines (ne occasionem præbeamus studiosis patriam interpretandi) electus ad iudicandi munus vir quidam nobiles, diues, & doctus, &c., quod pluris estimabatur, optimis prædictis moribus. Iusta se semper velle, tanquam iustitiae sectatorem, indicabat: denique omnes hor tabatur Aduocatos, vt secum agentes ab iniustis cauerent. Quoniā verò dormiebant

bant processus, nec lites expediebantur: omnes nouum hoc iustitiae administranda genus mirabantur, quæ verè summa erat iniustitia: currebant munera, sed ille omnia prorsus reiiciebat, fides nummulariæ exhibebantur, sed eas facilis respuebat animo. Hæc omnia constabant in processu suæ inquisitionis formato. Ne verò ab historia diuertamur, non defuit, qui casu multis ei aureas monetæ obtulit, ut processum expediret: has, ut trutina iusti esse ponderis ostendit, hilari recepit animo, sic satisfeciisse putans iustitiae, eo quod monetæ iusti ponderis receperisset, cui vtique non satisfactum putabat, si alias argenteas accepisset diminutas. Hoc autem in processu contrâ illum formato non constitit, quâm per confessionem eius, qui aureas tulerat monetanis; quoniam verò talis confessio animosa presumenda est, veritati rem decidendam relinquamus. Sed, si forte vera fuisset confessio, nonne profectò calidus videri debet modus hic se iustum fingendi, & auaritiam occultandi? Vtique. quis enim maiorem non præstaret fidem testibus affirmantibus, à Iudice reieetas fides nummularias, & munera, quâm alijs deponentibus, ab illo receptas monetæ aureas? Si Iudex fur est, nec munera respuet, nec nummularias reiicit fides: vnde hæc omnia ab illo respui, aurum verò recipi, vel fabula videri potest, vel falsa saltē depositio: & tamèn, si Iudex quâdoq; sic se gesit, ad hoc, ut suam occultans auaritiam, inquire non tam facile potuerit, fabula certe non fuit, sed fabula erit, si asseratur, posse Principem hæc præuidere, quæ si euenerint, difficillimè credi poterunt. Sat est ergo, ut concludamus, si elector eos eligat, promoueatque ad munera publica, quos dignos esse, palam est, & ceteris digniores. Quos si deinde tempora aliter ostendant, alia adhibenda consilia sunt, quæ res expostulat.

16 Ex his collige, quid dicendum super illa questione, an officia hæc secularia vendi possint; nàm nonnulli voluerent, ea vendi posse, dummodo vendoris habeat vendendi auctoritatem, ut vendantur digno, nec pretio adeò excessivo, ut necesse sit, emptorem officijs abuti, ut vendantur ob necessitatē Reip. cui aliter consiliū nequeat, ut ij, quibus venduntur, examinentur, & visitentur. Ita S. Thom. opusc. 21. quod est ad Ducissam Brabantia, à qua de hac re fuerat requisitus, hunc sequuntur Vasq. opusc. de Benefic. cap. 2. §. 3. dub. 14. Caietan. Palatios, Armilla, Sylvestris, Nauarrus, Salonijs, Palud. Sotus, Aragonius, Mercado, Corduba, Rosella, aliquæ, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 2. consil. cap. 1. dub. 37. Bænz. & Valcetia apud Turrian. disp. 23. dub. 2. Ioannes de la Crn, Sylvius, Rebel-

tus, Villalobos, Tannerus, Malderus, Azorius, Fillucijs, quos refert Dian. tom. 2. tract. 5. Miscellan. refol. 208. vbi alij. Intèr hos autem idem Vasq. cù Soto, & alijs, quos refert, & Sanchez num. 6. inquiunt, officium Iudicis (quod est notandum) nunquam posse licite vendi: & est euidens apud me, & omnes fortè, qui de hoc dubio interrogarentur, ea ratione, quia ementes premium solutum sibi compensarent. Et tandem idem Sanchez num. 5. multos citans ex relatis superius voluntibus, ut, licet speculatiuè vendicio hæc sit licita, & secundum se non sit mala; tamèn practice sit iniqua, concludit, esse regulariter demandandam, eo quia actiones morales iudicandæ sunt, prout in pluribus euenit.

Alij ergo tutius negarunt, hæc officia vedi licite posse, præter quos Adrianus, Angles, & Ioannes Medina, quos refert Sanchez loc. cit. num. 1. Turrian. d. dub. 2. hum. 5. Less. d. cap. 32. dub. 4. n. m. 19. qui poterit citari pro hac sententia, dū vult, ut officia omnino vendaruntur digniori, aliquæ apud ipsos.

Ex dictis, inquam, collige, quid dicendum super hac questione; nàm, si dicimus, ea vendi posse digno, iam teneimus concedere, nullam esse habendam rationem de ijs, quæ ex huiusmodi venditione possent euenire, quæque aduertenda esse, superius scripsimus ex Cardinal. de Lugo in d. scil. 2. post nr. 21. scilicet, subditos, videntes, officia vendi, non ad virtutes comparandas incumbere, sed ad diuitias, ut ea emerent, quæ virtuosis venduntur; & quamvis asseratur, nō posse ea, nisi digno, vendi, facillimè coloraretur à pecunia habilitas. Si è contrâ, illa vendi non posse, affirmamus, in nonnulla incidimus non ferenda, cum potissimum non coarctanda sit Principum auctoritas.

Ne ergo in alterutrum incidamus errorem, sentiendum est cum Cardinali de Lugo in scil. 3. d. disp. 34. adeòque clarius dicendum, si loquamur de ijs officijs, & dignitatibus, quæ non immodicè deseruiunt ad Rempublicam gubernandam, prout sunt Ducatus, Marchionatus, & similia, ea posse vendi; secùs. verò, si de ijs, quæ immodicè ad Républicam gubernandam deseruiunt, prout sunt iudicatus, aliaque, quæ, vel annexam habent iurisdictionem, vel versantur circa gubernium aliorum.

Et disparitas intèr vtrinque est, quia officiū, quod nō immodicè ad Rempublicani gubernandam statutum est, parum refert, si vendatur, cuen Republica nullum patiatur damnum, nec præsens, nec futurum: non præsens quidem, dum sat est, si ij, qui eam gubernant, habiles sint: non futurum, dum nō sequentur absurdâ superius evarata; siquidem subditi, videntes, adesse officia

sicia nonnulla non venalia, quæ magis, quām alia superiori enunciata, optantur, quæque annexam habent iurisdictionem, non ad diuitias comparandas incumbent, sed ad virtutes, quæ illos muneribus ijs dignos reddere poterunt; siveque, si Republica ex illorum venditione nullum reciperet damnum, posset eorum venditio tolerari, & licita censeri. Quod secūs dicendum est de ijs, quæ annexam habent iurisdictionem, & ad immediatum Rei publicæ gubernium deseruiunt, ex dictis.

Dixi, ad immediatum Reip. gubernium, vt includerem annonam, aliaq; onera, quæ, licet iurisdictionem non habeant annexam, possunt nocere non parum, & non parum prodeesse Reipublicæ.

17 Reliquum est modò, vt maiori, qua possumus, breuitate, transitum faciamus ad beneficia, & officia spiritualia, de quibus arbitror, esse eodem modo discurrendum, quo fuimus loquuti de temporalibus, tam in ordine ad appellationē dignioris, quam in ordine ad collationem eorumdem in digniorem, cum nullam repertiam int̄ vtraque differentiam, quod videtur esse de méte eiusdem Cardinalis de Lugo loc. cit. disp. 35. sect. 1. præcipue num. 3. ubi respectu appellationis digniorum hæc. Dubitatur secundò, an ita potissimum debeat attendi dignitas ex morum probitate, ut ea debeat omnibus alijs requisitis præponderare, & qui Sanctior est, debeat semper præferri doctioribus, & prudentioribus. Respondet, dignitatem hanc non esse absolutam, sed respectivam, nempe, quæ facit hominem vitilem, & aptum ad tale officium; potest autem contingere, ut omnibus pensatis, melius satisfacturus sit suo muneri, qui minus (notate) Sanctus est, propter maiorem doctrinam, prudentiam, experientiam, & rerum peritiam, quam habet, ut cum S. Thom. & alijs docet Sanchez ubi supra, num. 4. sicut è contraria fieri potest, ut minus doctus magis profuturus speretur suis subditis propter maiorem sanctitatem, & bonum exemplum, quam, qui maiori doctrina, & prudentia, præsertim humana, & politica pollet &c. Denique (quod etiā in temporalibus considerauimus) confert aliquando maior nobilitas, & potentia secularis eligendi, quia Ecclesia aliquando indiget his adminiculis ad resistendum improbis, & arcendos lupos, & in ijs circumstantijs præferri prudentiè poterit maiori doctrina, aut prudentia &c. Hæc de Lugo.

18 Et ex his resolutam vides questionem illam nimis sane controuersam, quis dignior sit, & aptior ad beneficia curata, Theologus, an Iurisperitus, de qua Vasquez opusc. de beneficijs cap. 2. §. 3. dub. 9. & Turrianus disputa. 22. dub. 4. numer. 9. quos refert

de Lugo loco citato numer. 4.

- 19 Respectu igitur collationis beneficiorum, esse eam faciendam sub peccato mortali in digniore valuerunt cum S. Thom. in qu. 63. art. 2. & qu. 185. art. 3. Caietan. Antonin. Armilla, Tabiena, Palatios, Angles, Nanarra, Salonijs, Aragonius, Gabr. Mercado, Alensis, Rosella, Abul. Sotus, Henric. Ledesma, Couarr. Maio. Adrianus, alijque relati à Sanch. cap. 1. dub. 3. num. 16. Lessius cap. 34. dub. 14. Vas. cap. 2. dub. 1. §. 3. Turrian. disp. 22. dub. 1. & 5. num. 8. Fillius in Appendic. tract. 41. cap. 4. num. 177. alijque, quos refert de Lugo loc. cit. sect.
2. Hancq; opinionem esse communem omnium, præter paucos Iuristas, afferit Vasq. loc. cit. adeoque hanc sequimur, posthabita sententia limitantium, cum non sunt Eletores adstricti ad eligendum digniorem, ex iuramento, statuto, vel lege, vel nisi beneficia dentur per concursum, int̄ quos iij sunt, quos de Lugo recenset loc. cit. qui nu. 10. hoc ait, Ego in hac Doctorum varietate existima, in Episcopatibus, & alijs equalis, vel maioris momenti, semper sub mortali esse eligendum digniorem, per se loquendo, & id ē in alijs curatis inferioribus &c.
- 20 Sed ne tædeat lectorem ab eodem Cardinali de Lugo audire, quonam modo Philippus II. Hispaniarum Rex digniores eligebat; bonum enim est in rebus odiosis loqui aliorum verbis. Ille ergo d. sect. 1. num. 8. hoc ait. Dicam libenter in exemplum Principum, quod bac in parte Princeps secularis faciebat Philippus II: Hispanarum Rex, non quod ad id totum obligari velim omnes electores, sed ut appareat, quam diligentiam ille præmitteret ad electionem Episcoporum. Habebat quippe prudentissimus Rex in singulis Regni urbibus viros, de quorum religione, & zelo fidebat, qui eum secretò monerent de vita, & moribus ecclesiasticorum, præsentim eorum, qui in Ecclesijs Cathedralibus præbendas habebant, quas informationes apud se solum maximo secreto custodiebat! vacante itaq; Episcopatu aliquo, eligebat ex ijs, quem nunquam viderat, & qui nunquam fortasse ad Regiam curiam acceperat, ipsumque nihil tale cogitantem per Secretarium reddebas certiore de electione facta: alios autem sibi propositos refellebat aliquando, addita ratione, quia nimis non essent ad eleemosynas propensi, quia proprii corporis cura nimium indulgerent, vel quid simile, prout per secretas informationes quemlibet optimè nouerat. Hoc pacto religiosus Princeps Ecclesijs prouidere curabat, effectique, ut suo tempore Hispania Præsules haberet non paucos primitiis Ecclesiæ Episcopis non inferiores, quorum memoria in benedictione est. Hic fuit Philippus II. dictus Philippus prudens. Nos autem, ut cætera le-

ctori

etori deseramus perpendenda, alio sermo-
nem vertamus.

Communem hanc ergo nostram senten-
tiam, licet nonnulli apud eundem probent
variis scripturæ locis, ipse tamèn num. 12.
probat ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de
reformat. alijsque rationibus, quas vide.

²¹ Hinc collige primò, renunciantem bene-
ficium in alterius gratiam teneri illud re-
nunciare saltèm, nì digniori, & què dingo,
ac ipse est; nàm, licet nonnulli teneant, debere
renunciantem renunciare beneficium di-
gniori, & consequenter eaudem obligatio-
nem esse in resignante, siue renunciente, quæ
est in electoribus, vt Sotus lib. 3. de iust. &
iure: quæst. 6. art. 2. in fine, Nauarr. miscellan. 38.
de orat. num. 7. aliisque apud Sanchez cap. 1.
dub. 7. & Vasq. cap. 2. §. 4. dub. 7. num. 77. alij
verò teneant, posse renunciantem renuncia-
re beneficium dingo, omisso digniori, intèr
quos omnes ij, quos refert Sanchez. num. 4.
Turrian. disp. 22. dub. 5. num. 11. Caetan. &
Sà, quos refert, & sequitur Maldeus tract. 9.
cap. 2. dub. 7. Reginald. tò. 1. lib. 30. tract. 3. cap.
14. num. 179. Dian. tom. 1. tract. 1. miscellan.
resol. 41. aliisque apud citatos, & tandem
Cardinal. de Lugo d. disp. 35. sect. 4. num. 50.
distinguat, varias afferens illationes; ega
tamèn teneo, teneri renunciantem inuenire
& què dingo, ac ipse est, non autèm dignio-
rem, cum renunciatio non sapiat naturam
electionis, nec proindè superioritatis; neque
pariter minus dingo, ne defraudata dica-
tur prima electio, & altera in fraudem illius
fiat, & in damnum Reipublice.

²² Collige secundò, idem dicendum esse
de electionibus Regularium, qui etiàm di-
gniores esse debent. Ità Vasq. in d. cap. 2. §.
3. dub. 2. Sanch. d. cap. 1. dub. 2. n. 18. Turrian.
d. disp. 22. dub. 4. num. 1. aliisque apud citatos,
& apud Cardinal. de Lugo, qui eos sequitur
d. disp. 25. sect. 5.

²³ Collige tertio, electionem digni, omisso
digniori, licet illicitam, non esse tamèn in-
validam, prout contrariam rei ciens opinio-
nem probant Vasq. d. §. 3. dub. 17. in fine, Azor-
ius tom. 2. lib. 6. cap. 15. quæst. 2. aliisque, qui-
quid sit, cùm agitur de beneficijs parochia-
libus, stante dispositione Concilij Tridentini
sess. 24. cap. 18. à quo præcipitur, vt Episco-
pus eligat dignorem ex approbatis ab ex-
aminatoribus, & adduntur hæc verba, Provi-
siones, seu institutiones præter supradictas
formas factæ subreptitiæ esse censentur. Ad-
uenit quoque anno 1566. Bulla Pij V. 32. in
ordine in Bullario, quæ declarauit, omnes
collationes factas, vel contraria, vel præter for-
mam Concilij Tridentini, præcipue in ex-
amine per concordum faciendo, irritas esse,
& nullas; sique Episcopus dignorem non

elegerit, posse hunc ad Archiepiscopum, vel
ab Archiepiscopo electore ad vicinorem
ordinarium, vel ad Sedem Apostolicam ap-
pellare, vt, veritate reperta, reuocetur electio
facta minus digni. Super qua re Cardinalis
de Lugo contrà nonnullos tenet d. sect. 5. nu.
71. huiusmodi electiones, etiàm extantibus
dispositionibus Concilij Tridentini, & Pij
V. non esse irritas, cum Garcia, Golino, &
alijs, quos vide ibi, vbi multis probat ratio-
nibus hic non referendis.

²⁴ Collige quartò, licet eligentes indignū te-
neantur ad omnia damna resarcienda com-
munitati, quod nullam patitur controuer-
siam; dubium tamèn esse, an idem dicen-
duim sit de eligente minus dignum; nàm
multi tenent, non esse idem dicendum,
& sunt Adrianus, Nauarrus, Sotus, Molina
Iurisperitus, Conarruias, Gutiérrez, Valen-
tia, Toletus, Azorius, Lessius, & Rebello,
quos refert Castro Palao tract. 13. disp. 2. pun-
cto 11. §. 4. num. 3. Perez Mercado, Ledesma,
Nauarra & Henriquez, quos refert, & sequi-
tur Sanchez. lib. 2. consil. cap. 1. dub. 45. nu. 15.
Alij tenent, idem esse dicendum, & sunt
Caetanus, Palatios, Metina, Aragonius, Salo-
nius, Ludouicus Lopez, Palud. Sanchez, Anto-
ninus, relati à Sanchez. loc. cit. Bañez, Silvester,
Rodriguez, & Petrus Ledesma relati à Castro
Palao loco cit. num. 4. & tandem Vasq. d. §. 3.
dub. 17. intèr quos Aragonius quæst. 62. art. 2.
id extendit ad Summum Pontificem, vt te-
neatur restituere dignori pro damnø illato,
quando beneficium contulit minus dingo,
quos omnes distinetè refert Card. de Lugo d.
disp. 35. sect. 6. vbi multa explicat, quæ vide.
Ego verò teneo, eligentem minus dignum,
omisso digniori, teneri ad restitutionem, &
ad resarcienda omnia damna, non dignio-
ri, qui nullum ius habebat, sed communita-
ti: nec video certè disparitatem, cur eligens
indignum teneatur ad damna resarcienda,
non autèm eligens minus dignum, si ex
utriusq; electione communitas tempèr dam-
num patitur. Cum hac secunda igitur sen-
tentia procùl dubio sentiendum est in pra-
xi, sed speculationi insistendo, consule de
Lugo loc. cit. num. 78.

²⁵ Collige quintò, licet certum sit apud om-
nes, indignum electum non posse licite ac-
ceptare, prout cum Gabriele, Ledesma, &
Nauarra aduertit Sanchez. d. cap. 1. dubit. 13. n.
3. ac proindè certū quoque sit, teneri ad re-
stitutionem Communitati, Ecclesiæ, &c. du-
biuum tamèn esse de minus dingo, qui nihi-
lominus, vt benè infert Cardinalis de Lugo
dict. disp. 35. sect. 6. num. 91. quando concur-
rit cù vno solo, quem scit esse se dignorem,
posset honoris gratia concurrere, vt gradū
sibi faceret ad alios futuros concursus: ve-
rum

In Decisiones Reg. Sanfelicij: 385

S V M M A R I V M .

rūm in electione non deberet persistere: quod si verum est, vt verum fateor, nō video, cur idem dicendū prorsū non sit, cūm minūs dignus concurrit cūm cæteris minūs se dignioribus, dummodò adfit aliis se dignior; hoc enim casu arbitror, teneri illum desistere in electione, prout teneretur desistere, si cūm uno digniori concurreret. Cætera vide apud Card. de Lugo d. secl. 6. s. 1. aliosque ab ipso relatos. Puto autem, raro casum hunc euenire, dūm semper concurrens se altero putabit dignorem, suamque sententiam electione confirmabit.

28. Collige sextò, & vltimò, cooperantes, & impediētes electionem digniorum teneri ad restitutionem, eo modo, quo ipsi electores, & electi tenerentur. Ita sentit Cardinalis de Lugo d. secl. 6. s. 2. his verbis. *Et quidēm in ijs casibus, in quibus ipse electus indignus, vel minūs dignus, vel etiā dignior tenetur ad restituendum propter vim, vel fraudem admissam, idem dicendum est de cooperantibus, & de impedientibus, de quibus eadem est ratio.* Sed videamus, quid dicat de Lugo de intercessoribus. *Solum oportet aduertere, aliquando tanti ponderis esse intercessionem alicuius apud electorem, vt, licet verbis generalibus, petat, quod huic fauēt, perieulum magnum sit, ne illum flectat ad illicitam, & iniustam electionem.* Quo casu vidi ego eminentissimum Cardinalem (quem, quia adhuc vivit, non nomino) à quo, cum intercessionem suam quidam peteret apud Datarium, vt ei beneficium vacans conferret, libertate christiana respondit, quomodo possum ego tuta conscientia id petere, qui nondū notitiam habeo de tua dignitate ad hoc beneficium? Sciebat quippe, suam intercessionem esse approbationem tacitam illius, pro quo petebat, & magnum pondus habituram, vt collatio in illum fieret absque alio examine meritorum. Oportet ergo in ijs casibus clare loqui, & dicere, ego solum peto, vt, facta inquisitione, si illum dignum inueneris, sine alterius dignioris præiudicio, præstes huic gratiam, & fauorem: alioquin inclinatio illa voluntatis, & petitio potentioris maximam vim habet ad flectendum electorem inferiorem, & non manet secūm conscientia intercessionis. Nec minūs est periculum, quando interceditur apud Summum Pontificem, vel Principem supremum pro aliquo, vt beneficia ei conferat, præsentim curata, vel Episcopatum; videtur enim ipse proponens assumere in se onus circa examen dignitatis eligendi, quam ipsem et testari videtur, dūm pro eo petit, illumque proponit: quod si non vult hoc onus supra se assumeret, dicat clare, se nondū de dignitate certū esse, solum petere, quod examinetur, & inquiratur, & ea iuxta debitum inuenta, eligatur. Hæc de Lugo, hæc ego, hæc tandem satis.

- 1 *Interuentus ordinatus à testatore non importat meram præsentiam.*
- 2 *Præsentia quandoque denotat consensum.*
- 3 *Hypothecæ remissio censemur, si creditor interueniat tanquam testis in instrumento venditionis rei sui debitoris.*
- 4 *Creditor patiens, rem sibi obligatam alienari à Iudice, censemur remittere hypothecam.*
- 5 *Patientia & præsentia sufficit, quamvis à lege requiratur specialis renunciatio.*
- 6 *Consanguineus præsens, & sciens, rem alteri vendi, censemur renunciare retractul.*
- 7 *Præsentia quandoque equiparatur consensi, sed an semper, latè examinatur.*

DILVCIDATIO DECIS. CL.

- 1 *P*ostrema hæc decisio habet, interuentū alicuius ordinatum à testatore non importare meram præsentiam, sed etiā votum: & ratio est manifesta, cum aliás interuentus ille ad nihil deseruiret, nec præsentiam tantum voluit testator, qui à sola præsentia nil forte sperabat, dum actus ille, qui interuentum exigebat, non indigebat præsentia, sed voto, & consilio.
- 2 *Hinc collige, quandòque præsentiam arguere consilium, puta, si Creditor se subscriperit tanquam testem in instrumento venditionis rei factæ per suum debitorum, in quo res illa afferebatur libera;* tunc enim præsentia illa, & taciturnitas hypothecæ remissionem operatur, vt diximus in dilucidatione decis. 89. vel si creditor præsens patiatur, rem aliquam sibi obligatam alienari per Iudicem vocantem per proclama creditores, l. si eo tempore C. de remiss. pign. vt alio proposito scripsit Gait. de credit. cap. 4. quest. 1. 2. num. 2162. & seqq.
- 3 *Tantaque vis est præsentia, & patientia, vt, quamvis à lege specialis renunciatio requiratur, quinimò, si consensus requiratur pro forma, adhuc sufficiat præsentia, & taciturnitas, dummodò aliquis actus positius concurrat, vt ex multis doctissime probat Reg. Gallecta tom. I. contro. 49. n. 34. & seqq. qui potissimum notabilitè ait nu.*
- 4 *37. consanguineum præsentem, & scientem alteri vendi, videri ex hoc renunciasse retractui, ex Caſtrenſ. in l. I. num. 5. & 6. ff. de Tribut.*
- 7 *Quarè, licet in casu decisionis requireretur, non tantum præsentia, sed votum, habemus etiā, quandòque præsentiam solam equiparari consensi. Quod nota. Hoc autem intelligendum est secundum distinctionem à nobis traditam in d. dilucidatione decis. 89. scilicet, tunc præsentiam inferre alicui*

alicui præjudicium, cùm actus ille, qui fit, eo prælente, eius prætensionem destruit, vt appareat in tribus casibus positis suprà num. 3.4. & 6. nám, licet præsens vēditioni, quin imò se subscribens tanquām testem in venditionis instrumēto, nullum sibi præjudiciū inferat quoad hypothecam contractam, cù, re illa alienata, adhuc duret hypotheca; tamèn, quia in eodem instrumento res assertabatur libera, præsente creditore, qui non contradixit, & hæc assertio destruit hypothecam, quæ non potest stare cum re libera, hinc sit, vt sola præsentia, vel subscriptio eiusdem tanquām testis habeatur pro consilio, & consensu. Sic quoque in secundo casu l. si eo tempore, quo, vocatis creditoribus, & aliquis ex illis præsens non contradicens venditioni, se non videtur dignoscere creditorem: vndè præsentia illa inducit remissionem pignoris: & tandem, quia præsentia, & patientia in venditione destruit prætensionem præsentis volentis ius retractus, huiusmodi præsentia habetur etiā pro consensu.

Et ex his aduerte, Iureconsultum disponentem in l. sicu: §. non videtur: ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. sic. Sed si subscripterit forte in tabulis emptionis, conuenisse videtur &c. loqui de subscribente se tanquām principalē, non tanquām testē, in quem non cadit deceptio, qua concurrente, vult ibi Iureconsultus, vt non habeatur pro consentiente. Ibi. Nisi manifestè appareat, deceptum esse. Ceterum, si præsens, & tacens non videtur pignus remissum, ex d. S. non videtur, eo quod ex sola præsentia, & taciturnitate non inducitur consenus alienationi, per quem tantum pignus remittitur, ex ead. l. sicut §. si voluntate; neque illud videtur remittere, qui se tanquām testem subscribit, dum subscriptio testis non inducit consensum, quem inducit subscriptio principalis, vt principalis. Igitur concludendum, tunc præsentiam inducere consensum, cùm sit actus destruens prætensionem præsentis; sicq;

conciliandi sunt DD. omnes relati à Gaito loc. cit. & à Dom. Altim. ad cons. 7. Rouiti tom. 3. num. 39. & 40. Id tamèn limitandum fauore libertatis, cuius intuitu sola præsentia arguit consensum, ex l. 1. C. de remiss. pign. vel fauore Fisci, ex l. si hypothecas: C. eod. vt post Gatum, & alios notauit Dom. Altim. ibid. quo loci alios refert idem afferentes fauore pīx cauſæ. Ceteros autem casus, quibus remissio pignoris intelligatur facta, distinetè, & doctè reperies apud eundem Gatum loc. cit.

Hæcque tandem aliquando satiè supèr primo decisionum à Regente Sanfelicio scriptarum libro, ni summo labore, summo saltè rædio dilucidato. Hoc tantum scias, me inuitum scripsisse, & pœnitere: cum autem cœperim, cœpta iuuat prosequi, si displicet. Opus ergo, si tempora largiantur, perficiam. Postmodùm verò optimum illud sequar consilium, quo suadetur, vt semper audiamus, raro loquamur; legamus semper, scribamus nunquam. Monitum insupèr lectorem volo, me non omnes, quos retuli, Doctores, quamvis perspicuos, Dominationis titulo decorasse, nec eos appellasse Dominos, sed viuentes tantum; mortui enim se Dominos appellati non curant. Tandem non ignoro, intèr eos, quorum virtutes propalauit, non paucos reperiri, quorum alter alterius laudes ægro ferat animo: quoniā verò mihi aliorum placitis inhærendum non erat, sed omnibus inseruendum, meo quæso parcant calamo. Ceterum, si nonnulli in opere hoc aliiquid mali, imò nil boni repererint, laudent profectò Deum, qui eos tanto redidit ingenio perspicuos, vt valeant bona à malis secernere: interim sciant, promptum me semper esse, vel ad ea, quæ scripsi, corrigenda, vel ad sanguinem usque defendenda, posthabita quorūcunque dignitate, ea verò modestia, quæ, nec propriam estimationem lèdat, nec libertatem, qua in scribendo fruimur.

F I N I S:



INDEX

786536

INDEX

RERVM OMNIVM,

ET VERBORVM.

Quæ in hoc Opere continentur.



A



- Absentia allegari potest à quibuscunque etiam inhabilibus n.9.pag. 76
 Absentia allegari non potest, contracta vltima contumacia, quod fusè examinatur, siccq; praxi recepturn ostenditur. nu.10. pag. 76
 Absentia an allegari possit in ciatione ad foriudicandum. nu.11.pag. 77
 Absentia allegatio quandoque iusta est, quādoque calumniosa. nu.1 pag. 75
 Absentia censetur calumniosè allegata, cùm probatur, reum non abesse, licet visus non sit. nu.2.pag. 75
 Absens excusatus consideratur tanquam terminus, non tanquam comparens: quare excusans audiendus est. nu.6.pag. 81
 Absolutus à Principe per tolerantiam, & silentium, an iterum de eadem re inquire possit, fulissimè agitur. n.13.p. 351
 Accessus ad locum partis offense quandoque, attento rigore, punitur, quandoque secūs de æquitate. nu.1.pag. 129
 Actio ad dotem solutam competit soli filiz, mortuo patre. nu.5.pag. 320
 Actio an competat pro salario incerto genere, & specie. nu.4.pag. 292
 Actio multiplex intentari potest, non obstante contrarietate. nu.1.pag. 172
 Actio noua furti nascitur etiam mutatione iurisdictionis. nu.7.pag. 103
 Actionibus incompatibilibus propositis, vna potest suspendi, altera exerceri. n.4.p. 173
 Actionibus intē se compatibilibus cumulatis, dato absolute termino, præsumitur, iudicem illum dedisse respectu omnium actionum. nu.9.pag. 173
 Actionibus pluribus propositis, quando quis teneatur vnam eligere, quando autem vtramque prosequi. nu.11.pag. 174
 Actiones diversæ cumulari possunt, dummodo vna non desiruat alian. nu.2.pag. 173

- Actiones incompatibilis nequeunt cumulari. num.3.pag. 173
 Actiones cumulari possunt tam antè, quam post litem contestatam. nu.10.pag. 173
 Actiones indubitatæ non substant dispositio- ni ll. per diuersas, & ab Anastasio C. mandati. num.1.pag. 301
 Actiones indubitatæ quænam snt, latè exa- minatur. nu.2.pag. 301
 Actiones, siue dubitatæ, siue indubitatæ, de- ducuntur in iudicio. nu.3.pag. 302
 Actiones indubitatæ, an cedi valeant pretio minori in preiudicium debitorum. num.4. pag. 302
 Actiones populares possunt à quocunque proponi, secūs autem non populares. nu- mer.5.pag. 293
 Actiones, quæ cumulari possunt, licet queanc esse conariz, nequeunt tamèn esse contra- dictoriz. nu.5.pag. 173
 Actiones contrariae possunt diuersis tempori- bus intentari. nu.6.pag. 173
 Actiones, si nequeunt cumulari, vna intentata, non currit tempus respectu alterius. num.8. pag. 173
 Actor, qui emptorem fidè supposuit ad rem emendam, an in casu retractationis senten- tia teneatur ad rem, an autem ad pretium. num.8.pag. 298
 Actor, qui in venditione rei, super qua assi- stentiam obtinuit, emptorem fidè suppo- suit, an in casu retractationis possit rem- restituere, an autem cogi possit ad pre- tiuum. nu.9.pag. 299
 Actuarius recipiens pecuniam à litigatore, vt partem iudici daret, puniendus est. num.1. pag. 113
 Actuarij quæ recipere possint. nu.13.pag. 114
 Actus iudicandi à quo dependeat. n.15.p. 274
 Adiudicata re Creditori, absque appretio, si laesio interuererit, nulla erit adiudicatio. n. 7.pag. 299
 Adiudicatio facta pro maiori summa, quam sit debitum, est nulla. nu.9.pag. 300
 Adiudicatio fit per Indicem quandoque cum pacto de retrouendendo, & quarè. n.10.p. 300

I N D E X

- Administrantium calliditas quandoque deducie** in procurando redactionem computo-
 rum disseriendam extra forum electum .
 num. 23. pag. 332
- Administrator rei Ecclesiastice conueniri po-**
test in foro Ecclesiastico ratione admini-
strationis . nu. 9. pag. 1
- Administratores conueniendi sunt in loco ad-**
ministrationis, ni agatur cum priuilegiatis.
 num. 19. pag. 333
- Aduocatus , vel Procurator , ostendens scrip-**
turas alteri parti contrarie, incidit in cri-
men falsi . nu. 2. pag. 145
- Aduocatus ab una parte salarium accipiens,**
 & alteri secreta reuelans , incidit in pœnam
 falsi . nu. 3. pag. 145
- Aduocati, quomodò se gerere debeant in sus-**
picionibus proponendis, remissione . num. 33.
 pag. 203
- Aduocati an debeant pro eorum clientibus**
 adducere rationes, tam conuincentes, quam
 minus stringentes . nu. 13. pag. 274
- Affectio non cadit in Vniuersitatem . num. 10.**
 pag. 205
- Affectio in uxore est præsumpta, sed in descen-**
dentibus est certa . nu. 4. pag. 63
- Affectus quomodò puniatur, non sequitur effe-**
 ctu . nu. 11. pag. 82
- Affinitas, vel consanguinitas eximentis reum .**
 à familiæ manibus an minuat crimen . n.
 nu. 5. pag. 109
- Aggressores nocturni in Ciuitate, & suburbis**
 puniuntur pœna mortis . nu. 16. pag. 101
- Aggressores nocturni in Ciuitate an puniantur**
 pro primo furto pœna ultimi supplicij .
 num. 17. pag. 101
- Aggressores nocturni in Ciuitate, & suburbis**
 puniuntur ultimo supplicio, quamvis mini-
 mum sit furtum . nu. 2. pag. 99
- Agnatus an habeat prælationem in venditione**
 feudi noui . nu. 1. pag. 245
- Agnatus potest duplici iure vendum aliena-**
 tum reuocare . nu. 20. pag. 255
- Agrellus de Iphilippis lector Primarius in**
 Academia Neapolitana laudatur post nu-
 mer. 6. pag. 314
- Alienabilis semper est res facta semel aliena-**
 bilis . nu. 7. pag. 279
- Alienata post peremptam instantiam validè**
 alienata censenda sunt . nu. 3. pag. 369
- Alienata re litigiosa in clericum, quomodò sit**
 procedendum & recensentur Doctorum opini-
 ones . nu. 1. pag. 7
- Alienata re litigiosa in clericum, iudicium ter-**
 minandum cum alienante ; hæcque opinio
 fauet omnibus iurisdictionibus . nu. 2. pag. 8
- Alienata ante peremptam instantiam , licet**
 deinde instantia perimit, trahunt secum vi-
 tican litigiosi . nu. 6. pag. 369
- Alienatio feudi facta absque assensu infra-**
 quod tempus reuocari debeat vigore Con-
 stitutionis Diuine Memoria . nu. 17. pag. 254
- Alienatio feudi potest à quounque ex contra-**
 hentibus reuocari . nu. 14. pag. 268
- Alienatio feudi poterit in Regno reuocari ex**
 defectu assensus nō obtenti per verbum, fiat ,
 sive non obtenti in forma Cancellariæ , vel
 ex defectu ligij homagij, & iuramenti fideliti-
 tis non præstati . nu. 16. pag. 268
- Alienatio rei litigiosa ex causa necessaria nō**
 est interdicta . nu. 8. pag. 9
- Alienatio rei litigiosa ex causa iusta non est**
 interdicta . nu. 9. pag. 9
- Alienatio rei litigiosa breui tempore peritu-**
 ræ, vel pro restitutione, vel constitutione do-
 tis , vel perempta instantia , sustinetur . nu-
 mer. 10. pag. 9
- Alienatio rei litigiosa, super qua constat, oul-**
 lum ius aduerterio competere , sustinetur .
 num. 11. pag. 9
- Alienationes rei litigiosæ sunt sibi in frau-**
 dem iudicij moti : quarè traditur iudici-
 bus cautela . nu. 3. pag. 8
- Alienans feudum absque assensu Domini di-**
 recti de iure communi feudorum amittit
 rem , & pretium , seu quid de iure Regni ,
 latè casus distinguuntur . nu. 16. pag. 254
- Alimenta non retardantur concessione indu-**
 ciarum . nu. 2. pag. 324
- Alimenta , aliaque similia, non respiciunt fer-
 rias . nu. 25. pag. 363**
- Allectio est verus modus consequendi ciuita-**
 tem nu. 3. pag. 179
- Amicitia occasionalis , an , & quando reddat**
 suspectum Iudicem . nu. 27. pag. 202
- Amicitia, quæ reddat suspectum Iudicem, qua-**
 lis debeat esse . nu. 19. pag. 200
- Amicus admittitur ad allegandam Rei absen-**
 tiam, adeoque eadem ex causa ad appellan-
 dum ab excusatione denegata . nu. 4. pag. 80
- Amicus comparens ad allegandam Rei abien-
 tiam , licet possit appellare ab excusatio-**
 ne denegata, non poterit deinde appellare
 à sententia, qua reus fuit dannatus . num. 5.
 pag. 81
- Amor, odium , & proprium commodum veri-**
 tatem occultant . nu. 6. pag. 204
- Amor , & concupiscentia non faciunt inuo-**
 luntarium . nu. 13. pag. 375
- Angarij, & perangarij, quinam dicantur . nu-**
 mer. 47. pag. 160
- Animum aperire amico prudenti quandoque**
 necessarium . nu. 11. pag. 146
- P. Angelus Pistacchius laudatur . n. 14. p. 59**
- Anterioritas tertiarum an semper concurrat**
 cum anterioritate capitalis, latissime expli-
 catur . nu. 13. pag. 287
- Antiquior debet præcedere intè Presidents,**
 & Consiliarios . nu. 33. pag. 358
- Antiquior officialis præcedit , idest, qui prior**
 digni-

R E R V M.

dignitatem adeptus est ; cùm lis est intèr officiales eiusdem officij. . nu.3.pag.	356	Appellatione deserta ob non præsentationem processus intrà tempora legitima in M. C. causa reuidetur ex eisdem actis .n.1.p. 225
D. Antonius Joannes de Centellas Regiæ Cameræ Summaria Locumtenens laudatur . num.38.pag.	358	Appellatione deserta, ex æquitate tantum S.C. reuidetur causa .nu.3. pag. 225
Apocam alteri foluendam præsentans, mutato nomine, fuit pœna exiliij punitus. n.1.p. 141		Appellatione deserta , an reuidetur causa , si pars instet , illam declarari desertam.n.4. pag. 225
Apocam præsentans subscriptio nominis sui principalis bona fide facta, fuit absolutus ; & prouisum, quod carcer cedat loco pœnæ. num.2.pag.	141	Appellatione semèl deserta, dicitur deserta tam secunda, quām ter tia instantia ; sed an sempèr .nu.8.pag. 226
Apocam, falsificato nomine, præsentans, an incurrat in pœnam statutam à Regijs sanctiōnibus .nu.8.pag.	142	Appretium debet oratione præcedere, cùm res venditur subhasta .nu.6.pag. 299
Apocam falsam non præsentantes, sed scribentes, an, & quando puniantur pœna mortis naturalis statuta à Regijs Pragmaticis. numer.9.pag.	142	Appretium , attenta consuetudine Neap. Si quis emit, potest peti, tām ab emptore, quām à retrahente . nu.4.pag. 299
Apocas falsas præsentans punitur prena vltimi supplicij, attento iure Regni . n.7.p. 142		Aqua orta in solo priuato priuata est. num.5. pag. 333
Appellans, an, & quando possit, omisso medio, ad superiorē prouocare . nu.5.pag.	151	Aqua priuata poterit à Domino cuicunque concedi , nec Fiscus vti potest prælatione . num.6.pag. 334
Appellari potest ab omni grauamine , quod non reparari potest per appellationem à definitiua de iure civili .nu.3.pag.	17	Arbitrium Iudicis in dando termino supèr turris articulo quale debeat esse . 3.nu.pag. 42
Appellatio diuersimodè perimititur de Iure Canonico, & civili . nu.1.pag.	17	Arbitrium Baronum non est extendendum . num.12.pag. 73
Appellatio ab omni grauamine licet de iure canonico . nu.2.pag.	17	Titulorum fama dēperditur . 13.nu.pag. 73
Appellatio de Iure Regni ab interloquutoriis au suspendat exequitio nem, etiam si agatur de decretis S.C.nu.5.pag.	17	Arbitratores non dicuntur dispensare bona prout dispensantur in iudicio . n.10. p. 31
Appellatio à decretis, quod exfracēt turban tes studia, an suspendat corum exequitionem . nu.5.pag.	325	Argentarij sunt de Regalibus , & quæ dicantur .nu.32.pag. 161
Appellatio an admittatur à deereto suspicioneum . nu.12.pag.	213	Arma prohibita ferentes non puniuntur à M. C. ni cum illis reperti fuerint , vel deliquerint .nu.1.pag. 106
Appellatio de iure communi , & Regni nostri tres habet status . nu.8.pag.	20	Arma prohibita ferentes puniuntur pœna asportationis , licet non capiantur cum illis , sed conuicti fuerint de insultu . n.2. p. 106
Appellatio secundum tempus ex tribus habet diuersum de iure communi , & Regni. nu.9. pag.	20	Arma asportans, & delinquens , punitur vnicā pœna , & maiori . nu.3.pag. 106
Appellatio conceditur ab interloquitoria lata supèr Iudicis incompetentia , quamvis delegata sit causa per Proregem , appellatione remota . nu.7.pag.	15	Arma asportans tempore non prohibito , si cum illis delinquit, & delictum pœnam minorem mereatur, quām mereatur asportatio tempore prohibito, plectitur pœna delicti . num.5.pag. 106
Appellatio à decreto circà immissionem, an detur quoad actum suspensiuum.n.1.p. 230		Arma prohibita an ferri possint, si, pulsata sit campana ad arma .nu.6.pag. 206
Appellatio non suspendit decretum in mero possessorio , secūs si sit admistum petitoriu, quod latè probatur .nu.2.pag.	230	Arma prohibita à satellite propè ipsum tollens , & inimicū vulnerans, an puniendus sit pœna criminis . nu.7.pag. 106
Appellatio à decreto, quo iubetur continua tio solutionis, an suspendat decretum .n.4. pag.	230	Arma prohibita ex proposito ferenda sunt, vt puniri possit reus . nu.8.pag. 106
Appellatio à non admissa absentia excusatione nou denegatur. Quod per totam dilucidationem probatur . nu.2. pag.	80	Arma non considerantur per se quo ad pœnam imponendam , sed in ordine ad delictum . nu.10.pag. 107
Appellatio à non admissa excusatione proposita ab amicis admittitur , quamvis eorum periculum non sit .nu.3.pag.	80	Arma, & cætera huiusmodi instrumenta , non ideo prohibenda sunt, quia ex ijs mala sequuntur, ex D.Augustino . nu.8.pag. 314

Ars militaris æqualis est legibus . n.12.p.357
Ars serici non debet esse niagis priuilegiata arte militari quoad fori priuilegium, quo fatnuli militum frui debent . nu.20.pag.53

Ar-

I N D E X

- Articuli , ni sint concludentes , est locus pœnae statutæ à Pragm. contrà calumniatores , num. 15. pag. 18
- Articulus iuris requirit terminum , quoties dilucidari potest ab aliquo facto , quod requirit probationem . nu. 6. pag. 42
 - Articulus iuris , tanquam non dependens à probationibus , non admittit terminum . numer. 4. pag. 42
 - Articulus iuris quandoque equiparatur probationibus , cum ambo rese ruari soleant ad merita causa , licet diuersimodè . n. 5. p. 42
 - Ascanius Cardinalis Philamarinus , eiusque Nepotes laudantur . n. 16. pag. 3
 - Ascensus cum scalis non reddit dignum morte furtum attentatum absque alijs qualitatibus . n. 2. pag. 82
 - Ascensus cum scalis ad locum religiosum reddit grauius furtum attentatum . n. 3. p. 83
 - Ascensus cum scalis nocturno tempore non reddit dignam morte attentatam puellarum rapinam , in probata decim. 36. Grammatici , n. 12. pag. 83
 - Ascensus cuius scalis ad monasteria monialium punitur pœna ultimi supplicij . n. 14. pag. 84
 - Ascensus cum scalis , vt res iacentes auferantur , quomodo puniendus . nu. 15. pag. 84
 - Ascensus cum scalis ad conseruatorium Virginum puellarum an puniatur pœna mortis . nu. 16. pag. 84
 - Assassinus vulnerans clericum non gaudet immunitate ecclesiastica ; secùs , si absque tali qualitate illum interficiat . Quod latè examinatur . nu. 1. pag. 47
 - Assassinij pœna mulctatur assassinus , quamvis mors non sequatur , sed quomodo . n. 3. p. 48
 - Assassinus etiàm dicitur , qui absque pretij receptione alium interficit , dummodo aliud equivalens interueniat , quale poterit esse amor . nu. 3. pag. 48
 - Asecuratio locum habet , quoties interest mulieris , eius dote in tuto collocari . nu. 9. pag. 323
 - Assensus Capituli Neap. an comprehendat donationes cõtemplatione matrimonij factas in capitulis matrimonialibus , fusissimè examinatur . nu. 13. pag. 240
 - Assensus Capituli Neap. an operetur , cùm non adest expressa hypotheca . nu. 2. pag. 238
 - Assensus Capituli Neap. an habeat locum , si Baro habeat habilem successorem post obligationem feudorum , quem tempore obligationis habebat inhabilem . n. 20. pag. 243
 - Assensus Capituli Neap. an comprehendat do tes monialium . nu. 21. pag. 243
 - Assensus Capituli Neap. an proficit Neapolitanis spurijs , & naturalibus , fusè examinatur . nu. 22. pag. 243
 - Assensus Capitoli Neap. quot casus cõlderet , noua anima cœuerione ostenditur . num. 24.
- pag. 244
- Assensus Capituli Neap. quia datur à lege , intelligitur concessus statim ac aliquis bona sua obligat pro dotum restitutione . nu. 6. pag. 239
- Assensus Capituli Neap. incipit à die capitulo rum matrimonialium , quamvis instrumentum receptionis dotis fuerit confectum , soluto matrimonio . n. 7. pag. 239
- Assensus Capituli Neap. locum habet , non solum in dote , sed etiàm in usufructu , & interesse . n. 8. pag. 239
- Assensus Capituli Neap. vt operetur , non est opus , vt referetur Regis assensus . num. 9. pag. 239
- Assensus Cap. Neap. vt operetur , sat est , si obligentur omnia bona absque feudalium expressione . n. 10. pag. 239
- Assensus Cap. Neap. an locum habeat , si obligentur bona burgensatica , absque particula taxatiua , tantum , & quid , si cum tali particula n. 11. pag. 239
- Assensus capitulo Neap. an comprehendat bona quorumcunque extraneorum obligata in capitulis matrimonialibus . n. 15. p. 242
- Assensus Capituli Neap. an comprehendat anteferum . nu. 16. pag. 242
- Assensus Capituli Neap. an loquatur de feudiis etiam planis , & de tabula . Latè examinatur . nu. 17. pag. 242
- Assensus Capituli Neap. an locum habeat contrà Baronem carentem legitimo successore . nu. 18. pag. 242
- Assensus Domini non operatur , vt agnatus nequeat feudum repetere , soluto pretio numer. 30. pag. 256
- Assensus Principis conualidat actum , non mutat . nu. 14. pag. 209
- Assensus Proregis non sufficit , cùm concedatur in feudum res burgensatica , sed requiritur immediatus Regis . nu. 32. pag. 184
- Assensus Regis pro concessenda in feudum re burgensatica quam clausulam debeat continere . nu. 34. pag. 186
- Assensus Regis expressus non prodest creditori , nisi à die , quo expeditus est . num. 5. pag. 239
- Assensus referuatio in contractu retuum feudarium quid operetur , ad explicationem eorum , quæ sit Reg. de Ponte in conf. 17. num. 26. pag. 270
- Assensus in Regno necessariò probatur per scripturam , & non per testes contrà non nullorum opinionem . num. 20. pag. 269
- Assentia quandoque præstatur contrà tertium postförem , non auditio principali debitore . nu. 1. pag. 295
- Assentia petita contrà principalem debitorem ex causa venditionis annuorum introituum non præstatur , nisi , liquidato credito

R E R V M.

to contrà principalem , nu.2.pag.	295	num.11.pag.	178
Assistentia p̄tita etiā ex causa venditionis annorum introitum , sed contrà tertios possessores , pr̄statur inaudito principali , quod latē explicatur . num.3.pag.	296	Baro, habens iurisdictionem criminalem , an possit pr̄tendere pr̄lationem in affictu iurisdictionis ciuilis , nu.13.pag.	276
Assistentia potest pr̄stari contrà tertium possessorum, non auditio principali debitorum , quoties non agitur de contractus rescissione . num.5.pag.	296	Baro, habens priuilegium cognoscendi criminia vassallorum commissa extrà territorium , an pr̄feratur Baroni loci commissi criminis , latē examinatur.n.9.pag.	166
Assistentia pr̄stata L.S.C.ad finem adiudicandi, creditor tenetur ad rem, reuocata sententia , non ad pretium . num. 6. pag.	298	Baro quomodo se gerere debeat in confirmatione indigni electi à maiori parte . num.3. pag.	378
Assistentia datur contrà debitorem debitoris , si tempore contractus celebrati int̄et creditem , & debitorem , debitor debitoris possebat bona, secūs si aliter . n.2. pag.	297	Baro, vendita vniuersitate, nequit usum vassalilis prohibere . num.5.pag.	24
Athenienses hastam tumulo figentes vltionem denunciabant intersectoribus . num. 25. pag.	68	Baro, an ciuis pr̄ferendus in venditione Castrī . nu.9.pag.	276
Attentata in iudicio ratione contemptus trahunt secum vitium litigiosi , etiā perempta instantia . num.5. pag.	369	Baro pr̄fertur omnibus in Regno , non solum in emptione Castrī , sed etiā aliarum rerum . num.10.pag.	276
Auaritia nostris tempestatibus altas iecit radices . num. 23. pag.	332	Baro, cui velit, potest iurisdictionem criminale vendere , & quarē . nu. 11.pag.	276
Auctoritas Papę omnem suspicionem fraudis tollit . num.45.pag.	340	Baro potest concedere in emphyteusim ex cadentias , pro quibus illi nullum pr̄statur seruitium . nu.4.pag.	181
Auctorum versutia in scribendo quantum sint . num.22.pag.	362	Baro an habeat intentionem fundatam prohibendi Pascua, si territorium sit feudale . num.1.pag.	23
Audientia Regia an possint cognoscere delicta officialium . num.5.pag.	157	Baro an differat à Capitaneo . n.20.pag.	183
Auxiliator merus nō debet eadem pena , qua principalis plectitur, puniri . n.4.pag.	88	Baro nequit exigere à vassalilis fidam , & difidam , ni isti alia territoria habeant , & quarē . nu.12.pag.	25
Auxiliator merus quis dicatur . n.5.pag.	89	Baro an post sententiam foriudicationis possit facere subdito gratiam . n.8.pag.	72
Auxilium, vel consilium pr̄stans mauris, punitur pena mortis , quod singulariter pr̄uisum est . num. 6. pag.	89	Baro , pendente appellatione , si habeat secundarum causarum cognitionem , potest gratian facere . nu.9.pag.	72
Auxiliator merus non dicitur , qui in furto interuenit . n.8.pag.	89	Baro debet habere successorem tempore oblicationis , ad hoc , vt locum habeat assensus Capituli Neapolitani . n.19.pag.	243
Auxiliator, quamvis in delicto patrato interuenierit , non dicetur principalis , sed principalis denominabitur , qui delictum ad perfectionem redigit . nu.13.pag.	89	Baro pr̄fertur in venditione , seu locatione Castrī etiā ad instantiam creditorum . n. 2.pag.	275
Auxiliatores delinquentium cum armis igneis tenentur etiā assistere , vt penam principium delinquentium in Regno statutam subeant . nu.10.pag.	89	Baro pr̄fertur Vniuersitati in venditione, seu locatione Castrī . nu.3.pag.	275
Auxiliatores torqueri nequeunt , ni priùs liquidò constet contrà principales delictum: quod latē examinatur . nu.11. pag.	89	Baro potest eligere officialem consanguineum , ni adsit inimicitia inter Baronem , & Vassallos , secūs , si qua adest inimicitia . n.6.p.149	
Auxiliatores, licet æqua pena puniendi sint , qua plectuntur principales ; tamè non eodem modo contrà omnes procedendum est . n.12.pag.	89	Baro, si est suspectus , reddit etiā suspectos eius officiales . nu.7.pag.	150

B

B Anniri an possit aliquis die feriato. num. 49.pag.

Baptizatus N̄apoli, licet ibi non natus , an gaudeat ciuitate Neapolitana,& quando.

Baro in alterius Baronis territorio delinquens potest ab illo recognosci . n.1.pag.	154
Baro non potest delinquens cognosci ab alio barone , qui pr̄tendebat , eum esse illi subditum ratione domiciliij . n.2.pag.	154
Baro dicitur primus ciuis illius loci . n.3.p.154 Baro,	

I N D E X

- Baro, commorans in territorio alterius Baroni, non sortitur illius forum ratione habitationis. n.4.pag. 154
 Baro, sciens contrà suum vassallum procedi in alio Tribunal, nec comparens, prorogat illius iurisdictionem, secùs verò, si id ignorauerit. nu.4.pag. 168
 Baro an cognitionem habeat criminis usurariae prauitatis. nu.10.pag. 154
 Baro quid teneatur probare, cùm petit cause remissionem post sententiam. Et quid possit probare Fiscus. nu.7.pag. 168
 Baro, tanquam primus ciuius illius loci, cuius ex baro, gaudet priuilegijs aliorum ciuium, nu.6.pag. 154
 Baro habens cognitionem delictorum, quæ sola Magna Curia cognoscit, potest cognoscere delicta officialium tam actiuè, quam passiuè. nu.1.pag. 157
 Baro nequit ad instar Principis alicui gratiam facere, ni priùs remissio obtenta sit. num.2. pag. 125
 Barones differunt à Feudatarijs. n.22.p. 357
 Barones quid agere debeant in Iudicijs. n.15. pag. 73
 Barones nequeunt animalia exterorum fidare in territorijs particularibus ciuium. Quod latè discutitur. nu.10.pag. 24
 Barones sunt immunes à contributione pro eorum animalibus, quæ tenent in proprijs priuatis territorijs. n.7.pag. 179
 Barones habentes cognitionem criminum ab officialibus patratorum non possunt cognoscere de criminibus patratis à Iudicibus secundarum causarum alibi commonorantibus, & quarè. n.7.pag. 158
 Barones in Regno nequeunt nouas facere concessiones. n.1.pag. 180
 Barones nequeunt defensas facere, prohibendo vassallis usum. n.2.pag. 180
 Barones an possit subinfeudare. n.3.pag. 180
 Barones quinam propriè dicantur apud varias nationes. n.16.pag. 155
 Barones in Regno Neapolitano qui verè sint. nu.17.pag. 155
 Barones, & feudatarij differunt in Regno. nu. 18.pag. 156
 Barones pro patratis criminibus cognoscendi sunt à Provinciarum Praesidibus. n.9.p. 154
 Barones dicuntur milites. n.19.pag. 357
 Barones, an, & quomodo veniant appellatione officialium. n.4.pag. 157
 Barones, licet alibi habitantes, sunt tamè immunes à gabellis pro fructibus feudali bus pro usu domus, & familiæ. n.8.pag. 154
 Barones habentes merum, & misum Imperium, cognoscunt suos vassallos priuatiuè ad Regionam iurisdictionem. nu.8.pag. 175
 Baroni an deneganda sit remissio in causis receptionis contumaciam, aliorumque, latè discutitur. num.8.pag. 150
 Baroni potest competere remissio quoad sententia exequitionem. nu.11. pag. 169
 Baroni non competit remissio cause criminalis post sententiam, si delictum compositionem non admittat. n.5.pag. 168
 Baroni competit remissio cause criminalis post sententiam, si ille ignorauerit, contrà suum vassallum procedi, & delictum compositionem admittat. n.6.pag. 168
 Baronibus non est permista noua infeudatio. n.10.pag. 182
 Beneficia deneganda non sunt, etiàm causa introducta. nu.1.pag. 369
 Beneficia non competit maiori hæredi minoris. n.6.pag. 372
 Beneficia concedenda sunt actori, & Reo. n.10. pag. 370
 Beneficia statim dicuntur vacare, nec à beneficiato poterunt alteri resignari, si ipso iure amissa sunt. n.9.pag. 39
 Beneficia renunciari an debeant & què digno. nu.21.pag. 384
 Beneficijs concessis in prima instantia, non concedenda sunt alia in secunda instantia. nu.9.pag. 228
 Beneficijs concessis in causa principali, concedenda an iterum sint in causa liquidationis. Latè examinatur. n.7.pag. 227
 Beneficio vacante per matrimonium contratum, an, quando clericus ob patratum scelus remittendus sit ad Iudicem Ecclesiasticum. nu.11.pag. 39
 Beneficiorum collatio an facienda sit in digniorem. nu.19.pag. 383
 Beneficium amittitur ipso iure, quotiescumque clericus contrahit matrimonium moraliter dispensabile, quamvis nullum, & irriterum; secùs, ni sit moraliter dispensabile; & probatur. n.1.pag. 38
 Beneficium potest amitti à contrahente matrimonium, quamvis non renunciauerit expressè. nu.2. pag. 38
 Bizochæ quo priuilegio gaudeant. n.29. p. 5
 Blasius Cusatius lector Primarius in Academia Neapolitana laudatur. n.6.pag. 31
 Bona fama non operatur, vt Iudex nequeat suspectus allegari. n.4.pag. 204
 Bona confiscata reddenda sunt falsò inquisito, vel eius hæredibus. n.20. pag. 71
 Bona Neapolitanorum, siue ciuium eius casalium, publicari nequeunt, nec ij torqueri possunt ex processu informativo. num. 22. pag. 336
 Bona turpi lucro quaesita ab uxore non sunt obnoxia creditoribus viri. n.1.pag. 374
 Bona antiqua in districtu Ciuitatis Neapolitanæ, an, & quomodo habeant aliqualem similitudinem cum feidis ex pacto, & prouidentia. n.13. pag. 252
 Bona

R E R V M.

- Bona committentium erinen lœsa Maiestatis
spectant ad Regalia . n.38.pag. 161
Bona vacantia quæ dicantur . n.24.pag. 159
Bona, quæ auferuntur ab indignis , & quæ ab
incapacibus, an intè se differant. n.25.p.159
Bona contrahentium incestas nuptias , an, &
quomodo veniant appellatione Regalium .
n.26.pag. 160
Bonatentia , quæ soluitur pro annuis redditibus, est diuersa ab ea, quæ soluitur pro ce-
teris stabilibus . n.3.pag. 303
Bonatenentiam, quando territoria sunt promi-
scua, soluere tenetur non priuilegiatus vbi
habitat . n.6.pag. 303
. Bonatenentia quantitas soluenda ab empto-
ribus annuorum introituum , quænam sit.
n.2.pag. 303
Brachium supèr decretis Rotæ Romanae, an ,
& quando cum cause cognitione sit dan-
dum, latè discutitur, distinctione adhibita.
n.8.pag. 152
Brachij imploratio an sit cōcedēda absq;cau-
se cognitione, sed vide n.7. & seqq. n.3.p.151

C

- P. C Aietanus Andreas laudatur post n.37.
pag. 336
Cæsar de Afflito Episcopus laudatur post n.
· 14.pag. 87
Calumniæ proximo inferenda non est ex sa-
cra scriptura . n.7.pag. 135
Calumniatores grauitè puniuntur de iure
communi . nu.1.pag: 134
Calumniator, ni sit evidens, non punitur de iu-
re Regni . nu.2.pag. 134
Calumniator evidens quis dicatur, latè discu-
titur . nu.3.pag. 134
Calumniatores semper pœnas à Deo pericli-
tati sunt . n.6.pag. 135
Calumniatorum pœna quæ sit , & an omnes
pœna recesserint ab aula . n.9.pag. 135
Calumniati apùd Deum iustitiam reperient.
nu.5.pag. 135
Cambium siccum sustinetur tantum ratione
lucrī cessantis omnino probandi. n.2.p.308
Candela præcedi debet ab estimatione, & qua-
rè . nu.5.pag. 281
Capitalis res à quo dicitur . n.5.pag. 119
Capitanei Iustitia an sint testes idonei contrà
carceratum . n.2.pag. 236
Capitulum nostri Regni , Conuentus , non lo-
quitur de iudice, coram quo facienda sit
exequio contrà multorum sensum. n.4.p. 8
Capitulum Regni , Conuentus , quas discon-
cordias ortas in terminis iuris communis se-
dauit. nu.5.pag. 8
Carcer datus in pœnam differt à carcere dato
in custodiam . n.8.pag. 131
Carcerari nemo potest in aula S.C. absque
- Præsidis venia . n.2.pag. 163
Carceratus fugiens culpa Commentariensis ,
absque carceris fractura non habetur tan-
quam confessus . n.20.pag. 117
Carceratio in criminalibus an , & quomodo
sit arbitraria . n.6.pag. 163
Carceratio in criminalibus an sempè requi-
rat indicia ad torturam . n.7. pag. 163
Carceratio quomodo permittatur in S. C. n.
11.pag. 164
Carcerationis tempus non computatur in ter-
mino dato, si carceratus extitit pro eodem
crimine . n.2.pag. 131
Carceratus nequit dupli pœna puniri , &
quomodo . n.6.pag. 131
Cardinales præcedunt secundum antiquita-
tem . n.24.pag. 358
Cardinalis Presbyter in functionibus ecclesiä-
sticis primum obtinet locum , deinde Dia-
conus; & Subdiaconus &c. n.25. pag. 358
D. Carolus Calà Regens Regiæ Cancelleriæ
laudatur post n.7.pag. 231
D. Carolus Petra Regius Consigliarius lauda-
tur post num. 15. pag. 101. post num. 10.
pag. 54. post nu.7.pag. 57. nu.3.pag. 60
Carolus Antonius de Rosa Fisci patronus Re-
giæ Reuisionis laudatur post n.6.pag. 54
Carolus Magnus vocatus fuit à Leone III. ad
reprimenda scelera Romanorum : quarè
coronam retulit , & Christianissimi nomen
fortitus est . n.36.pag. 6
Cartulæ affixæ deseruiunt pro vera denun-
ciatione quoad domus locationem. num.7.
pag. 26
Cartulæ locationis an necessariò affigendæ
sint mense Ianuario pro domorum locatio-
nibus . n.3. pag. 26
Casalia separata à Ciuitate quoad regimen
gaudent immunitate ab hospitio militum .
n.4.pag. 176
Casalia Ciuitatis Neap. gaudent omnibus
priuilegijs concessis Ciuitati . n.1.pag. 174
Casalia dicuntur membra Ciuitatis . num. 2.
pag. 174
Casalia dicuntur pars corporis ciuitatis. n.23.
pag. 336
Casalia Ciuitatis Neapolis nequeunt ab ipsa
separari, nec vendi. n.9.pag. 176
Castrum habens ex se regimen non dicitur
membrum Ciuitatis . n.13.pag. 176
Causa iustissima requiritur in custode ad excu-
sandum dolum præsumptum. n.17.pag. 117
Causa remissionis controversa, si à decreto la-
to deinde ad relationem M.C.in Collaterali
Consilio reclametur , an reclamatio coin-
mittenda sit alij Iudici , & quid in S.C. n.8.
pag. 15
Causa paupertatis excusat appellarem à pre-
sentatione processus infra legitima tempo-
ra . nu.1.pag. 228

D d d

Csu-

I N D E X

- Causa reuidenda est , tām in S. C. quām in M.C.V. ex ijsdem actis, sed diuerso modo , elapsis fatalibus . n.2.pag. 228**
- Causa reclamationis non committitur , nisi exequitioni demandata sententia . num. 5. pag. 20**
- Causa an reuideri possit ex eisdem actis, si appellatio declarata fuerit deserta.n.6.p. 225**
- Causa semp̄r pr̄sumitur in Principe . nu. 46. pag. 340**
- Causa liquidationis , tanquām diuersa à causa principali , noua habet remedia . num. 8. pag. 227**
- Causa liquidationis , non ideò reuidetur ex ijsdem actis, quià causa principalis fuit ex ijsdem actis reuisa . n.1.pag. 227**
- Causa liquidationis est diuersa à causa principali . n. 2.pag. 227**
- Causa , cognita semel ab aliquo indice superiore circà decreta definitiua , non potest ad inferiorem redire. n.5. pag. 232**
- Causa grauior ad arguendam in solutione pr̄sumptionem quomodò dignoscatur, latè discutitur . n.5.pag. 305**
- Causa reclamationis , non terminata infrā biennium, aut triennium, an sit deserta? referunt Doctorum opiniones . n.12. p. 21**
- Causa spiritualis, licet, si decidendus sit articulus iuris, spectet ad Ecclesiasticū ; tamēn, si sit supèr factō, quod à nullo articulo dependeat, non dicetur causa spiritualis: & ponit exemplum . n.8. pag. 29**
- Cause deciminarum expediri valent die feriata . nu.39.pag. 364**
- Cause circà usurariam primitatem an expediti possint die feriata . n.40.pag. 364**
- Cause contrà publicos latrones an expediti possint diebus feriatis . n.41.pag. 364**
- Cause captiuorum expediti possunt diebus feriatis . n.48.pag. 364**
- Cause suspicionum quot sīnt; & ad quā capita reducantur . n.9.pag. 193**
- Cause feudales infrā viginti vncias in Regno deciduntur tām in M. C. V. quām in ceteris curijs inferioribus. Quod latè probatur. n.5.pag. 169**
- Cause , quāe proponuntur in festivitate Sancti Iuonis, quānām sīnt , vbi aliqua de Sancta huiusmodi Congregatione . n.10.pag. 319**
- Cause excusantes calumniatores à pēnis, quā sīnt . n.10.pag. 135**
- Cause grauiores in solutionis actu ad arguendam solutionē factam magis ex vna causa, quām ex altera,quot sīnt.n.4.p. 305**
- Cause excommunicationum , & censurarum, possunt expediti die feriata . n.44. pag. 364**
- Cause rusticorum an valeant expediti diebus feriatis . n.45.pag. 364**
- Cause spoliationum , an expediti valeant die feriata . n.46.pag. 364**
- Cause desertę reuiso an competat etiam M.C.V. latè discutitur.n.5.pag. 225**
- Cause, in quibus dānum futurum veremur , discuti possunt die feriata.n.35.pag. 363**
- Cause syndicatum an discuti valeant diebus feriatis . n.36.pag. 364**
- Cause publicæ , & Fiscales in quibusnam se- rijs tractari possint . n.31.pag. 363**
- Cause pistoriæ tractari possunt die feriata, & quare .n.32.pag. 363**
- Cause manumissionis, & emancipationis tra- cantur etiam die feriata.n.33.pag. 363**
- Cause ciuiles , si quandoque appellatur ab earum incidentibus , remanent in S. C. & quomodo . n.8.pag. 163**
- Cause respicientes publicam utilitatem expe- diri possunt die feriata.n.51.pag. 364**
- Cause ecclesiasticae , an valeant expediti die- bus feriatis.n.52.pag. 364**
- Cause aduenarum , an , & quando expediti possint diebus feriatis . n.53.pag. 364**
- Cautela data à Reg. de Marin. Baronibus non habentibus secundarum causarum cognitionem ad gratiam faciendam subditis nō videtur posse subsistere . n.10.pag. 72**
- Cautela litigatoriis in allegandis iudicibus suspectis . n.3.pag. 185**
- Cautio de nō offendendo à duellantibus quo- modò pr̄stetur . n.2.pag. 365**
- Cautio , & verbum Regium, etiā amplissima forma , & pro quacunque causa indepen- dente à prima offensa , pr̄stata , non obligant pro noua offensa independente à pri- ma, ac proinde proueniente ex noua rixa pro noua causa . n.7.pag. 130**
- Cautio , & verbum Regium sunt strictissimi iuris . n.8. pag. 130**
- Cautio non pr̄statur in liberatione facienda Aduocatis pro eorum laboribus, & quare . n.7.pag. 292**
- Cautio de non offendendo an intelligatur pr̄stata pro omnibus , si tota familia offensa non sīt ? Latè probatur . n.8.pag. 366**
- Cautio de non offendendo pr̄standa est, quā- uis alteruter illam nolit . n.13.pag. 367**
- Cautio de non offendendo non pr̄statur à no- bilibus, sed ij obligantur sub verbo Regio. n.14.pag. 367**
- Cautio pr̄standa est ab omnibus familia Capitibus, si tota familia offensa fuit . nu. 11. pag. 366**
- Cautio de non offendendo à duellantibus pro quibusnām pr̄standa sīt . n.6. pag. 366**
- Cantionis pēnam sēp̄ fugere putat aliquis rixam inducendo . n.10. pag. 366**
- Cessio ex causa necessaria non subiacet dispo- sitioni ll.per diuersas, & ab An. 8. si. nu.6. pag. 302**
- Cessio ex causa necessaria non videtur facta studio litium redimendarum : secūs cessio volun-**

R E R V M.

Cessio crediti, iuris luendi, & contractus postmodum factus inter debitorem cessioni, & cessionarium, quomodo interueniant, fusissimè demonstratur. n.18.pag.	289
Cessio iuris luendi cur non destruat cessionem translatiuè factam tertio à creditore. n.19. pag.	290
Cessio iuris luendi non est inutilis tertio cessionario creditoris, sed necessaria, & quomodo. nu.20.pag.	290
Cessio iuris luendi quid operetur, & ad quid inuenta. num.15.pag.	288
Cessio facta creditori translatiuè quid operetur. nu.16.pag.	289
Cessionarius, an, & quando habeat respectu tertiarum anterioritatem capitalis, fusissimè agitur. n.14.pag.	287
Cessionarius creditoris non potest non trahere respectu tertiarum anterioritatem capitalis. n.22.pag.	290
Cessionarius creditoris ex contractu celebrato post cessionem cum debitore quandoq; non trahit respectu tertiarum anterioritatē capitalis, & quomodo. nu.24.pag.	291
Cessionarius quando teneatur stare locationi facte à cedente. n.22. pag.	261
Cicero lumen habuit iudicij vniuersalis. nu.9. pag.	57
Citari quisque potest die feriata ad exhibenda testamenta. n.27. pag.	363
Citatio verbalis non arctat personam ad personaliter comparendum, sed ad comparendum per Procuratorem. n.6.pag.	360
Citatio realis cur dicatur fieri per capturam personæ. n.7.pag.	360
Citatio semper dicitur realis, si mandatum fiat alicui, vt domum teneat loco carceris, vel vt personaliter compareat, vel vt se ad locum aliquem conferat. n.8. pag.	360
Citatio realis in Ecclesia non potest fieri. n.4. pag.	360
Citatio realis ea verè dicitur, quæ arctat personam quovis modo ad personaliter comparendum. n.5.pag.	360
Citatio testium an quandoque fieri possit die feriata. n.34.pag.	363
Citatio non requiritur pro exequutioni demandanda pœna pecuniaria, cùm expedita est citatio ad informandum cum inserta forma citationis ad dicendum, quare exequutioni demandanda non sit pœna pecuniaria. n.7.pag.	172
Citatio, si facta sit ad omnes actus usque ad sententia exequutionem inclusuè, non sufficit ad exequutioni demandandam sententiam. n.5.pag.	172
Citatio expediri potest die feriata, urgente necessitate, quod per totam dilucidationem exemplificatur. n.23. pag.	363
Citatio expediri potest die feriata, si res peritura sit. nu.24.pag.	363
Citatio contrà turbantes publicam quietem, expediti potest etiàm die feriata, & quare. nu.38.pag.	364
Citatio realis nulla est, si facta sit in aliena iurisdictionis territorio. n.15.pag.	361
Citatio, licet expedita à loco iudicij die non feriata, & facta in loco, in quo die illa festivitas celebratur, nulla est. nu.16.pag.	361
Citatio quæcunque, expedita die feriata, est nulla, regulariter loquendo. nu.17.pag.	361
Citatio, attento iure nostri Regni, non poterit expediri die feriata, quod fusissimè probatur, reiecta recentiorum sententia. num.18. pag.	361
Citatio verbalis in Ecclesia an sit licita. nu.1. pag.	360
Citatio pro causa criminali vix dici potest verbalis. nu.2. pag.	360
Citatio verba'lis adhibenda contrà commorantem continuò in Ecclesia, & quomodo ea facienda sit. num.10.pag.	360
Citatio per edictum, quæ expediti solet in præambulis, an inducat iudicium. num.19. pag.	10
Citatio circà alimenta præstanda, an, & quando expediri possit die feriata. nu.28.p.	363
Citatus ad informandum, an possit interim carcerari. nu.5.pag.	163
Ciues allecti an gaudeant priuilegijs concessis in alieno territorio ciuibus originarijs. n.4. pag.	179
Ciues quinam dicantur. nu.1.pag.	177
Ciues tenentur ad contributionem pro anima libus, quæ concedunt, vulgo, ad menandū; secūs, qui ea ducunt, & quare. n.8.pag.	179
Ciues Vniuersitatis, an quandoque possint esse testes habiles pro vniuersitate, & an nunquam, præcipue, existentibus testibus, qui contrà Vniuersitatem contrarium deponat. nu.16.pag.	205
Ciues possunt immittere animalia ad pascendum, si territorium sit burgensaticum, contrà Baronis prohibitionem. num.4.pag.	24
Ciues Neapolitani habentes domum Neap. & habitantes Ruri, an, & quando priuilegijs fruantur. nu.9.pag.	178
Ciuis allectus est verè ciuius, non autem ficte. nu.2.pag.	179
Ciuis fit, non solum ratione habitationis per decennium, sed ratione dignitatis. num.7. pag.	154
Ciuis Neapolitanus origine, mutato domicilio, non perdit ciuitatem, sed an semper. num.2.pag.	177
Ciuis quot modis dici possit. nu.3.pag.	177
Ciuis animus attenditur in ciuitate conce-denda. nu.4.pag.	177
Ciuis allectus, si alibi moretur, non gaudet	
D d d 2 pri-	

I N D E X

- priuilegijs concessis Ciuitati Neapolis.n.5.
 pag. 177
Civis allectus alibi commorans, deinde verò
 rediens, an, & quando gaudeat immunitati-
 bus ciuibus concessis. nu.6.pag. 177
Ciuitate Neapolitana gaudet allectus ad se-
 dilia nobilium Neapolitanorum, licet non
 sit ortus, nec originarius Neapolis. num.8.
 pag. 177
Ciuitate Neapolitana, an, & quando gau-
 deat dicens vxorem ortam Neap.& habens
 domum emphyteuticam. nu.10.pag. 178
Ciuitas Neapolitana ad turbulentias euitan-
 das debet apud nostrum Regem procura-
 torem habere. nu.12.pag. 334
Claustrales an possint esse arbitri, & arbitra-
 tores. nu.11.pag. 31
Clausula, salvo iure cuiuslibet, an efficiat, vt
 res sit adhuc litigiosa. nu.20.pag. 10
Clerici committentes delicia absque habitu,
 & tonsura, non gaudent fori priuilegio, nec
 requiritur tria monitio. Quod latè iuri-
 bas Canonicis probatur, examinatis priùs
 dictis Sanfelicij. nu.8.pag. 33
Clerici, vt gaudeant fori priuilegio, debent
 continuò habitum clericalem deserre. nu.1.
 pag. 33
Clerici coniugati nobilitè viuentes sunt im-
 munes à solutione, quam vocant, *della testa*.
 nu.2.pag. 35
Clerici coniugati an gaudeant fori priuilegio
 in ciuibus. nu.38.pag. 6
Clerici coniugati gaudent priuilegio fori, &
 Canonis, dummodo tonsuram, & vestes
 clericales deferant. num.19.pag. 4
Clerici coniugati gaudent his priuilegijs, etiā.
 attento iure Regni, quicquid, etiam attento
 tali iure, antea fuerit. nu.20.pag. 4
Clerici syluatici duplicitis sunt generis, alij sci-
 licet, qui tonsuram recipiunt, alij secūs. n.
 21.pag. 4
Clerici syluatici, licet tonsuram non habeant,
 dicuntur tamè minores Ecclesiæ. n.22.p. 4
Clerici syluatici antè decretum Sacrae Con-
 gregationis multiplicabantur in fraudem
 Iurisdictionis laicalis. num.23. pag. 5
Clerici purè Syluatici ex decreto Sacrae Con-
 gregationis gaudent fori priuilegio in cri-
 minalibus, non autem priuilegio Canonis.
 nu.25.pag. 5
Clerici syluatici malæ conditionis excludun-
 tur per Sacram Congregationem à fori pri-
 uilegio. num.27.pag. 5
Clerici non beneficiati, nec insigniti Sacris
 ordinibus, an prohibeantur patrocinia-
 præstare in omnibus causis. nu.3.pag. 31
Clerici secundum Prag. Regni nostri nequeunt
 ad officia secularia promoueri, & redditur
 ratio. nu.13.pag. 36
Clerici secundum multos DD. delinquentes
- ratione alicuius artis laicalis conueniendi
 sunt coram Iudice seculari, quod nonnulli
 limitarunt. nu.10.pag. 36
Clerici secundum veriorem opinionem delin-
 quentes in arte laicali cognoscendi sunt à
 Iudice Ecclesiastico. nu.11.pag. 36
Clerici delinquentes sine habitu, & tonsura,
 licet priuilegio fori non gaudeant ex dis-
 positione S.C.T. retinent tamè alia priu-
 ilegia, pro quibus assertur decisio Sacrae
 Congregationis. nu.9.pag. 34
Clerici proprios agros colentes, similiaque
 agentes, non perdunt nobilitatem conside-
 ratam ab Ecclesia exemplo D. Pauli. nu.5.
 pag. 36
Clerico inquisito perente remissionem ad Cu-
 riam Baronalem, causa remissionis tractan-
 da est in M.C.V, non autem in Curia Baro-
 nali, & quarè. nu.1.pag. 27
Clericus quandoque degradatur; non tamè
 seculari iudici traditur. nu.5.pag. 354
Clericus Regium sigillum falsificans, quomo-
 dò puniatur à Sacris Canonibus. n.6.p. 354
Clericus, si post commissum crimen habitum
 dimiserit, an cognoscendus sit à Iudice lai-
 co? latè recensentur omnes opiniones. nu.
 22.pag. 11
Clericus absque requisitis S.C.T. perdit priu-
 ilegium fori, non canonis. nu.4.pag. 368
Clericus deprehensus in fraude ob exercitum
 alicuius negotij secularis indignus redditur
 auxilio Ecclesiæ per pecunię traditionem,
 non autem indignus redditur fori priuile-
 gio. nu.12.pag. 36
Clericus, vt possit patrocinia præstare, dupli-
 ci indiget dispensatione, Summi Poutificis
 scilicet, & Collateralis Consilij. n.4.p. 31
Clericus potest esse arbiter. num.5. pag. 31
Clericus simplex aliàs remissus an teneatur
 exhibere tantum decreta remissionis, an
 autem alia probare. nu.18. pag. 16
Clericus beneficiatus ad obtinendam remis-
 sionem aliàs obtentam super alio crimine
 quid probare debeat. nu.20.pag. 16
Clericus beneficiatus aliàs remissus an tenea-
 tur probare fructuum perceptionem post
 primam remissionem. nu.21. pag. 16
Clericus beneficiatus quid probare debeat in
 nouo termino dato in causa remissionis
 pro nouo crimine. nu.22.pag. 16
Clericus non habens requisita S.C.T. non per-
 dit priuilegium Canonis. nu.23.pag. 16
Clericus imiticens se negotijs secularium co-
 ram quo Iudice conueniendus sit, latè ex-
 minatur. nu.9.pag. 36
Clericus inquisitus producens cum bullis or-
 dinum bullas institutionis Iuris patrona-
 tus factas à Vicario Episcopi remittendus
 est ad suum Iudicem. nu.1. pag. 13
Clericus coniugatus non est exceptus à fun-
 ctio-

R E R V M.

Ctionibus fiscalibus . num. 1. pag.	35	reat post litem contestatam . nu. 9. pag. 223
Clericus , qui sordida exercuit , an , & quando priuilegium fori amittat . nu. 10. pag. 34		Collusione non probata per vnum Creditorē , admittuntur alij ad illam probandam , vt purgetur mora emphyteutæ . nu. 4. pag. 293
Clericus pro quibuscumque criminib[us] co-gnoscendus est à suo Iudice . nu. 11. pag. 34		Colonus antiquus nequit stare factō per nouū emptorem , & è contrā , nec nouus emptor factō per antiquum colonum . n. 10. pag. 160
Clericus non amittit fori priuilegium , si breui temporis intervallo habitum clericalem reliquerit . nu. 2. pag.	32	Comes de Castillo prudentē se geslit in sa-crilegum puniendo . num. 10. pag. 86
Clericus , si antē deprehensionem habebatur vt laicus , & deprehensionis tempore reper-tus sit cum habitu clericali , an ad suum Iudicem remittendus sit . nu. 3. pag.	32	Comites qui dicantur . num. 11. pag. 155
Clericus repertus tempore deprehensionis absque tonsura an remittendus sit . n. 4. p. 32		Comitum iunctituta qualis sit . nu. 12. p. 155
Clericus administrator tutelæ suscep[t]a à ma-nu Iudicis laici debet cōueniri ratione ad-ministratiōnis corām Iudice Ecclesiastico . num. 14. pag.	36	Compensatio dicitur solutio . num. 2. pag. 305
Clericus recipiens quācunq[ue] tutelam , quā-uis non legitimā , conueniendus est pro redditione computorum corām Ecclesiasti-co Iudice . nu. 16. pag.	37	Comitiua armatorum in campanea cu[m] exu-lis , quamvis delicta non patrentur , pu-nitur p[ro]œna mortis naturalis , quod latē pro-batur , attentis nostris Pragmaticis . nu. 12. pag. 346
Clericus nequit præstare patrocinia in iudi-cijs secularibus , nisi in aliquibus casibus . nu. 1. pag.	30	Commissarius causæ suspicionis potest , pen-dente suspicione , ad acta incumbentia procedere . nu. 9. pag. 213
Clericus prohibitus patrocinium præstare in causis non exceptis , non prohibetur præ-stare consilia , sique refertur decisum . nu. 2. pag.	30	Commoditas etiā in bonis castrensis , & feudalibus filij competit patri . nu. 22. p. 210
Clericus incorrigibilis traditur à Iudice Ec-clesiastico coercendus seculari , cum non eo-dem modo discurrendum de degradato . nu. 3. pag.	354	Commodum , quod venit in consequentiā , an attendatur in suspicione tertium . nu. 17. pag. 206
Clericus , non idcirco beneficium ipso iure non amittit , quia nulliter matrimonium cō-traxit . num. 10. pag.	39	Comparitiones de fero admittendæ non sunt , ni principales ipsi compareant . n. 1. pag. 78
Clericus an , & quando possit petere remis-sionem , si tertius oppositor compareat , pe-tens , rem sibi dari . num. 17. pag.	9	Comparere an possint de fero instructores saltēm , ni procuratores . nu. 2. pag. 79
Cognatio spiritualis , an , & quando reddat iudicem suspectum ; sed vide nu. 4. n. 2. p. 207		Comparitiones procuratorum in causa cri-minali adiūtuntur antequām contumacia contrahatur . num. 3. pag. 79
Cognatio spiritualis int̄er quas personas con-trahatur . nu. 3. pag.	207	Comparitiones procuratorum in causa cri-minali post contumaciam quarē non ad-mittantur . nu. 4. pag. 79
Cognitio causarum feudalium fuit concessa S.C. priuatiuē . nu. 7. pag.	170	Concepti in Ciuitate Neap. licet alibi nati , an gaudeant ciuitate , & quando , & sub qua conditione . num. 15. pag. 178
Cohæres , an citādus sit , vt ei sententia noceat , & quid dicendum in cessionario . n. 9. p. 221		Concessionarius excadentiarū impropriè ap-pellatur subfeudatarius . n. 5. pag. 181
Collega præsumit amicus alterius collegæ . nu. 4. pag.	197	Conditio disparatorum officiorum est , vt vnu alij locum non cedat . n. 13. pag. 357
Collega quando dicatur suspectus , & quando non , in iudicando contrā aduersarium recu-santis alium collegam . nu. 6. pag.	197	Conditiones requisita à nonnullis , vt clerici gaudeant fori priuilegio . nu. 6. pag. 32
Collegia non facienda sunt ab Aduocatis in Ecclesijs Deo dicatis . nu. 14. pag.	361	Conduktione facta pluribus , quis præferatur . nu. 6. pag. 26
Collegium virorum sub uno capite omnes di-gnoscit & quales . nu. 7. pag.	356	Conductor antiquus , semel prælatus , semp̄ est præferendus in rebus Ecclesiæ . n. 6. p. 279
Collusio actum irritat ipso iure . n. 3. pag.	293	Conductor antiquus rerum Ecclesiasticarum non præfertur nouo , & quarē . n. 1. pag. 278
Collusio tertij comparentis antē litem conte-statam cum uno ex litigatoribus nullum parat præiudicium alteri , secūs , si compa-		Conductor antiquus prædiorum fiscalium , modò non remanserit debitor , præfertur nouo . nu. 2. pag. 279
		Conductor antiquus prædiorum priuatorum non præfertur nouo de iure communi , secūs de iure consuetudinario Ciuitatis Neap. n. 3. pag. 279
		Confessario an fides adhibenda sit circā Rei innocentiam . nu. 16. pag. 112
		Confessio in tortura s[ecundu]m metu

I N D E X

- metu . nu. 2. pag. 58
Confessio facta à Reo in tortura ex sola fama publica an illi noceat. nu. 10. pag. 69
Confessio delinquentium contrà receptatores plenam facit probationem , quamvis per actus singulares . nu. 4. pag. 90
Confessio delinquentium facit plenam probationem quo ad furea patrata in Civitate Neapolis , num. 5. pag. 90
Confessio duorum delinquentium contrà receptatores , quamvis graues , & optimæ faxæ , plenam facit probationem. n. 9. pag. 91
Confessio delinquentium , ex cap. Regni, Constitutionem , locum habet contrà leues personas ; sed vide inferius num. 9. nu. 7. pag. 90
Confessio trium delinquentium facit plenam probationem contrà receptatores. n. 1. p. 90
Confessio delinquentium , quamvis ex alijs delictis infamium , facit probationem contrà receptatores. n. 2. pag. 90
Confessio trium sociorum ex dispositione Prag. 3. de furtis an facienda sit in tortura ordinaria . nu. 15. pag. 92
Confessio contrahentium non probat solutionem integrum ad euitandani dispositionem . II. per diuersas & ab Anafasio . nu. 8. pag. 302
Confessio homicidij incerti an sufficiat ad torturam inferendam. num. 7. pag. 69
Confessiones delinquentium faciunt plenam probationem contrà receptatores , quo ad auxilia , non quo ad alia delicta. n. 11. p. 91
Confessiones latronum contra graues perfonas an faciant indicium ad Torturam ex dispositione diff. cap. Constitutionem : remissione nu. 3. pag. 90
Confirmatio sapit quandoque naturam donationis . nu. 13. pag. 209
Congregationes platearum non dicuntur cōuenticula . n. 21. pag. 336
Coniecturis vtendum est ad dignoscendas fraudes interuenientes in precio pro iure congrui . n. 2. pag. 259
Consanguinitas , sive affinitas officialiū cū Prorege à reddat officiales suspectos. n. 5. p. 211
Consanguinei famulorum alicuius priuilegia- ti , quamvis in primo gradu coniuncti , non gaudent priuilegio fori , quo gaudent ipsi famuli . nu. 8. pag. 52
Consanguineus prælens , & sciens , rem alteri vendi , cēsetur renūciare retractu. nu. 6. p. 485
Consanguineus retrahens debet soluere pretium ab extraneo oblatum , dummodò nulla intercedat fraus . nu. 1. pag. 259
Consiliarius à latere honorarius semp̄ retinet honoris prærogatiām. n. 39. pag. 359
Consiliarius renelans secreta sibi à Principe commissa incidit in falsi crimin. n. 6. p. 145
Consiliarij nequeunt in Regno nostro signis demonstrare coram alijs Consiliarijs , inquam sententiā ituri sint , nec extrà iudi-
 cium cum illis votum communicare , & quarè . num. 4. pag. 192
Consiliarij status nullam habent iurisdictio- nem . nu. 17. pag. 357
Consiliarij status tanquam milites interue- niunt . nu. 18. pag. 357
Consiliarij status , quiā tanquam milites in- terueniunt , si sint titulati , præferuntur non titulatis , idque , quiā titulus confert mili- tiz . nu. 20. pag. 357
Consiliarij status titulari præferuntur non ti- tulatis , & quarè . nu. 15. pag. 357
Consiliarij Sanctæ Claræ sèpè creantur post- modum Presidentes Regiæ Cameræ , raro autem Presidentes creantur deinde Consiliarij . num. 32. pag. 358
Consiliarij status non titulati , quamvis mi- lites sint , non fruuntur primis gradibus militiz . num. 23. pag. 358
Consiliarij status præcedunt Regentes Regiæ Cancellariam , cùm agitur de rebus belli , secūs , cùm de rebus Iustitiæ . n. 1. pag. 356
Consilium dantes , vel assistentes , nunquam eadem poena puniuntur , qua principales , nisi specificè fuerit prouisum. n. 9. pag. 89
Consilium dare , & arbitrii , æquiparantur quoad effectum . num. 9. pag. 31
Consuetudo Neapolit. in locationibus loqui- tur de prædijs rusticis . n. 2. pag. 26
Consuetaud requisita in infederatione facien- da ab Ecclesiasticis verificatur ex uno actu . nu. 8. pag. 279
Contemptus Curiæ non mensurandus est à grauitate , vel leuitate criminis illius , qui à manibus familiæ eximitur. n. 4. pag. 109
Contractus factus à cessionario creditoris cū debitore celiō ad quid deseruiat. n. 17. p. 289
Contractus factus ab officialibus cum ijs , quos coram ipsis tenebant inquisitos , nullus est. Quod fusè probatur. nu. 6. pag. 267
Contractus factus intèr cessionarium credito- ris , & debitorem cessum intelligitur factus , non ad destruendam cessionem , sed ad ma- iorem cautelam . n. 23. pag. 291
Contractus perfectio dependet à numeratione pretij , facto appretio . num. 5. pag. 299
Contractus feudales in Regno necessariò re- quirunt scripturam publicam . Quod latè probatur. num. 21. pag. 269
Contractus celebrati à filiofamilias absque patris consensu nulli redditur in Regno . Quod latè probatur , & ad nouam trutinam reducitur , & tandem à nouis obiectionibus defenditur . num. 6. pag. 187
Contrahens matrimonium , an , & quando amittat pensionem . num. 7. pag. 39
Contumacia dicitur facta confessio , quæ non semp̄ relevat . num. 7. pag. 368
Contumax in uno actu nullum sibi præjudi- cium infert quod alios . num. 6. pag. 172
 Con-

R E R V M.

- Coniunctus de delicto patrato cum armis punitur pœna asportationis , si sit maior pœna delicti, quamvis cum illis repertus non fuerit, quod iure probatur . n.9.pag. 107
- Cornelius Tacitus* quomodo laudarit Vespasianum . n.7.pag. 126
- Corpus occisi quandoque reperiri non potest, quarè alio modo constare poterit delictum in genere . num.15.pag. 71
- Creditor , cui res fuit adiudicata per debitorem , compensat fructus perceptos cum intereste, non autem cum meliorationibus, & cæteris quantitatibus solutis . n.1.pag. 300
- Creditor petens, rem sibi obligatam alienari à Iudice , censetur remittere hypothecam . num.4.pag. 485
- Creditor emphyteutæ admittitur ad purgandam moram illius ad euitandam caducitatem antè sententiam, secùs verò post illam. num.1.pag. 293
- Creditor emphyteutæ admittitur ad purgationem moræ, si emphyteuta cessauit à solutione canonis in fraudem illius.n.2.p.293
- Creditor emphyteutæ admittitur ad purgandam moram, si dominus directus passus sit, rem exponi venalem, illamque sibi adiudicari fecerit, & quarè . nu.6.pag. 294
- Creditor emphyteutæ non admittitur ad illius moram purgandam, si dominus directus illum sibi adiudicari fecerit, tanquam dominus directus . num.7.pag. 294
- Creditor , an possit conuenire debitorem sui debitoris absque cessione.nu. 5.pag. 297
- Creditor an possit assidentiam petere supèr bonis debitoris sui debitoris , recensentur Doctorum opiniones . nu.1. pag. 296
- Creditor tenet bona debitoris in solutum accipere , ni emptor iustus reperiatur. n.3. pag. 281
- Creditor , an , & quomodo, non declarante debito, possit declarare, in quam causam recipiat solutionem . num.16.pag. 307
- Creditor , an , & cur statim declarare teneatur, in quam causam recipiat solutionem , num. 17.pag. 307
- Creditor potest instare pro appretio , licet debitor fileat . num.2.pag. 299
- Creditor emens rem sub hasta an extinguat aliorum creditorum posteriorum hypothecas, latè discutitur , & conciliantur opinio-nes . nu.11. pag. 264
- Creditor tenet ad pretium, si in causa reclama-tionis debitor vicerit, & quarè.n.5.p.298
- Creditor mercator præfertur in pignore cre-ditori anteriori . nu.12.pag. 287
- Creditores hypothecarij , an præferantur reo in casu retractionis , si supèr illa re actor æ alienum contraxerit, pendente reclama-tione , licet ipse èam possideat titulo emp-tois ob assidentiam præstam ad finem vendendi . num.10.pag. 299
- Creditores posteriores viri non habent ius of-ferendi supèr bonis, quibus yxor assecura-ta est . nu.4.pag. 325
- Creditores nequeunt cogi ad acceptandam adiudicationem bonorum debitoris , quo-ties est renunciatum Auth. hoc nisi C. de so-lut.nu.1.pag. 281
- Creditores an actionem habeant supèr bonis turpi lucro quæsitis.nu.11. pag. 375
- Creditores meretricis an licetè habeant actio-nem supèr omnibus bonis illius , etiàm supèr acquisitis . nu.12. pag. 375
- Creditores posteriores, an, & quando posse cogere anteriorem ad recipienda bona de-bitoris in solutum . nu.18.pag. 283
- Creditores posseunt quandoque alios credito-res cogere ad partem debiti remittendam debitori . nu.19.pag. 284
- Crimen leue quodnam dicatur in materia se-curitatis amittendæ . n.14.pag. 125
- Crimina celari possunt hominibus , non Deo, qui ea occultè punit, qui à occultè comini-fsa sunt . n.24. pag. 71
- Crimina punienda sunt , licet euéniant casu nonnulla absurdæ , quæ , tanquam conse-quentia per accidens , non considerantur , nec considerari debent , quod latè ostendi-tur . n.14.pag. 70
- Culpa lata æquiualeat fraudi, & dolo præsumpto . n.10.pag. 116
- Culpa præsumitur in custodibus, aufugiente, carcerato, & quarè . n.1.pag. 115
- Cursores Ecclesiastici non faciunt plenam fidem in delictis . n.7.pag. 96
- Cursores Ecclesiastici quo ad fidem circè eo-rum depositionem idem censemur , ac sa-tellites seculares . n.8.pag. 96
- Custodes rerum præferuntur doti . n.11.p.287
- Custodis excusatio adeò efficax esse potest, vt elidat dolum præsumptum.n.13.pag. 117
- Custodia Carceris , interueniente dolo vero in carcerati fuga, nullam meretur excusa-tionem, ad capitibus pœnam euitandam, n.14. pag. 117
- Custos carceris an teneatur de Carcerati fu-ga, si carceratio fuit nulla.n.19.pag. 117
- Custos carceris , an capitibus pœna puniendus sit, si carceratus, qui fugit, iterum in carce-rem inciderit aliorum ope.n.21.pag. 117
- Custos carceris puniendus est de iure com-muni eadem pœna , qua puniendus erat Carceratus, qui fugit culpa custodis, non autem fraude, vel dolo custodis . n.5.p. 116
- Custos veniam consequitur de iure com-muni, si carceratus fugit absque culpa custodis . n.6.pag. 116
- Custos eodem modo punitur de iure com-muni, quo de iure Regni , si carceratus cul-pa illius fugit . n.7.pag. 116

Cu-

I N D E X

- C**ustos semp̄ punitur p̄cna capit̄is , si eius
fraude,& dolō vero carceratus fugit . nu. 8.
pag. 116
- C**ustos substituens an liberetur exhibendo sub-
stitutum . n.3.pag. 116
- C**ustos de iure Regni eadem p̄cna punitur ,
qua de iure communi , fugiente carcerato
dolo custodis . n.16.pag. 117
- C**ustos scripturarum vnius partis, reuelans eas
alteri parti, incidit in crimen falsi . n.4.p. 145
- D**
- D**ebitor habet ius offerendi, pr̄stata assi-
stantia à M.C. ad finem adiudicandi, pen-
dente appellatione . n. 1.pag. 297
- D**ebitor tertiarum, & interefie, soluens aliquā
quantitatē, in dubio pr̄sumitur soluere
ex causa tertiarū . n.7. pag. 305
- D**ebitor, qui non renunciavit beneficio Autb.
hoc n̄ si, quānam seruare teneatur . nuin. 20.
pag. 284
- D**ebitor habens celatam pecuniam non inua-
tur beneficio Autb.*hoc n̄ si* . nu.12.pag. 283
- D**ebitor habet ius offerendi , etiā quando
S. C. assistentiam pr̄stat ad finem adiudi-
candi . nn.4. pag. 298
- D**ebitor principalis , intentato à Creditore iu-
dicio assistentia contrā possessorē, potest
comparere, petens audiri . n.4.pag. 296
- D**eceptio quadruplex esse potest . n.11.pag. 105
- D**eceptio fraudulentē facta qualis sit . nu.12.
pag. 105
- D**ecepto fugiens torquendus est , non obstan-
te conuentione facta cum mercatore . nu.1.
pag. 104
- D**eceptores dicuntur infames . n.1.pag. 104
- D**eceptores, licet fures non sint, puniuntur ta-
mēn p̄cna furti . n.3. pag. 104
- D**eceptores cur nostris temporibus remaneant
impuniti . n.14.pag. 105
- D**eceptores nequeunt guidari . nu.5.pag. 104
- D**eceptores an gaudeant Ecclesiastica immu-
nitate . n.6.pag. 104
- D**eceptores fraudulentes qua p̄cna puniantur
de iure Regni . n.7.pag. 105
- D**eceptorum bona ducta in Ecclesiam consi-
gnanda sunt à Iudice Ecclesiastico Iudici-
laico . n.9.pag. 105
- D**eceptorum bona celantes quam p̄cnam in-
currant . n.8.pag. 105
- D**ecretum remissionis ad instantiam inquisi-
ti dicendum est interloquitorum, secūs ad
instantiam Episcopi, vici Baronis, & quarē.
num.12.pag. 115
- D**ecretum remissionis aliās obtentā ad quid
deserviat ? n.19.pag. 116
- D**ecretum denegatē remissionis dicitur irre-
parabile per definitiā . n.8.pag. 81
- D**ecretum quando suspendatur de iure ciuili ,
si grauamen potest reparari per appellatio-
nem à definitiā . n.4.pag. 17
- D**ecretum, quod fit in supplicationibus recla-
mationum , quod notetur dies, qua causa
fit . n.4.pag. 20
- D**ecretum pr̄ambuli ad instantiam existen-
tium in linea transuersali nequit expediri ,
nisi , constito per testes, nullum alium repe-
riti proximiorem, vel æqualem . n.8.pag. 61
- D**ecretum de non alienando rem litigiosam
duplicitē considerari potest , scilicet quo-
ad auctoritatem propriam , & quoad inte-
resse tertij , & quid importet in praxi huius-
modi consideratio . n.25.pag. 270
- D**ecretum de non alienando interim rem litigio-
sam quid importet in praxi respectu va-
riorum casuum . n.23.pag. 270
- D**ecretum de incompetentiā , vel competentia
Iudicis , an dicatur definitiū . n.8.pag. 17
- D**ecretum de competentiā , vel incompetentiā
Iudicis semp̄t contineat grauamen irrepa-
rabile , & quarē . n.9.pag. 17
- D**efensio ex capite inimicitiæ est optima . nu.
12.pag. 59
- D**egradatio quid sic . n.7. pag. 354
- D**emon decipit doctiores , media formidine
virtuali in rebus fidei diuinæ, ad quam eu-
tandam exponitur, & narratur exemplum,
quod evenit . n.21.pag. 123
- D**emanum nequit peti, nisi infrā annum à die
captæ possessionis ab emptore . n.4.p. 262
- D**emanum potest peti etiā post annum, si ci-
ues , metu aliquo legitimo probato , illud
anteā non petierint . n.6.pag. 262
- D**egradatio an requiratur in illo, qui post hæ-
resis abiurationem detrudendus est in per-
petuo carcere . n.12.pag. 35
- D**egradatus an tradatur Iudici seculari con-
demnandus, an condemnatus . n.2.pag. 354
- D**egradatus tenetur votum castitatis seruare,
& horas recitare, si fuerit in sacris constitu-
tus, nec p̄cna impedit horas recitate . n. 8.
pag. 254
- D**elegatio M.C.V. contrā furantes in Ciuitate
Neap. & suburbis non extendit ad fu-
rantes alibi, licet captos in Ciuitate cum
re furtiuā . n.1.pag. 102
- D**elinquens, pendente actuali seruitio , perdit
securitatem . n.11. pag. 125
- D**elinquens cum armis prohibitis , si deinde
cum illis repertus sit, duplice plectendus est
p̄cna . n.13.pag. 107
- D**elinquens liberandus non est per alterius pu-
nitionem . n.17.pag. 71
- D**elinquens grauiter in officio est illo priuan-
dus, siue officium gratis datum sit, siue emp-
tum . n.3.pag. 147
- D**elinquens pendente securitate, & inditiatione,
nec indicia per torturam elidens , iterū
torquendus est . n.1.pag. 124
- De-

R E R V M.

Delinquens, & accedens ad forum partis of- fensiæ contrà formam gratiæ , puniendus est pena delicti n.1.pag. 125	Dignior quis dicatur ad officia spiritualia , Theologus, an Iurista.n.18.pag. 383
Delinquentes indiniabilitè concurrentes ad aliquid crimen,licet diuersis officijs, eadem puniuntur pœna .n.2.pag. 88	Digniores quomodo eligebantur à Philippo II.Hispaniarum Rege .n.20. pag. 383
Delinquentes cum armis igneis non perdunt immutatatem Ecclesiasticam,etiam attenta <i>Prag.3.de iētu scopiſſe. n.14.pag.</i> 49	Dignus ad aliquod munus recipiendum quis dicatur n.12. pag. 379
Delicta an recipient diuisionem respectu gra- tiæ , latè examinatur .n.7.pag. 137	Dignitas titularis non sempèr attenditur in præcedentijs , sed quomodo. n.16.pag.357
Delicti flagrantia non efficit , vt delinquens nequeat à suo iudice cognosci .n.7. p. 33	Discussio computorum fit etiam quandoque in loco administrationis , quamvis decisio causæ trahatur ad locum electum à pupillo, vel minore .n.20.pag. 332
Delicto remoto , res quandoque licita rema- net .n.4. pag. 56	Dispensatio commissa Episcopo, an possit ex- pediri à Vicario, & è contrà.n.3.pag. 13
Delictum in genere requiritur in omnibus criminibus , sine quo non potest ad torturā deueniri. num.2. pag. 68	Diues quomodo sine vitio honorari possit .n. 13.pag. 380
Delictum in genere requiritur etiam in crimi- nibus occultis .n.3. pag. 69	Divinatio physiognomica an recepta, & quæ eius signa. n.4.pag. 185
Delictum in genere etiam constat , quamvis corpus occisi non reperiatur. nu.4.pag. 69	Doctor de collegio in alium Doctorem crean- do antiquior præfertur .n.36.pag. 358
Delictum in genere quot modis dicatur con- stare. n.5.pag. 69	Doctores consulentes non faciunt pro decisio- nibus causarum, & quarè.n.14. pag. 274
Delictum in genere in criminibus occultis quale erit .n.6. pag. 69	Doctores potestatem habent textus interpre- tandi, sed regulatè .n.5.pag. 330
Delictum in genere quomodo possit constare in occultis per famam .n.13. pag. 70	Doctrina , mores , natalia , & cætera huiuscæ- modi , non attenduntur in materia præce- dentiæ , sicuti nec librorum compositiones , n.41.pag. 359
Delictum est plenè probandum,ad hoc, vt de- linquens perdat securitatem.n.12.p. 125	Doctrina, mores, natalia, & cætera id genus , apta sunt ad dignitatem comparandam , qua acquisita , fortis sunt effectum suum , nec ad præcedentiam faciunt.n.42. p. 359
Delictum quandoque consistit in consumma- tione . n.15.pag. 167	Dolus verus, & evidens nullam admittit ex- equitionem . n.11. pag. 116
Delictum consistens etiam in inceptione po- test dici duplex ratione iudicij . num. 16. pag. 167	Dominium cenſetur translatum,adiudicata re per Iudicem Creditori cum paſto retrouen- dendi absque appretio .n.1.pag. 299
Delictum in genere requiritur etiam contrà Forasitos . n.19.pag. 71	Dominium transfertur per cessionem nominis debitoris.n.2.pag. 285
Denunciantes cur,non probato crimine,excu- ſentur à pœniſ . n.11.pag. 135	Dominium in incorporalibus transfertur per cessionem . n.25. pag. 291
Denunciantes ex causa iusta excusatuntur à pœ- na, sed , causa iusta quomodo sit accipien- da, latè discussiſ . n.13. pag. 135	Dominium transfertur ex traditione chiro- graphi alicuius crediti alteri facta . nu.26. pag. 291
Denunciatores an sint necessarij.n.8.pag. 135	Domino præueniente in reuocatione alienatio- nis rei feudal is , quifnam ex contrahenti- bus sentiat interesie . n.17. pag. 268
Deponentes de iniuria ipſis illata sunt suspe- cti . n.6.pag. 237	Domus destinata in Ecclesia pro securitate delinquentium non dicitur destinata ad vſi laicorum . nu.5.pag. 345
Depositio verbalis quid sit.n.9. pag. 355	Domus clericorum, si intrà porticum Ecclesiæ fuerint , gaudent immunitate . n.6.p. 345
Deserta causa appellatioſ deducta in iudi- cio,an dicatur deserta causa nullitatis.n.28. pag. 23	Domus Cardinalium,legatorum in Hispanijs, & Statuæ Principum, an gaudeant immuni- tate . n.8.pag. 41
Deum offendens grauitè , non erubescit illum leuitè offendere . n.15.pag. 97	Domus Episcopalis, si sit extra Ecclesiam , au- ſit immunis.n.6.pag. 40
Deus sanguinem ſeuorum ſuorum vlcisetur. n.23. pag. 68	Donatio propter nuptias an comprehendatur in s. his conſequens : auth. de equal.dot. nu.5. pag. 292
Deus nil acceptat ab indigno . n.3. pag. 204	
Deus non vult , Dæmonem posſe theſaurizare. n.18.pag. 94	
Deus tarditatem ſupplicij grauitate compen- ſat . n.26.pag. 68	
Dignior ſemper eligendus eſt ad munera tem- poralia . n.14. pag. 380	

Ecc

Do-

I N D E X

- Donatio remuneratoria est ad instar permutterationis . n.26.pag. 336
 Donationes cur fiant filijs contemplatione matrimonij in capitulo matrimonialibus . nu.14. pag. 241
 Dos, & antefatum habent inter se proportionem . n.9.pag. 319
 Dos antè contractum matrimonium non est vera dos . n.4. pag. 318
 Dos, tām antè matrimonium, quām post illud contractum, habet dotis priuilegia . nu.5. pag. 318
 Dos danda virginī stupratæ debetur, quamvis nuptiæ non sequantur . n.10.pag. 217
 Dos debetur virginī defloratæ in pretium amissæ virginitatis . n.11.pag. 217
 Dotata de bonis paternis, & maternis nullum reddit omne pactum positum à fratribus minuens ius debiti naturalis, secūs, si fuerit dotata de bonis fratrum . n.2.pag. 316
 Dotis petitio spectat ad virum, constante matrimonio . n.4.pag. 320
 Duellantum cause cuius generis sint, & quomodo ijs consulatur . n.16.pag. 367
 Duellantum regulæ ad euitandum mandatum, quæ sint . n.5.pag. 366
 Duellantibus quomodo fiat mandatum . n.1. pag. 365
 Duellantibus nullum consilium . n.17. p. 367
 Dubius in fide infidelis est . nu.19.pag. 122
 Duces quinam dicantur . n.13. pag. 155

E

- E**cclēsiz rigorosæ nomine secundūm Gregorianam constitutionem quānam veniat . n.3.pag. 45
 Ecclesia, quæ construi desinit, censetur locus desertus . n.7.pag. 44
 Ecclesia, & cæmeteria tantum includuntur in Gregoriana constitutione ad excludendos ab immunitate deliuquentes in illis . num.2. pag. 45
 Ecclesia quando possit execrari, & quando secūs . nu.11.pag. 45
 Ecclesiam, sive oratorium ædificare iacipiens, infra quod tempus teneatur ædificationem complere . n.8.pag. 44
 Ecclesiam partes integrantes quānam sint, & quæ non, cæsim ponuntur . n.5. pag. 45
 Ecclesia taberna, an, & quando gaudeat immunitate . n.8.pag. 345
 Ecclesiastica immunitatis violatio consideratur in omni violentiæ genere . n.7.p. 346
 Ecclesiastica immunitate gaudet, qui, indigens medicamentis, ab Ecclesia egredetur, vt illa sunieret, stante prohibitione Iudicis, vt nemo illuc ea ferret . n.8. pag. 346
 Ecclesiastica immunitate an gaudeat, qui repertus est extrā Ecclesiam exonerandi cau-

- sa corpus, cūm in illa commodus aderat locus . n.9.pag. 346
 Electio indigni, facta à maiori parte ignorantē, non dicitur facta contrā ius: quarē electio facta deinde à minori parte non sustinetur . n.6. pag. 378
 Electio an facienda sit dignioris, fusissimè agitur . n.11.pag. 379
 Electio digni, omisso digniori, quamvis illicitæ, non est inualida: sed quid, si agatur de beneficijs Parochialibus . n.23.p. 384
 Electione indigni ignorantē facta, an possint deuenire iterum ad nouam electionem ij, qui eligendi potestatem habent, non proprio iure, sed ipsis à superioribus tributo . n.9. pag. 378
 Electiones regularium debent esse digniorum . n.23.pag. 384
 Electionem digniorum impedites an teneantur ad restitutionem . n.28. pag. 385
 Electionis tempus attendendum est circā habilitatem electi . n.7. pag. 378
 Electi huius ciuitatis non possunt esse Religiosi, & quarē . n.8.pag. 334
 Electi huius Ciuitatis an exercere valeant iurisdictionem criminalem in ijs, quæ ad annonam spectant . n.9. pag. 334
 Electi canonice confirmandi sunt in electione . nu.4.pag. 378
 Electo indigno contrā ius à maiori parte, residet ius in personis aliorum, qui dignorem elegerunt . n.5. pag. 378
 Eligens personas inhabiles ad officium iustitiæ qua poena digni sint . n.8.pag. 378
 Eligens indignum tenetur ad omnia damna . n.24.pag. 384
 Eligens minus dignum an teneatur ad damnatione . n.25. pag. 384
 Emptor fundi, illum demoliti faciens in fraudem congrui, non tenetur ad aliud, quān ad pretium, quo res demolita valet tempore exequutionis sententiæ . n.5.pag. 278
 Emptor fundi, quamvis certiorans vicinum, qui inhibitionem non obtineat à Iudice, ne fiant meliorationes, nequit tamē ante annum statutum meliorationes facere . nu.6. pag. 273
 Emptor nil transfert in retrahentem, & quare . n.21.pag. 261
 Emptor reddit tantum feudum retrahenti, non vendit . n.24.pag. 261
 Emptor utens remedio l.2. C. de rescind. vendit. habet electionem ad rem, vel ad iustum pretium . n.3. pag. 311
 Emptor, pendente termino ad redimendum, fruitur re ex voluntate venditoris . num.13. pag. 260
 Emptor tenetur retrouendere fundum emptū cum pacto de retrouendo vni ex pluribus heredibus, si ille integrum offerat premium .

R E R V M.

tiūm : num. i. pag.	304	Excommunicatus potest se in iudicio defendere, & quare . n. 22. pag.	140
Emptore iusto non reperto, tenentur Creditores se adiudicationi supponere, etiām non obtenta iuramenti absolutione per debitorem superrenunciatione Autb. hoc nisi. n. 14. pag.	283	Excommunicatus ad se defendendum potest comparere per procuratorem, & cūm non potest, etiam personaliter . n. 23. pag.	140
Emptorem iustum non reperiri, & iustum pretium non offerri, idem est. n. 4. pag.	281	Excommunicatus, tanquam reus voluntarius, aretur à Iudicio, licet non remoueat, si fuerit reus necessarius . n. 24. pag.	140
Emptor nequit agnatum cogere ad declarandum, an velit emere antē tempus statutum ad prælationem petendam . n. 21. pag.	284	Excommunicatus spoliatus, an etiam ante omnia sit restituendus . n. 25. pag.	140
Emptor, habens cessionem iuris redimendi ab uno ex cohæribus, an, altero cohærede volente pactum retrouendendi exercere, possit excipere, se non teneri, fulissimè examinatur . n. 4. pag.	204	Excommunicatus spoliatus, petens restitui, non venit, tanquam actor voluntarius, sed potius, tanquam Reus . n. 26. pag.	140
Enunciatio absoluta diuersos partē effectus ab effectibus enunciationis relatiꝝ ad aliquam scripturam . n. 7. pag.	373	Excommunicatus potest Iudicem recusare, & appellare . n. 27. pag.	140
Æquitas quando seruanda sit in puniendo accessum ad locum partis offendē, quando verò rigor . n. 2. pag.	129	Excommunicatus an possit opponere exceptionem compensationis . n. 28. pag.	140
Episcopi vigilantia exemplificatur in Cardinali Philamarino, cuius occasione fit mentio de eius nepotibus . n. 16. pag.	3	Excommunicatorum pœna, & modus propoundinge huiusmodi exceptionis, remissiōne . n. 29. pag.	140
Episcopi in Regno nostro an possint tener familiam armatam? Recensentur opinio[n]es . n. 18. pag.	4	Excusari possunt principales, si compareant, si iudicii evidentissimè conster, absque illa suspicione fraudis impedimentum venisse post contractam contumaciam . n. 6. p.	80
Episcopi, & Vicarij vnum dicunt Tribunal . n. 4. pag.	13	Excusatio absentie, quoties iusta est, admittitur . n. 1. pag.	80
Episcopus degradatus veros ordines dicitur conferre . n. 11. pag.	355	Exequitio decreti supèr competentia, vel incompetencia iudicis suspenditur per applicationem . n. 7. pag.	17
Episcopus potest assignare terminum ad exhibendum testamentum die scriata . num. 43. pag.	364	Exercitium artis in loco solito non potest ad instantiam cuiuslibet prohiberi . n. 2. p.	313
Episcopus nequit iuri à delinquente quæsito proinimunitate præiudicium inferre . nu. 9. pag.	44	Exercitium artis molestæ in loco non solito potest prohiberi ad instantiam complatæriorum . n. 3. pag.	313
Error nonnullorum recentiorum in scribendo qualis sit, fūse ostenditur . n. 1. pag.	325	Exercitium artis in loco non solito potest prohiberi, si molestiam afferat, ad instantiam cuiuslibet priuilegiati, & quare. Et quinam sint isti priuilegiati . n. 4. pag.	313
Errores scribentium . n. 12. pag.	194	Exercitium artis molestiam afferentis vni, aut alteri, prohiberi non potest ad instantiam vnius non priuilegiati . n. 5. pag.	314
Excidentie quomodo à Baronibus concedenda sint . n. 6. pag.	181	Exhæredati habent ius remittendi . n. 12. p.	66
Excidentie non semper sunt feudales, sed quandoque feudo adhærentes. Quod latè explicatur . n. 7. pag.	181	Eximens reum à manibus familie punitur iudicis arbitrio . n. 1. pag.	109
Exceptio litis pendentie procedit, quamvis Tribunalia sint sub diuersis iurisdictionibus . n. 10. pag.	351	Eximens reum à manibus familie magno interueniente contemptu, punitur pœna mortis . n. 2. pag.	109
Exceptio excommunicationis non obstat ad hoc, vt reus gratiam criminis obtineat . n. 4. pag.	136	Eximens reum à manibus familie absque violentia, sed maximo curie contemptu, punitur pœna mortis . n. 3. pag.	109
Exceptio præscriptionis est peremptoria . n. 3. pag.	218	Eximens reum à manibus familie, à qua ducebatur in Carcerem propter res alienum, contractum, non ideò minus punitur, quia carceratio non erat ex causa criminali . n. 6. pag.	110
Exceptio quæcunque peremptoria reseruatur ad merita causæ . n. 4. pag.	218	Eximens reum à manibus familie absque illa violentia an puniendus . n. 1. pag.	121
Exceptiones transactionis, & præscriptionis reseruantur ad merita causæ . n. 1. pag.	218	Eximens carceratum à manibus familie an patiatur interesse Fisci & partis, præciso Curie contemptu, & quid, si reducatur ad	
Excommunicatione curia, quamvis iniusta, timenda sit . n. 58. pag.	342	Eee 2 car-	

I N D E X

- carceres , latè discurritur . n.10.pag. 111
 Eximentium reos à manibus satellitum excusationes, quales sint, & quomodo consulendum . n.7.pag. 110
 Expendentes falsas monetæ nostris temporibus non puniuntur in Regno, ob falsarum monetarum abundantiam . n.12.pag. 144
 Expositi an gaudeant ciuitate Neapolitana. n.13.pag. 178
 Extractus ab Ecclesia blandis verbis an gaudeat Ecclesiastica immunitate . n.6.pag. 345
 Exteri tenentur soluere fidam , & pascua pro eorum animalibus, quæ in alieno territorio commorantur . n.5.pag. 179
 Extraneus , licet non teneatut homicidium futurum reuelare, non debet tamè honi-cidæ præstare opem . n.5.pag. 74
 Extraneus non tenetur reuelare in foro exter-no homicidium futurum in petniciem alterius . n.3.pag. 74
 Extraneus institutus hæres non habet ius remittendi , si proximiores ab intestato non int prosequi vindictam . n.18.pag. 67
 Exul an frangat exilium , si in Ecclesia com-moretur . n.12.pag. 120

F

- F** Alsam monetam fabricans, quamvis ēneā, qua pœna puniendus , sed quid de iure Regni, vide num.6. n.1.pag. 143
 Falsificans monetam , eamque scienter expen-dens , peccat mortaliter , & ad restitutionē tenetur . n.10.pag. 147
 Fama bona nō sufficit ad tollendam præsumptionem culpa in custode carcerum , aufu-giente carcerato . n.2.pag. 116
 Fama erronea cōtrà *Marinum Frecciam* exor-ta . n.11.pag. 194
 Fama bona , an attendenda in materia suspi-cionum . n.28.pag. 202
 Fama bona , an , & quando operetur , vt Iudi-cis impressio non præsumatur in contractu inito cum subdito . n.7. pag. 267
 Fama publica , & confessio inquisiti pro deli-cto in genere , periculosa sunt . n.8.p. 69
 Fama publica an sit sufficiens ad torturam in-ferendam . n.9.pag. 69
 Fama quomodo probetur . n.11. pag. 69
 Fama non semp̄ verificatur , & quotuplex sit . n.12. pag. 69
 Famam aliorum denigrantes Deum vindicem periclitati sunt . n.17.pag. 59
 Familia quando dicatur offensa , ad hoc , ut cautio præstanda sit à totius familiæ Capi-tibus . n.12. pag. 367
 Familia Clericorum an teneatur munera ex-traordinaria subire . n.2. pag. 2
 Famili Clericorum non vocantur ad sordida. n.3.pag. 2

- Familiares Episcopi ; an ; & quinam possint esse testes . n.10.pag. 96
 Familiares Regis conueniendi sunt in M.C.V. quicquid aīgē aliter fuerit . n.39. pag. 6
 Familiares scholarium an gaudeat priuilegijs eorum . n.2.pag. 51
 Famuli clericorum cognoscuntur à Indicibus secularibus . n.12. pag. 3
 Famuli seruientes Superioribus Ecclesiasticis an possint dici minores Ecclesiaz . n.13.p. 3
 Famuli militum , si in exercitio militari mili-tibus deseruant , gaudent priuilegio fori eorum dominorum , tam de iure communi , quām nostri Regni . n.19.pag. 53
 Famuli superiorum Ecclesiasticorum sunt du-plicis generis . n.15. pag. 3
 Famuli , & filii ratione artis gaudent priuile-gio eorum patrum , & Dominorum . nu. 1. pag. 51
 Famuli Proregis cognoscendi sunt ab Audi-tore exercitus, sed petita venia ab ipso Pro-rege . n.42.pag. 6
 Famuli , & cæteri Familiares Ecclesiastici , an gaudeant fori priuilegio ? Recensentur opi-niones . n.1.pag. 2
 Famuli Monasteriorum non tenentur soluere gabellam farinæ pro pane, quem dietim re-cipiunt . n.4.pag. 51
 Famuli priuilegiatorum gaudientium immu-nitate vētigalis farinæ non gaudent illa, si extrā priuilegiatorum domum habitent . n.5.pag. 51
 Famulus clerici ex decisione Regis Cameræ gaudet ea immunitate , quam franchitiam appellamus . n.45. pag. 6
 Fatalia non currunt in concistorio Principis . n.16. pag. 21
 Fatalia currunt in Concistorio Principis ex reclamantis negligentia . n.17.pag. 21
 Fatalia obseruari in S. C. declaratum est Re-gis Pragmaticis sed an indistincte, vide nu-meris sequentibus . n.18.pag. 21
 Fatalia currunt in S.C.n.3. pag. 228
 Fatalium cursus in S.C. non operatur, quin-cause reuideri nequeat ex iisdem actis . n.4. pag. 228
 Fatalia , an currant, attehto iure communi, in causis reclamationum à sententijs Præfecto-rum prætorio, examinatur . n.13.pag. 21
 Fatalia de iure communi non sunt correcta à Pragm. 1. de appellationibus , nec à Pragm: 53.de off.S.R.C.n.20. pag. 22
 Fatalia in Regno non currunt , si sint lapsa ex defectu partis aduersæ , sicque decisum re-fertur . n.21. pag. 22
 Fatalia , an currant in S. C. latè discutitur per totam dilucidationem . n.6.pag. 20
 Firmum nihil in iure nostro . n.6. pag. 20
 D.Felix Vlloa Præses S.C.Neap.laudatur post n.2.pag.292, & post n.25.pag.23, & post n.7.pag.

R E R V M.

7.pag. Ferdinandus I. & II. Alphonsus II. Federicus & Ioanna II. fuerunt legitimi Regni suc- cessores, stante legitimatione Ferdinandi I. n.38.pag.	259
Feriæ repentinæ sunt quodammodo exæqua- tæ cæteris ferijs respectu Iudicij.n. 21.p.362	
Feriæ non seruantur in Iudicio, cùm agitur de suspitione rei seruandæ . n.26.pag.	363
Feudales lites in quonam Tribunalis diriman- tur.n.2.pag.	169
Feudales lites , attento iure communi feudo- rum, si domini directi interesse respiciant, deciduntur coram paribus Curia, de iure Regni in Reg.Cam.n.3.pag.	169
Feudalas lites,vbi nullum adest directi Domi- ni interesse , deciduntur de iure communi feudorum coram Domino feudi, sed de iure Regni in S.C.n.4. pag.	169
Fenda plana , qua forma à Baronibus conce- dantur . n.9.pag.	182
Feuda plana tenentur immediate à Barone . n.12.pag.	182
Feuda plana quoad concessionem in quid dif- ferant à feudis quaternatis . n.11. pag.	182
Feuda plana differunt à quaternatis ex vnu Regni . n.15. pag.	182
Feuda quaternata secundūm quid nequeunt à Baronibus concedi absque Principis assen- su . n.16.pag.	182
Fenda quaternata secundūm quid tenentur in capite à Rege . n.17.pag.	183
Feuda absolute quaternata nequeunt dari à Barone . n.18.pag.	183
Feuda quando dicantur data proprio iure feudi . n.25. pag.	183
Feudum de iure communi feudorum potest concedi à quolibet , qui habeat retuni sua- rum liberam administrationem.n.26.p. 184	
Feudi alienatio in Regno an,& quando ren- cari possit iure successionis . n.15.pag.	254
Feudo alienato absque Domini . contentu , amittitur de iure communi feudum, & pre- mium . n.13.pag.	263
Feudo repetito à Domino ex defectu solemni- tatum nō adhibitarum in verditione, cuius- nam erit damnum,vendoris,an emptoris ? Varij casus distinguuntur . n.18.pag.	254
Feudum ex pacto,& prouidentia, an requirat, vt filij in illo succedentes sint patris hære- des . n.10.pag.	250
Feudum mistum quid sit . n.11.pag.	250
Fenda in Regno,stante consueta uestitura, an sint mista,an hæreditaria , fusissimè exami- natur . n.12.pag.	250
Feudum de iure communi,vel est antiquum vel paternum , vel nouum . Quod latè ex- aminatur . n.2.pag.	245
Feudum antiquum , & nouum de iure Regni quale sit,fusissimè discutitur .n.3.pag.	246
Feudum refutatum proximè successuro, an, & quomodo remaneat antiquum . Latissimè demonstratur . n.4.pag.	247
Feudum in dubio an præsumatur antiquum . n. 5. pag.	248
Feudum nouum refutatum an dicatur anti- quum in persona illius , cui refutatur . n.6. pag.	249
Feudum delicto perditum,remissa deinde cul- pa,an dicatur antiquum . n.7.pag.	249
Feudum hæreditarium quid sit . n.8. p.	249
Feudum ex pacto , & prouidentia quid sit , & qualis eius natura . n. 9. pag.	250
Feudatarij an dicantur habere iurisdictionem priuatiuē ad Regios . n.3. pag.	168
Ecuadatarij in Regno , tanquam non verè Ba- rones,an includantur sub edicto . Baronum. n.9.pag.	156
Feudatarij , quamvis non sint verè Barones , dicuntur milites . n.20.pag.	156
Feudatarij , quamvis non sint Barones , gau- dent omnibus priuilegijs communibus mi- litibus.n.22. pag.	156
Fides adhibenda est potius testibus affirmantib- us,quam negantibus . n.8.pag.	168
Fides de pretio in consignatione rei , an , & quando habeatur.n.8. pag.	285
Fides firma,quę requiritur in indicijs indubi- tatis, quęnam debeat esse, latissimè exami- natur,etiam doctrinis Theologicis.num. 15. pag.	122
Fides nunquam dicitur firma , interueniente actuali,vel virtuali formidine . n.17. p. 122	
Filiatio dicitur probata per nominationem factam in actu,qui magis filio,quam extra- neo competit . n.11.pag.	368
Filiatio probatur per nominationem factam in testamento . n.9.pag.	368
Filij expositorum an gaudeant ciuitate Nea- politana . n.14.pag.	178
Filius an possit interuenire in causa , in qua pater,vel iudicavit,vel fuit allegatus suspe- ctus.n.5.pag.	187
Filius repudians hæreditatem paternam ha- bet ius remittendi . n.9.pag.	66
Filius institutus hæres à testatore imperfecto , obtinens aliquod premium pro remissione facienda , non tenetur illud dare creditori- bus paternis.n.4. pag.	65
Filius ciuiis allecti gaudet priuilegijs conce- sis eius patri . n.7.pag.	177
Filius diuerso modo gaudet priuilegio patris, quo famulus priuilegio Domini.n.9.pag.52	
Filius non tenetur conferre bona illicite quæ- sita . n.4.pag.	374
Filius,vendicans rem à patre alienatam, tene- tur soluere premium meliorationum, & qua- riè,sed an sempèr . n.8. pag.	301
Fines ecclesiæ de iure canonico continentur quadraginta passibus , si sermo sit de ecclæ- sia	

I N D E X

- fia maiori ; triginta , si de ceteris . num. 2.
 pag. 40
Fiscus in Regno non appellat à sententijs ab-
 solutorijs . n. 5. pag. 54
Fiscus aduersus sententias absolutorias habet
 in Regno recursum . n. 6. pag. 54
Fiscus in Regno intelligitur adhærere appelle-
 lationi interpositæ ab inquisito . n. 7. p. 54
Fiscus an habeat etiam recursum aduersus de-
 creta non absolutoria . n. 8. pag. 54
Fiscus non intellegitur adhærere appellationi
 interpositæ à querelante . n. 9. pag. 54
Fiscus potest sequi appellationem, si tam reus,
 quam querelans appellassent, verum quere-
 lans deinde renunciasset appellationi . n. 10.
 pag. 54
Fiscus, licet adhærere nequeat appellationi in-
 terpositæ à querelante, si tamen renunciaue-
 rit querelans , potest sententia reuideri per
 modum recursus, & quomodo . n. 11. p. 55
Fisci Patronus potest allegari suspectus . n. 6.
 pag. 212
Fisci patronus , tanquam Iudex deputatus re-
 cusatus suspectus, an possit in eadem causa
 interuenire tanquam Aduocatus Fisci n. 7.
 pag. 213
Fisci defensores non debent aliena Fisco tri-
 bucre . n. 8. pag. 57
Fiscum esse inferioris conditionis priuato ,
 Principis gloria est . n. 5. pag. 56
Fiscus super allodialibus nullam habet præ-
 lationem . n. 1. pag. 333
Fiscus in rebus feudalibus habet prælationem.
 n. 2. pag. 333
Fiscus in rebus allodialibus habet ius supe-
 rioritatis . n. 3. pag. 333
Fiscus in dubio semper vtitur iure priuati . h. 4.
 pag. 333
Fiscus Regalis patrimonij, incedens cum toto
 Tribunal, præfertur Iudicibus M.C.V. n. 30.
 pag. 358
Fiscus Regalis patrimonij præfertur Fisco
 M.C.V. & quare . n. 27. pag. 358
Fiscus diues est . n. 6. pag. 56
Fiscus cur in dubio non succumbat . n. 7. p. 57
Fiscus potest producere novos testes post or-
 tam paritatem in causa criminali, ipso inau-
 dito . n. 1. pag. 55
Fodrum quid sit . n. 28. pag. 100
Fœmina an valeat conuerti in marem natura-
 liter, & è contra . n. 19. pag. 59
Fœminæ, quæ in Regno succedere nequeunt ,
 stantibus masculis , non habent ius remit-
 tendi . n. 5. pag. 56
Fœminæ non dotatæ, & succedentes cum ma-
 sculis, habent ius remissionis . n. 6. pag. 6.
Fluminæ quomodo possint esse de regalibus .
 num. 18. pag. 159
Foriudicari nemo potest , nisi pro crimine ,
 quod pœnam mortis, naturalis metetur . nu-
 14. pag. 347
Foriudicati an licet, & sine peccato ab omni-
 bus occidi possint, latè discutitur . n. 4. p. 132
Fori priuilegium non dicitur tam rigorose
 personale . n. 8. pag. 36
Forma faciendi confrontationem qualis sit .
 num. 14. pag. 236
Forus domicilij , & contractus attenditur in
 contractibus . num. 23. pag. 11
Formido actualis , & virtualis , quæ dicantur ,
 latissimè examinatur contrà Rouitum . nu-
 16. pag. 122
Fractura carceris facta cum conspiratione ,
 quamvis fuga non sequatur , punitur pœna
 ordinaria; secùs, si absque conspiratione . nu-
 1. pag. 118
D. Franciscus Ortiz Cortes Regens Regiæ
 Cancellariæ laudatur . n. 38. pag. 358
Franciscus Roccus Regius Consiliarius lau-
 datur post num. 25. pag. 23 & post num. 20.
 pag. 206
Franciscus Andreas Aduocatus Neapolitanus
 laudatur post num. 14. pag. 87
Frates minores Sancti Francisci possunt esse
 arbitratores, contrà omnium Doctorum
 sensum . num. 7. pag. 31
Frates minores Sancti Francisci non prohi-
 bentur dare consilia . n. 8. pag. 31
Fraudes circa alienationem rei litigiosæ quo-
 modo cognoscantur . n. 12. pag. 9
Fraudis coniectura est in materia iuris con-
 grui, si pretium augetur ab oblatore post pe-
 titam prælationem . num. 3. pag. 259
Fraudum probatio quo ad eius vim dependet
 à probitate iudicium circa decoctores . n.
 13. pag. 105
Fraus tutoris , & creditorum nequit pupillo
 præjudicium parare . num. 7. pag. 263
Fraus quandoq; potest intelligi sine dolo vero,
 secùs sine præsumpto . n. 9. pag. 116
Frans associata dolo præsumpto minus puni-
 tur, quam associata dolo vero & evidenti .
 num. 12. pag. 117
Fructus alij industriales, alij naturales . num. 5.
 pag. 271
Fructus naturales nascuntur etiam conducto-
 ris labore . num. 6. pag. 271
Fructus excantes quinam dicantur . num. 4.
 pag. 300
Fructus iure soli , non seminis , percipiuntur .
 num. 7. pag. 271
Fructus , & interesse non veniunt in iudicio
 auationis, nisi a die ultimæ petitionis . n.
 8. pag. 309
Fructus vitæ, & militiae non debentur, nisi , fa-
 cta liquidatione . num. 12. pag. 310
Fructus non veniunt in restituzione rei reme-
 dio l. 2. C. de rescind. vendit. num. 1. pag. 310
Fugiens ad tecnum, campanile , seu turrim ec-
 clesiæ gaudet immunitate ecclesiastica . n. 1.
 pag.

R E R V M.

Fugiens à Carceribus , & ad superiorem incedens, an, & qua pœna puniendus. n. 10.p. 120	40	ter non & quæ cum altero rem subtractam participauerit . num.3.pag. 88
Fugiens è carceribus iam fractis qua pœna puniendus . n. 12.pag. 121		Furta commissa in vijs publicis , an & equiparentur, quoad forum M.C.V.furtis patratis in Ciuitate Neapolitana, & suburbij, latè discutitur . num.13.pag. 103
Fugiens ad Sacerdotem gestantem Sacratissimum Christi corpus an reddatur immunis. n. 10.pag. 41		Furta commissa à militibus in Ciuitate Neapolitana,& suburbij, an recognoscenda sint à M.C.V.tanquam delegata . n.11.pag. 103
Fugiens ad Ecclesiam non perfectè constram, sed Episcopi auctoritate ædificatam , gaudet Ecclesiastica immunitate. n.1.p. 44		Furti pœna tenetur rem alienam reperiens , eamque non reddens domino. n.1.pag. 93
Fugiens ad Ecclesiam, quam post fugam Episcopus declarat, esse locum profanum , an reddatur immunis . n.4.pag. 44		Furti noua actio nascitur mutatione dominij . num.6.pag. 103
Fugiens ad Ecclesiam dirutam absq; spe redificationis non gaudet immunitate. n.5.p. 44		Furtorum reiteratio an requiratur, vt graffator viarum possit plecti pœna ordinaria : sed vide num.9. n.5.pag. 99
Fundus diuidendus , commodam autem diuisionem non recipiens, cuinam consignandus, & quomodo . n.1.pag. 280		Furtum attentatum punitur pœna mortis naturalis , si qualitates aggrauantes concurrant. Et quæ sint istæ qualitates. n.1. pag.83
Fur, siue morans, siue transiens cum re furtiuæ, poterit in eo loco puniri . n.8.pag. 103		Furtum attentatum ratione loci quandoque punitur, non sequito effectu . n.5.pag. 83
Fur est dignus pœna , non per moram diuturnam, sed per nouam contrectationem . nu.9. pag. 103		Furtum non committitur tempore necessitatis. n.13.pag. 87
Fur ad publicam vindictam punitur . num.10. pag. 103		Furtum commissum in via publica alio proposito, quæ furandi , punitur pœna remigationis . n.1. pag. 99
Fur repertus cum re furtiuæ in Ciuitate an teñatur probare, rem alibi furto subtraham, vt delegationem effugiat, & quomodo . nu.2.pag. 102		Furtum vnicum non excedens vnciam non est sufficiens ad pœnam mortis naturalis in graffatore: sed vide num. 10. n.6.pag. 100
Fur in flagranti crimine repertus quis dicatur. n.1.pag. 96		Furtum an reddatur leuius à proposito non furandi . num.14.pag. 101
Fur in flagranti repertus quando sit fustigandus . n.2.pag. 96		Furtum modicum quando ultimo suppicio puniendum , si sit commissum à graffatoribus . n.15.pag. 101
Fur in flaganti repertus an appeller. n.3. p. 96		Furtum excedens vnciam non requirit reiterationem in graffatore . n.10.pag. 101
Fur, vbi cunque reperiatur cum re furtiuæ , puniri potest . n.5.pag. 102		Furtum commissum in via publica est qualitas reddens furantem dignum morte. num.11. pag. 101
Furans tertia vice an ultimo sit puniendus supplicio . num.17.pag. 96		Furtum vnicum commissum in via publica non excedens vnciam non punitur pœna mortis . num.12.pag. 101
Furans res sacras de loco non sacro quandoque punitur etiam extra ordinem in Regno. n.14.pag. 87		
Furans res sacras de loco priuato absque alijs qualitatibus non punitur ultimo supplicio . n.15.pag. 87		
Furantes in mari qua pœna plectantur . nu.18. pag. 101		
Furantes in mari, via publica, & campanæ , puniuntur in Regno ad modum belli . num. 20.pag. 102		
Furantes omnes insolidum tenentur , tam quoad pœnam , quam quoad interesse , verum, uno soluente, cæteri liberantur . nu. 7. pag. 89		
Furantes res consecratas ab Episcopo puniuntur de iure Regni pœna capitali. n.8.p. 86		
Furantes res ab Episcopo non consecratas de iure Regni an puniantur pœna arbitraria . num.9.pag. 86		
Furantes eadem pœna puniuntur, quamvis al-		

G

Graffator viarum deber habere easdem qualitates, quas habet publicus latro, vt possit plecti pœna mortis . num.9.pag. 100
 Graffatores viarum dicuntur etiā publici latrones , adeoque eorum qualitates retinent quoad pœnam . num.7.pag. 100
 Graffatores viarum quomodo puniendi , attento iure communi , & quomodo , attento iure Regni Neapolitani . num.3.pag. 99
 Gratia concessa, res non dicitur integra . num. 34.pag. 338
 Priuilegia in Regno nostro reuocari non possunt . num.35.pag. 338
 Gratia an gaudeat absque partis remissione . qui ignorat , à quo ea facienda sit . num.3. pag.

I N D E X

- 60
- Gratia** non dicitur perfecta ; pendente seruitij complemento, sed vide *num.8.n.2.pag.* 124
- Gratia** concessa à Principe, & quando operetur circa omnia delicta, quæ apparent, & non apparent, quæque Reus confitetur, vel feciis. *num.8.pag.* 137
- Gratia** quomodo operetur respectu plurium delictorum, & narratur praxis. *n.6.pag.* 137
- Gratia**, postquam facta est, de iustitia est ; ut suum fortiatum effectum. *num.30.pag.* 337
- Gratia** non potest recipere diuisionem in delictis quoad culpam. *num.10.pag.* 138
- Gratia** facta à Principe recipit diuisionem. *n.2.pag.* 136
- Gratia** neque à Principe concedi potest absque partis offensæ remissione, præcisa publica utilitate. *num.4.pag.* 130
- Gratia** Principis non est extendenda. *num.4.pag.* 330
- Gratia** facta à Principe infert præjudicium Baroni. *num.1.pag.* 136
- Gratia**, pendente actuali seruitio, ex dispositione *Regie Pragm.20.de exilibus* non dicitur perfecta. *num.10.pag.* 125
- Gratia** concessa mulieribus Neapolitanis pro earum dotibus quænam sint. *n.12.pag.* 240
- Gratia** factæ in tertij præjudicium in discessu Proregum, an dicantur factæ de potestate, absoluta, & sustineantur. *num.11.pag.* 133
- Gratia**, quæ fit à Prorege, debet expediri in forma Regiæ Cancellariæ. *num.12.pag.* 133
- Grauamen** competentiæ, vel incompetentiæ Iudicis reparari non potest per appellatiōnem à definitiua. *num.6.pag.* 17
- Grauamen**, tām respectu querelantis, quām querelati, considerari potest irreparabile. *num.3.pag.* 17
- Grauatus** restituere hæreditatem, an, & quando statim illam teneatur restituere. *num.15.pag.*
- Guidati** cur nequeant accedere ad propriam patriam, & loca partis offensæ. *n.4.pag.* 127
- Guidati** sub diuersa ratione nequeunt ingredi in patriam propriam, & partis offensæ. Quod fusiſſimè deducitur. *n.5.pag.* 128
- Guidati** patria, in quam ingredi prohibetur, quænam intelligatur, ea scilicet, in qua ille natus est, an autē, in qua habitat. *n.7.p.* 128
- Guidatis**, quibus prohibetur ingressus in propriam patriam, & patriam offensi, an prohibeat ingressus in territoriā vtriusque ; an tantum alterutrius. Fusè examinatur, & noua opinione in decisionibus fundata concluditur. *n.6.pag.* 128
- Guidatici** conditiones quæ sint. *n.3.pag.* 127
- Guidatico** non gaudet, qui reperitur in Ecclesia loci prohibiti. *n.10.* 128
- Guidatico** gaudet, qui die Pascatis accedit ad Ecclesiam loci prohibiti ad se sacra reficiuntur synaxi, sed an semp̄er, & quando. *n.11.* pag. 128
- Guidatico** an gaudeat, qui commoratur in finibus contiguis territorio prohibito. *n.14.* pag. 129
- Guidatico** an gaudeat, qui s̄p̄e, licet breui temporis spatio, ad loca prohibita accedit. *num.15.pag.* 129
- Guidaticum** obtainens, dummodò non accedit ad Ciuitatem aliquam, illo non gaudet, si accedat ad eius suburbia. *n.1.pag.* 127
- Guidaticum** non dicitur fractum, cūm quis visus est in loco prohibito, dummodò in illo non fuerit apprehensus. *n.13.* pag. 129
- H**
- Habitatio** non facit aliquem ciuem, sed incolam. *n.5.pag.* 154
- Hæretici**, siue infideles, non inuantur immunitate Ecclesiæ, nisi quatenus fideles effici velint. *n.6.pag.* 48
- Hæreticus** dicitur dubitans, an anima rationalis sit forma corporis humani, & an sit immortalis. *num.20.pag.* 122
- Hæreticus** dicitur suspendens assensum in rebus fidei diuinæ, & quomodo. *n.18.p.* 122
- Hæredes** defuncti cum beneficio legis, & Inveptarij vtuntur beneficio *Auth.hoc nisi, ni iustus emptor reperiatur, quamvis illi defunctus renunciauerit.* *n.8.pag.* 282
- Hæredes**, cūm commodè possunt, nequeunt sentire damnum, ne dum in bonis proprijs, sed neque hæreditarijs. *n.9.pag.* 282
- Hæredes** extranei instituti, non extantibus cōiunctis, vel illis tacentibus, admittendi sunt de æquitate ad vindictam defuncti prosequendam. *n.19.pag.* 67
- Hæres**, reuensis fundum vigore paci, teneunt præstare cautionem de conferuando illesum venditorem. *num.2.pag.* 304
- Hæres**, etiā iusto emptore reperto, non teneunt vendere bona hæreditaria ad debita soluenda, si periculum euictionis immineat. *num.10.pag.* 282
- Hæres** viuens, contrahens æs alienum super re hæreditaria, nullum infert præjudicium substituto, qui proindè citandus non est. *num.4.pag.* 220
- Hæreditas** nequit dici repudiata, ni priùs delata fuerit. *num.10.pag.* 66
- Hæreditas** non potest dici delata fœminis in nostro Regno exclusis à successione parentum. *n.11.pag.* 66
- Hæreditas** dicitur delata, non tantum propter personam in gradu successibili, sed etiam propter omnes alias qualitates illam habilem reddentes ad succedendum. *num.7.pag.* 66
- Hæreditas** testamentaria quomodo dicatur à lege.

R E R V M.

I	
lege obuenire . num. 15.pag.	209
Hæreditas delata ea dicuntur, quam quis potest adeundo consequi . n. 2. pag.	65
D. Hieronymus Borgia Episcopus Tropæ laudatur n. 1. pag.	325
Hieronymus de Philippis Regens laudatur post n. 2. pag.	62
Hyacinthus Cangianus Regius Consiliarius laudatur post num. 9. pag.	170
Hieronymus Valdetarius laudatur post num. 5. pag.	322
D. Hieronymus Calà laudatur, post nu. 6. p. 15 & post n. 11 pag. 331. & post n. 7. pag.	231
Hypotheca pro dote , an competit à die contracti matrimonij , an autem à die Capitulorum , lacissimè controuertitur . num. 1. pag.	318
Hypotheca pro dote regulariter competit à die capitulorum matrimonialium . num. 2. pag.	318
Hypotheca in capitulois matrimonialibus tacita idem operatur , quod expressa . num. 3. pag.	318
Hypotheca pro dote , contracto matrimonio, retrotrahitur ad tempus promissionis . nu. 6. pag.	318
Hypotheca quandoque competit pro dote à die matrimonij contracti , quod latè explicatur num. 7. pag.	319
Hypotheca remissio censetur , si creditor interueniat tanquam testis in instrumento ventionis rei sui debitoris . num. 3. pag.	385
Homicida degradatus , & Curia seculari traditus, quomodo à Iudice seculari sit puniendus . num. 1. pag.	354
Homicidium , siue patratum ab existente extra Ecclesiam in persona existente in Ecclesia , siue ab existente in Ecclesia in persona existentis extra illam , semper dicitur commissum in Ecclesia , & quare . n. 11. pag.	46
Homicidium censetur commissum in Ecclesia , quomodo , qui in Ecclesia vulneratus est , extra illam moriatur . num. 8. pag.	46
Homo multa habet , quæ eius definitionem non ingrediuntur . num. 4. pag.	119

I	
Anuarius Andreas Regius Consiliarius laudatur post num. 14. pag.	87
Ignatius Prouenzalis Præfens R.C.S. laudatur post n. 25 pag. 23, & post nu. 10. pag.	77
Ignorantia ab allegante probanda . num. 9. pag.	168
Illegitimi , & naturales non habent ius remittendi . num. 8. pag.	66
Immunitas concessa Ecclesijs non extenditur ad domos coniunctas, pertinentes ad laicorum usus . num. 1. pag.	344
Immunitas Ecclesiastica frangitur , etiam	
quandoque nulla concurrence violentia . num. 5. pag.	345
Immunitas ecclesiastica iuditur à prohibebibus , ne in Ecclesiam introducatur cibus pro reis . num. 3. pag.	360
Immunitas Ecclesiastica diuersimodè accipitur pro configientibus ad Ecclesijs , & pro delinquentibus in illis , & assignatur ratio differentiæ . num. 4. pag.	49
Immunitate ecclesiastica an gaudeant occidentes cum tormentis igneis , attenta Pragm. de ieiu scoppitæ . n. 12. pag.	49
Immunitate Ecclesiæ gaudet , qui exonerandi corpus causa extræ Ecclesiam reperitur . n. 1. pag.	345
Immunitate ecclesiastica gaudet Ecclesia non perfectè constructa , quamvis edificatio fuerit aliquo tempore intermisæ . n. 3. pag.	44
Immunitate Ecclesiastica gaudent comitentes homicidia in atrio Ecclesiæ . num. 1. pag.	45
Immunitate an gaudeant associantes Sanctissimum Eucharisticum Sacramentum . nu. 11. pag.	42
Immutatis Ecclesiastice in dubio melior est causa . nu. 10. pag.	346
Imperatores quantum poterant Ecclesiæ dede- runt . num. 31. pag.	5
Impressio in Iudice contrahente consideratur , etiam si contractus fuerit celebratus nomine eius familiarium , & an eadem sit poena . num. 9. pag.	267
Impressio Iudicis , an & quot modis considerari possit respectu Tertiij contrahentis . nu. 10. pag.	267
Impressio , an , & quomodo consideretur in Iudice ex sola dignitate , & auctoritate . num. 11. pag.	267
Impressione probata in iudice contrahente , quænam sit poena . nu. 8. pag.	267
Indicia dubitata , quando vñiri possint , vt faciant vnum indubitatum sufficiens ad imponendam poenam ordinariam . num. 25. pag.	123
Indicia tunc dicuntur indubitata , cùm non interuenit formido actualis , nec virtualis . num. 22. pag.	123
Indicia indubitata quænam dicantur , attento iure communi , & nostri Regni , latè discutiuntur . num. 14. pag.	121
Indicia saltē ad torturam requiruntur , vt in casibus exceptis possit aliquis Ecclesiæ immunitate priuari . num. 2. pag.	345
Indicijs ad torturam , quibus Reus pro criminе excepto fuit extractus ab Ecclesia , non plenè evacuatæ , an damnandus sit poena extraordinaria , an autem in Ecclesiam reponendus , non probato tali crimine . num. 11. pag.	346
Indicijs indubitatis , an & quando deueniri pos-	

F f f

I N D E X

- posse ad penam ordinariam, late discutitur, attento iure communi, & nostri Regni .nu. 12.pag. 121
Indicium unum an sufficiat indubitatum, ut puniri possit reus pena ordinaria, an plura requirantur .num.23.pag. 123
Indigno scienter electo à maiori parte, admittitur alter electus à minori parte, absque noua electione .num.1.pag. 378
Indigno ignoranter electo à maiori parte, devenitur ad nouam electionem, sed vide numer.6.n.2.pag. 378
Indignus, electus, nequit munus acceptare .num.26.pag. 384
Indultus conceditur ratione publice utilitatis, absque partis remissione .num.3.pag. 130
Induleu an gaudeant occidentes cum sclopis, si ab illo excipientur proditores, attenta Pragm.3. de istu scloppe .num.13. pag.49
Indultus quomodo extendatur ad delicta remittenda .num.14.pag. 139
Indultus an recipiat diuisionem quoad criminia .nu.15.pag. 139
Indultus particularis an requirat omnium criminum confessionem .nu.16.pag. 139
Indultus an requirat etiam confessionem eorum criminum, quae alijs fuerunt remissa per gratiam .nu.17.pag. 139
Indultus excipiens sacrilegos an comprehendant occidentes in atrio Ecclesie, & an in quibuscumque Ecclesijs; ad dilucidationem l.s.i quis in hoc genus C.de Episc. & cler.n. 13.pag. 148
Informatio extra judicialis quandoque verior est judiciali .num. 2.pag. 148
Informatiuni capita in causis Sancti Officij quando dener .num.10.pag. 58
Infortunia sèpè periclitamus ob commissum criminis, quæ alijs nota non sunt, quare si falso iudicant .num.25.pag. 71
Inabilitas proueniens à utilitate exercitij non tollitur per Clericatum, non remota qualitate .num.9.pag. 96
Inhibitio obtenta à Iudice, ne super re obnoxia congruo adficitur, quid importet .nu. 7.pag. 278
Inimicitia presumpta sufficit ad reddendum Indicem suspectum .num.2.pag. 197
Inimicitia, quamvis leuis, reddit suspectum Indicem, & quare .Affertur nova ratio .nu. 10.pag. 198
Inimicitia lenis sufficit ad allegandum Iudicem suspectum, & quare .num.6.pag. 191
Inimicitia ad quem gradum consanguinitatis, vel affinitatis extendatur respectu suspicio- nis in personam Iudicis .num.13.pag. 198
Inimicitia inter calumniatum, & calumniantem, qualis esse debeat .num.4.pag. 135
Inimicus Tutoris dicitur etiam inimicus pupilli in materia suspicitorum .n.13.pag.205
Inuria quando dicatur illata officiali iniuriæ officij, quando autem intuitu persona .nu. 2.pag. 149
Inuria cognoscitur à voluntate inferentis .n. 3.pag. 149
Inuria facta clero, an, & quando dicatur fa- ta Ecclesiæ .num.5.pag. 48
Inuita quandoque fiunt, que nemo potest re- prehendere, & quomodo id intelligendum .num.22.pag. 72
Innocentia Rei non est deducenda ex confes- sione socij, & quare .num.13.pag. 113
Innocentia reuelatio quandoque ligillum con- fessions aperit .num.18.pag. 113
Innocentia an denegetur ex laquei fracturæ in exequitione sententie, late discurruntur dum .19.pag. 112
Innocentia constituta, reus restituendus est ad- uersus sententiam, Principe consulente .nu. 11.pag. 113
Innocentes quandoque reperti fuerant dam- nati, absque iudicis culpa .nu.17.pag. 112
Inquilinus nouus an possit expellere antiquum in hac Ciuitate Neap. absque denunciatio- ne, & an antiquus preseratur domo ex pre- textu reconductionis .num.1.pag. 26
Inquilinus an possit discedere à domo, nō affi- xis à domino domus cartulis .n.8.pag.36
Inquilinus an teneatur denunciare domino domus, se velle discedere, vel continuare habitationem .num.9.pag. 27
Inquisitores Sancti Officij reos interrogant de corum inimicitijs, & quare .n.14.pag. 59
Inquisitores S.Officij quid debeant aduocare circa testium depositiones .nu.18.pag. 59
In sensati vocantur, qui putant, à viro uxori defendi non posse .nu.7.pag. 74
Instantia perempta, perimunt omnes iudicij effectus .num.2.pag. 369
Instantia perempta in processu compilato cum Majoribus, possunt inuidores heredes petere deinde beneficia .nu.1.pag. 371
Iustitio presentati referuntur à S.C.T. ordi- nario, nov substitutis .nu.11.pag. 14
Insultus quomodo puniatur .nu.11.pag. 307
Interesse lucri cessantis nequit peti in contra- cibus bonafidei .nu.3.pag. 308
Interesse in mutuo ratione lucri cessantis, an, & quomodo debetur .nu.4.pag. 308
Interesse lucri cessantis, & danni emergentijs debetur omni iure .nu.1.pag. 308
Interesse lucri cessantis, ut debetur, quid pro- bandum sit, late discutitur .n.6.pag. 309
Interesse in mutuo ratione lucri cessantis quo- modo taxetur num.7.pag. 309
Interesse, & tertie possunt dici tripli- citate .num.13.pag. 306
Interesse, quod pala est falso inquisiti familia soluendum non est à Iudice, qui titè proces- sit, & quare .num. 21.pag. 72
In-

R E R V M.

Interesse tertij quo modis consideretur. n. 7. pag.	222	Iudex laicus an possit procedere ad expeditionem causae principalis ob negligentiam non procurantis expeditionem decisionis articuli Ecclesiastici à Judice Ecclesiastico. n. 10. pag.	29
Interesse tertij, quomodo probandum sit, latè examinatur . n.3. pag.	222	Iudex loci patrati sceleris est ceteris potior, & qua ratione . num.4. pag.	165
Interesse non taxatum nequit exigi. n.9. p.306		Iudex domicilij, & originis, an sit competens in criminibus puniendis, latè discutitur . n. 3. pag.	349
Interesse in Iudicio auocationis debetur, quantum possessor locupletior factus sit . num. 9. pag.	309	Iudex, qui non sit competens nec ratione domicilij, nec originis , nec loci commissi sceleris, an,& quando possit procedere contrà inquisitum, latè dilucidatur . n.4. pag. 349	
Interuentus ordinatus à testatore non importat meram præsentiam . n.1. pag.	385	Iudex iubere poterit, ne quis per alicuius dominum transeat , num.8. pag.	128
Interueniens in furto eadem pena , qua fur , plebi debet . n.1. pag.	88	Iudex potest prohibere , ne quis è sua domo exeat . num.9. pag.	128
Interuentus,& taciturnitas , quando præiudicium inferant . Latè discutitur .n.8. p. 221		Iudex cur quandoque decernat , vt creditores procurent meliores oblationes . num. 16. pag.	283
Inuenter Typographiz quis fuerit.n.10.p.287		Iudex morosus in causarum expeditione, quandoque laudandus , quandoque secùs , & quando. num.17. pag.	283
Inurbanitas in Iudice an sit semper species inimicitiaz . n.16.pag.	199	Iudex laicus, an, & quando sit merus exequitor circa degradatum. Remissiù ad aliam dilucidationem . num.12. pag.	355
Inurbanitas nonnullorum Iudicum quænam sit . n.17. pag.	199	Iudex nequit in Regno vllum petere salario pro interventu in examine testimoni . n.11. pag.	236
Ioannes Baptista Cardinalis de Luca laudatur post n.45. pag.	162	Iudex quid gerere debeat in examinandis testibus . num.12. pag.	236
Ioannes Baptista Roccus Fisci patronus in Regia Camera Summariaz laudatur post n. 20. pag.	206	Iudex laicus poterit consuetis præceptis ordinare reo,vt procuret causæ spiritualis expeditionem à iudice Ecclesiastico. n.5. pag. 29	
D.Io.Franciscus Marcianus Iudex Decanus M.C.V. laudatur post n.5. pag.	56	Iudex sententiaz debet inspicere , an alienatio rei litigiosæ sit facta ex causa voluntaria,an autem necessaria . num.6. pag.	9
D.Ioannes Baptista Marchelius pauperum, Aduocatus laudatur post n.13.p.	103	Iudex veriusque partis inimicus, an ab alterutra parte possit allegari suspectus. num.12. pag.	198
Joseph Romanus Caroli Aduocatus Neapolitanus laudatur .num.16.pag.37.& post.n. 6. pag.	152	Iudex, qui ad instantiam officialium alicuius Vniuersitatis fuit remotus, tanquam suspectus, potest in alijs causis interuenire, dummodo non ijdem sint officiales . numer. 1. pag.	204
Judæi an citari possint diebus feriatis . num. 35. pag.	365	Iudex in remissione petita per reum an debeat adhibere cognitionem criminis, sed vide.nu. 4.num.1. pag.	151
Judex grandiores iudicans causas dignor alijs non appellatur . num.9. pag.	356	Iudex loci incepti delicti, an delicti consummati attendendus sit, exaginatur . n.14. pag. 167,	
Judex præsumit semper recte operari . nu. 47. pag.	340	Iudex, habens suspectum testem, quomodo illum cogat ad denuò deponendum . num.5. pag.	235
Judex Brachij implorati , an tam circa iustitiam,quam exequutionem,attendere debeat suis vigens in sua iurisdictione, an autem ius vigens in iurisdictione Iudicis, qui sententiam protulit , latissime discutitur . nu. 9. pag.	152	Iudex M.C.V. antiquior præcedere debet, nulla habita distinctione intèr ciuiles,& criminales . num.4. pag.	356
Judex an debeat fauere magis Reo , quam actori , an neutri . num.31. pag.	203	Iudex, an & quando possit suam sententiam	
Judex secularis quando possit procedere super lite bonorum recuperandorum , pen dente lite in Rot.Rom. super validitate dis pensationis ingrediendi ab vna religione in aliam . num.1. pag.	28	F f f 2 de-	
Iudex laicus , licet nequeat præfigere termi num reo ad faciendas probationes coram iudice Ecclesiastico; poterit tamè ordinare, vt procuret causæ expeditionem & qua re . num.7. pag.	29		
Iudex præueniens est competens in causis misti fori , & , cùm proceditur in contumaciam, vterque . num.9. pag.			

I N D E X

- declarare, & emendare . num.12.pag. 111
 Iudex domiciliij in cognitione criminum præfetur Iudici originis . num.11.pag. 166
 Iudex ecclesiasticus an possit iterum reum degradatum , à seculari absolutum , plectere , num.4.pag. 354
 Iudex quidam quonam modo illudebat iustitiam . num.15.pag. 381
 Iudex redditur suspectus propter inimicitiam , & ex iudicio in manibus eius , cuius in alia causa est iudex aduersarius recusantis , nec non iudicium in manibus collegæ aduersarij eiusdem recusantis . num.1.pag. 197
 Iudex reconciliatus , an valeat allegari suspectus . num.14.pag. 199
 Iudex præsumptus inimicus an possit allegari suspectus , & quænam sint coniecturæ præsumptæ inimicitæ . nu.15.pag. 199
 Iudex ob grauamen illatum in alia causa non potest recusari suspectus de iure Ciuiili , scilicet de iure Canonico , num.4.pag. 213
 Iudex an sit suspectus , eo quod recusans , dum erat Iudex , iudicavit contrâ Iudicem recusatum . num.2.pag. 214
 Iudex scienter grauamen inferens , an , & quomodo reddatur suspectus , etiam de iure Ciuiili . nu.3.pag. 214
 Iudex quandoque remouetur à Principe ad scandalum remouenda absque infamia nota . num.4.pag. 214
 Index prouocatus à parte , data opera , an possit allegari suspectus . num.5.pag. 214
 Index affinis , vel consanguineus litigatoris , dicitur suspectus . num.21.pag. 200
 Index redditur suspectus , si eius coniuncti sint aduocati alterius ex litigatoribus . Quod fuisse probatur . num.22.pag. 200
 Index commensalis cum litigatoribus , an , & quando reddatur suspectus , & quid dicendum de eius filiis commensalibus cum ijdæ litigatoribus . num.23.pag. 200
 Index commensalis cum aduocato litigatoris an reddatur suspectus , fuisse examinatur . num.24.pag. 201
 Index nimis amicus litigatorum an dicatur suspectus , & quænam sit vera nimia amicitia , noua ratione ostenditur . n.25.pag. 201
 Index nimis familiaris aduocati litigatoris an dicatur suspectus . num.26.pag. 202
 Iudex , qui alias super aliquo articulo suum animum propalauit , an in illo decidendo reddatur suspectus . n.1.pag. 189
 Iudex , qui super eodem articulo pronunciavit , non redditur suspectus in eo decidendo . n.2.pag. 189
 Index licet scriperit , se super tali articulo sic decisurum , si casus euenerit ; nihilominus tamè suspectus non redditur , casu adueniente . n.3.pag. 189
 Iudex remotus tanquam hostis , an , & quando possit interuenire , orta reconciliatione . n.7.pag. 191
 Index remotus , non partium voluntate , sed solo Superioris motu in una causa , potest in alijs interuenire , & quare . n.8.pag. 191
 Iudex non resalutans , an , & quando possit allegari suspectus . n.18.pag. 199
 Iudex ex inimicitia leui non potest quandoque allegari suspectus , & quando . n.5.p. 197
 Index allegatus suspectus , si pronunciatum sit , suspicionem non militare , redditur suspectus in alijs causis , & quare . n.5.p. pag. 192
 Iudex ex sola recusatione indignatur . num.6.pag. 192
 Iudex quid debeat iudicando mente reuelare . n.7.pag. 192
 Iudex remotus ob inconfidentiam , tanquam suspectus in una causa , potest in ceteris ab ijsdem allegari suspectus . n.1.pag. 190
 Iudex remotus motu proprio à Principe , an , & quando allegari possit ab ijsdem partibus suspectus . n.2.pag. 190
 Index allegatus suspectus , militante suspicione , an possit in alijs causis illius , qui cum suspectum allegauit , procedere . n.10.p. 213
 Index allegatus suspectus , an , cessante suspicione , possit in eadem causa interuenire , & quid in alijs causis dicendum . n.11.p. 213
 Index , qui aduocatus fuit in aliqua causa ; quandonam suspectus dicatur in alia decindenda . n.5.pag. 189
 Index quonodo se gerere debeat cum adnotatis circa iuris articulos . n.6. pag. 189
 Index in iudicando non redditur suspectus eodem modo ex amicitia , & inimicitia , & quare . n.8.pag. 197
 Index suspectus in iudicando , non est regulatiter suspectus in delegando . n.4.pag. 149
 Index redditur quandoque etiam suspectus in delegando , & quid in Præside S. C. num.5.pag. 149
 Index potest recusari suspectus etiam ratione affectionis . n.1. pag. 207
 Index inimicus tutoris an possit recusari in causa pupilli , tanquam suspectus , fusissime examinatur . n.11.pag. 20
 Index redditur suspectus , si signis votum suum proponat , & quare . n.2. pag. 19
 Index redditur suspectus , quoties urget iniuria . n.4.pag. 19
 Index suspectus de inimicitia remouendus est numer.5.pag. 191
 Index , antequam allegetur suspectus ; an , & quando debeat à iudicando abstinere . n.4.pag. 212
 Index allegatus suspectus , quando possit ad vltiora procedere , non obstante tali allegatione . Et quæ sint requisita ad allegationem suspicionis . n.5.pag. 212
 Indices nequeunt in eorum causis ad inuicem jn-

R E R V M.

Iudicandi actus cur nullum vinculum habere debeat . n.11.pag.	198	D. Julius Galeota laudatur . n.12.pag.	287
Iudices , iudicantes semp̄ ex actis , an repre- hendendi . n.8.pag.	235	Iura communia quandoque ex fraudibus , quæ oriri possent , licet iudici deferere . n.13.p.9	
Iudices stringentes reos vinculis in Ecclesia male operantur . n.12.pag.	360	Iura sanguinis per ingressum in religionem tolli nequedunt . n.20.pag.	139
Iudices criminales , non eo quod ingredian- tur primò in domum Proregis , deinde verò civiles , præcedunt . n.5.pag.	356	Iura primi emptoris , aduersus quem retrahit rem posterior , dicuntur esincta . num.19 pag.	261
Iudices quid aduertere debeant , cùm tertius comparat in iudicio . n.15.pag.	225	Iuramentum præstitum supèr re incogitata non operatur . nu.15.pag.	283
Iudices , quid debeant attendere in denuncia- tionibus , quæ sunt . n.14.pag.	136	Iure datoris resoluto , resoluitur ius acceptoris . nu.20.pag.	161
Iudices , ut impressionis fugiant notam , à qui- bus cauere debeant . n.12.pag.	268	Iurisdictionum diuisio potest fieri in casali- bus . num.10.pag.	176
Iudices circa delictorum cognitionem com- petentes , quot , & quales sint . n.3.pag.	165	Iurisdictio concessa cum clausula abdicativa quid importet . num.6.pag.	175
Iudices M. C. V. præferuntur ob iurisdictio- neni , quam habent , Fisco Regalis patrimo- nij . n.29.pag.	358	Iurisdictio non intelligitur concessa , concessio castro , quod stet sub ciuitatis iurisdictione ; secùs , si iurisdictio sit à Ciuitate indepen- dens . num.11.pag.	176
Iudices M.C.V. siue ciuiles , siue criminales , non differunt in genere iudicandi . n.8.p.	356	Iurisdictio concessa alicui , an , & quando in- telligatur cumulatiuē , vel priuatue ab or- dinario . num.6.pag.	169
Iudices criminales , cur priùs quam ciuiles , in- grediuntur Proregis domum . n.6.pag.	356	Iurisdictio indiuisibilis potest diuidi quoad exercitium . num.4.pag.	174
Iudices quorūnam amicitiam debeant effu- gere . n.7.pag.	114	Iurisdictio impertinentē se habet respectu pu- blicarum functionum . num.35.pag.	358
Iudices famam perdunt ob nimiam adheren- tium familiaritatem . & quomodo . n.2.p.113		Iurisdictionis exercitium pluribus concessum quomodo accipiendum . num.5.pag.	175
Iudices criminales se habentes tanquam socios eorum capitis , quod est Regens M.C.V. præ- feruntur in illo actu ciuilibus ; secùs in alijs . n.10.pag.	356	Ius prælationis , an possit præscribi in rebus Ecclesiasticis . num.5.pag.	279
Iudices debent semp̄ veritatem sequi . nu.7. pag.	204	Ius prælationis tripli ex capite prouenire potest . num.21.pag.	255
Iudices consilij donum à Spiritu Sancto , non autem à legibus implorare debent . n.14.p.9		Ius retractus ratione sanguinis quo iure com- petat . num.22.pag.	255
Iudice allegato suspecto , & nihilominus pro- cedente ad vteriora , omnia per ipsum gesta erunt nulla . n.3.pag.	212	Ius retractus ratione sanguinis est inductum saltē de Iure Ciuali Romanorum . nu.23 pag.	255
Iudices boni in actu iudicandi diuina asso- ciantur prouidentia . n.4.pag.	189	Ius retractus an habeat locum in feudo nouo . num.28.pag.	256
Iudici quid agendum , ne suspectus allegetur , & quomodo sibi procedendum cum Aduo- catis . n.30.pag.	203	Ius reuocandi alienationem feudi in vita alie- nantis à quo oriatur , euidentissimè ostendit ur contra Capyc. Latr. consult. 38.num.29 pag.	258
Iudicis ecclesiastici brachii an implorer pau- per , attento iure canonico ? n.16. pag.	335	Ius retractus , quod competit consanguineis , non est sublatum à constitutione Regni , Sancimus . num.4.pag.	258
Iudicium male merentium de Aduocatis exé- pla . n.32.pag.	203	Ius retractus in feudis regulatur secundū consuetudines feudales , quæ sequutæ sunt ius commune Romahorum . num.25.pag.	255
Iudicium prudentia qualis sit in detegendis votis , & pandendis secretis . n.8.pag.	146	Ius retractus an habeat locum in feudis ex pa- tro , & prouidentia tantum , an etiam in hæ- reditarijs , latè examinatur . nu.26.pag.	255
Iudicium humanum quot modis pervertatur . num.5.pag.	204	Ius remittendi competit ijs , quibus competit ius querelandi . num.20.pag.	67
Iudicium absorbens , propositis actionibus contrarijs , terminandum est . n.7.pag.	173	Ius remissionis mensurandum est ab affectio- ne . num.6.pag.	63
Iudicibus à quibusnam circumstantijs abli- tendum , saltē in secretis pandendis . n.10. pag.	146	Ius remissionis an competit iure sanguinis , an autem hæreditario . num.1.pag.	65
Iudicandi actus cur nullum vinculum habere debeat . n.11.pag.	198	Ius pascendi , lignandi &c. competit etiam ci- uibus	
Iudicantium errores in pandendis sociorum votis . numer.15.pag.	195		

I N D E X

- uibis allefatis . num. 1.pag. 178
Ius habens in re locata præfertur in locatione .
 num. 1.pag. 271
Ius strictius habens in re locata præfertur in locatione . num. 3.pag.. 271
- L**
- L** Aicus delinquens , & deinde assumens habitum clericalem, an cognoscendus sit à Iudice Ecclesiastico ? receuentur opinio- nes . num. 21.pag. 20
Laicus offendens personam Ecclesiasticam à quo iudice cognoscendus sit ? remissiue . num. 25.pag. 12
Laquei fractura in exequitione sententiz , aliudue simile, potest euenire , vel carnificis imperitia , vel arte diabolica , vel Diuina miseratione , & quomodo cognoscatur . nu- 20.pag. 113
Latro publicus an differat à grassatore via- rum . num. 4.pag. 99
Latro publicus an dicatur , qui semel in via publica furatus est . n.4.pag. 345
Latrones in faciem inquisiti iurantes repeti posunt cum eiusdem inquisiti inrerrogato- rijs , & quomodo . n.6.pag. 90
Latrones publici habent in Ciuitatibus socios exploratores . num. 13.pag. 347
Legataria habente inhabilitatem circa matri- monium , propter quod legatum relictum est , an statim admittendus sit substitutus . num. 14.pag. 217
Legatum dotis an debeatur , si puella nupta sit alteri personæ , non autem determinat à testatore . n.12.pag. 217
Legatum relictum pro matrimonio spirituali , an , & quando debeatur ducenti vitam ca- libatam in domo propria . n.13.pag. 217
Legatum Dotis ab extraneo præstandum est conditionale . n.1. pag. 215
Legatum Dotis sub conditione matrimonij carinalis , vel spiritualis , non debetur vo- lenti castè viuere in propria domo . num. 2. pag. 215
Legatum Dotis , vt debeatur , requiritur ma- trimonium consumatum . n.4.pag. 215
Legatum Dotis , factum ab extraneo , trans- mittitur ad heredes legatariæ. n.5.pag. 215
Legatum relictum pro matrimonio carinali debetur , etiam si puella ingrediatur mona- strium , licet requiratur professio . num. 6. pag. 215
Legatum dotis factum filiæ , an sit purum , latè examinatur . n.8.pag. 216
Legatum factum pro augmento dotis , an sit purum . num. 9.pag. 216
Legati ad Principem de iure communi mitté- di non sunt absque auctoritate superioris , & quare . n.13.pag. 334
Legati , attento iure communi , an possint ad Principem proficiisci , petita venia superio- ris , sed non obtenta . n.14.pag. 334
Legati , qui ad Regiam Maiestatem mittun- tur , possunt esse religiosi . n.7.pag. 334
Legati quantitas diuersa disunctiue relicta pro matrimonio carnali , & spirituali , debe- tur secundum testatoris dispositionem . n.7. pag. 216
Legati electi ad duplex munus , quorum alter iurisdictionem habeat annexam , reddun- tur nullæ electiones , si fuerint religiosi , quo- ad id , quod iurisdictionem habet annexam , secùs quoad alterum . n.11.pag. 334
Lectores an expellendi sint ob discipulorum strepitum , latè discutitur . n.6. pag. 314
Lectores in publico gymnasio gaudent præro- gatiis , sed vide num. seq. n.10.pag. 315
Lectoribus , non loco , priuilegia concesia sunt . num. 11.pag. 315
Læsio enormissima diuerso modo considera- tur in transactione , quam in venditione . num. 7.pag. 219
Lex naturæ obligat homines ad mutuum amo- rem , ob idque Iudex non ex omni amicitia redditur suspectus . n.9.pag. 197
Libertatem amittens dicetur amittere rem ca- pitalem . n.6.pag. 119
Liquidatio lucri cessantis quomodò fieri con- fuevit . n.5.pag. 309
Lis orta in Collaterali Consilio intè Regiam Cancellariam Regentes , & Consiliarios à latere , Marchionem D. Antonium Ioannem de Centellas Regiæ Cameræ Locumtenen. & Franciscum Ortiz Cortes , quænam fue- rit . n.38.pag. 358
Lite existente calumniosa in Rot. Rom. potest Iudex secularis procedere ad recuperatio- nem bonorum ; secùs , ni sit calumniosa , vel si sit dubia . n.2.pag. 28
Lite pendente in Rot. Rom. supèr causa spiri- tuali , sempèr supersedendum in causa tem- porali à iudice laico , siue ea mota sit priùs , siue post causam temporalem . n.4.pag. 29
Lites remouendæ sunt ab vtraq; iurisdictione ad fraudes arcendas . n.34.pag. 6
Litium redemptio an locum habeat in cesso- ne , tam actionum dubitatarum , quam in- dubitatarum . n.5.pag. 302
Litium finis nunquam inspicitur , & quomodo id eueniat . n.24.pag. 270
Litigiosa re voluntariè alienata , sententia exe- quitioni demandanda est contrà possesso- rem , seruata dispositione cap. Conuentus . n. 7.pag. 9
Litigiosi vitium perseuerat , vñque quo liti per- petuum silentium imponatur . n.16.pag. 9
Loca sacra , eo quòd sunt Ecclæsæ , dicuntur esse nullius . n.14.pag. 94
Loca destinata ad usum , & integratatem ec- clæsæ

R E R V M.

clesie sunt immanuia . n.5.pag.	40	Magna Curia habet iurisdictionem ordinariā in toto Regno . n.2.pag.	167
Loca , quæ gaudent ecclesiastica immunitate, non sunt tām stricte accipienda.n.3.p.	344	Magna Curia an possit causam ad se deuolu- tam , & declaratam desertam, ex causis re- uidere . num.7.pag.	226
Locati Regis Dolanz an semp̄ etiam pio rebus non spectantibus ad Dohanam ha- beant Regiam Cameram pro causis appelle- lacionum . Affertur nouissimum exemplum Col- lateralis Confiliij . n.41.pag.	6	Magnates Reipublicæ vtiles non tenentur duella acceptare , etiā attentis regulis duellantium . Quod principium ab ipsis re- ceptum est . n.19.pag.	367
Locator concurrens cum alijs anterioribus creditoribus etiam pro re dotali , an prefe- ratur ceteris super fructibus rei locatæ . n. 4.pag.	271	Magnatum differentiæ componuntur , & quo- modò . n.15.pag.	367
Locator preferitur ei , qui semen dedit . nu. 8. pag.	271	Maior remedio l.2. C. de rescind. vendit.non- consequitur fructus , nisi à die litis conse- statæ , & quare . n.4.pag.	311
Locator super fructibus rei locatæ omnibus preferitur . num.9.pag.	273	Mala quandoque tolerantur , ut fugiantur gra- uiora . num.3.pag.	132
Locatio ad longum tempus inducit prælacio- nem , etiā in rebus Ecclesiasticis . num. 4. pag.	279	Malefactores Ecclesiæ possunt in verroque foro conueniri . n.8.pag.	3
Locatio voluntaria an differat à necessaria quoad prælationem . n.12.pag.	273	Mandatum generale non comprehendit illici- tum . nu.4.pag.	141
Locupletior nemo præsumit factus in audi- cio avocationis quoad prætensionem inte- resse , & quare . n.10.pag.	309	Mandatum speciale in subscriptione apocē alterius nomine facta , an probari sufficiat per confessionem mandantis . n.6. pag.	142
Locus non constructus auctoritate Episcopi non dicitur ecclesiasticus . num.3.pag.	44	Mandatum an possit fieri in Ecclesia alicui , qui continuo ibi habitat . n.9.pag.	360
Locus an incipiat dici profanus à dic declar- tionis facte ab Episcopo . num.6.pag.	44	Mandatum solet fieri omnibus duellantium proximioribus , sed inutiliter . n.4.pag.	365
Locus dirutus an differat à loco non perfectè constructo quoad inducendam profanita- tem . num.10.pag.	44	Mandatum in Ecclesia an fieri possit . num.3. pag.	360
Locus principaliter ad usum Ecclesie destina- tus , licet accessoriæ ad usum secularium , gaudet immunitate . num.3.pag.	344	Mandato facto principalibus duellantibus , substituuntur sèpè alij ad duellum perfici- dum . n.3.pag.	365
Locus si principaliter definitus sit ad usum Ecclesie , gaudet immunitate , quamvis ha- beat ostium in via publica segregatum ab Ecclesia . num.4.pag.	344	Mandatarius , an , & quando non teneatur obe- dere mandato illicito . n.5.pag.	141
Locus principaliter ad usum secularium defini- natus , quantumvis accessoriæ Ecclesiæ de- seruat , non gaudet immunitate , si extra Ec- clesiam sit . num.7.pag.	345	D. Marcellus Marcianus Junior Regens Regis Cancellariae laudatur post nu. 5. pag.	56
Locus partis offensæ ad uitandas ambages declarari debet nu.5.pag.	130	Marchio , Dux , & Comes , qui dicantur . nu.19. pag.	182

M

M Agistratum creatio est de Regalibus . num.30.pag.	140	Marchiones quinam sint . n.14.pag.	155
Magna Curia Vicarie nequit absoluere reum , cognita illius innocentia , si Baro haberet se- cundas causas , sed debet ad illum remitte- re . num.3.pag.	151	Marchiones , Dukes , & Comites possunt etiā inuestire . n.21.pag.	183
Magna Curia tenetur remittere delinquentem ad Curiam Baronalem pro causa criminis , si pronunciauerit , illum non esse clericum . num.3.pag.	28	Marchiones , Dukes , & Comites absolvamus habent nobilitatem . n.28.pag.	184
Magna Curia potest cognoscere delicta offi- cialium , tām actiūe , quām passiūe intuitu officij . n.3.pag.	157	Mare dicitur via publica . n.19.pag.	102
		Mater , quoties est habilis ad succedendum filio , habet ius remittendi . n.13.pag.	66
		Matres fane laborantes duxere quandoque proprias filias ad lupanaria . n.8.pag.	375
		Matrimonium in primo gradu affinitatis , & secundo consanguinitatis in linea transver- sali , sicut dispensatum ab Urbano VIII . n. 4. pag.	38
		Meliorationes quoque factæ à Domino fundi videntur factæ in fraudem congrui , si statim illis factis , procedatur ad fundi ven- ditionem ; secūs , si non statim sequatur ven- ditio . n.4.pag.	277
		Meliorationes factæ in fraudem congrui non veniunt in estimatione , & quales sint . n.1. pag.	277

Me-

I N D E X

- Meliorationes estimandæ in causa retractus** sunt illæ, quæ censentur necessariæ, & utiles. mun. 2. pag. 277
- Meliorationes factæ à tertio possesso super re**, quam Dominus vindicat iure dominij, compensantur cum fructibus extantibus, & quomodo, latè declaratur. num. 2. pag. 300
- Meretrix quædam reuelans votum assessoris** potuit pœnam combustionis subire. no. 8. pag. 114
- Meretrix an licet accipiat suæ turpitudinis** quæstum. nu. 10. pag. 373
- Meretrix quædam amantes varios mutuo amo**re absque duelli suspicione diu tenuit. nu. 38. pag. 367
- Meretrices verba quænam sint**. nu. 14. pag. 376
- Meretrices an restituere debeant, quæ blandis** verbis vtrâ stipendium acceperunt. num. 15. pag. 376
- Meretrices non soluunt decimam de lucris** n. 16. pag. 376
- D. Michael Vargas Machuca Iudex M. C. V.** laudatur post num. 1. pag. 318
- Miles præferendus est Doctoribus in rebus** militaribus, secùs in legalibus. n. 14. p. 357
- Milites ex Regijs Sanctionibus quæmpluri**mis, tam in causis ciuilibus, quam in cri
minalibus, recognoscendi sunt ab Auditore
exercitus. num. 12. pag. 103
- Militaria negotia tractari possunt diebus fe**riatis. num. 30. pag. 363
- Ministri Ecclesiastici cur ab Imperatoribus** varijs prærogatiis decorati sint. n. 5. pag. 2
- Ministri non perpetui non tam facile inqui**rendi sunt. num. 1. pag. 148
- Ministri curant filios, quo altius possunt, ve**here. num. 2. pag. 165
- Minor, quamvis dives, si aliundè miserabilis** sit, gaudet fori priuilegio. num. 15. pag. 331
- Minor quandoque nequit appellari miserabi**lis persona. n. 9. pag. 330
- Minor, qui pupillarem ætatem compleuerit de**iure Regni, an gaudeat fori priuilegio. n. 10. pag. 330
- Minor vtens remedio l. 2. C. de rescind. vendit.** consequitur rem cum fructibus. n. 2. p. 311
- Minor, & Fiscus, quomodo diuersificentur à**priuatis quoad nouas oblationes facien
das. num. 14. pag. 265
- Minor per restitutionem in integrum potest re**petere fructus antè litem contestatam per
ceptos. n. 5. pag. 311
- Minor nō præsumitur factus locupletior prop**ter imperfectam ætatem. n. 7. pag. 301
- Minori an, & quando fori priuilegium com**petat. n. 1. pag. 329
- Minores etiam quandoque ad priuilegio fori** fruendum dici possunt miserabiles. num. 7. pag. 330
- Minores hæredes maiorum non possunt pete**re beneficia, si prius instantia perempta nō sit. n. 3. pag. 371
- Minores Ecclesiæ non dicuntur tantum ciu**s ianitores, sed omnes ij, qui quoquo modo illi seruitia præstant. n. 17. pag. 3
- Minores Ecclesiæ quinam dicantur. n. 10. p. 3**
- Minoribus competunt beneficia, si ipsis mino**ribus fuerit datus anteà terminus. num. 2. pag. 371
- Minoribus non competunt beneficia, si veniāt** tanquam hæredes maiorum, & deinde, pe
rempta instantia, insuffletur spiritus ad eo
rum instantiam, secùs vero, si insuffletur
ad instantiam maiorum, & quarè. num. 4. pag. 371
- Minus indignus electus, an, & quando tenea**tur abstinere. vel accepere munus. nu. 27. pag. 384
- Miserabilem non estimat vulgus, qui Diues** est. n. 14. pag. 331
- Miserabiles personæ quænam sint, iudicis ar**bitrio remittitur. n. 8. pag. 330
- Molestiam inferentes vicino ratione officij,** an, & quando expelli possint. n. 1. pag. 313
- Monasterium, attento iure Regni, an habeat** ius remittendi. n. 21. pag. 140
- Moneta triplici modo potest falsificari**. nu. 4. pag. 143
- Monetam cudere est de regalibus. n. 3. p. 143**
- Monetæ sunt de Regalibus n. 22. pag. 159**
- Monetarum ænearum incisores in Regno non** puniuntur pœna vltimi supplicij. n. 9. p. 144
- Monetas aureas, vel argenteas tondentes pu**niantur, attento iure communi, & Regni,
vltimo supplicio. n. 5. pag. 143
- Monetas æneas tondentes, attento iure com**muni, & Regni, puniuntur extraordinariè,
& quarè. n. 6. pag. 144
- Monetas, quamvis æneas, cudentes, attento**iure communi, & Regni, puniuntur pœna
vltimi supplicij. n. 7. pag. 144
- Monetas falsas in pondere expedens non pec**cat, secùs falsas in substantia, & quarè. nu.
11. pag. 144
- Mora modica in locis partis offendæ quænam** dicenda sit. n. 10. pag. 127
- Mora an, & quando consideretur in ingeresse.** n. 14. pag. 131
- Mulier, petens assecrationem in bonis viri,** impedit venditionem rerum ad instantiam
creditorum ordinatam, quamvis inopia
probata non fuerit. n. 1. pag. 322
- Mulier nequit assecrationem petere, si fide**iustorem habeat à viro datum, sed vide
num. 5. n. 2. pag. 322
- Mulier, soluto matrimonio, an agere possit ad** exactionem dotis viro promissæ, absque
cessione. n. 1. pag. 319
- Mulier, non tantum de æquitate, sed etiam,** attento iuris rigore, potest, soluto matri
mo-

R E R V M.

- monio , agere ad exactionem dotis absque
alia cessione . num.2.pag. 320
- Mulier quandoque poterit assecrationem pe-
tere, licet fideiustorem à viro datum habeat.
num.4 pag. 322
- Mulier an possit impedire venditionem rerum
viri, si res sint moraliter indiuisibiles, & quo-
modò procedendum, late discutitur . num.
5.pag. 322
- Mulier ex quibus causis nequeat impedire
venditionem rerum sui viri ad instantiam
Creditorum eiusdem , & in quibus casibus
possit illam impedire . num.6.pag. 323
- Mulier, licet ad impediendam venditionem bo-
norum viri non teneatur in promptu pro-
bare illius vergentiam ad inopiam , tenebi-
tur tamè illam probare in tetmino . nu.7.
pag. 323
- Mulier, quocunque iudicio conuenitur, forum
viri sequitur . num.11.pag. 52
- Mulier non veniens ex propria persona, sed
tanquam hæres , non gaudet priuilegio fori
eius viri . num.12.pag. 52
- Mulier in casu l. si filio familias s. si vir in quin-
quennium , cur teneatur cauere pro interesse.
num.16.pag. 260
- Mulier in casu l. si filio familias, dupli ratione
tenetur cauere, sed diuersa secundum diuer-
sam lecturam . num.17.pag. 261
- Mulier quandoque potest assecrationem pe-
tere , quamvis vir ad inopiam non vergat .
num.8.pag. 323
- Mulier in solidum obligata cum viro an iu-
uetur Velleiano , fusè examinatur . num.4.
pag. 326
- Mulier in solidum obligata cum viro an-
quandoque iuuetur Velleiano . numer.8.
pag. 327
- Mulier an possit cum iuramento renunciare
Velleiano . num.2.pag. 326
- Mulier per matrimonium subsequens videtur
acceptare omne antecedens . nu.9.pag. 317
- Mulieri competit actio aduersus virum , eius-
que hæredes, quamvis stipulatio facta fuerit
pro illa absente . num.6.pag. 320
- Mulieri datur electio , vel scilicet petendi do-
tem , vel fideiustorem . num.3.pag. 322
- Mulierum vanitates , necnon earum détesta-
tio Typis demandata ordine Innocentij XI.
Pontificis Maximi . num.9.pag. 375
- Muliones , & Nautæ pro vœcta rerum obli-
gatarum præferuntur doti . n.9.pag. 286
- Mutuans pecuniam pro refectione Regiarum
Triremium qua probatione indigeat, vt cæ-
teris præferatur , num.1.pag. 285
- Naturalis possessio , an attendatur in iudicio
assistentiæ, & quænam debeat esse . n.3.p.297
- Natus in ciuitate Neap. an semper gaudeat
ciuitate . num.12.pag. 178
- Neapolitani non coguntur soluere bonac-
tentiam pro annuis redditibus . n.4.p. 303
- Neapolitani tenentur pro eorum animalibus
soluere, vel bonatenientiam, vel fidam. nu.6.
pag. 179
- Neapolitani nequeunt congregari ad Regi
scribendum contrà conclusionem factam in
plateis . num.19.pag. 335
- Negligentia in curiu fatalium arguitur à S.
C. ex iniustitia cause, secùs, si causa sit iusta,
ob idque ab illo degustatur in huiusmodi
causis iustitia, & iniustitia, & assertur noua
decisio . n.25.pag. 22
- Nicolaus Topius Archiuarius Neapolitanus
& iureconsultus laudatur post n. 11. p. 194
- Nobilis vita Ecclesiastica qualis dicatur . n.3.
pag. 35
- Nominatio non tribuit titulum , sed suppo-
nit . num.5.pag. 368
- Nominatio facta ab aliquo , de cuius interesse
agit, est vera probatio . num.8.pag. 368
- Nominatio facta animo alliciendi non pro-
bat . num.10.pag. 368
- Nominatione facta, & examinatis testibus, qui
non concludunt , vel deponunt, ipsos nesci-
re contenta in articulis, an sit locus pœnae ,
late discutitur, attenta vltima Pragm. nu.12.
pag. 18
- Nominatione quando quis dicatur vti, atten-
ta vltima Pragm. num.19.pag. 19
- Nominatione facta, qualis sit pœna, non factis
probationibus, attentis Pragm. 5.de procu-
rator: & postrema , quæ concordantur . nu.
20.pag. 19
- Nominatus an debeat esse leuis famæ, attenta
dispositione Pragm. 3.de furtis . n.14.p. 92
- Nomina testium in causis sancti officij non pa-
tefunt reis, sed an bene . nu.11.pag. 58
- Nullitas guidatici ex defectu potestatis conce-
dentis non importat amissionem illius , se-
cùs autem, si ex defectu assecurati . num.15.
pag. 125
- Nullitate proposita coram Iudice superiore ,
potest ab illo cognosci causa principalis, se-
cùs, si proposita fuerit coram Iudice infe-
riore : num.1.pag. 231
- Nullitate sententia proposita , omnia acta fa-
cienda sunt coram illo iudice , coram quo
fuit proposita . num.4.pag. 232
- Nullitates proponuntur absque deposito , de-
mandata exequutioni sententia . num. 29.
pag. 23
- Nullitates an debeant proponi aduersus sen-
tentias infra sex dies, stante vltima Pragm.
late discutitur . num.4.pag. 232
- Nullitates , & restitutio in integrum aduersus
G gg de-
- N**aturales , & spurij, quinam in rigore
dicantur . num.25.pag. 244

INDEX

- decretum S.C. super remissione, possunt proponi. num. 5. pag. 15
- Nullitates, & restitutio in integrum aduersus decretum super suspicione, opponi non possunt. num. 6. pag. 17
- Nullitates possunt proponi per viam actionis, etiam declarata deserta causa appellationis ob lapsum fatalium. num. 26. pag. 23
- Nullitates propositæ in S.C. post exequitionem sententie an requirant terminum, nu. 1, pag. 132
- Nullitates quandoque proponuntur per viam exceptionis, quandoque per viam actionis, num. 2. pag. 232
- Nullitates propositæ aduersus decreta interlocutoria debent esse infra sex dies, num. 3, pag. 232
- Nullitates per viam actionis debent proponi infra decenium de iure Regni. num. 6. pag. 234
- Nullitates propositæ per viam actionis quandoque discutiuntur absque termino, quandoque cum termino. num. 7. pag. 234
- Nullitates propositæ per viam actionis, quæ constent ex iisdem actis, an impediant executionem, nu. 8. pag. 234
- Nullitates possunt proponi coram Iudice ad quem. num. 2. pag. 231
- Nullitates, quandoque propositæ coram Iudice à quo, necessariò discutiendæ sunt coram Iudice ad quem, quod explicatur. num. 3, pag. 231
- Nuncius, deponentes de vi illata ipsis, faciunt aliquale indicium, si vulnera ostendant, num. 7. pag. 237
- Nuncius, referens se verberatum, facit solum indicium ad torturam. num. 8. pag. 237
- Nuncius, quibus fuit commissa carceratio, non credendum, si deponant de vi ipsis à carcero illata. num. 5. pag. 237
- Nundinæ non considerant ferias. num. 29. p. 363
- Oblationes nouæ semper recipiendæ sunt in concursu creditorum. nu. 16. pag. 265
- Oblationes nouæ semper recipiendæ, cùm recipi possint, & quare. num. 17. pag. 265
- Occidens aliquem iœtu sclopi an gaudet immunitate Ecclesiæ . num. 7. pag. 48
- Occidens aliquem extante in Ecclesia, licet ipse extra eam sit, non gaudet immunitate ecclesiastica . num. 9. pag. 46
- Occidens alium existentem extra Ecclesiam, si ipse in Ecclesia existat, an gaudet immunitate . num. 10. pag. 46
- Occidens in Ecclesia aliquem, siue ex iracundia, siue ex proposito, nunquam gaudet immunitate ecclesiastica . num. 12. pag. 47
- Occidens clericos odio ecclesiastici ordinis non gaudet immunitate ecclesiastica. n. 4. p. 48
- Occisor verus, si post mortem falsò inquisiti reperiatur, an plectendus sit. nu. 16. pag. 71
- Occisore vero reperto, & mortuo falsò inquisito, potest in causa procedi eodem modo, quo procederetur, si falsò inquisitus mortuus non esset. num. 18. pag. 71
- Occisus an in dubio presumatur aliquis cauientis intuitu . num. 9. pag. 366
- Odium non extrahitur ab officialibus ad Universitatem . num. 2. pag. 204
- Offensor post factam concordiam, quandoque punitur, tanquam fractio pacis, & quando. num. 6. pag. 130
- Offensus, si aggrediatur offensorem transuentem per loca offensi, & offensor interficiat offensum, an puniatur . num. 11. pag. 127
- Officialis potest esse Iudex pro iniuria sibi illata, tanquam officiali, secus, tanquam priuato . num. 1. pag. 149
- Officialis perpetuus, an antè captam possessionem inquisitus non mittendus sit in possessionem, pendente informatione . n. 6. p. 147
- Officialis nequit, attento iure communii, aliquid à subditis emere, nu. 1. pag. 266
- Officialiales ab alio iurisdictionem habentes nequeunt cum subditis negationem exercere, siue perpetui sint, siue temporanei . n. 2. pag. 266
- Officialis alicui casali datus in gubernium, an possit cognoscere suos subditos delinquentes in ciuitate priuatiè ad alios officiales ciuitatis, latè discutitur, in dubium revocatis decisionibus relatis à Marciano, Merlino, & Sanfelicio . n. 3. pag. 174
- Officialis transiens ab uno officio ad aliud, retinet prærogativas illius, etiam in præiudicium alterius, sive decisum rescripto Catholicæ Maiestatis n. 40. pag. 356
- Officialis maiorem habens iurisdictionem præfertur alij habenti minorem, si agatur de lite dirimenda . n. 26. pag. 358
- Officialis maiorem habens dignitatem præfertur alij habenti minorem, si concurrant ad

Oblatio pretij aucta in materia iuris congrui post petitam prælationem non presumitur fraudulenta, ni nimis exorbitans fuerit. num. 4. pag. 259

Oblatio aucta post prælationem petitam iure congrui non semper arguit fraudem. nu. 5. pag. 259

Oblatio maior post perfectam venditionem, nequit subsistere . num. 6. pag. 259

Oblatio maior facta à novo oblato post petitam prælationem iure congrui non arguit fraudem . num. 7. pag. 259

Oblationes nouæ, an, & quando recipi possint, latissime exponitur, num. 13. pag. 265

Oblationes ultra sextam quomodo, & in quibus casibus recipiantur . num. 15. pag. 265

R E R V M.

ad publicas functiones . n. 34. pag.	358	catione . n.6.pag.	317
Officiales ille præcedit , ad cuius officium res illa, de qua agitur, spectat, si lis sit iutèr eos . num. 1 1. pag.	356	Pactum initum inter Ecclesiasticos, & Regios pro malefactoribus arcendis . n.6.pag. 350	
Officiales Regia Cameræ sunt in illa conuenienti . n.8.pag.	170	Palatia, ad hoc, ut sint de Regalibus, quomodo sint accipienda . n.33.pag.	161
Officiales habentes in gubernium casale an differant ab vtilibus Dominis, & Feudarijs . n.7.pag	175	Papa est suprà ius, extrà ius, & contrà ius, sed quomodò . n.40.pag.	340
Officiales Baronis an sint suspecti, suspecto Barone . n.13.pag.	211	Papa dicitur esse omnia , & supèr omnia . nu. 41.pag.	340.
Officiales nullam habentes iurisdictionem possunt negotiari , & fœnabrem dare pecuniam , secùs de iure nostri Regni . num. 3. pag.	266	Papa potest errare , præter quām in rebus fidei . num.42.pag.	340.
Officiales ad proprias necessitates reparandas possunt mutuam pecuniam recipere . num.4. pag.	266	Papa omnia prudentè gerit . nu.43.pag. 340	
Officiales, qui à se, non ab alio iurisdictionem habent, possunt negotiations exercere . n. 5.pag.	267	Papa appellatur Fidei firmamentum . nu.51. pag.	341
Officiales inquisiti, quando suspendendi sint ; pendente informatione de delicto . num.1. pag.	146	Papa assimilatur Moyfi . nu.52.pag.	341
Officialium crima quando à M.C.cognosci debeant . n.6. pag.	158	Papa potest facere , vt sententia nulla non sit nulla . n.53. pag.	341
Officium quandoque venditur in beneficium delinquentis, & quando . n.5.pag.	147	Papa omnia habet in scrinio pectoris . nu. 54. pag.	341
Officium officialium quâle sit . n.8.pag.	1204	Papa factum an reputetur tanquam factum Dei . nu.55.pag.	341
Officium gratis datum non differt ab officio empto quo ad delinquentes in illo . num. 2. pag.	147	Papa neminem odio habet . n.61.pag.	342
Officia spiritualia, & beneficia vendi non possunt . num.17.pag.	383	Papa loquitur voce Dei . nu.62.pag.	342
Officia secularia an vendi possint, clare discutitur, nu.16. pag.	382	Papa recipit sanctitatem à Cathedra . nu.63. pag.	342
Ordinarius adiungendus est pro institutione, decisâ causa à delegato supèr iure præsentandi . n.7.pag.	14	Papa per delegationem nullum intendit præiudicium inferre ordinario . nu.8.pag.	14
P			
P actum adiectum voto, vt absolui nequeat, ridiculum . nu.12.pag.	295	Papa appellatur fons viuus iustitiae . num.69. pag.	343
Pactum, quod Vniuersitati non solvantur collecta pro annuis redditibus , stante Regia Sanctione, an valeat, latè discutitur . num.1. pag.	303	Papa potest exquirere consilium Cardinalium, & deinde quæsumum non sequi . num. 70. pag.	343
Pactum retrouendendi quanti estimetur . n. 5 pag.	304	Papa potest esse Iudex in sua causa . num.66. pag.	343
Pactum appositum à fratre dotante bonis proprijs sororem debet ab ipsa sorore acceptari, vt subsistat . nu.4.pag.	316.	Papa solus potest res fidei definire . num.67. pag.	343
Pactum appositum in capitulis matrimonialibus à fratribus dotantibus sororem , an ratificari debeat à sorore, contracto matrimonio . num.5.pag.	317	Papa an possit dominium Ecclesiæ acquisitum absque causa auferre . n.56.pag.	341
Pactum appositum à fratribus in capitulis matrimonialibns , & respiciens sororis fauorem , non indiger eiusdem sororis ratifi-		Papa cur datur Summus Pastor . n.57.p.	342

INDEX

- Pater, an possit filium exhaeredando excludere à medietate honorum antiquorum . nū.14 pag.** 253
Pater præstans cautionem pro filiis de non offendendo non tenetur, factis ijs sui iuris . v.7.pag. 366
Pater habet vsumfructum super bonis , quæ filio obuerunt , sed quid in feudalibus ? num.8.pag. 208
Pater non succedit filio in feudo . n.9.pag. 208
Pater an in omnibus filij feudis habeat vsumfructum . Exponuntur casus omnes, sed vi, de num.14.n.12.pag. 208
Pater habet super bonis feudalibus filij commoditatem ab usufructu distinctam . num, 16.pag. 209
Pater potuit esse Iudex cum filio in eodem Tribunali , sed hoc nequit in exemplum transire . n.1,pag. 185
Pater, licet possit cum filio iudicare in causis criminalibus , periculum est in ciuiilibus . Quod latissime ostenditur . n.2. pag. 185
Pater habet vsumfructum super feudis dignitatis eius filij . n.18. pag. 209
Patri nullum super filij feudis vsumfructum acquiri, vera opinio est , num.19.pag. 209
Patrimonialium rerum Regis Coloni, eiusque conductores debent conueniri in Regia Camera; sed an semper . n.40.pag. 6
Patiens, & præsentia sufficit, quamvis à legè requiratur specialis renunciatio . n.5.p.385
Paupertas, & alia cause, an probandæ sint, ad hoc, ut causa reuideatur ex iisdem actis , & quid in praxi sequetur . n.5.pag. 229
Pax , non autem expressa remissio , requiritur inter nobiles . nū.16.pag. 66
Pax offensi, & Abbatis sufficit pro vulneribus in personam monaci . nū.3.pag. 136
Peculatus crimen quale sit . nū.14.pag. 352
Pecunia publica quando præsumatur applicata iusu Principis . n.17.pag. 353
Pecuniam recipiens à litigantibus, vt eam iudici det, pupitur pena arbitaria . n.3.p. 113
Pœna capitalis contra estractores carcerum cum consiratione est intelligenda pœna mortis naturalis, quod latissime probatur Iureconsultorum responsis . n.8.pag. 120
Pœna capitalis contra custodes Carcerum imposta, tam de iure communii, quam Regni, intelligenda est pœna mortis naturalis . n.9, pag. 120
Pœna capitalis quemam intelligenda sit , latè discentitur . n.3.pag. 119
Pœna capitalis in tribus consistit . n.3.p. 119
Pœna capitalis non intelligitur pœna mortis civilis in sacrilegio, sed naturalis . n.16.p. 88
Pœna capitalis intelligi potest pœna capititis , amissio libertatis, & cæterarum rerum principaliuum; secùs vero pœna capititis , quæ intelligitur pœna mortis naturalis: quod latè
discutitur, & probatur . n.7. pag. 110
Pœna utraqne exigitur, si duæ concurrent diversis personis applicandæ . n.4.pag. 106
Pœna ultimi supplicij non est statuta in Regno contra cudentes monetam æream . n.8.p.144
Pœna ultimi supplicij facit, ut delictum non intelligatur remissum quoad culpari , secùs ceteræ pœnæ . n.11.pag. 138
Pœna à falso inquisitis solvitur quandoque, Deo Vindice, in pœnam aliorum criminum . nū.29.pag. 71
Pœna exiliij commutata in pecuniariam à M. C. V. solutio pœnæ est facienda in beneficio Baronis . n.1.pag. 72
Pœna soluenda est Vniuersitati, si Baro, habens causas secundas , reformauerit in plus , vel mihius, pœnam impositam à Iudice Vniuersitatis habentis primas causas . n.2.pag. 72
Pœna Custodi carceris debita non est mensuranda à pœna debita fugienti, sed à dolo, & fraude . n.15.pag. 117
Pœna extraordinaria plectendus non est reus, si indicia indubitate non adstant, sed torquendus . n.9.pag. 125
Pœna imposta decoctoribus non haber locum , ni deceptio fuerit fraudulentè facta . num.10.pag. 105
Pœna extraordinaria habet locum etiam in re torto ex indicijs urgentibus, & non confessio . num.6. pag. 124
Pœna fassi , à subscriptente apocam nominis principalis, vt effugiat, est probandum specialissimum mandatum ad id faciendum . n.3.pag. 141
Pœna fustigationis data est de iure communii promittentibus futurum litis eventum propitium , pecunia recepta à litigantibus , vt eam Iudici darent . n.4.pag. 113
Pœna fustigationis imposta recipienti pecuniam à litigantibus, vt eam iudici det, diminiui potest, attentis omnibus circumstantijs . n.5.pag. 113
Pœna injuriarum est arbitraria . n.6. pag. 113
Pœna pecuniaria nata ex criminis, pro quo fuit aliquis citatus ad informandum, factò contumaci, an requirat nouam citationem . Sed vide num.7. n.1.pag. 171
Pœna duplex quandoque imponitur pro eodem criminis . n.3.pag. 172
Pœna duplex pro eodem criminis, quando veraque veniat primario , quando autem una primario, altera accessoriæ . n.3.pag. 172
Pœna, quæ iudicem corrupti imponitur à iure communii, an sit eadem, quæ imponitur Iudici corrupto . n.10.pag. 114
Pœna corrupti Iudicem est diversa à pœna recipientis pecuniam à litigantibus sub promissione dandi eam Iudici , vt suum præstet arbitrium . n.11.pag. 114
Pœna fustigationis non necessarij imponenda est

R E R V M.

est recipientibus pecuniam à litigatoribus , vt eam iudici dent . n.12.pag.	114	tos antè litem contestatam restituere , qnid probandum sit . n.6.pag.	301
Pœna vltimi supplicij practicatur in magno furtio , & quid in alijs furtis . n.16.pag.	97	Possessor bonæfidei potest etiàm dici malæfidei respectu primi possessoris , n.4.pag.	312
Pœna imposta à Iure communi affientibus iniuria ministros Ecclesiz , quæ sit . nu.4 pag.	2	Possessor antiquior obtinet contrà possessorum bonæfidei , n.1.pag.	312
Pœna non vtentium nominatione facta quæ sit n.11.pag.	18	Possessor antiquus potest contrà nouum sine titulo malam fidem obijcere . n.2.pag.	312
Pœnam falsæ monetæ incurrit , qui monetam cudit , licet iusti ponderis , & boni æris , abs- que Principis auctoritate . n.2.pag.	142	Possessor antiquus malæfidei dicitur stare in bona fide respectu alterius rem illam aufe- rentis , n.9.pag.	312
Pœnz contractæ per contumaciam in causa criminali non possunt reparari per citatio- nem ad foriūdicandum . n.11.pag.	82	Possessio iunior titulata præfertur antiquæ non titulata . n.10.pag.	312
Pœnz solutio an facienda sit . Baroni secundæ instantie , si agatur de prouentibus factis vo- luntariæ . n.3.pag.	72	Possessio tempore litis contestatæ multum prodest in iudicio summarissimo posses- sorij . n.5.pag.	312
Pœnz , & mulctæ an differant , & an sint de Re- galibus . n.23.pag.	159	Possessio licitatori nequit impediri , emanato decreto possessionis , prætextu melioratio- num . n.5.pag.	263
Pœnis duabus cōcurrentibus , legali scilicet , & conuentionali , exigenda est legalis tan- tum . n.14.pag.	108	Possessio non potest impediri , etiàm antè de- cretum possessionis , licitatori , prætextu me- liorationum , & quare . n.6.pag.	264
Pœnarum cumulatio quid operetur . num.4. pag.	172	Possessio priuilegijs requiritur in Barone , vt nequeat prouocari , omiso medio . num.6. pag.	151
Peremptio instantiæ opponi potest , tam ab actore , quam à reo , & quare . n.7.pag.	369	Possessio quandoque inducit prælationem etiàm in rebus venditis , & quomodo . n.6. pag.	280
Pericula , & interitus admittunt citationem die feriata . n.54.pag.	365	Possessio , quando præsumat titulum . num.5. pag.	230
Personæ miserabiles non habent electionem fori aduersus personas priuilegiatas ratione artis , & quare . n.14.pag.	52	Possessio quando dicatur momentanea . n.3. pag.	230
Personæ priuilegiatae trahunt suos administra- tores . n.18.pag.	331	Possessione antiquiori probata , quia præsumi- tur clandestina . n.3.pag.	312
Piscationum redditus quomodo sint de Rega- libus . n.34.pag.	161	Possessorium , quod non suspenditur per ap- pellationem , quomodo accipiendum , n.6. pag.	230
Plateæ Ciuitatis Neapolitanæ , an , & quomodo congregari possint . n.20.pag.	206	Possessorium . Summarijssimum an per appel- lationem sit suspendendum . n.7.pag.	231
Plateæ Ciuitatis Neapolitanæ quot , & qua- les sint . n.19.pag.	206	Potestas eligendi intelligenda est de utili po- testate . n.10.pag.	379
Pontifex potest aboluta potestate reuocare quamcumque concessionem , & dignitatem præstitam tollere , causa non patefacta , nec expressa . Quod centum argumentis per- totam dilucidationem centum numeris di- stinctis probatur ad Sanctæ Romanae Sedi Apostolicæ gloriam . n.39.pag.	340	Praxis examinandi testes coram Judice , quo- modo introducta . n.9.pag.	235
Pontifices quandoque ad eorum defensionem implorarunt opem à Principibus seculari- bus . n.35.pag.	6	Praxis præter canones an differat à praxi con- tra canones . n.3.pag.	40
Portæ Ciuitatis appellantur sanctæ , & quare . n.8.pag.	93	Præambulum non habet vim iudicij . num.18. pag.	10
Portus est de Regalibus . n.14.pag.	159	Præambulum , licet nullum præstet præjudicium non auditis , non est tamén inordinate expe- diendum . n.13.pag.	62
Possessor bonæfidei non facit suos fructus per- ceptos in præjudicium domini vindicantis , & quomodo , & an sempèr . n.3.pag.	300	Prædium emptum statim post factam exactio- nem præsumitur emptum pecunia exacta . n.4.pag.	285
Possessor malæfidei quomodo teneatur ad fru- ctus etiàm percipiendos , & quinam dicantur tales fructus . n.5.pag.	300	Præfatio legis , an , & quando vim legi præstet , late examinatur . n.15.pag.	347
Possessor bonæfidei , vt teneatur fructus percep-		Præfecti prætorio differunt à Concistorialibus Principis . n.14.pag.	21

I N D E X

- to . n.1.pag. 262
Prelatio datur etiām cuicunque agenti iure
congrui super re veredita sub hasta . n.2.p. 262
Prelatio iure retractus competit in rebus al-
lodialibus , quod multis probatur . num.1.
pag. 257
Prelatio iure retractus competit in ijs bonis ,
quae fuerunt subiecta fideicommissio , quod
in aliqua linea tandem finem habuit . nu.2.
pag. 257
Prelatio concessa reficienti rem propria pecu-
nia non conceditur in concursu dotis . nu.
6.pag. 285
Prelatio non datur domino feudi venditi sub
hasta , emanato decreto possessionis . nu.7.
pag. 264
Prelatio datur mulieri super feudo dotali , etiā
post obtētum decretum possessionis ab vlti-
mo licitatore . n.8.pag. 264
Prelatio super feudo hereditario nouo non
datur . n.2.pag. 263
Prelatio non datur agnato in venditione vo-
luntaria , nisi , consumata venditione , & re-
tradita . n.3.pag. 263
Prelatio in feudis non concedenda Baronibus ,
quoties difficultimē consuleretur Creditori-
bus . n.8.pag. 276
Prelatio an locum habeat in locatione volun-
taria , fuse examinatur . n.10.pag. 272
Prelatio in re feudal iudicium nascatur . num.11.
pag. 272
Prelatio super deposito competit ei , qui su-
per illo laborauit . n.1.pag. 291
Prelatio aduersus quoquaque competit ad-
uocatis , ceterisque id genus super bonis
liti suppositis , secūs super alijs , qua occa-
sione explanatur decisio adducta à Reuer-
terio . n.3.pag. 292
Prelatio in locatione voluntaria quandoque
concedenda agnato , quandoque deneganda . n.16.pag. 274
Prelatio cuiam competit , si duo reperian-
tur ius habentes in re locata . n.2.pag. 271
Prelatus in causis sua Ecclesiaz an reddatur
suspectus . n.15.pag. 204
Prescriptionis exceptio cur reseruanda sit ad
merita causaz . n.11.pag. 219
Prescriptio , etiām si sit centenaria , & imme-
morabilis , cestat , existente manifeste titulo
vitioso . n.12.pag. 219
Presentia quandoque denotat consensum . n.
2.pag. 385
Presentia quandoque æquiparatur consensui ,
sed an semper , late examinatur . n.7.p. 385
Profes S. C. in admittendis supplicationibus
à decretis interloquutorijs late à M.C. non
adhibet cause cognitionem , quae adhibetur
tantum tempore relationis faciendaz . nu.
7.pag. 81
Profide S.C. suspecto , an consiliarij sunt quan-
- doque suspecti . n.11.pag. 211
Presidentes Regie Camerz præferantur Iudi-
cibus M.C.V. n.28.pag. 358
Presidentes Regiz Camerz , & Consiliarij
Sanctaz Clazæ æquales sunt in dignitate .
n.31.pag. 358
Prosumptio orta ex natura actus vincit quam-
cunque aliam . n.14.pag. 25
Pretium non est meritis pretiosius . n.4.p. 147
Pretium rei amisse potest peti , antequam ea
reperiatur ; secūs autem postea . n.2 pag. 93
Preuentio potest dari int̄ Judices ciuidem
Iurisdictionis , secūs diuersaz . n.8.pag. 350
Preuentio non efficit , vt iudex potentior non
præferatur in cognitione delictorum minūs
potenti . n.7.pag. 165
Preuentio , vt profitur , quomodo debeat esse . nu.
8.pag. 166
Preuentio int̄ quos Iudices locum habeat .
num.5.pag. 165
Preuentio effectus in delictis duo esse pos-
sunt , & quales . n.6.pag. 166
Primogenitus tenetur ad interesle vitaz , & mi-
litaz præteritaz , si secundogenitus illam
seper liquidari petijslet . n.13.pag. 310
Princeps potest plenitudine potestatis deli-
ctum reo remittere in Baronis præiudicium .
num.6.pag. 72
Princeps cur quandoque patiatur , vt proce-
datur contrā aliquem , quem ipse iudicat in-
nocentem . n.18.pag. 353
Princeps quomodo consulendus . n.19.p. 353
Princeps dicitur supra legem . n.31.p. 337
Princeps debet manutene*r* ciues in pacifico
statu . num.7.pag. 314
Princeps an possit vnum delictum remittere ,
non remitto altero quoad culpam . n.9.p. 138
Princeps , inferendo gratiam inquisito , quo-
modo se gerere debeat circa Baronis int̄-
resse late discutitur . n.5.pag. 137
Princeps , an , & quando præsumatur ut pleni-
tudine potestatis . n.15. pag. 353
Princeps etiām silentio imperat , & quomodo ,
fuse agitur . n.16.pag. 352
Princeps validē citat quemlibet etiām dic-
teria . num.37.pag. 364
Princeps potest ex iusta causa præiudicium
tertio inferre de potestate absoluta , quod
probatur n.10.pag. 133
Princeps ob publicam utilitatem potest gra-
tiam conferre absque partis remissione . n.
1.pag. 132
Princeps secularis nequit ius diuinum decla-
rate , adeoque fuse explicatur Capiblanz . n.
2.pag. 132
Princeps an teneatur stare priuilegijs conce-
sis ab antecessoribus , si Regnum obtinuit vi
armorum . n.36.pag. 333
Princeps potest concedere casali iurisdic-
tione , quam non habet . n.12.pag. 176
 Prin-

R E R V M.

- Princeps an' possit priuilegia reuocare , si sit tertio ius quesiūm . n.27.pag. 336
 Princeps an quandoque possit absque causa priuilegia reuocare , fuisse agitur . n.28 pag. 337
 Princeps , an possit reuocare absque causa priuilegia concessa gratiā , antequām iis cōcessionarius vius sit . n.29.pag. 337
 Princeps potest facere de delicto non delictum . n.5.pag. 132
 Princeps potest cogere partes , vt pacem inēant . n.6.pag. 132
 Princeps dicitur ius animatum . n.3.pag. 210
 Princeps non præsumitur dispepsare in tertij præiudicium . n.7.pag. 132
 Princeps non præsumitur vti potestate abso-luta in tertij præiudicium . n.8.pag. 132
 Princeps large sumptus quis dicatur . num.15 . pag. 155
 Principum dominium , & securitas dependent etiam à denunciantibus . n.12.pag. 135
 Principum ærumnæ quot sint . n.20.pag. 336
 Principis proprium est constantem habere voluntatem . n.33.pag. 337
 Principis domus non est violanda à publicis seruientibus carceratione absque eius venia . num.9.pag. 164
 Principis placitum iustificatur ex quacunque occasione . n.48.pag. 340
 Principis mens talis præsumitur , qualis est mens legis . n.49. pag. 340
 Principi indecentia concedenda . non est . n.31 pag. 337
 Principi prohibenti propalationem alicuius rei obediendum , tñquām Domino , & quo-modò . n.20.pag. 353
 Principes indigent plus religione , quām hominibus . n.22.pag. 243
 Principes semper laudandi . n.6.pag. 126
 Principes habentes Regalia quinam sint . n.41 pag. 161
 Principes in gratijs concedēdis student , quoad poslunt , cæteris paribus , Diuinam imitari iustitiam . n.18.pag. 139
 Priuilegium concessum ob seruitia præstata dicitur irrevocabile . n.25.pag. 336
 Priuilegium prælationis , concessum Vniuersitati dicitur concessum intuitu vassallorum , qui inuiti alienari nequeunt . n.5.pag. 275
 Priuilegium non soluendi bonatenetiam pro annuis redditibus conuenit militibus , & ci-vibus Casalium Neapolis , quod latè probatur . n.5.pag. 303
 Priuilegium Neapolitanoruim , quo trahunt , & non trahuntur , extenditur ad eorum procuratores . n.3.pag. 51
 Priuilegium concessum alicui ratione artis maius est illo concessio ratione personæ . nu. 13.pag. 52
 Priuilegium non censetur concessum Baroni in alterius Baronis præiudicium ; sed in odium vassallorum , & quomodo . num. 10 . pag. 166
 Priuilegium competens viro ratione artis , an extendatur ad vxorem . n.19.pag. 52
 Priuilegium fori habet locum in uxore non dum traducta ad domum viri . n.16.p. 52
 Priuilegium ætatis non transit in successo-rem . n.7.pag. 372
 Priuilegium canonis datur tantum clericis in-signitiſ prima tonsura , & alijs ordinibus . n.26.pag. 5
 Priuilegia concessa a Ferdinando I. & II. Alphōſo II. & Federico Regibus Aragoneis , & Regina Ioanna II. an obſeruanda sint à Rege nostro , ni fuerunt confirmata ab Alphonſo I. vel Rege Catholico , vel Caro-lo V. vel alijs successoribus , vbi multa fusil-simè . n.37.pag. 339
 Priuilegia concessa famulis Ecclesiæ an exten-denda sint ad famulos personarum Eccle-siasticarum . n.11.pag. 3
 Priuilegia Scholarium extenduntur ad famu-los , sed an ſempèr . n.44.pag. 6
 Priuilegium fori cur datum sit pupillis , non autem indistincte minoribus . n.11.p. 330
 Priuilegia concessa ciuitatibus intelliguntur concessa earum casalibus . n.14.pag. 336
 Priuilegia concessa pupillis an extendenda sint ad eos , qui per rectores gubernantur . n. 6.pag. 330
 Priuilegiati an cogi poſſint ad beneficia pe-tenda , si ea petere differant . n.11.pag. 370
 Probatio requiſita à Regia Pragm. ad euitan-dam poenam pro nominatione facta qualis esse debeat . n.17.pag. 19
 Probatio , quamvis non concludens , an sufficiat ad euitandam poenam statutam ab ul-tilma ſanctione circa nominationem facien-dam . n.13.pag. 18
 Probatio plena requiritur ad elidendum ve-rum dolum . n.18.pag. 117
 Probatio , quando facienda à ſatellitibus , quando autem ab eximentibus carceratum . Et quid in dubio . n.9.pag. 110
 Probatio est rei dubiæ per argumentum oſten-sio . n.16.pag. 18
 Probationes non perimunt , perempta inſtan-tia . n.5.pag. 371
 Probos viros quoſnam existimet vulgus . nu- 24.pag. 332
 Procesu in cauſa reclamationis non compila-to inſrà biennium ex facto partis aduersor , non reuidetur cauſa ex iſdem actis , ni con-fentiat reclamans , fed proceditur ad ulteriōra , ſicque deciſum . n.22.pag. 22
 Procuratores , ad euitandum depositum in no-minationibus , quas clausulas apponunt . n.10.pag. 18
 Procurator Fisci neque ex capite inimicitia-

po-

I N D E X

- poteſt recuſari . n.8.pag.** 213
Procuratores an audiendi ſint , ſi compareant ad defendendos reos in cauſa criminali poſt contraſtam contumaciam , ſi impedimentum ortum ſit poſt contumaciam contraſtam , adeòque principales non poſſint compareare . n.5.pag. 79
Proditor ſecundūm loquendi uſum dicitur , qui ex inſidijs aliquem offendit . n.8.pag. 48
Proditor ille vere dicitur , qui ualore amicitiaꝝ laedit aliquem . n.9.pag. 48
Proditor ſub colore amicitiaꝝ tantūm fuit excluduſ ab induſtu ex decisione relata à Vinc. de Franch. ſed quid poſt Pragm. 3. de iſtu ſcoppioꝝ vide nu.13.n.15.pag. 45
Proditor ſecundūm uſum loquendi non excluſit ab immunitate Ecclesię per Grgoriam , ſtante declaratione Clementis VIII. n.11.pag. 49
Prodigus valide contrahit , ni fuerit illi interdicta administratio , & datus curator . n.1. pag. 376
Prodigus contrahens inualide contrahit cum aliquo , qui ſciuerit illum eſſe talem , ſed à quonam probanda ſit ſcientia . n.3.p. 376
Prodigus notoriē inualide contrahit , etiam , ni fuerit interdicta illi administratio . n.4. pag. 376
Prodigus notorius non redditur magis notorius à ſolemnitatibus , quaꝝ fiunt in declaratione prodigalitatis . n.5.pag. 377
Prodigus contrahens nouiuatur iuramento . n.6.pag. 377
Prodigus poſteſt facere omnia , quaꝝ prodigalitatem non tangunt . n.8.pag. 377
Prodigus in cauſa Criminali poſteſt iurare abſque curatore . n.9.pag. 377
Prodigus nec naturaliter obligatur . num.10. pag. 377
Prodigus an obligetur in contractu ipſi uili . n.11.pag. 377
Prodigo obligato , an valida reddatur fideiuiſio . n.7.pag. 377
Prodigalitas eſt cauſa interdicta administrationis , non e contra . n.2.pag. 379
Professionem emittens poſt commiſſum cauſa men an dicatur illam nullitatē emitteſte , attentis Bullis Sixti V. & Clementis VIII. nu. 26.pag. 12
Prohibitio , alia , quaꝝ fit à iudice ; alia , quaꝝ fit à lege . n.3.pag. 28
Promiſſio obligandi ſe , & bona ſua , inducit actualem hypothecam , ſecūs , ſi fuifet facta promiſſio de ſe obligando tantūm . Quod fuſe probatur . n.3.pag. 238
Promiſſio de futuro parit exceptionem de preſenti . n.4.pag. 238
Promiſſio conſtituendi antefatum importat hypothecam . n.8.pag. 319
Promiſſio de ſe obligando cum hypotheca
- omnium bonorum habetur , tanquam vera obligatio , ac proinde cenſentur ab illo die hypothecata bona . n.1.pag.** 238
Promittens factum alienum , an teneatur , ſi omnem diligentiam adhibuerit . n.13.p.283
Propalatio voti ante ſententiam vſita odio , vel amore , arguit ſuſpicionem . n.13.p. 195
Prouentus cui ſint applicandi , quando cri- men remiſſum eſt tempore vniuſ officialis , exactione autem facta eſt tempore alterius ſuccesoris . n.7.pag. 72
Prouisiones , quaꝝcumque ſint , regulariter loquendo , nequeunt expediri die feriata . nu. 20.pag. 362
Proximitas conſiderata à Regia Pragm. in re- miſſione facienda non officit uxori . nu.5. pag. 63
Proximitas in gradu non prafumitur , eo quod nullus aliud compareat . n.9.pag. 61
Prorex nunquam dicitur ſuſpectus , ſi eius in- teruentus arceatur tantum ratione honeſta- tis , quod probatur . n.6.pag. 211
Prorex quando reddatur ſuſpectus . num. 7. pag. 211
Prorex an , & quando poſſit admittere appella- tionem à decretis ſuſpicionum . num.13. pag. 213
Prorex debet vti bonis Consiliarijs , & quo- modo eligendi ſint , varijs ſententijſ com- probatur . n.13.pag. 55
Prorex quid debeat ob oculos ponere . num. 4.pag. 210
Prorex poſteſt à quoquis Iudice , & Tribunalis cauſas auferre , & Iudices remouere , ſed quomodo . n.3.pag. 190
Protege ſuſpecto , an ſint ſuſpecti Iudices ab illo dependentes . n.1.pag. 210
Proregeſ in Regno delegant cauſas pro arbitrio , & perſonam Regis repræſentant . nu. 43.pag. 6
Proregeſ bene operantur , cum gratias conce- dunt inquisito , dummodo intra certum tempus procuret partis remiſſionem , contra ea , quaꝝ ſcripſit Reg. de Ponte . n.5.pag. 126
Publicus latro non ſemp̄er eſt viarum graſſator . num. 8. pag. 100
Publicana inducta Prætoris beneficio non datur Dominium habenti . n.8.pag. 312
Pupillus , quamvis diuines , an gaudeat fori priuilegio . n.13.pag. 331
Pupillus , & vidua , quamvis diuites , gaudent fori priuilegio ſecundūm ius canonicum . n.17.pag. 331
Pupillus quis dicatur . n.3.pag. 339
Purgatio morę re non integra , non datur quo ad reuocationem rei feudalis . n.9.pag. 294
Purgatio morę nunquam admittitur , conſolidato uili dominio cum directo . num.20. pag. 294
Purgatio morę dependens à Iudice nequit à ri-

R E R V M.

- tigore contrahentium tolli. Quod latè probatur . n.11.pag. 294
 Pupilli , & miserabiles personæ habent fori electionem . n.2.pag. 329
 Pupillo non inducitur præjudicium ob electio-nem fori factam , quamvis computa discu-tienda sint in alio foro , dummodò decisio causæ fiat in foro electo . n.21.pag. 332

Q

- Verelæ litigantium in Aduocatos , Pro-curatoresque , quænàm sint , vndè ortum ducant , & an ex culpa eorundem Aduocato-rum , Procuratorumqne , latè scribitur . n.4. pag. 293
 Quæstiones iuris intricati æquiparantur quæ-stionibus facti . n.2.pag. 42
 Quæstiones iuris , & facti , æquiparantur , cùm agitur de immissione virtute legis finalis . n.8:pag. 43

R

- Apina attentata monialiū tantùm puni-tur pœna vltimi supplicij secùs aliarum puellarum . n.13.pag. 83
 Ratificatio extrà torturam quandoque non est necessaria , & quales sunt causi . n.4.p.58
 Ratificatio remissionis obtenta post tempus statutum a gratia non prodest : quod intel-ligendum , te non integra , & quare . num.8. pag. 126
 Ratio quandoque efficit , vt numerus pluralis reducatur ad singularem . n.24.pag. 123
 Ratio , tanquàm anima voti consultiui , non omnibus manifestatur ab ijs , qui huiusmo-di præstant consilia . n.12.pag. 55
 Re duobus vendita , ille præfetur , cui priùs possessio tradita est . n.7.pag. 281
 Reciamans à sententijs S.C. & infrà biennium processum compilans , non subiacet fatali-bus , ni deinde causa expediatur . num.19. pag. 22
 Reclamans , si non prosequutus fuerit causam reclamationis infra tempus statutum , dat occasionem dubitandi in S.C. an ex negli-gentia tacuerit . n.23.pag. 22
 Reclamatio non datur à decreto S.C. per quod confirmatum fuit decretum M.C. super re-missione . n.4.pag. 15
 Reclamatio conceditur querelanti à decreto remissionis lato in Collaterali Consilio per M.C. V. n.1.pag. 14
 Reclamatio non conceditur à sententijs latis in Collaterali Consilio , licet concedatur ab incidentibus , quando grauamen nequit in-sententia reparari . n.2.pag. 15
 Reclamatio est remedium extraordinarium Principis munificentia concessum . num.11.

pag.	
Reclamatio ad quem finem detur . n.13.p.15	15
Reclamario infra decem dies in S.C. operatur solùm respectu cautionis . n.3.pag. 20	
Receptatores delinquentium , nostris temporibus , non sunt leues , sed bone famæ apud homines . n.10.pag. 91	
Recognitio in causis ad Sanctum officium spe-ciantibus quomodo facienda . n.9.pag. 58	
Reconductio potest probari per testes tempo-re opportuno , & quot testes requirantur . n.5.pag. 26	
Reconductio tacita pro quo tempore cense-atur facta . n.11.pag. 27	
Redimens vigore termini ad redimendum an-teneatur stare locationi factæ per primum emptorem . n.12.pag. 260	
Redimens habet illud tantùm arbitrium re-franatum , quod nascitur , vel à lege , vel à pacto . n.14.pag. 260	
Regalia sunt necessaria Principibus . num.3. pag. 158	
Regalia quomodo definiuntur . n.9.pag. 158	
Regalia cur sic appellantur . n.10.pag. 153	
Regalia enumerantur . n.15.pag. 159	
Regalia non censemuntur concessa sub clausula generali . n.2.pag. 157	
Regalia maiora quænam sint . n.42.pag. 161	
Regalia minora describuntur , eorumque na-tura breuissime traditur . n.43.pag. 162	
Regalia non veniunt in generali concessione . n.44.pag. 162	
Regalia an veniant , concessio castro cum omni iure , quod Princeps habet . numer 45. pag. 162	
Regalia omnia , tanquàm innumera , describi nequeunt . n.45.pag. 161	
Regalia officia , quæ sint , etiam , attento iure Regni . n.31.pag. 160	
Regalium descriptorū in libris de feudis qui-nam fuerint compilatores , & cuius Princi-pis ordine . n.14.pag. 159	
Regalia ad quid deteruant . n.12.pag. 158	
Regalia habuerunt antiquiores Principes . n. 13.pag. 158	
Regentes Regiam Cancellariam præcedunt , cùm agitur de rebus Iustitiæ , quamvis adhinc alij consiliarij status antiquiores . num.2. pag. 356	
Regimen Ecclesiæ est Monarchicum . num.59. pag. 342	
Regia Camera est iudex competens , cùm de-clarandum est , successionem auferendam ab aliquo tanquàm indigno . n.1.pag. 169	
Regia Camera an possit mittere S.C. literas. hortatoriales pro causæ remissione . num.9 pag. 170	
Regij quidam Consiliarij fuerunt dignitate spoliati , & quare . n.9.pag. 114	
Regula ad cognoscendum , quando Pragmatice	

I N D E X

- | | |
|--|--|
| <i>titæ in viridi sint obseruantia . n.12.pag.91</i> | <i>casuale , ex leui, vel leuissima culpa , vel ex i^ttu emisso nulla fuerit sequuta offendio . n.</i> |
| <i>Regula,hodie emo cras dono,quando militet.
n.3.pag.</i> | <i>15.pag. 133</i> |
| <i>Rei debendi in solidum obligati quomodo
conueniri valeant . n.3.pag. 326</i> | <i>Remissio an competit communibus filijs,viro
vxorem occidente . n.8.pag. 64</i> |
| <i>Reiuindicatio datur quandoque malafidei
possessori, quod latè declaratur . n.6.p.312</i> | <i>Remissio causæ criminalis non competit Ba-
roni post sententiamⁱ, sed vide num. 5. & 6.
num.1.pag. 167</i> |
| <i>Reiuindicatio nunquam datur sine dominio ,
saltēm præsumpto . n.7.pag. 312</i> | <i>Remissionis materia rigorosa est n.5.p. 32</i> |
| <i>Relegationis ruptæ pœna in Regno , præstita
cautione de seruandis finibus , exigitur,est-
que pœna duplicationis , illa vero fideiuf-
sionis non exigitur, etiam stantibus Pragm.
3. & 7.de Deleg.n.15.pag. 108</i> | <i>Remissione petita à Clerico, eoque reclaman-
te, non datur nouus terminus, quod idem
dicendum , si reclamauerit querelans . nu.
14.pag. 15</i> |
| <i>Releuij solutio facit præsumi territorium esse
feudale ; sed admittitur probatio in contra-
rium . n.13.pag. 25</i> | <i>Remissione petita per Episcopum , vel Baro-
nem in gradu reclamationis,causa commis-
titur in S.C. si reclamauerit Episcopus , vel
Baro . n.15.pag. 16</i> |
| <i>Religiosi possunt esse arbitri n.6.pag. 31</i> | <i>Remissione petita per Episcopum , vel Baro-
nem, eaque concessa , non datur nouus ter-
minus querelanti reclamanti . n.16.p. 16</i> |
| <i>Remissio quomodo facienda sit ? remissiue . n.
7.pag. 61</i> | <i>Remissiones celsant,quoties Iudices stant sub
diuersis Principibus . n.12.pag. 166</i> |
| <i>Remissio concedenda est reo petenti,se remit-
ti ad suum Baronem , renuente Barone . n.
5.pag. 28</i> | <i>Renuncians beneficio Aut.hoc nisi, etiam in
casu , quo iustus emptor non reperiatur,
non tenetur renunciationem seruare . nu.11.
pag. 282</i> |
| <i>Remissio vxoris an sit necessaria . n.1.pag. 62</i> | <i>Renunciatio non extenditur ad insolitum .
num.6.pag. 281</i> |
| <i>Remissio competit Baronibus , & Vasallis ,
adeoque , vt ea concedatur , sufficit alteru-
trius consensus . n.6.pag. 28</i> | <i>Renunciatio Aut.hoc nisi, non comprehendit
casum , quo iustus emptor non reperiatur,
sed casum,quo creditor non exhibet empto-
rem, quod latè probatur . n.7.pag. 282</i> |
| <i>Remissio facta patio , ne inquisitus ad partis
offensæ patriam accedat , an valeat . n.17.
pag. 66</i> | <i>Res rigorosè sacra ea tantum dicitur, quæ ab
Episcopo consecrata est . n.6.pag. 85</i> |
| <i>Remissio propter iniuriam factam monaco an
facienda sit à superiore,an à consanguineis
monaci,an ab utrisque . n.19.pag. 139</i> | <i>Res sacra priuata qualis sit . n.7.pag. 86</i> |
| <i>Remissio, quamvis nulla præuenierit querela ;
est necessaria . n.4.pag. 126</i> | <i>Res burgenstica in Regno à nemine dari po-
test in feudum , & quare . n.3.1.pag. 184</i> |
| <i>Remissio partis debet procedere,non subsequi
gratiam . n.3.pag. 126</i> | <i>Res litigiosa nequit impunè alienari, adeoque
interponi solet Iudicis decretum,circa quod
quot quæstiones possint pullulare . nu.22.
pag. 269</i> |
| <i>Remissio an possit fieri per procuratores con-
sanguineorum defuncti . n.2.pag. 60</i> | <i>Res commodam diuisionem non patiens sorti
committenda . n.2.pag. 280</i> |
| <i>Remissio causæ civilis post sententiam dene-
ganda est Baroni , & quarè . n.10.pag. 169</i> | <i>Res aucta ex pecunia mutuata succedit in lo-
cum pecunie . n.3.pag. 285</i> |
| <i>Remissio petita à Baronibus,& Episcopis,ma-
iora habet priuilegia , quam si petatur à
reis . n.17.pag. 16</i> | <i>Res inuentæ in via publica fisco reddendæ
sunt; secùs inuentæ in domo priuata . n.3.
pag. 93</i> |
| <i>Remissio delinquentium intèr confederatos
facienda est . n.13. pag. 167</i> | <i>Res furto subtracta celari non potest, cuius sit.
n.3.pag. 102</i> |
| <i>Remissio obtainenda per reum à pupillo ob ne-
cem patris an obtineri possit à tute . n.
5.pag. 61</i> | <i>Restitutio ex capite ignorantie quando mili-
tet quoad moræ purgationem . nu.8.p.294</i> |
| <i>Remissio quoad vindictam potest fieri à tuto-
re; verū quoad interesse prosequendum
obseruandæ sunt omnes solemnitates , quæ
requiruntur in alienationibus rerum pu-
pilli . n.6.pag. 61</i> | <i>Restitutio in integrum,quamvis non detur ad-
uersus sortem, datur nihilominus aduersus
rem diuisam antè sortem, quod latè expli-
catur . n.4.pag. 280</i> |
| <i>Remissio an requiratur, si sit ignota pars of-
fensa,& quomodo fiat decretum . nuin. 13.
pag. 133</i> | <i>Restitutionis in integrum series demonstra-
tur . n.3.pag. 369</i> |
| <i>Remissio partis offensæ quando non sit neces-
saria . n.14.pag. 133</i> | <i>Retentio non competit agnati creditoribus
pro meliorationibus post decretum posses-
sionis</i> |
| <i>Remissio non est necessaria , si vulnus fuerit</i> | |

R E R V M.

Rerum	
fionis in vltimi licitatoris beneficium . n.4. pag.	263
Retractus , attenta Constitutione Regni , San- ctius , est improbatus à Iuribus commu- nibus . n.24.pag.	255
Retractus an peti possit die feriata . num.50. pag.	364
Retrahens rem iure congrui secundūm consue- tudinem Neapolitanam attendit pretium tempore exequutionis sententiaz . n.3.p.299	
Retrahens debet soluere omnes sumptus fa- ctos ab emptore . n.8.pag.	260
Retrahens rem iure congrui in venditione ia- diciaria quodnam pretium soluere debeat, latè discutitur . n.8.pag.	278
Retrahens feudum non tenetur stare locationi factz per dominum antecessorem . num.18. pag.	261
Retrahens rem nullo modo dicitur successor primi emporis . n.23.pag.	261
Retrahens debet soluere pretium iuxta appre- tium faciendum per Tabularios Neapolita- nos tempore exequutionis sententiaz , si iudi- cialiter fuerit petita prælatio . n.25.pag.261	
Retrahens feudum iure sanguinis non sempèr impugnat alienantis voluntatem . num.27. pag.	256
Reuifio ordinatur aduersus appretium . nu.8. pag.	300
Reuocatio alienationis feudi vigore prælatio- nis quomodo sit permisa agnato . num.19. pag.	255
Reuocatio decreti facti die feriata potest etiā die feriata fieri . n.47.pag.	364
Reus transiens per loca partium offensarum , non animo commorandi, non punitur . n.9. pag.	126
Reus , acceptando sententiam,sibi præjudicium non infert quo ad terminum liquidationis . n.3.pag.	227
Reus , qui reperitur in loco , in quo Princeps nullo modo offensus est , nec ratione domi- ciliij, nec originis,nec criminis commissi,tu- tus est . n.5.pag.	349
Reus , perempta instantia , factus alterius fori, conueniendus est in vltimo foro . num.4. pag.	369
Reus ad impetrandam gratiæ exequutionem debet probare remissionem obtentam ab omnibus hæredibus defuncti; secùs post de- cretum pro jexequutione gratiæ , & quare . n.1.pag.	60
Reus citatus in causa criminali , appellans ad S.C. an,& quomodo audiatur . n.4.pag.163	
Reus poterit iterum puniri pro eodem delicto, si Iudex cum illo colluserit circà pœnam,& quomodo . n.11.pag.	351
Reus , ni fuerit visus eadem die , vel die ante- cedenti, præsumitur absens, ni probetur . n. 3.pag.	75
Reus , quamvis verè absit, non meretur excu- fationem, si eadem die, aut antecedenti , vi- sus sit . n.4.pag.	75
Reus visus eadem die, vel antecedenti, in alio loco, non autem in loco delicti,meretur ex- cusationem absentiaz . n.5.pag.	75
Reus , si post absentiam inciderit in manus la- tronum,vel aliud simile periculum subierit, non excusat . n.6.pag.	75
Reus visus eadem die, vel antecedenti, & pro- bans absentiam ex causa necessaria,excusa- tur, & quomodo , latè discutitur, & expli- catur . n.7.pag.	75
Reus quanto tempore debeat non esse absensā loco delicti , vt excusari possit , cùm cita- tur . n.8.pag.	76
Reus non habet ius offerendi , terminata lite, & adjudicata re actori . n.3.pag.	298
Reus tortas ex indicijs vrgentibus , nec con- fessus, est pœna extraordinaria plectendus , ni agatur de securitate amittenda , secùs, fi de illa amittenda agatur , & quare . num.3. pag.	124
Reus an pro criminibus communis fori possit bis puniri . n.12.pag.	351
Reus , si reperiatur in loco sui domicilij , vel originis,& Iudices horum locorum non sint sub eodem Principe commissi sceleris,puni- ri non potest à Iudicibus domicilij, vel ori- ginis. Quod latè probatur . n.7.pag.	350
Reus , absolutus à Iudice domicilij, vel origi- nis, potest puniri à Iudice loci patrati cri- minis , quando iurisdictions sunt penitus separatæ . n.1.pag.	349
Reus absolutus ab uno crimine , an possit ite- rùm damnari , si probetur post absolutio- nem qualitas aggrauans delictum , vel pœ- nam . n.2.pag.	340
Reus debet ratificare post torturam quicquid in tortura dixit . n.3.pag.	58
Reus ad impossibile non tenetur, quare neque quandoque ad obtainendam remissionem . n.4.pag.	61
Reo citato à M.C. in causa appellationis, illo- que renuente , pœna applicatur fisco . n.4. pag.	72
Rex noster Catholicus dicitur, eo quòd à Re- gnis suis hæreses arceat . n.37.pag.	6
Rex noster ;Catholicus nullum alium aptio- rem Domino D. Carolo Calà Duce Diani habuit in suis iuribus tuendis . nu.10.p.334	
Rex , concedendo terram, non intelligitur ab- stulisse vasallorum commoditates . num.6. pag.	24
Rex Robertus prohibuit , ne familiares Regis arma deferrent in propria patria . num.33. pag.	5
Regis licentia requiritur , si pro feudis planis præstandum sit Baroni fidelitatis iuramen- tum . n.13.pag.	182

H h h 2 Re-

I N D E X

- R**egis nomen cur gratum subditis, noua animaduersione ostenditur. n.11.pag. 158
Rigor iuris non semp̄er bonus in quæstionibus ad Regimen spectantibus examinanda. n.2.pag. 127
Ripaticæ sunt de Regalibus. n.20.pag. 159

S

- S**Accluni an sit pars integrans Ecclesiam, & quomodo. n.6.pag. 46
Sacerdos degradatus validè consecrat, licet peccet. n.10.pag. 355
Sacerdos, siue quilibet in sacris constitutus, contrahens matrimonium nulliter, non perdit ipso iure beneficium, sed per sententiam declaratoriam in pœnam commissi criminis. n.5.pag. 38
Sacerdotes non debent seruire secularibus, pro ut nostris temporibus accidit, maximo scādalo, & culpa seruentium, eorum, quibus seruiunt, & superiorum remedia opportuna non præstantium. n.4.pag. 35
Sacra Congregatio modum præfixit clericis syluaticis ad fraudes arcendas. n.32.pag. 5
Sacra Congregatio pro clericis syluaticis semper respondit idem, quod decreuerat anno 1623. decreto generali. n.28.pag. 5
Sacra Congregatio quid decreuerit anno 1623. de clericis pure syluaticis. Refertur integra determinatio. n.24.pag. 5
Sacræ res, ideo sunt nullius, quiæ sunt in bonis Dei; non tamè excludunt administracionem hominum. n.15.pag. 94
SC. non abdicat causas à M.C.V. etiā, interposita appellatione. n.2.pag. 163
Sacrum Consilium representat Principis concistorium, licet eius sententiæ habeant vim sententiarum Præfeti prætorio. num. 15. pag. 21
Sacrum Consilium & M.C.V. an prætent assistentiam tam ad finem vendendi, quam ad iudicandi, latè discutitur. n.2.pag. 298
Sacrum Consilium in gradu tantum reclamacionis cognoscit de crimine aliquo. num.1. pag. 163
Sacrum Consilium cur soleat assistentiam præstare supèr re ad finem adiudicandi tantum. n.7.pag. 298
Sacrum Consilium cur velit iustitiam causæ prælibare in lapsu fatalium. n.24.pag. 22
Sacrum Consilium dicitur domus Principis. n.10.pag. 164
Sacrilegi, attento communī iure, puniuntur pœna arbitraria, sed rigorose sacrilegi pœna capitali. n.1.pag. 85
Sacrilegus nequit esse melioris conditionis simplici fure. n.2.pag. 85
Sacrilegus de iure Regni an puniatur pœna ordinaria. n.3.pag. 85

- S**acrilegium secundūm ius canonicum committitur, si auferatur sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro. n.4.pag. 85
Sacrilegium rigorosum secundūm ius civile committitur tantum, cùm auferatur sacrum de sacro. n.5.pag. 85
Sacrilegium in Regno, quoçunque modo su matur, poterit plecti pœna ordinaria. n.11. pag. 86
Sacrilegium non rigorosum fuit etiam in Re gno punitum pœna ordinaria. n.12.pag. 86
Salarium operariorum est expensa necessaria constituens onus reale in bonis domini. n. 2.pag. 291
Salaria Aduocatorum habent tacitam hypothecam cum prælatione ad instar Fifci, & dotis. n.6.pag. 292
Salinæ, an, & quomodo dici possint de Regalibus. n.35.pag. 161
Salinæ existentes in territorijs priuatis an sine priuatorum. n.36.pag. 161
Salà quibusnam vendi possit. n.37.pag. 161
Satellites in nullo crimine, quamvis priuilegiato, faciunt fidem, etiam si agatur de delicto flagrantí, licet delinquentes aliunde vel re convicti, vel confessi esse possint. num.11.pag. 96
Satellites deponentes in delictis, pro quibus certa pars pecunia illis applicatur, dicuntur deponere in re propria. n.12.pag. 97
Satellites fidem faciunt in rebus ad eorum officium spectantibus, quod etiam, certis circumstantijs interuenientibus, est intelligendum. n.13.pag. 97
Satellites neque fidem faciunt quo ad leuia, nisi, vt in illis delictis ad vteriora procedatur. n.14.pag. 97
Satellites, asserentes, ipsos interfecisse delinquentem ob impotentiam resistendi illius socijs, fidem non faciunt. n.9.pag. 237
Satellites non faciunt plenam fidem in delictis. n.4.pag. 96
Satellitum dicta faciunt indicium ad torturam. n.5.pag. 96
Satellitum natura qualis sit. n.8.pag. 110
Satellitibus nunquam creditur, cùm agitur de eorum lucro. n.6.pag. 96
Satisfactio, siue satisfactio, an detur in inferno respectu peccati mortalis, vel venialis remissi quoad culpam, si quis decebat cum alio peccato lethali non remisso quoad culpam. Referuntur sententiæ Doctorum. nu.13.pag. 138
Scalas asportans nocturno tempore per ciuitatem pœna vltimi supplicij punitur, vel alia arbitraria, si cum illis repertus sit. num. 4.pag. 83
Scalas asportans, si capiatur, dum actu eas asportat, punitur pœna vltimi supplicij, siue alia

R E R V M.

alii arbitraria; secùs , si non ità capiatur .	
n.6.pag.	83
Scalas asportans nocturno tempore necessitate coactus non subiacet Pragm.n.7.p.	83
Scalas ferendi nocturno tempore necessitas est probanda , vt effugiatur dispositio Regis Pragmaticæ . n.8.pag.	83
Scalas ferendi nocturno tempore necessitas est etiam probanda à fabricatoribus . num. 9. pag.	83
Scalas ferendi nocturno tempore necessitas quomodo probanda sit ad euitandas fraudes . n.10.pag.	83
Scientia matrimonij validi , vel inualidi , materialiter se habet respectu amissionis beneficij , quæ regulatur à consensu efficaci , vel inefficaci . n.3.pag.	33
Scriba fiscalis renelans secrera inquisitionum punirur tanquam falsarius . n.1.pag.	145
Scribæ fiscales , qui casu reperiuntur assistentes , sunt testes habiles contra carceratum . nu. 3.pag.	236
Scribæ Fiscales cur nullam mereantur fidem .	236
n.4.pag.	
Scribæ fiscales , delinquentis capturæ assistentes , an sint testes idonei ad probandam apprehensionem cum armis prohibitis . nu.1. pag.	236
Scribis quænam Regis Pragm. consulant . n. 12.pag.	146
Scriptores nequeunt adulando veritatem opinionum celare ; prout agunt nonnulli nostris temporibus , quos sic agentes grauitè errare , ostenditur . n.12.pag.	107
Scriptorum antiquorum nil nostris temporibus habemus , adeòque temporalis gloria contemenda . n.11.pag.	57
Scriptura requiritur in reconductione , & quare .n.4.pag.	26
Scriptura deperdita , quænam debeant esse probationes in ijs rebus , quæ illam requirunt . n.19.pag.	269
Scriptura , an , & quando sit necessaria contrarietati , & quando pro probatione , latè examinatur . nu.18.pag.	268
Securitas nequit tolli , ni constet delictum . n. 4.pag.	124
Securitas non amittitur propter leue crimen .	
n.13.pag.	125
Senes quomodo possint naturaliter inuenescere . n.20.pag.	60
Sententia assecurationis dotium an impediri possit per oppositionem nullatum . nu. 3. pag.	324
Sententia mandata exequutioni in clerici beneficium , an & quando pro re illa recuperanda adeundus sit Iudex Ecclesiasticus .	
num.15.pag.	9
Sententia lata à Iudice seculari in Ecclesia est nulla , & quare : n.11.pag.	360
Sententia S.C.mandatur exequutioni absque cautione , ni reclamatum fuerit infrà decem dies . num.10.pag.	20
Sententia , siue decretum definitivum reuidetur ex iisdem actis in S.C. si processus non sit presentatus infrà quinquaginta dies . n 11.pag.	21
Sententia S.C.non intimatur , sed tantum mandatum de parendo . n.2.pag.	20
Sententia ex æquitate S. C. potest renideri ex iisdem actis , elapso tempore statuto ad proponendas nullitates per viam actionis .	
n.6.pag.	229
Sententia declaratoria requiritur etiam , quando beneficio ipso iure aliquis priuat . n. 8.pag.	39
Sententia an possit proferri absque termino , quando factum liquet . nu.7.pag.	43
Sententia lata contra aliquem nocet alteri , cuius interest , sed an sempèr , & quando . n. 1.pag.	223
Sententia assecurationis dotium , viro ad inopia vergente , exequutioni demandatur , non obstante appellatione , & quare . nu.1. pag.	324
Sententia Papæ an admittat appellationem , sed vide in 74.argumento n.60. p.	342
Sequestrum faciendum est , vt Reus causæ expediti varet . n.6.pag.	29
Serui Ecclesiarum non possunt defatigari publicis angarijs . n.6.pag.	3
Seruitus potest induci super territorijs priuatis ciuium , sed seruitus inducta non præsumitur , ni prohetur . n.11.pag.	24
Singularis successor necessarius non tenetur stare locationi factæ per prium Dominum .	
nun.15.pag.	260
Socius non tenetur conferre bona ex illicitis causis quæsita . n.3.pag.	374
Socij dictum non facit plenam fidem contrà socium . n.14.pag.	112
Socio exculpanti consocium an , & quando præstanda fides sit . n.15.pag.	112
Soluens , cum sit debitor nomine proprio , & alieno , quo nomine præsumatur soluere . n. 3.pag.	305
Solutio censetur facta ex causa sortis principalis , si interesse sit certum , verum quantitas incerta . n.10.pag.	306
Solutio censetur facta ex causa sortis , licet interesse sit taxatum , quoties debitor potest prudentè dubitare de taxa . n.11.pag.	306
Solutio censetur facta in causam liquidam , non autem illiquidam . n.12.pag.	306
Solutio poenæ ortæ ex offensa facta Principi non spectat ad Baronem . n.5.pag.	72
Solutio , an , & quando intelligatur facta in causam interesse , & tertiarum illiquidarum , quando autem in causam sortis principalis . latè examinatur . n.14.pag.	306

I N D E X

- Solutio facta à tertio, an censendum sit, ut sit facta animo tollendi obligationem . nu. 21.pag. 290
 Solutio facta à debitore imputanda ad arbitrium creditoris , in quam causam intelligatur facta . n.18.pag. 207
 Solutio præsumitur facta in causam utilem soluenti . n.6.pag. 327
 Solutio in dubio censetur facta potius nomine proprio, quām alieno . nu.7. pag. 327
 Solutio in dubio censetur facta ex causa interesse, non capitalis, hocque militat in compensatione . n.1.pag. 305
 Solutio censetur facta ex causa fortis , si interesse indigeat liquidatione : quod latè probatur . n.8.pag. 305
 Solutiones quomodo faciendæ sint à casalibus separatis à Cinitate . n.15.pag. 176
 Soluens in quam causam præsumatur soluere , si omnes cause sint æquè graues . n.6.p.305
 Soluto per diuortium matrimonio , semper maritus ager ad dorem . n.10.pag. 321
 Soror non succedit fratri de iure consuetudinario, si dotata sit . n.15.pag. 66
 Soror , quæ renunciauit successioni fratrnæ , attento iure Regni, habet ius remittendi; secùs de iure consuetudinario Civitatis Neapolis . n.14.pag. 66
 Sors nequit retractari ex causa lesionis . n.3. pag. 280
 Sortilegi , & Magi sunt cæteris pauperiores . n.19.pag. 94
 Sortilegi decipiunt carentes intellectu . nu.20. pag. 95
 Spoliantes rusticos Ecclesiæ à quibus puniendi sint . n.7.pag. 3
 Sponsæ futuræ an competit ius accusandi , & remittendi . n.10.pag. 64
 Statua Principis, quanam sit propriè, quæ immunitate gaudeat . n.9. pag. 41
 Status impossibilis excusat à pœna , num. 18. pag. 19
 Status hominum nequit dependere à simplici testium denominatione . n.2.pag. 368
 Statuti verba in pœnalibus quomodo accipienda sint . n.10.pag. 143
 D. Stephanus Carrillo de Salzedo Regens Regiae Cancelleriarie laudatur n. 16.pag. 357
 Stylum semper attendere debemus ad interpretandam Principis gratiam . n.9. p. 122
 Studentes an in hac Ciuitate Neap. possint in locis honestis immorari .n.9.pag. 314
 Subrogatio probatur ex temporis breuitate , num.5.pag. 285
 Subrogatum quandoque diuersum parit effectum ab eo, quem peperit id, in cuius locum illud subrogatur . n.3.pag. 258
 Substitutus, interueniens , tanquam testis , vel Notarius , in contractu venditionis rei , quam sui beneficio testator alienari prohibuerat, an' , & quando sibi præiudicium inferatur, latè examinatur . n.7.pag. 220
 Substitutus, an quandoque citandus sit in iudicio moto contra institutum . n.5.p. 220
 Substitutus consentiens hypothecæ appositæ in contractu , non citandus est in iudicio . nu. 6.pag. 220
 Substitutus à Custode, repertus parvum fidelis, non facit, vt custos teneatur de eius infidelitate , si idoneus erat , & fidelis tempore substitutionis . n.4.pag. 116
 Substitutus à Vicario an possit instituere presentatum . n.9.pag. 14
 Substitutus non citandus est in indicio a sistentia moto contra Institutum.n.1.pag. 220
 Substitutus, an, & quomodo dicatur habere spem succedendi . n.2.pag. 220
 Substitutus non debet esse sollicitus de hereditate viuentis, & quare . n.3.pag. 220
 Successio in excedentijs quomodo reguletur . n.8.pag. 181
 Successio in feudis, & in usufructu feudorum, eadem prorsus est . n.20.pag. 209
 Successio in feudis planis quomodo reguletur . n.14.pag. 182
 Successor uniuersalis debet omnino stare facto antecessoris . n.11.pag. 260
 Successor singularis non tenetur stare primæ locationi factæ per antiquum Dominum . n.9.pag. 260
 Summus Pontifex consulendus est in causis immunitatum Ecclesiasticarum, & traditur efficax ratio . n.15.pag. 50
 Summus Pótifex omnia potest dispensare, quæ sunt de iure positivo, sed non dispensat, quæ sunt contra bonos mores . n.6. pag. 38
 Superior Ecclesiasticus duplice modo considerari potest . n.14.pag. 3
 Supplicatio reclamationis à Sententia S.C. sat est , si fuerit portæcia infra biennium à die executionis illius . n. 1. pag. 20
 Superfluitas in iure evitanda , n.50.pag. 341
 Superindictum quid sit . n.29.pag. 160
 Suspicio iudicantium reducitur ad duo capita, ad odium, & ad amorem . n.7.pag. 197
 Suspectus de fuga citari , & capi potest dies feriata . n.42.pag. 364
 Suspectis Capitibus, an suspecti reddantur cæteri ab illis dependentes . n.10.pag. 211
 Suspicio inter quas personas spirituali cognitione coniunctas inducatur . n.4.p. 207
 Suspicio an extendatur ratione affectionis ultra personas expressas in Pragmatica . nu. 5.pag. 207
 Suspicio iudicandi an ceslet, finita affinitate, vel cognitione spirituali , & quid , si super sint reliquiæ, scilicet filij. n.6.pag. 208
 Suspicio an remouetur per integerimam ludicis vitam . n.7.pag. 208
 Suspicio arcetur à bona fama , à mala augetur.

R E R V M.

tur : n.9.pag.	215
Suspicio Proregis decidenda est à Rege .	n.2.
pag.	219
Suspicionis umbra sufficit ad Judicem remo-	
uendum, & quare . n.18.pag.	266
Suspitione proposita , Iudex recusatus nequit	
ad aliquem actum procedere , pendente re-	
cusatione . n.1.pag.	212
Suspicio orta post subscriptam sententiam, sed	
antè quam ea publicata sit, an retardet pu-	
blicationem . n. 2.pag.	212
Suspicionum capita in persona m Iudicis con-	
cernentia amicitiam quenam sint . num.20.	
pag.	200
Suspicionum vota non fundanda sunt decisio-	
nibus relatis à Doctribus, & quare . nu.29	
pag.	203
Suspiciones iudicum sempèr essent recipiendæ,	
& quare . n.34.pag.	204

T

T Acens, nec positiuè consentiens in recep-	
tione dotis, nullum sibi infert præiudi-	
dicium . n.7.pag.	317
Tacens quando habeatur pro consentiente . n.	
8.pag.	317
Tacens crimen commissum in actu professio-	
nis non peccat grauitè , dummodo graue	
præiudicium religioni actu non inferatur ,	
idque etiam, attentis regulis Societatis Iesu	
contra Card, de Lugo . n.27.pag.	12
Tacita reconductio an censeatur facta, non af-	
fixis cartulis ? n.10.pag.	27
Tempus statutum ad petendum demandum	
non currit, pendente intèr ciues dissentione,	
quod probatur . n.5.pag.	262
Tempus statutum à lege, vel ab homine , an ,	
& quando coarctari possit , & an in tertij	
præiudicium . n.23.pag.	284
Tempus statutum pro omni termino in causa	
principali non includit terminum in causa	
liquidationis . n.4.pag.	227
Tempus carcerationis computatur in termino	
dato ad obtainendam remissionem, si iusta	
fuerit, scèns, si iniusta . n.1.pag.	131
Tempus statutum ad alienationes feudorum	
reuoandas quantum sit . n.15.pag.	268
Tempus datum ad colligendas sarcinulas an	
computetur in termino exilij . n.9.pag.131	
Tempus statutum ad proponendas nullitates	
per viam actionis quantum sit . n.7.p.	229
Tempus migrandi e domo in Ciuitate Nea-	
poli an sit sempèr dies quarta Maji . nu.12.	
pag.	27
Tempus statutum ad opposendas nullitates	
per viam actionis de iure communi , & Re-	
gni, quantum sit . n.27.pag.	23
Tempus carcerationis non computatur in ter-	
mino exilij, si carcer datus sit in penam al-	

terius criminis . n.7.pag.	131
Tempus commissi delicti an attèdatur quo ad	
declinandum forum . n.24.pag.	11
Tempus statutum ad aliquem actum elicien-	
dui an sit de substantia actus . n.21.p.284	
Tempus carcerationis computatur in termino	
exilij . n.3.pag.	131
Tempus carcerationis, pendente appellatio-	
ne, computatur in termino exilij . n.4.p.131	
Tempus carcerationis computatur in termino	
exilij , si interim captus sit exul ex alio cri-	
mine . n.5.pag.	131
Tempus sex dierum statutum ad proponendas	
nullitates à quo die incipiat, vbi, an, & qan-	
do dies feriati numerentur , & quid, facta	
reservazione facultatis nouas addendi nul-	
litates . n.5.pag.	233
Tempus factæ electionis attenditur pro ætate	
quoad fori priuilegium . n.12.pag.	331
Tempora citationum quenam sint . num.19.	
pag.	361
Terminus ad concomitandum datur etiàm	
post conclusum in causa . n.1.pag.	372
Terminus datur etiàm ad concomitandum	
scripturas priuatas aliqualem fidem facien-	
tes , n.2.pag.	372
Terminus ad concomitandum dandus est , si	
præsentetur scriptura priuata non animo	
iudicij differendi . n.3.pag.	372
Terminus ad concomitandum concedendus	
est , si præsentetur scripturæ priuatæ simul	
cum publicis . n.4.pag.	372
Terminus ad concomitandum non est conce-	
dendus, cùm præsentantur scripturæ priua-	
tae ad iudicium dilatandum . n.5.pag.	372
Terminus ad concomitandum concedendus	
est, quamvis in libello fuerit enunciatum	
contentum in scriptura absque relatione ad	
illam . Quod latè probatur . n.6.pag.	372
Terminus an dandus sit in causa reclamatio-	
nis supèr remissione . n.9.pag.	15
Terminus non est dandus ad instantiam inqui-	
siti in gradu reclamationis supèr remissione	
denegata . n.10.pag.	15
Terminus quandoque datus fuit supèr iuris	
articulo . n.1.pag.	42
Terminus supèr liquidatione tertiarum cur de-	
tur . n.15.pag.	307
Terminus petendi beneficia an currat curatori	
dato hereditati iacenti, latè examinatur, re-	
uo cata ad trutinam decif.4.1.Roxit., & con-	
trarium illi decisioni statuitur . n.12.p.370	
Terminus statutus ad prælationem petendam	
coarctari nequit , sed vide num.17.num.2.	
pag.	281
Terminus in causa criminali datur ad instan-	
tiam Fisci super nouis.n.2. pag.	56
Terminus beneficiorum quantus sit , & quan-	
do currere incipiat . n.9.pag.	369
Terminus ad impugnandum scripturas enun-	
cias	

I N D E X

- statas in libello ab actore non datur reo, quamvis post conclusum in causa fuerint præsentatae, & quarè. n.8.pag. 373
 Terminus quandoque in causa liquidationis non datur, sed quando. n.5.pag. 227
 Terminus in causa liquidationis semper dan-
dus ex æquitate .n.6.pag. 227
 Termiuus carcerationis non computatur in-
termino dato ad remissionem obtinendam,
si quis carceratus fuerit ex mera calumnia.
num.10.pag. 131
 Terminus dandus est in imploratione bra-
chij. n.7.pag. 151
 Territorium in dubio præsumitur allodiale. nu.2.pag. 24
 Territoria allodialia cur quandoque appellé-
tur feuda . n.3.pag. 24
 Tertia instantia est eiusdem naturæ , ac secun-
da, secundum quam regulatur .n.2.p. 225
 Tertius , ad quem interesse principaliter non
spectat, quandocumq; compareat, semper au-
ditur in terminis, in quibus causa reperitur.
nu.10.pag. 223
 Tertius , cōmpārens pro interesse separato, an
audiendus sit in eodem processu, an etiam
separato . n.11.pag. 223
 Tertius, comparens ante sententiam, quomodo
indistinctè audiendus sit , examinatur
latissime . n.12.pag. 223
 Tertius , comparens post sententiam, quomodo
audiendus . n.13.pag. 224
 Tertius possidens , & comparens post senten-
tiam, quomodo à sententia feriatur, & an
& quando eius exequitionem impedit. n.
14.pag. 224
 Tertius, non docens in promptu suum intereſſe, non debet audiri. n.2.pag. 222
 Tertius habens vnum, & idem interesse cum
vno ex litigatoribus, comparens ante litem
contestatam, potest in se iudicium assūme-
re, rescūs, si postea, dum auditur in terminis,
in quibus causa reperitur . n.3.pag. 222
 Tertius, non habens p̄ncipaliter interesse,
auditur semper in terminis, in quibus cau-
sa reperitur . n.4.pag. 222
 Tertio habente coæquale interesse ex propria
persona, & comparente, quomodo interpō-
natur decretum, & quomodo, illo non cō-
parehē. n.6.pag. 222
 Testis, non ratificans post torturam quicquid
in tortura dixerit, an sit denuò torquendus.
n.5.pag. 58
 Testis varius, & peritus in causis ad Sanctum
officium spectantibus torqueri potest. nu.
8.pag. 58
 Testes examinati ad reuelationem excommu-
nicationis debent in S. C. repeti per exten-
sum . num.1.pag. 334
 Testes, instantे parte, recipiendi sunt corām
Iudice . n.2.pag. 235
 Testes examinati in processu informatio non
reperuntur, si facta fuerit recognitio . num.
3.pag. 235
 Testes, examinati ad reuelationem excommu-
nicationis, quomodo reperantur . num. 4.
pag. 235
 Testes quandoque iurati in faciem inquisiti
possunt, & debent repeti . n.13.p. 236
 Testes producti ad reuelandum furem præte-
dentem, rem subtractam fūsiè extrā Ciui-
tatem, sunt suspecti, ideoque cautè agendū.
n.4.pag. 102
 Testes fisci, si moriantur, durante contumacia,
habentur pro repetitis . n.10. pag. 82
 Testes possunt recipi in causa criminali, publi-
catis attestationibus, ad offensam supèr no-
uis tantùm , sed ad defensam etiam supèr
antiquis . n.1 .pag. 53
 Testes in causa criminali ex iusta causa ad
offensam possunt recipi post publicationem.
n.2.pag. 53
 Testes etiam ex officio possunt examinari ,
existente accusatore . nu.3. pag. 53
 Testes examinandi ex officio , existente accu-
satore, quales esse debeant, & quomodo re-
cipiendi sint . n.4.pag. 53
 Testes in omnibus delictis repetendi sunt, cita-
ta parte ad eorum iuramenta videnda . nu.
13. pag. 59
 Testes an extra torturam ratificare debeant
quicquid in illa dixerit . n.1.pag. 57
 Testes deponentes de visu circa comitium
armatorum in campaneis an faciant indi-
cium ad torturam, sed vide num.12. vbi la-
tè. nu.3.pag. 345
 Testes sub varijs decretorum formis torquen-
turi. Et quamnam ille sint. n.7.pag. 58
 Testes pro Vniuersitate an possint esse ciues
ipsius Vniuersitatis, sed vide num.16. nu.9.
pag. 205
 Testes nominantes aliquem clericum an pro-
bent clericatum . n.1.pag. 368
 Testes quando examinandi sint corām Iudice,
latè discutitur . n.10.pag. 235
 Testes, si in dupli depositione varauerint,
cui standum . n.6.pag. 235
 Testes , deponentes per reuelationem, ni repe-
tantur, an, & quam fidem faciant. n.7.p. 235
 Testes deponentes, ipsos scire , nullum alium
reperiri proximiorem, periculo se exponūt.
n.10.pag. 61
 Testes, vt periculum falsitatis effugiant, non
deponent, ipsos scire nullum reperiri pro-
ximiorem , sed ipsos nescire, nullum adesse
proximiorem n.11.pag. 61
 Testes deponentes , ipsos nescire , an alij sine
proximiore, non prosunt ad obtinendum
præ-

R E R V M.

Præambulum . nn. 12. pag.	62	
Testium nomina in causis Sancti Officij quando celanda, quando autem patefacienda, iure Pontificio ostenditur . n.15. pag.	59	
Testium nomina, si patefierent, quandoq; non denigraretur fama innocentium . n.16. p.	59	
Testium dicta nemo tenetur præuidere ad effugientiam pœnam calumnia statutam à Pragm. n.14. pag.	18	
Testibus non deponentibus concludentè, pœna nominantium est duodecim aureorum; sed nominante non vrente nomination, pœna est aureorum quinquaginta . nu. 21. pag.	19	
Thefaurus de iure communi, siue reperiatur ex industria, siue casu in locis publicis, semper medietas erit inuentoris . n.9. pag.	93	
Thefaurus inuentus in territorijs alicuius Ciuitatis applicatur Ciuitati, & inuentori . nu.10. pag.	94	
Thefaurus inuentus casu fortuito in territorijs religiosis, & ecclesiasticis, est totus inuentoris . n.11. pag.	94	
Thefapyrus dicitur Dei beneficium, ob idque repertus in loco religioso casu fortuito totus erit inuentoris . n.12. pag.	94	
Thefaurus repertus ex industria in loco Ecclesiastico acquiritur Ecclesiaz . n.13. p.	94	
.Thefauri nunquam reperti fuere malis artibus; variaque traduntur auctorum dicta, & exempla . n.17. pag.	94	
Thefaurus non acquiritur inuentori, si malis artibus repertus sit. n.16. pag.	94	
Thefaurus repertus in fundo, qui alicui datus est à sorte in diuisione, cuius sit? latè discutitur paritate emptionis . n.5. pag.	280	
Thefaurus inuentus in loco proprio totus erit Domini, non autem, si in alieno; & quid, si, aut data opera, aut casu fortuito . n.4. p.	93	
Thefaurus inuentus in alieno territorio, paciente Domino, cuius sit . n.5. pag.	93	
Thefaurus inuentus in loco publico cui applicandus . n.6. pag.	93	
Thefaurus inuentus in locis publicis profanis acquiritur inuentori, & Fisco . n.7. pag.	93	
Thefauri sunt de Regalibus . n.39. pag.	161	
Thefauri cui acquiruntur de iure feudalium consuetudinib . n.21. pag.	95	
Thefauri de Iure Regni cui acquiruntur . nu. 22. pag.	95	
Thefauri de Iure Regni acquiruntur, quemadmodum de iure communi . n.23. pag.	95	
Thefauri effodus mali . n. 24. pag.	95	
Thefauri in Cœlo thefaurizandi . n.25. p.	95	
Typographus, imprimens libros viri propria pecunia, an præferatur mulieri agenti prodotis recuperatione ? n.7. pag.	285	
Titulus in beneficialibus an probetur per depositionem testium . n.6. pag.	368	
Titulati dicuntur, qui in baroniis titulum		
feuda possident, n.21. pag.	357	
Titulati præcedunt non titulatos in functionibus coram Prorege, & quarè: num. 37. pag.	358	
Tortura cur replicetur, cum agitur de securitate amittenda, n.8. pag.	125	
Tortura, denuò data, non est quandoque ratiificatio, sed cœnualidatio varietatis . num. 6. pag.	58	
Tortura omnes maculas purgat, præter illas suspicionum . u.3. pag.	90	
Tortura dari potest in pœnam . n.7. pag.	124	
Tortura, an, & quando repeti possit . num. 5. pag.	124	
Tortura cur danda decoctoribus . n.4. p.	194	
Tortura potest inferri pro delictis occultis, non constito corpore occisi . n.1. pag.	68	
Transactio, & præscriptionis referatio nō explicatur, facta publicatione, sed in sententia . n.2. pag.	218	
Transactio an rescindi possit . n.5. pag.	218	
Transactio, vt possit rescindi, quænam consideranda sint . n.6. pag.	219	
Transactio, an quandoque rescindi possit ex scripturis nouiter repertis . n.8. pag.	219	
Transactio facta post transitum sententiaz interim iudicatam est nulla . nu.9. pag.	219	
Transactio facta post reperta testamenta, vel codicillos, an sit nulla . n.10. pag.	219	
Tribunalia quando reddantur suspecta, suspecto Prorege . nu.8. pag.	211	
Trina monitio facienda clericis, ne negotia secularia exerceant, deseruit tantum, vt nullum deinde ij auxilium sperent ab Ecclesia, non autem, vt fori priuilegium amittant, ni negotia fæda, & sordida exercuerint . n. 15. pag.	37	
D. Troianus Miroballus Dux Campimellis laudatur post n.25.23.& 8. pag.	285	
Tutor, item habens nomine tutorio cum Iudice, potest eundem Iudicem recusare deinde, tanquam suspectum, in causa propria . n.14. pag.	205	
Tutor dicitur Dominus pupilli, cuius interesse censetur interesse tutoris nu.12. pag.	205	
V		
V Agabundus ubi plectendus sit . n.9. p. 351		
Valetudo aduersa impediens matrimonium, an impedit legati consequutionem . n.3. pag.	215	
V aluasini de iure communi feudorum debent gaudere infima nobilitate . n.27. pag.	184	
Valuasores minores mediocrem retinent nobilitatem . n.30. pag.	184	
Valuasores maiores dicuntur illi, qui inuestiti sunt à Marchionibus, Ducibus, & Comitibus . n.22. pag.	183	
Valuasores minores dicuntur ij, qui inuestiti sunt		

I N D E X

- sunt à maioribus . n. 23 . pag . 183
Valuaſini dicuntur iij , qui inuestiti ſunt à Valuaſoribus minoribus . n. 14 . pag . 183
Valuaſores maiores conſpicuam habent nobilitatem . n. 29 . pag . 184
Vaſſallus , reuelans ſecreta ſui Domini , feudum amittit , ſed an ſemper n. 5 . pag . 145
Vaſſallus nequit , iudicis iurisdictionem prorogando , præiudicium inferre Baroni . n. 4 . pag . 28
Vaſſalles quando poſſit in præiudicium Baronum iurisdictionem prorogare . n. 7 . p . 28
Vaſſallus nequit alios Vaſſalles creare abſq; immediata Regis licentia . n. 33 . pag . 185
Vaſſalli an habeant prælationem etiam in caſu , quo redite nolint ad directum Dominū , late diſcretur . n. 7 . pag . 275
Vaſſalli , ſiuē demaniales ſint , ſiuē ſtent ſub Barone , præferuntur cæteris in locatione , & venditione Caſtri . n. 4 . pag . 275
Vaſſalli , qui paſſi ſunt anteā vendi , poſſunt præferri cæteris in noua venditione . num. 6 . pag . 275
Vaſſalli debent habere naturalia elementa in loco , vbi immorantur . n. 7 . pag . 24
Vaſſalli non poſſant præiudicium inferre Baronibus , eximendo ſe ipſos à Baronum poſteſte . n. 11 . pag . 73
Vectigalia ſunt de Regalibus . n. 21 . pag . 155
Venditio ſub haſta dicitur perfecta , facta de poſto à licitatore . n. 1 . pag . 263
Venditio ſub haſta dicitur perfecta , quamvis poſſeſſio ſequuta non ſit . n. 12 . pag . 265
Venditiones plures cenſendæ ſunt , ſi plures vendantur fundi , adeòque pactum de retrouendendo dinerlo modo conſiderandum . n. 3 . pag . 304
Venia an petenda ſit à Prorege , cùm agitur de ſcribendo Regi pro neceſſitatibus . nu. 15 . pag . 335
Venia non eſt Proregi petenda ad proponendas contrà illum Regi querelas . num. 16 . pag . 335
Venia petenda eſt pro mittendo legatum ad Regem num. 17 . pag . 335
Venia non eſt Proregi petenda pro mittendo legato Regi ad querelas contrà Proregem proponendas , ſed priùs certiorandus eſt Rex . n. 18 . pag . 335
Ventacapadinus Ragiù innumeris titulis fuit decoratus , & tamen , quis fuerit , à paucis non ignoratur . num. 14 . pag . 73
Verba comminatoria prolata extrà iudicium reddunt iudicem iuſceptum , ſecūs in iudicio . n. 1 . pag . 191
Veritas non dependet ab alterius aſſertione circà hominum ſtatum . n. 3 . pag . 368
Veritas attendenda eſt in ſcribendo . num. 10 . pag . 57
Vicarius an in omnibus poſſit aliud iuſtitue- re . num. 12 . pag . 14
Vicarius an , & quando poſſit aliud iuſtitue- re . n. 10 . pag . 14
Vicarius non poſteſt condonare , nec gratiam facere , quamvis mandatum generale ha- beat . n. 6 . pag . 13
Vicarius generalis Epifcopi poſteſt facere ea , quæ innixa ſunt iuſticia , ſecūs quæ ſunt gratioſa , abſque ſpeciali mandato . num. 2 . pag . 13
Vicarius an ſit ſuſpeditus , ſuſpeccio Epifcopo . nu. 12 . pag . 211
Vicarius an expedite poſſit abſque ſpeciali mandato ea , quæ iura mandant expediiri per Epifcopum . n. 5 . pag . 13
Viciñi præferuntur confanguineis in retrahen- do rem venditam . n. 5 . pag . 258
Viz publicæ quomodo dici poſſint de Rega- libus . n. 17 . pag . 159
Vincentius Raetanus laudatur poſt num. 14 . pag . 288
Vinculum appositum in capitulis matrimo- nialibus quandoque eſt deceptuum , nec ſuſtens . n. 3 . pag . 316
Vindičta Deo relinquenda . n. 22 . pag . 68
Vindičta eſt infirmi animi . n. 24 . pag . 68
Vindičtam proſequentes debent eſſe prompti ad remittendum . num. 21 . pag . 68
Vir tacens , cùm audit , eius vxorem turpi lucro bona quæſiuſſe , an ſit plectendus , tanquam leno . n. 5 . pag . 375
Vir retinens vxorem deprehenſam in adulte- rio præsumitur leno . n. 6 . pag . 375
Vir quando excuſetur ex præiumpcio lenoci- nio . n. 7 . pag . 375
Vir , licet fructus percipiat iure dominij , ne- quit fundo dotali præiudicium inferre . n. 9 . pag . 264
Vir ſeuus in vxorem non ſe cum illa vnam carmen dignoscit . n. 2 . pag . 74
Vir dicitur quodammodo dominus dotis , ſed vide num. 7 . n. 3 . pag . 320
Vir habens vxorem Neapolitanam an gaudeat immunitate Neapolitanis conſefla . n. 7 . pag . 51
Vir tenetur cedere actiones , ſoluto matrimo- nio per diuortium viri culpa . n. 9 . pag . 321
Viro an competat ius remittendi iniuriam il- latam vxori ſuperftiti non mortuz . nu. 11 . pag . 64
Viro mortuo , dominium dotis penè ſequem- re maneat . n. 8 . pag . 321
Vulnera quando reddant furantem dignum- morte . n. 13 . pag . 101
Vulnerans lethaliter aliquem , qui extrà Ec- cleſiam deinde moriatur , an gaudeat ecclieſiatica immunitate . n. 7 . pag . 46
Vniverſitas prefertur omnibus , tam in vendi- tione , quam in locatione Caſtri . n. 1 . p . 275
Vniverſitas admittitur ad demanum , vendi- ta

R E R V M.

ta terra sub hasta . n.3.pag.	262	nitur eadem poena, quæ intersector . num.1. pag.
Vniuersitas potest habere iurisdictionem, ob- tentio Principis attenu . n.12.pag.	276	Vxor non tenetur præstare viro operas indu- striales . n.2.pag.
Vniuersitas non potest inferre præiudicium in ijs rebus, quæ tangunt singulos, ut singulos. n.8.pag.	24	Vxor an de Iure canonico tenetur sequi vi- rum bannitum . n.8.pag.
Vnum peccatum remitti nequit quoad culpā , nō remitto alio, & ratio . Et quid quoad poenam . n.12.pag.	138	Vxor an amitterat feuda data in dote viro, qui poste à rebellis declaratur . n.9.p.
Vlus Vasallorum circa animalium immisso- nem quomodo sit intelligendus . n.9.p.	24	Vxor, non reuelans futuram viri necem , pra- num voluntatis actum ostendit . num. 10. pag.
Vlusfructus rei feudalis , mortuo patre, quo- modo reuertatur ad filium . n.17.pag.	209	Vxor, non accusans homicidium sui viri, nulla pletenda est poena, dummodo præteritam necem ignorarit . n.11.pag.
Vlusfructus supēr vlusfructu dari non potest . n.10.pag.	208	Vxor concurrens cum cæteris consanguineis, præter ascendentēs, & descendētes , illis præfertur . n.7.pag.
Vlusfructus an acquiratur patri supēr feudo dato à Principe eius filio . n.11.pag.	208	Vxor clerici coniugati an gaudeat fori priu- legio . n.6.pag.
Vtile dominium an differat ab vlusfructu . nu- 21 pag.	210	Vxor, transiens ad secunda vota , an præfera- tur consanguineis defuncti in remissione facienda . n.9.pag.
Votum in materia graui sub veniali valet , & quando . n.13.pag.	295	Vxor, mortuo viro , non gaudet priuilegio fo- ri , quo eiusvir gaudebat . n.15.pag.
Votum sub veniali in materia graui an obli- get . n.14.pag.*	295	Vxoris remissio non est necessaria , si ea con- currat cum ascendentibus, vel descendenti- bus viri . n.3.pag.
Voti propalatio post sententiam arguit suspi- cionem, & sententia nullitatem . Quod latè probatur , n.16.pag.	195	Vxor verè est domina dotis . n.7.pag.
Voti propalatio in duobus tantum casibus in- ducit suspicionem, & quando . n.8.p.	193	Vxor dicitur pars Viri . n.7.pag.
Voti propalatio nude sumpta , quocunque tempore fiat , non arguit suspicionem , nu- 10.pag.	193	Vxor an possit testari in viri beneficium, si sli- pulatum sit, vt, illa decedente absque filijs , dos renertatur ad fratres vxoris, latè discu- titur . nu.1.pag.
Voti propalatio tempore sententia non potest suspicionem vlo modo arguere . num.14. pag.	195	Vxor, non extantibus agnatis , nec cognatis , succedit viro . n.2.pag.
Voti propalatio nude sumpta non reddit sus- peatum Iudicem ; secūs, si oriatur ex aliquo prauo affectu . Quod latè explicatur . nu.3. pag.	192	Vxor ex nimia viri sauitia opem præstans eius neci , eadem poena pletenda est , qua intersector . n.4.pag.
Vota non propalanda à Iudicantibus , osten- ditur per plures sanctiones Regni . num.7. pag.	145	Vxorem ducens natam in casali Neapolis , an gandeat privilegio concessio Neapolitanis à Regia Pragmatica . n.16.pag.
Votorum propalatio cur forte eueniat . nu.9. pag.	146	Vxores clericorum coniugatorum quibus pri- uilegijs gaudeant . nu.30.pag.
Vxor, sciens futuram viri necem , nec , nulla præcedente eius sauitia , illam reuelans, ea- dem poena punitur, qua intersector . nu. 6. pag.	74	Vxores, & filij militum de iurecommuni ga- udent priuilegia fori earum virorum , & pa- trum . n.17.pag.
Vxor, sciens futuram viri necem, quam ex ni- mia in eum sauitia non impediuit, non pu-		Vxores, & filij militum etiam de iure Regni gaudent priuilegio fori earum virorum , & patrum . num.18.pag.

I N D I C I S F I N I S.

REGESTVM

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z:

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv
Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh.

Omnis sunt Duerniones, præter *, & Hhh, que sunt Terniones.



NEAPOLI, Typis, & Sumptibus Hæredum Caballi. MDCLXXXII.

Superiorum Permissu, & Priuilegio.

